CAII JULII CÆSARIS EFFIGIES

IMPER CAESAR

BENIAMIN
ROSSET
Bripocher fecit

*LUGD: BAT: apud* Vid: C: Boutesteyn.
S: Luchtmans, *et DELPH: apud* A: Beman. MDCCXIII.

# C. JULII CÆSARIS

*Quæ extant omnia*

Cum Animadversionibus integris

DION. VOSSII, J. DAVISII

*Coll. Regin. Cantab.* SOCII,

ALIORUMQUE VARIIS NOTIS;

Ut & qui vocatur

## JULIUS CELSUS

DE

VITA ET REBUS GESTIS

C. JULII CÆSARIS,

*Ex Musæo*

JOANNIS GEORGII GRÆVII.

*LUGDUNI BATAVORUM*,

Apud Vid. C. BOUTESTEYN & S. LUCHTMANS,

*DELPHIS*,

Apud ADRIANUM BEMAN. MDCCXIII.

SERENISSIMO ac CELSISSIMO

PRINCIPI

# FRIDERICO WILHELMO,

MARCHIONI BRANDENBURGICO, S. R. I. ARCHICAMERARII ET ELECTORALIS DIGNITATIS HEREDI, SUPREMO DUCI BORUSSIÆ, MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIACI, MONTIUM, STETINI, POMERANIÆ, CASSUBIORUM ET VANDALORUM, UT ET IN SILESIA, CROSNÆ ET CARNOVIÆ DUCI, BURGGRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ, ET CAMINI, COMITI HOHENZOLLERÆ, MARCÆ ET RAVENSBERGÆ, DOMINO RAVENSTEINII, ET TERRITORIORUM LEOBURGII ET BUTOVII, &c. &c.

S. D.

JOANNES GEORGIUS GRÆVIUS.

IN incredibili hac lætitia, qua Potentissimum Parentem Tuum, tanquam omnis suæ salutis auctorem & fundatorem, com-

communiſque libertatis & ſecuritatis Europæ defenſorem & cuſtodem unicum, Te vero tanquam ſpem alteram orbis, & futuri temporis præſidium, ut & totam Auguſtam Domum tanquam effectricem ſuæ felicitatis, ſic accipiunt Tuæ ditionis populi, ut non modo omnis ætatis, ordinis, ſexus, fortunæ homines, ſed ipſi agri, mœnia, tecta, templa urbium & pagorum Clivenſium, quaſi ſedibus ſuis convulſa videantur lætari, ut hujus gaudii plauſus longe lateque hic etiam apud nos audiantur, & omnium animos pertentent, non potui pro ſumma pietate religioneque officii, qua Celſiſſimæ Brandenburgicæ Familiæ me obſtrictum eſſe ſentio, ſemperque ſenſi, à me impetrare, ut, cui non minus gaudium attulerit Veſter optatiſſimus adventus, quam ulli Veſtrorum civium, in ſinu quaſi gauderem. Hujus mei ſenſus teſtem ad Te mitto C. Julium Cæſarem. Nec is dedignatus eſt ab homine umbratico allegari ad Te tantillæ Principem ætatis, & quia huic noſtræ nationi debere ſe agnoſcit, quæ multum & diu elaboravit in detergendo ſitu & ſqua-

ſqualore, quo miſere fœdatus erat & temporum injuria, & barbarorum ei omnibuſque priſtini ſeculi heroibus infeſtiſſimorum manibus: & quia ſe legari ad Principem gaudet, qui in tam teneris annis tam magna de ſe promittit, ut omnes, qui divinitatem indolis ejus norunt, ſpe animiſque præcipiant quaſi futurorum quodam augurio, Eum, ubi ſe corroboraverit, nec animi celſitudine, nec magnitudine rerum gerendarum, nec ingenii doctrinæque *præſtantia Julio* ceſſurum eſſe. Quid enim non ſibi polliceantur de Te FRIDERICE WILHELME, qui, cum vix depoſitis primæ ætatis crepundiis, nondum exceſſiſti nonum annum, longe tamen captum hujus ætatis exceſſiſti in celeriter arripienda doctrina de terrarum ſitu, de ſerie omnium temporum, de Regnis & Rebuſpublicis, quæ in orbe terrarum floruerunt, in imbibendis ſalutaribus ſententiis ad cultum vitæ & formandos mores ad omne decus tanto *Principe* dignum, ex optimis linguæ Latinæ auctoribus, ne dicam quod primo loco *dicendum* erat, de rectis ſenſibus, quibus

de cultu Divino imbutus es? Hæc non tantum ſermone hominum celebrantur, ſed confirmantur etiam teſtimonio Viri doctrinis omnibus expoliti, & ſpectatæ virtutis, prudentiæ, & integritatis, qui Tibi eſt ex ſententia Sapientiſſimi Parentis à ſtudiis. Hæc ingentia corporis & animi ornamenta, quæ in Te tam prolixa natura congeſſit cumulatiſſime, & caſtiſſima diſciplina cum maxime corroborat, quos non fructus de Te ſpondent, cum maturuerint, non tantum populis Tibi ſubjectis, ſed toti Europæ, imprimis vero Belgis fœderatis. Nam ut ſplendidiſſima fax lucem late diffundit tam in longe remotos, quam vicinos, proximos tamen maxime colluſtrat; ſic Tuæ virtutis & ſapientiæ ex propinquo loco lumen lætius & benignius illuceſcet iis, qui Tuas gentes attingunt proxime. Admirabilem enim Belgis de Te movit exſpectationem vicinitas finium, communia ſacra, arctiſſimum vetuſtæ ſocietatis & amicitiæ mutuis officiis & opibus ſumma fide à Brandenburgica Domo & hac republ. cultæ vinculum, neceſſitudinis ſanctiſſimæ jus, propter

pter sanguinis Vestri cum Arausionensi conjunctionem: sed imprimis amabilissimi Tui mores, civile & maxime beneficum, quod in Te puero undique se prodit, ingenium, & mirifica quædam erga has gentes voluntas, quam in omni sermone præ Te fers, ut nihil Tibi longius sit & desideratius, quam eas perlustrare, ut ad illas magis quam ad ullas alias, quæ non sunt Tui juris, Tibi devinciendas natus esse videaris. Hinc pro Tua salute Deum immortalem æque venerantur Batavi cæterique socii populi, ac pro sua. Ista tanta spes & exspectatio, quam de Te concitasti, indeque natus mirus Tui amor augebitur indies, & cum Tuis accrescet annis, si à cursu, quem tenes in excolendis artibus, quibus Principes erudiuntur ad tantam personam à Deo sibi impositam cum decore & laude gerendam, nec voluptatum delinimentis, nec pestilentibus adulatorum, quorum magnus in Regiis proventus est, voculis, qui sapientiæ studia privatorum esse bona jactant impudenter, Te non patieris auferri, sed porro contendes ad illum præfectionis

gradum, ut optimus & magnus Princeps ſis potius quam velis videri. Hoc non tam præſtat diadema, ſceptrum, & omnis illa excelſæ fortunæ ſpecies, quæ hominum non ſapientiſſimorum oculos ferit, quam virtutis, ſapientiæ, moderationis ac juſtitiæ laus egregiis artibus parta. Dicet hoc Tibi, & paraſitis ſceleratis os obſtruet Julius Cæſar, qui nunquam potuiſſet ad ſummum iſtud gloriæ culmen adſpirare, niſi tantum ſtudii poſuiſſet in artibus, quibus adminiſtratur reſpublica, quam quibus hoſtes vincuntur. Is eſt enim Cæſar qui plura majoraque geſſit quam quiſquam non dicam ſperare ſed ne optare ſuſtinuit: ſed qui idem non militari re magis excelluit, quam eloquentia, qua diſertiſſimis, quorum illud tempus Romæ tam ferax fuit, ut nullum ante vel poſt fuerit, quod cum illo potuerit ullo modo conferri, palmam aut præripuit aut fecit ambiguam. Non denunciabo Marco Tullio teſtimonium, qui ut togatorum erat eloquentiſſimus, ſic unus omnium de his artibus optime poterat judicare. Is negabat ſe videre, quis eorum, qui hoc u-
num

num per omnem vitam egissent, Cæsari debeat anteferri eleganti, splendida, magnifica & generosa dicendi ratione. Non opus est Ciceronis testimonio, cum facile id persuadeant omnibus, quibus de his existimandi facultas est, isti, quos Tibi Celsissime Princeps offero, Cæsaris libri, qui ex multis pauci supersunt, quamvis sint subito effusi in castris aut itineribus. Possem corruptoribus illis Macedonem Philippi filium, cui felicitas Europæ Asiæque subactæ Magni cognomen dedit, & innumeros alios obducere, qui non putabant se nihil agere, nec in tenui indignaque Regibus re operam collocare, cum illis manibus, quibus aut gubernacula potentissimorum regnorum tractabant, aut infestissimorum hostium maximas copias fundebant, versarent immortalium ingeniorum monumenta, nisi testatissimum esset, beatorum seculorum omnibus Regibus & Imperatoribus, si à paucis discesserimus, curæ fuisse, ut sicut natalium, fortunæ & dignitatis altitudine longe supra ceteros homines extollebantur, sic & præstantissimarum artium

tium ad belli pacisque usum scientia inter omnes eminerent. Sed pecco Princeps Serenissime, qui exterorum Regum obsoleta nomina apud Te usurpo, cum splendidissima & recenti laude virentia Tua nobis Celsissima Domus ingerat non pauca. Non Joannem Alberti, quem Germania suum Ciceronem ducebat ac suspiciebat, non Joachimum primum, cujus copiose sapienterque dicendi Latine vis in admirationem rapuit invictum Imperatorem Carolum Quintum & totum Procerum Imperii Germanici consessum, qui Augustæ Vindelicorum erat. Avus Tuus sanctissimæ memoriæ, etsi per tristitiam asperrimorum temporum in primo ejus ætatis flore Latinarum litterarum studium fuisset neglectum, robustior tamen per se istius linguæ cupiditate incensus eo in illa discenda processit, ut apud Latine loquentes interpretem non requireret. In historia vero nostrorum præcipue temporum, in arte condendi tam palatia & prætoria, quæ sint ornamento, quam arces & munimenta, quæ sint, si bellica tempestas ingruit, subsidio, sic erat exer-

citatus, ut nulli Principum cederet. Magni Parentis non minor Filius, Pater Tuus ab ipsa pueritia deditus fuit his artibus, quarum rudimentis Tu nunc tanquam minusculis Musarum sacris initiaris, ut mirum non sit tantum ex litterarum cultura Principem nunc percipere fructum, ut Illius sapientia & virtute indies amplificetur gloria & potentia Brandenburgici Nominis, commoda & beatitas civium, amor in se & benevolentia Regum, Principum & liberorum populorum, optimarum denique doctrinarum & artium omnis generis decus. Nulla poteris, Serenissime Princeps, uti præstantiore disciplina imitatione Sapientissimi Parentis, Majorumque Tuorum, quos putabis tibi dicere, quod Theodosius Magnus filiis suis Te non multo majoribus præcepit apud Latinum poëtam:

*Interea Musis, animus dum mollior, insta,*
*Et quæ mox imitere legas: nec desinat unquam*
*Tecum Graja loqui, tecum Romana vetustas.*

Hæc

Hæc monita si audieris, & occluseris è contrario assentatorum venenatis laudibus aures, cresces in Principem omnibus numeris absolutum, qui non tam illustretur longa imaginum serie, quam illam sit illustraturus. Quod ut fiat, tot hominum imò tot magnorum populorum votum est, cujus ut potiantur Deum assiduis precibus mecum fatigant. Vale Celsissime Princeps. Trajecti Batavorum, postridie Idus Augusti Julias CIↃ IↃ CXCVI.

# J. DAVISII
# PRÆFATIO.

*NEmini latet permultos esse, qui molestè ferunt, & indignantur, doctorum virorum labores truncatos exhiberi: integræ autem variorum animadversiones, sine modo cumulatæ, aliis non arrident, iisdemque sæpius repetitis Codicum molem, solo Librariorum commodo auctam queruntur. Ut horum utrisque, quantum in me erat, facerem satis, nihil equidem lubens omisi, quod* CÆSARI *illustrando aut emendando posset inservire: politicas tantum & inanes observationes resecui, diligenter interim invigilans, nè recoctâ crambe Lectorum nauseam moverem.*

*Cum verò intelligendo Scriptori nobilissimo priorum interpretum curæ non sufficerent, meas quoque notas adjeci, in quibus non modo Historiam & locutiones illustravi, sed &, nisi fallor, veram lectionem sæpius vindicatam, compluresque mendas ope Codicum, aut ex ingenio, sublatas invenies. Huic præstando subsidia non levia ministrarunt* MS. *& impressus Romæ* A. D. MCCCCLXXII. *quorum utrumque pro summa sua, ac singulari humanitate mecum communicare dignatus est vir præstantissimus* JOANNES MORUS, *Episcopus Norvicensis. Haud parum etiam profuerunt editt. Veneta anni* MCCCCLXXXII, *Beroaldina* MIↃVIII, *aliæque veteres, quas amici mihi suppeditarunt. Illis propterea gratias quam maximas habeo atque ago.*

*Binos indices præcedit Metaphrasis Græca librorum* VII. *de Bello Gallico, quam* MAXIMO PLANUDI *aut* THEODORO GAZÆ *adscribunt viri eruditi. Quicunque demum sit auctor, vitiosis sanè codicibus est usus, & Linguam Latinam minus calluit; unde factum, ut à* CÆSARIS *mente passim aberrarit, & ineptum sensum procuderit: ideoque non meæ voluntati, sed aliorum votis sum obsecutus, cum eam interpretationem hic repræsentandam jusserim. Utrum verò emendatè recudatur, nescio; oculorum enim imbecillitas fecit, ut tum temporis ei corrigendæ non essem.*

*Fieri vix potest, quin in tanta rerum varietate interdum somnus obrepserit: quod si me dormitantem Lector deprehendat, eandem benignitatem, quam ipse aliis præstiti, mihi, si æquus est, non denegabit; acerborum autem & iniquorum hominum iram placare non aggrediar; inanes enim preces fundere non fert animus.*

*Dabam* CANTABRIGIÆ a. d.
IX. *Kalendas Martias,*
MIↃCCVI.

*Typo-*

# *Typographi Lectori*

## S.

Quid hac nova C. J. CÆSARIS editione præstiterimus paucis tecum, Benevole Lector, communicare voluimus. Quum illa editio, quæ in lucem emissa est anno 1697 cum notis & animadversionibus DIONYSII VOSSII hactenus ineditis, deficeret & à plurimis desideraretur, eandemque prœlo iterum mandare animum induxissemus, visum fuit nobis, quo hanc editionem locupletiorem redderemus, omnia ei adjungere, quæ comparatu difficilia, his in regionibus nunquam edita, & doctorum plausu comprobata exstarent. Itaque ex nupera editione Anglica integras Cl. J. DAVISII Coll. Regin. Cantab. SOCII animadversiones notis D. VOSSII, etiam non diminutis, interseruimus, adeo ut virorum duorum Clarissim. integra in hunc autorem monumenta, nunquam ita simul typis expressa, vobis exhibeantur.

De reliquis notis, quæ sunt J. RHELLICANI, P. CIACCONII, Fr. HOTOMANNI, J. BRANTII, aliorumque, quum curas Viri Cl. Davisii magni faceremus, eas tamen ubique immiscere non potuimus, ne moles hujus voluminis excresceret; cujus rei jacturam non adeo desiderandam judicavimus, quoniam sæpe iteratis repetitionibus passim ea sunt obvia. Id tamen fecimus, ubi deficiunt notæ D. VOSSII (quo loco in superiori editione unius J. Rhellicani breves notas subjecerant) nos editionem Anglicanam passim sumus secuti.

Metaphrasten Græcum, quem nec ipse DAVISIUS, ut ex præfatione patet, probabat, his non adjecimus: J. Vero CELSUM, ita ut à Cl. J. G. GRÆVIO editus erat, suo loco substituimus. Sed quum passim in notis suis editionem CELSI Londinensem citet Cl. DAVISIUS, ne Lector ad alium librum recurrere cogeretur, notis marginalibus ejusdem editionis paginarum numeros designavimus.

De his admonendos nobis esse videbaris, Amice Lector, Tu his fruere, & bene Vale.


CAII JULII CÆSARIS EFFIGIES.
IMPER
CAESAR
Imperium, binis fuerat solenne quod olim
Consulibus, Cæsar Julius obtinuit.
Sed breve jus regni, sola trieteride gestum
Perculit armatæ factio sæva togæ.
Ausonius

P

# 1 C. JULII CÆSARIS

# 2 COMMENTARIORU

# DE

# BELLO GALLICO

## LIBER I.

### SUMMARIUM LIB. I. DE BELLO GALLICO.

GALLIÆ *descriptio.* II. *Eam invadunt Helvetii.* XII. *à Cæsare duobus prœliis profligantur;* XXVIII. *& r quia in patriam relegantur.* XXX. *Galli apud Cæsar de Germanorum, qui, duce Arioviſto, Sequanorum agr inſidebant, inſolentia conqueruntur.* XXXIV. *Ille, co ponendæ rei, legatos ad Arioviſtum mittit.* XXXV *Verum cum id fruſtra, copias adverſus eum duci* XXXIX. *pavidas quidem primum & trementes* XL. *poſt tamen ipſius hortatu animatas.* XLII. *Coll quuntur inter ſe partium duces:* XLVI. *ſed nullo effect* XLVIII. *Proin armis res agitur:* LII. *& clade a cepta, è Galliis profugiunt Germani.*

I. 3 GALLIA eſt omnis diviſa in partes tre quarum unam incolunt Belgæ, aliam A quitani, tertiam 4 qui ipſorum lingu Celtæ, noſtra Galli appellantur. 5 Hi omnes lingua, in ſtitutis

1 C. JULII CÆSARIS] Originem Cæſarei nominis, à multis anxie ſcrutatam, & ex Punica, vel Maurum lingua petendam eſſe, adeò jam receptum eſt, ut qui in dubium illud devocet, vix quiſquam hodie reperiatur. Unde fruſtra monuerin errare Feſtum, qui à cæſarie; alios qui, multò imperitius à cæſo matri utero appellatum Cæſarem, con tendunt. Quorum fidem vel ſola nummorum Cæſaris auctoritas ſub levet.

ſevet, quibus non temere elephantis imago impreſſa eſt. Et Spartiani Serviique auctoritas, qui diſertim ajunt *Cæſaris* vocem Punicâ, vel Maurorum linguâ elephantum notare. Sed non paucos torſit, quod Cæſaris vox, elephanti ſignificatu nec in Hebræa, neque in affinibus huic linguis reperiatur. Nam Hebræis elephantum פִּיל *piil* nuncupatum novere, quibus deguſtata eſt eorum lingua. Alterum quoque nomen *barrus*, apud Indos uſurpatum auctores tradunt: quod à ſono factum, quem bellua edit. Horum neutrum juvare poteſt. Arabibus, قيصوي *magnum* notat, ſed nequaquam ego, ab Arabibus petendum hujus vocis origenem cenſuerim. Primus Caſaubonus, notis ad Sueton. à כְּסֵירָא *ceſera*, quomodo *ſcutum* appellant Chaldæi, appellatum putavit elephantum, tanquam ſcutum ac tutamen legionum. Quod tamen paullo longius petitum videtur. Forſan haud abſurde dixeris, homines quando primum hanc beſtiam conſpexere, ignaros nominis vocaſſe animal כְּשׁוֹר *caſſor*, *formâ bovis*. ut *Lucas boves* Romani dixere. Nam moris gentibus, inſignire notis nominibus. Sic *urſum Numidicum* Plinius leonem vocat. ſic Cæſari biſons, *bos cervi figurâ*. Idque ideo, quia e vulgaribus animantibus boves maximi. Sæpe autem hujuſmodi comparationes, aut nomina caſu orta, ſi non alia, abunde *mannæ* vocabuli origo teſtetur. Quid quod elephantis nomen Græci ab Hebraico אֶלֶף *eleph* deduxere, quod *bovem* illis notat. Nam quod magnus Caſaubonus *elephanti* vocem à פִּיל per *μετάθεσιν* deducit, pace ſummi viri dixerim, abſurdum eſt. Alioqui ſi minus id placeat dicere poſſis nomen *Cæſar* factum ex כְּצוּר *catſor*, ut mirati mortales belluæ magnitudinem *rupis* aut *collis inſtar* eſſe dixerint, cum צוּר *tſor* rupem, & celſum locum notet. Hinc enim מָצוֹר *matſor*, *munitionem*, *propugnaculum* appellant. Similique modo Iſidorus ait à Græcis elephantum dictum, quia montis magnitudinem habeat. Quamvis vanum id figmentum, ut alia ſæpe Iſidori. Utut eſt, omnino ego ſtatuo, vocabulum *Cæſar* Afris elephantum denotâſſe. Indicare id videtur vocabulum כְּסֵירָא *ceſera*, quo *ſcutum* ſignificant: non quodvis, ſed, ut reor, elephantino corio inductum. *Cetram* Latini dixere, ſed latius extenta notione, ut ferme à proprio ſignificatu in alienas vocabula degenerant. Ego כְּסֵירָא *ceſera*, primo *elephanti tergum* notaviſſe arbitror, poſtea, quia apta ſcuto pellis, etiam pro *clypeo* acceptum. Sic ſane ſcutum quia antiquiſſimis ex ſalice parabatur, *ἰτέαν* vel ſalicem Euripides vocat:

Κρέων γε τ' ἐνθεν δ' ἰτέαν λαβὼν χερί.

*Creon deinde ſalicem ſuſcipiens manu.* Ita etiam *cetra* voce uſus Plinius, lib. XI, cap. XXXIX: *Elephantorum quoque tergora impenetrabiles cetras habent.* Nam illud, quod nonnullis placuit *ſetas*, vel *quaſi ſetas*, omnino arcendum. Accipienda hic *cetra* vox non pro ſcuto, ſed corio quo tegi ſcuta ſolent. Quod nonnulli de haſta intelligendum ajunt. ſed Heſychius *ἰτέαι* inquit, *ἀσπίδες, διὰ τὸ πρώτας ἐκ ταύτης τῆς ὕλης κατασκευασθῆναι*, vid. Euſtath. Et *γέῤῥα* Perſica ſcuta, quia è vimine texta. quorum Xenophon I Cyropæd. meminit, pag. 5. Etiam *κοπὶς* gladius parvus apud Xenoph. lib. I, pag. 5. & Curt. à כָּף curvatura, quia incurvus erat. Dicerem autem vocem *cetra* à כְּסֵירָא *ceſera*, originem habere. Niſi eſſet Hebræis vox סָתַר *occultare*. Unde מְסִתָּרָה *latibulum*. Et

Ara-

Arabibus eadem ab origine قتون clypeum notat. Nam cetram Servius esse ait loreum scutum, quo Mauri & Hispani utuntur. Alioqui si à בשרא deducerem levis mutatio fit. Græcis sane familiarissima. Latinis non ignota. de quo qui ambigit, solum consulat Festum, apud quem legere est Ennium dixisse *adgretus*, pro *adgressus*. Ea autem elephanti corio induci solita fidem fecerit Melæ locus, ubi de Anteo & parma elephanti tergo tecta loquitur. Tum & Strabo, cujus de Mauris verba sunt: Οἱ δὲ πεζοὶ τὰς τῶν ἐλεφάντων δορὰς ὡς ἀσπίδας περιβάλλονται. Item Appianus de bello Punico, ubi de Masinissæ scuto, quod ἐλεφαντίστην vocat, ait: Καὶ τὴν λεοντῆν τὰ ἀκόντια ἐς τὴν ἐλεφαντίστην ἐνδεχόμενος. Egregius quoque Orosii locus lib. v. cap. xv. de pluvia: *Porro autem Numidis hastilia telorum, quæ manu intorquere sine amentis solent, lubrica, ac per hoc inutilia reddidit. Scuta etiam quæ elephanti corio extento atque durato habilia & tuta gestabant, cujus ea natura est ut acceptum imbrem, tanquam spongia ebibat, ac per hoc intractabile repentino pondere fiat, quia circumferri non poterant, defendere nequiverunt.* Et fortasse hinc probari possit, Melæ locum *parma elephantino tergore excelsa*, legi debere, *parma elephantino tergore exsecta*. Nam si durum adeo corium, nihil opus firmamento ferreo, aut alio, cui inducatur. Salmasius *tecta* legebat. Itaque hinc colligo *cetram*, & ἐλεφαντίστην & בִּשְׂרָא idem esse. At Hesychii illa verba Καισάρεια. περικεφάλαιαι, quæ ibidem Casaubonus adducit, nihil huc faciunt: nec quidquam illis commune cum elephanto, aut cæsarie. Sed notandum familiare illi Grammatico esse, haustas ex S. Scripturæ interpretibus Aquila, Symmacho, aliis, voces decerpere. Est autem vocabulum Hebraicum קִשּׁוּרִים *kiſſurim*, quod *vittas* explicant. propriè quid sit ambigitur. Unde nihil mirum ab interpretum aliquo, quia temerè transferendum non putaret, retentam vocem Καισάρια Quam Hesychius commodius, pro recepta opinione, explicare nequibat, quam voce περικεφάλαιαι Sed hoc obiter. *D. Vossius.*

2 COMMENTARIORUM] Recte hoc opus à Strabone ὑπομνήματα citatur. Nam ut in Glossis est: *Commentarium*, ὑπόμνημα. ὑπομνηστικόν. At in V. C. Scal. est: INCIPIUNT LIBRI GAII JULII CÆSARIS BELLI GALLICI, DE NARRATIONE TEMPORUM. Quæ fortassis respiciunt ad vocem ἐφημερίδων, Plutarcho etiam memoratam, qui ex Ephemeride Cæsaris adducit, quæ libro hujus operis IV. de Tenchteris leguntur. Cæterum nequaquam Ephemeridis vocabulum hisce Commentariis convenit; potius ita appellaveris libellum de bello Hispaniensi. Scripsit tamen Cæsar Ephemerides, ex quibus Servius nonnulla refert de capto ab hostibus Cæsare, quæ nusquam alibi invenias. Etiam apud Symmachum lib. IV, ep. XVIII. legas: *Hæc* (Ephemeris C. Cæsaris) *te origines, situs, pugnas, & quicquid fuit in moribus, aut legibus Galliarum, docebit.* Quæ descriptio accuratè his Commentariis congruere videtur. Itaque suspicari aliquis possit, Commentarios hos Ephemerides quoque ab auctoribus, & in his Plutarcho, appellari. Ego ut concesserim eam imperitiam in aliis locum habere potuisse; ita minime reor Plutarchum, qua fuit eruditione, temerè hac voce usurum fuisse, qui haud dubiè Strabonis Geographica, & in his ὑπομνημάτων quoque mentionem legit. Omnino sentio Cæsarem privatum in usum, & memoriæ caussa Ephemerides scripsisse: & ex illis confectos esse, quos hodie habemus Commentarios. Postea tamen Ephemerides illæ aliorum quoque in manus pervenere: erantque haud

 dubiè

dubiè meliori fide consignatæ, quam Commentarii. Utrumque arguit Servii locus, quo, ut dixi, captum fuisse Cæsarem narrat. Nam id Cæsar in Commentariis omisit, quia constare aliis nolebat. Ut multa etiam per omnes hos libros fide haud sane optima tradi advertas, si Dionis, & aliorum, qui eadem scripsere, historias pervolvas. Iisdem Ephemeridibus ergo usus etiam Plutarchus. Easdem intelligit Appianus in παρεκβολαῖς περὶ πρεσβειῶν legitur p. 359. Καῖσαρ ἐν ταῖς ἰδίαις ἀναγραφαῖς τῶν ἐφημέρων ἔργων φησί. Iisdem usus etiam Polyænus qui complura Cæsaris stratagemata memorat nusquam in hoc opere scripta, ut in animadversionibus ostendemus. Præterea apud Frontinum quoque sunt, quæ ex Ephemeridibus hausta nihil ambigam. Quod ignoratum imposuit monachis, sive viris doctis qui Cæsaris libros exscripsere. In quibus subditum operi est: C. JULII CÆSARIS PONTIFICIS MAXIMI EPHEMERIS RERUM GESTARUM BELLI GALLICI LIBER VIII. EXPLICIT FELICITER. Legerant alibi de Ephemeride, quam quia ævum aboluerat, putavere nòn aliam esse ab his Commentariis. Quod verò ad Symmachi verba attinet, dubium intellexeritne is Ephemeridem hanc, quam Servius citat. Facilius crediderim Balbi Ephemerin signari, quæ magno in honore illis temporibus erat, ut ostendunt verba Sidonii Apollinaris qui sæculo non toto post vixit. Ait enim libro IX, epist. XIV: *Nam si omittantur, quæ de titulo Dictatoris invicti scripta Patavinis sunt voluminibus, quis opera Suetonii, quis Juvenci Martialis historiam, quive ad postremum Balbi Ephemeridem fando adæquaverit.* D. Vossius.

*Commentariorum* ] Hos *Strabo* Geogr. lib. IV. p. 177. B. vocat ὑπομνήματα, *Plutarch.* in Vit. Cæsar. Tom. I. p. 718. D. ἐφημερίδας, ut alii notarunt. Græcus autem interpres eos ἀπομνημονευμάτων nomine insignit; quod verbum a *Xenophonte* petiit, qui ita inscripsit sua de Socrate Collectanea. Ceterum *Commentarii* sunt proprie libri, quos, memoriæ sublevandæ causa, sibi quisque scribit, adeoque nudæ rerum narrationes, nullis Rhetoricæ pigmentis oblitæ. Hinc *Cicero* in Bruto cap. LXXV. de hisce *Cæsaris* Commentariis ita loquitur. *Nudi sunt, recti & venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste, detracto.* Davies.

3. *Gallia est omnis* ] Intelligit eam duntaxat Galliæ partem, quæ nondum à Romanis erat debellata; Allobroges enim & Galliam provinciam, ne de Cisalpina dicam, omittit. Hæc autem Galliæ divisio, quam exhibuit *Cæsar*, fuit antiquissima, si *Amm. Marcellino* fides. Illum vide lib. XV. c. XI. *Strabo* etiam Geogr. lib. IV. p. 177. eandem rationem sequi præ se tulit, sed in limitibus adsignandis erravit, ut ab *Is. Casaubono* animadversum. *Idem.*

4. *Ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur*] Eodem modo Hirtius accepit lib. IIX. de bello Gallico: *Bellovacos, qui belli gloria Gallos omnes, Belgasque præstabant.* Celtarum nomen vetustis auctoribus complectitur Hispaniam, Galliam & alias nationes, ut cuivis notum. Illud rarius, ut *Celtica* solum Galliam & quidem omnem designet: sic *Narbonensis provincia.* Appianus παρεκβολ. περὶ πρεσβ pag. 352, vocatur *Celtica Romanorum.* ait enim: ἔθνη δύο Τιγυρινῶν καὶ Ἐλβεττίων εἰς τὴν Ῥωμαίων κελτικὴν ἐνέβαλον. D. Vossius.

5. *Hi omnes lingua*] Sunt qui arbitrentur veterem Gallorum linguam jam penitus intercidisse. Qua in opinione Rhenanus, & eum secutus Rhellicanus, fuere, reliquias quæ hodie apud varias gentes supersunt, Germanicas esse arbitrati. Sed eadem olim lingua, cæterum diversa dialecto, usos fuisse Celtas omnes, id est Gallos, Germanos, Illyrios, Hispanos, aliasque gentes; & hanc majorem partem hodieque in nostra, & Britannica, aliisque his non abso-

nia

ſtitutis, legibus inter ſe differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona & Sequana dividit. Horum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ: propte- 3
rea quod [1] a cultu atque humanitate provinciæ longiſſime abſunt, minimeque ad eos mercatores ſæpe commeant, atque ea, quæ ad effeminandos animos pertinent, important. [2] Proximique ſunt Germanis, qui 4
trans Rhenum incolunt, quibuſcum continenter bellum gerunt. qua de cauſſa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt; quod fere quotidianis prœliis cum Germanis contendunt, quum aut ſuis finibus eos prohibent, aut ipſi in eorum finibus bellum gerunt.
[3] Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum eſt, 5
initium capit à flumine Rhodano: continetur Garumna flumine, [4] Oceano, finibus Belgarum: attingit etiam à Sequanis & Helvetiis flumen Rhenum; vergit ad Septemtriones. [5] Belgæ ab extremis Galliæ finibus 6
oriun-

nis linguis exſtare, fuſiſſime oſtendit magnus Geographus Philippus Cluverus in Germania ſua. Erraverat ante eundem errorem Anonymus qui ſua ex Julio Celſo hauſit. Etenim principio operis de Belgis loquens ait: *Ea verò tota natio paulatim (nec vetuit Rhenus) in nomen Germaniæ linguamque conceſſit. Ut jam ſe Gallos dici neſciant; ſi audiant, indignentur.* Quæ oſtendunt putaſſe eum longè diverſas fuiſſe linguas Germanorum & Gallorum. *D. Voſſius.*

1. *A cultu atque humanitate Provinciæ*] Narbonenſis Galliæ intelligit portionem, quæ à Romanis κατ' ἐξοχὴν *Provincia* appellabatur. De ea ſic *Plinius* Hiſt. Nat. lib. III. cap. IV. *Agrorum*, inquit, *cultu*, *virorum morumque dignatione*, *amplitudine opum*, *nulli Provinciarum poſtferenda*, *breviterque Italia verius quam Provincia.* Ad uſum vitæ cultioris à Maſſilienſibus præcipue traducebatur ea Galliæ pars, ut docet *Juſtinus* lib. XLIII. c. IV. *Davis.*

2. *Proximique*] Editt. recentiores conjunctionem omiſerunt, quam, cum extet in pleriſque MSS. ut teſtatur *Brantius*, & antiquis editionibus, revocandam cenſuimus: altera enim ratio redditur, cur Belgæ reliquos Gallos virtute præcedant. Hanc etiam lectionem ſecutus eſt Græcus interpres. *Idem.*

3. *Eorum una pars*] Nempe *finium Galliæ*, prout in tres partes dividitur. Miror hoc ab interpretibus non fuiſſe animadverſum. *Idem.*

4. *Oceano*, *finibus Belgarum: attingit etiam &c.*] In quibuſdam MSS. & impreſſis Codd. legitur: *Oceanum finibus*, vel *in finibus*, *Belgarum attingit. Etiam* &c. ſed vera eſt lectio vulgata. *Idem.*

5. *Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur*, *pertinent* &c.] Hoc eſt, Belgarum regio incipit ab extremis Galliæ finibus, reſpectu Italiæ ſcilicet, porrigitur vero ſeu extenditur ad inferiorem partem Rheni. Sic infra c. VI. ubi de ponte inter Genevam

oriuntur : pertinent ad inferiorem partem fluminis
Rheni : ſpectant in Septemtriones, & [1] orientem ſo-
7 lem. Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos mon-
tes, & eam partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam per-
tinet, ſpectat inter occaſum Solis & Septemtriones.
1 II. Apud Helvetios longe nobiliſſimus & ditiſſimus
fuit Orgetorix. is M. Meſſala & M. Piſone Coſs. re-
gni cupiditate inductus, conjurationem nobilitatis fe-
cit ; & [2] civitati perſuaſit, ut de finibus ſuis cum
2 omnibus copiis exirent. perfacile eſſe, quum virtute
omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio poti-
3 ri. Id hoc facilius eis perſuaſit, [3] quod undique loci
natura

nevam & Helvetios. *Ex eo oppido*, inquit, *pons ad Helvetios pertinet*. Noſtro frequens id verbum hoc uſu, ut & aliis auctoribus. *Pompon. Mela* lib. III. c. II. *Hinc Belgæ ad Rhenum pertinent*. *Livius* lib. XXV. c. XXIV. *In vaſta magnitudinis urbe, partium ſenſu non ſatis pertinente ad omnia*. Ubi *Laur. Valla* perperam reponit *pertingente*, ut exempla à me prolata ſatis indicant & pluribus confirmat *Joan. Frid. Gronovius*; quem vide. *Davies.*

1. *Orientem ſolem*] Non eſt diſſimulandum vocem *ſolem* deſiderari in vett. Codd. & *Orientem* tantum ſcriptum eſſe. *F. Urſinus.*

*Ibid.* Nihil tamen mutandum ; eadem enim locutio occurrit infra lib. V. c. XIII. Omneſque, quos vidi, codices hoc in loco vulgatam lectionem exhibent. *Davies.*

2. *Civitati perſuaſit*] *Civitas* hic ſignificat totius regionis incolas, qui iiſdem magiſtratibus parent. Sic c. IV. *Civitas armis jus ſuum exequi conaretur*, ubi de omnibus Helvetiis loquitur. Et lib. II. c. XIV. *Amicitia Civitatis Æduæ*, eadem eſt ac omnium Æduorum. Nihil frequentius apud *Cæſarem*. Eodem modo loquuntur alii Auctores. *Salluſtius* Bell. Catil. c. XL. *Ea res civitatem* (hoc eſt, totam Allobrogum gentem) *ære alieno liberaret*. Et c. XLI. de iiſdem Allobrogibus. *Itaque Q. Fabio Sangæ, cujus patrocinio* civitas *plurimum utebatur, rem omnem, ut cognoverant, aperiunt*. Vide *Joſ. Scaligerum* in Anim. Euſeb. p. 136. A. *Idem.*

3. *Quod undique loci natura Helvetii continentur*] Proba lectio, & Cæſari familiariſſima. Sic paullo ante : *quod fere quotidianis prœliis cum Belgis contendunt*. & : *propterea quod à cultu atque humanitate provinciæ longiſſime abſunt*. & innumeris locis. Leve ſane & vix notatu dignum, niſi Pantagathus, Urſinus, Ciacconius, & Hottomannus, locum hunc ut corruptum tentaſſent, quorum alii *contineantur*, alii *continerentur* legunt. Sed in pleriſque commentatorum deſidero accuratius judicium de phraſibus Cæſaris. *D. Voſſius.*

*Ibid.* Impediuntur, quo minus late poſſint evagari. Sic lib. I. Bell. Civ. c. LI. *Hos omnes flumina continebant*, id eſt, tranſitu prohibebant. Porro in vett. Edit. hic locus ita ſcribitur. *Loci natura tuti Helvetii continentur*, vel *continerentur*, ut habent editt. Rom. & Ven. Sed vox *Tuti* recte aberat à MSS. *Norvic. Vat. Steph. Hotom.* & *Urſin.* ideoque miror, cum eam alii editores jamdiu ejecerant, in nupera Amſtelodamenſi fuiſſe repoſitam. *Davies.*

natura Helvetii continentur; una ex parte, flumi-
ne Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Hel-
vetium à Germanis dividit; altera ex parte, monte
Jura altissimo, qui est inter Sequanos & Helvetios; ter-
tia, lacu Lemano, & flumine Rhodano, qui provin-
ciam nostram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat, ut 4
& minus late vagarentur, & minus facile finitimis bel-
lum inferre possent. qua de causa homines bellandi cu-
pidi magno dolore afficiebantur. Pro multitudine au- 5
tem hominum, & pro gloria belli atque fortitudinis,
angustos se fines habere arbitrabantur: [1] qui in longi-
tudinem millia passuum CCXL, in latitudinem CLXXX
patebant.

III. His rebus adducti, & auctoritate Orgetorigis 1
permoti, constituerunt ea, [2] quæ ad proficiscendum
pertinerent, comparare, jumentorum & carrorum
quam maximum numerum coëmere, sementes quam
maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppete-
ret, cum proximis civitatibus pacem & amicitiam
confirmare. Ad eas res conficiendas biennium sibi 2
satis esse duxerunt; in tertium annum profectionem
lege confirmant. [3] Ad eas res conficiendas Orgetorix de- 3
ligitur. is sibi legationem ad civitates suscepit. In eo i- 4
tinere

1. *In longitudinem millia passuum CCXL. in lat. CLXXX. patebant*] Notavit *Ph. Cluverius* Germaniæ lib. II. c. IV. hanc dimensionem utrobique esse falsam: quippe summa Helvetii agri longitudo est inter Rhenum sive lacum Brigantinum, qua Constantiam oppidum is alluit, & Genevam Urbem, millia passuum CLXXII. latitudo vero maxima inter Arolam & ortus Rhodani Rhenique m. p. LXXVI. adeo ut longitudini m. p. LXVIII. ultra quam par erat, sint addita, latitudini vero CIV. Nec hunc errorem librario, sed ipsi *Cæsari* attribuit. Confirmatur ejus sententia ex eo quod *Julius Celsus* de Vit. Cæs. lib. I. p. 17. ed. Lond. ex *Cæsare* erroneum hunc numerum exscripserit. *Davies.*

2. *Quæ ad proficiscendum pertinerent*] Id est, quæ iter facientibus essent necessaria. *Idem.*

3. *Ad eas res conficiendas*] Nimis delicatus est *Ciacconius*, qui, quod hæ voces paullo post repetantur, aliquid à malâ manu irrepsisse contendit. Sed nihil est superfluum, & *Cæsar* (ut docet *Hirtius* in Epist. ad Balbum, præmissa lib. VIII. de B. G.) festinans scripsit hosce Commentarios, qui sua natura eandem styli curam non desiderant, ac historia. *Idem.*

tinere perſuadet Caſtico Catamantaledis filio, Sequa-
no, cujus pater regnum in Sequanis multos annos ob-
tinuerat, & [1] à S. P. Q. R. amicus appellatus erat,
ut regnum in civitate ſua occuparet, quod pater ante
5 habuerat: itemque Dumnorigi Æduo fratri Divitia-
ci, qui eo tempore [2] principatum in civitate ſua obti-
nebat, ac maxime plebi acceptus erat, ut idem cona-
retur, perſuadet: eique filiam ſuam in matrimonium
6 dat. Perfacile factu eſſe illis probat, conata perficere;
propterea quod ipſe ſuæ civitatis imperium obtenturus
7 eſſet. non eſſe dubium quin totius Galliæ plurimum
Helvetii poſſent. ſe ſuis copiis, ſuoque exercitu, illis
8 regna conciliaturum, confirmat. Hac oratione addu-
cti, inter ſe fidem & jusjurandum dant, &, regno oc-
cupato, per tres potentiſſimos ac [3] firmiſſimos popu-
los,

1. *A S. P. Q. R. amicus appellatus erat*] Infra lib. IV. c. XII. de Piſone Aquitano. *Cujus avus*, inquit, *in civitate ſua regnum obtinuerat, amicus ab Senatu noſtro appellatus*: & lib. VII. c. XXXI. de Theutomato Nitiobrigum rege; *Cujus pater ab Senatu noſtro amicus erat appellatus*, & inter alia Senatus in Arioviſtum beneficia *Cæſar* infra c. XLI. commemorat, *quod Rex appellatus eſſet a Senatu, quod amicus, quod munera ampliſſima miſſa*, docetque *eam rem & paucis contigiſſe & pro maximis hominum officiis conſuevisse tribui*; ut & *T. Livius* auctor eſt lib. XXXI. c. XI. Vide etiam *Barn. Briſſonium* in eximio illo opere Formularum lib. II. p. 233. & ſeq. *Brantius.*

2. *Principatum*] Summus erat magiſtratus *quem Vergobretum appellant Ædui, qui creatur annuus*, ut ait noſter c. XVI. Is enim dicitur *Principatum obtinere*, qui inter ſuos eminet, regio nomine deſtitutus. *Lactantius* Divin. Inſtit. lib. I. cap. XIII. *Primus Uranus eminere inter cæteros potentia cœperit &* Principatum *habere, non* Regnum. Vide & noſtrum lib. VII. c. IV. *Sulpicius* tamen *Severus* Hiſt. Sacr. lib. I. c. XXVI. tradit Tholam *regno* potitum eſſe, Jaïrum autem *principatu*, licet utrique eadem fuerit poteſtas, adeo ut hæ voces interdum confundantur. *Davies.*

3. *Firmiſſimos*] Noſter antiquus *fortiſſimos*, quod idem video in libro Romæ olim excuſo. *Hotoman.*

*Ibid.* Firmum proprie dicitur de rebus inanimatis, quando vim reſiſtendi ſignificat. Hic tamen ad homines traducitur, ut & lib. V. c. XX. ubi narrat *Cæſar*, *Trinobantes*, Britanniæ populum, *eſſe firmiſſimam earum regionum civitatem.* Sic etiam ejuſdem libri c. LIV. *Senones*, Celticæ populus, dicuntur *civitas inprimis firma*, id eſt, homines fortiſſimi & potentiſſimi, nam *civitatem* pro regionis incolis poni, ſupra obſervatum cap. II. Similiter apud *Salluſtium* Jugurth. cap. XXVIII. Calpurnius dicitur *firmiſſimus contra pericula.* Hæc vocis *firmiſſimi* ſignificatio cum fuerit paullo rarior, Librarii, ſolenni temeritate, in quoſdam Codices notius eo ſenſu vocabulum intruſere. *Davies.*

los, totius Galliæ sese potiri posse sperant.

IV. Ea res, ut est Helvetiis per indicium enunciata, 1
moribus suis Orgetorigem ex vinculis caussam dicere coëgerunt. damnatum [1] pœnam sequi oportebat, ut igni cremaretur. Die constituta caussæ dictionis, Or- 2
getorix ad judicium [2] omnem suam familiam, ad hominum millia decem, undique coëgit; & omnes clientes, obæratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit: per eos, [3] ne caussam diceret, se eripuit. Quum civitas, ob eam rem incitata, 3
armis jus suum exequi conaretur, multitudinemque hominum ex agris magistratus cogerent; Orgetorix 4
mortuus est: neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit.

V. Post ejus mortem nihilo minus Helvetii id, 1
quod constituerant, facere conantur, [4] ut è finibus suis

1. *Pœnam sequi oportebat, ut igni cremaretur*] Quantum conjecto hac pœna apud Gallos & Germanos affecti hostes Reip. aut qui hostilia tentabant. Sic sub finem hujus libri legimus de C. Valerio Procillo: *Is se præsente, de se ter sortibus consultum dicebat, utrum igni statim necaretur, an in aliud tempus reservaretur.* Nam, tanquam exploratorem, punire eum volebat Ariovistus. Quales etiam pro hostibus habiti legibus Romanis: Unde Polyænus lib. VIII, pag. 571: *Νόμου Ῥωμαίων κελεύοντος πολεμίους κατακαίοντες ἀναιρεῖσθαι.* Etiam à Romanis, uti discimus ex libro de bello Hispaniensi, servus quod dominum jugulasset vivus combustus est. Et eundem respectum habere puto hanc pœnam. nam ut hostis Reip. est qui affectat tyrannidem; ita hostis familiæ, qui dominum tollit. Eodem more Græcorum illos qui Persis se sponte adjunxerant, à reliquis Græciæ populi Diis decimandos confecto bello statuerunt, ut discere est ex Diodoro Siculo lib. XI. Biblioth. p. 3. *Οἱ δ' ἐν ἰσθμῷ συνεδρεύοντες τῶν Ἑλλήνων ἐψηφίσαντο τοὺς μὲν ἐθελοντὶ τῶν Ἑλλήνων ἑλομένους τὰ Περσῶν, δεκατεῦσαι τοῖς θεοῖς, ἐπὰν τῷ πολέμῳ κρατήσωσι.* D. Vossius.

2. *Omnem suam familiam*] MSS. *Norv.* habet *omnem* sui *familiam.* Sic *Curtius* lib. IV. c. XII. 8. *Ad Cyrum quoque nobilissimum Regem originem* sui *referens.* Idem lib. VI. c. IX. 2. *Conspectusque* vestri *venerabilis cogit, ut vehementer parricidis irascerer.* Et iterum lib. VIII. c. IV, 15. in MS. *Petrensi* legitur *Rex ----- ex sella* sui *excivit*, cum editi *sua* exhibeant. Non autem dubito, quin hanc loquendi rationem *inusitatam quidem sed rectam profecto*, ut testatur *Gellius* N. A. lib. XX. c. VI. expunxerint imperiti. *Davies.*

3. *Per eos, ne caussam diceret, se eripuit*] Anonymus Celsi exscriptor in carcere mortuum ait: *Orgetorige primum duce, mox ubi ille affectatæ tyrannidis suspectus in carcere diem obiit.* D. Vossius.

4. *Ut è finibus suis exeant*] Necessitate

2 ſuis exeant. [1] Ubi jam ſe ad eam rem paratos eſſe arbi-
trati ſunt, oppida ſua omnia, numero ad duodecim,
vicos ad quadringentos, reliqua privata ædificia in-
3 cendunt. frumentum omne, præter quod ſecum por-
taturi erant, comburunt; ut, [2] domum reditionis ſpe
ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent:
trium menſium [3] molita cibaria ſibi quemque domo
4 efferre jubent. Perſuadent Rauracis, & Tulingis, &
Latobrigis finitimis, uti eodem uſi conſilio, oppidis
ſuis vicíſque exuſtis, una cum iis proficiſcantur: Bo-
joſque, qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum
Noricum tranſierant, [4] Norciamque oppugnarant, re-
ceptos ad ſe ſocios ſibi adſciſcunt.
1 VI. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus
domo exire poſſent: unum per Sequanos, anguſtum,
& difficile, inter montem Juram, & flumen Rhoda-
num,

tate coacti hoc conſilium iniërunt; in tantam enim multitudinem excreverant, ut iis ſuæ terræ non ſufficerent. Vide *Florum* lib. III. c. X. Omnes autem ſuos fines relinquere, non partem tantum ſuorum in colonias mittere, decreverant, ne à ſe invicem divulſi, prædæ eſſent vicinis, quos laceſſierant, quemadmodum tradit *Dio* lib. XXXVIII. p. 79. A. qui tamen errat, in eo quod illos doceat exiiſſe, Ὀργετόριγος σφίσιν ἡγεμόνος, *Duce Orgetorige*, cum is mortem oppetierat, priuſquam hoc iter aggreſſi ſunt Helvetii, ut ex *Cæſare* apparet. *Davies.*

1. *Ubi jam ſe ad eam paratos eſſe arbitrati ſunt*] Ridere libet: ait Rhellicanus, qui primus Helvetiis hoc conſilium dedit de exurendis oppidis, & vicis ſine dubio apud Thucydidem legit hiſtoriam & conſilium Periclis. Quærere velim quo argumento id dicat, nimirum quoniam Græcas literas Helvetii noverant. Et quis Pericli conſilium ſuum ſuggeſſit? *D. Voſſius.*

2. *Domum reditionis*] hic, ut fit, *verbale* verbi, a quo deducitur, caſum regit. *Plautus* Amphit. Act. I, Sc. III. 21. *quid tibi hanc curatio eſt rem? Hyginus* Fab. CXVIII. *Catena alligavit, ut ſibi diceret quando* domum repetitionem haberet. Vide & *G. J. Voſſium* de Anal. lib. III. cap. IX. *Davies.*

3. *Molita cibaria*] Multum ſe cruciant viri docti Glareanus, Hottomannus, alii, quid hic ſint molita cibaria. Quaſi verò aliud Cæſar intellexerit quam frumentum molitum, ſive farinam, quæ ad pinſendum ſtatim utilis. Ἄλφιτα, Græcus interpres, & optime vertit. *D. Voſſius.*

4. *Noreiamque*] Sic legimus cum Metaphraſte, libriſque MSS. & antiquitus cuſis, cum recentiores habeant *Noricam* ex conjectura non neceſſaria *H. Glareani*; Noreia quippe oppidum eſt Norici. Vide doctiſſimum *Cellarium* Geograph. Antiq. lib. II. c. VII. p. 344. Eſt & alia urbs cognominis, quæ erat Carnorum, ad quam cum Cimbris inani conatu pugnavit Cn. Carbo, ut docet *Strabo* Geogr. lib. 5. p. 214. D. *Davies.*

num, [1] quo vix ſinguli carri ducerentur ; mons au-
tem altiſſimus impendebat, ut facile perpauci prohibe-
re poſſent : alterum per provinciam noſtram, multo 2
facilius, atque expeditius ; propterea quod Helvetio-
rum inter fines, & Allobrogum, qui nuper pacati
erant, Rhodanus fluit, iſque nonnullis locis vado
tranſitur. Extremum oppidum Allobrogum eſt, pro- 3
ximumque [2] Helvetiorum finibus Geneva. ex eo op-
pido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus ſeſe
vel perſuaſuros, quod nondum bono animo in popu-
lum Romanum viderentur, exiſtimabant, vel vi co-
acturos, ut per ſuos fines eos ire paterentur. Omni- 4
bus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt,
qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant. is dies
erat, a. d. v. K. Apr. [3] L. Piſone, A. Gabinio, Coss.

VII. *Cæſari* quum id nunciatum eſſet, eos per 1
provinciam noſtram iter facere conari, maturat ab
urbe proficiſci, & quam maximis itineribus po-
teſt, in Galliam ulteriorem contendit, & [4] ad Ge-
nevam pervenit. Provinciæ toti quam maximum 2
militum numerum imperat. erat omnino in Gal-
lia ulteriore legio una. pontem, qui erat ad Gene-
vam, jubet reſcindi. Ubi de ejus adventu Helve- 3
tii certiores facti ſunt, legatos ad eum mittunt no-
biliſſimos

1. *Qua vix ſinguli*] MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven.* aliæque vett. habent *vix qua*, quomodo etiam *Hotomannus* ex conjectura legendum cenſuit. *Davies.*

2. *Helvetiorum finibus Geneva*] In MS. *Norvic.* & antiquiſſimis editt. legitur *Genua*, quam lectionem in Cæſare invenit *Julius Celſus*, qui ſic ſcribit. *Ad ripam quorum* (Allobrogum) *ut idem* Jul. Cæſar, *extremum proximumque Helvetiis angulum Genua eorum oppidum tenebat, nunc Gebenna civitas* &c. De Vit. Cæſ. lib. 1. p. 18. ed. Lond. *Idem.*

3. *L. Piſone*] Recte. Græcus interpres, quia ſuperius Marci Piſonis mentio facta, Lucium cum Marco confudit, & hic quoque Μάρκος tranſtulit, inepte. *D. Voſſius.*

4. *Ad Genevam pervenit*] Servius ad 1 Æneid. *Ars quidem hoc exigit ut nominibus provinciarum propoſitionem addamus, civitatum nunquam. Tamen plerumque hoc perverſo ordine legitur, ut eſt hic Italiam venit, pro ad Italiam.* Tullius in Verrinis: *Ea die Verres ad Meſſanam venit: pro, Meſſanam.* Sic ſæpe alibi Cæſar, ut lib. VII: *ad Lutetiam iter facere cœpit.* &, *jam Cæſar à Gergovia diſceſſiſſe audiebatur.* & 1. civil. 240: *ad Ilerdam reverti.* D. Voſſius.

bilissimos civitatis; cujus legationis Numejus & Veroductius principem locum obtinebant; qui dicerent, *sibi esse in animo, sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: rogare, ut*
4 *ejus voluntate id sibi facere liceat.* Cæsar, quod memoria tenebat, L. Cassium Consulem occisum, exercitumque ejus ab Helvetiis pulsum & sub jugum mis-
5 sum, concedendum non putabat. neque homines inimico animo, data facultate per provinciam itineris faciundi, temperaturos ab injuria & maleficio existima-
6 bat. Tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites, quos imperaverat, convenirent, legatis respondit, [1] *diem se ad deliberandum sumpturum; si quid vellent, a.d. Idus Apr. reverterentur.*

1 VIII. Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque, qui ex provincia convenerant, [2] à lacu Lemano, quem flumen Rhodanum influit, ad montem Juram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, millia

1. *Diem se ad deliberandum*] Cave credas diem *naturalem* aut *artificialem*, ut loquuntur Astronomi, hic intelligi, spatium enim indefinitum significatur. Sic infra c. xi. *Quod in longiorem diem collaturus erat.* Virgilius Æneid. xi. v. 425.

*Multa dies variique labor mutabilis ævi*
*Rettulit in melius.*

Ubi *Servius*, *Dies autem*, inquit, *tempus*. Davies.

2. *A lacu Lemano, quem flumen Rhodanum influit*] Rhenani emendatio, & proba. sed κακοήθως alii dissimulaverunt. Hottomannus etiam obniti audet. aitque nequaquam solitum Cæsari ita loqui, *quem flumen Rhodanum influit*. Quod falsum. Etenim lib. iii. de bello Gall. dixit: *In flumine Ligeri, quod influit Oceanum.* D. Vossius.

*Ibid.* Editiones veteres habent. *Qui in flumen Rhodanum influit*. Sed hoc rerum naturæ est contrarium; Probanda igitur videtur *B. Rhenani* emendatio: non enim est verosimile Cæsarem ipsum memoria lapsum esse. *Davies.*

*A lacu Lemano, quem flumen Rhodanum influit, ad montem Juram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit*] Nequeo satis mirari negligentiam criticorum ad hunc locum, qui omnes eum, velut intellectu planum ac facilem transmisere. Cum longè aliter res se habeat atque vulgo persuasum est; cujus si opinionem sequaris absurdissima sententia erit. Glareanus subodoratus difficultatis aliquid, expedire se nequaquam posse dixit. Sed perpendamus. Ait Cæsar Helvetiis itinera fuisse, unum per angustias, Rhodanum & Juram inter, alterum per vada Rhodani. Cæsar à Lemanno lacu (quod tantundem juxta communem opinionem est, ac si Rhodanum dicas) ad Juram montem murum perduxit. Ergo necessario jam clausæ, de quibus dixit, angustiæ. Nam murus hic ante angustias

ftias ductus. Restat alterum iter per vada Rhodani. Hic tentavere transitum Helvetii, sed, ut postea ait Cæsar, munitione prohibiti perficere nequiverunt. Unde illi hac spe dejecti, per angustias ivere. Si obstructæ erant angustiæ muro, quomodo illi, qui eo prohibiti discesserunt, nihilominus penetravere? Rursum, si Rhodanum propter munitiones transire non potuerunt, quomodo murus à Lemanno lacu ad Juram pertinebat. Absurda sunt. Quare ita hæc intelligenda. Jura mons, qui Sequanorum fines ab Helvetiis dividit, novem aut decem circiter passuum millibus infra Genevam Rhodano impendet. Hæ sunt illæ angustiæ, de quibus Cæsar loquitur. Dein flumine montes dividuntur, & adversa in ripa (eam intelligo quæ Allobrogum est) sive ut Romani loquebantur citeriore Rhodani *ripa* mons continuatur. Hunc montem ego veteribus quoque Juram appellatum esse nullus ambigo. Igitur Cæsar munitionem duxit à lacu Lemanno, ad montem Juram, non trans fluvium, sed cis. Et murus is ductus secundum ripas Rhodani. Incipiebat haud procul oppido Geneva, desinebat ex adverso angustiarum, sive ubi Jura mons divisus amne, iterum in Allobrogum terra continuatur. Et in Appiani quoque παρεμβολαῖς περὶ τειχῶν legimus ripam Rhodani à Cæsare communitam per stadia 150. Ἀντεῖχεν ... ποταμῷ ... ὑπὲρ πεντήκοντα σταδίους μάλιστα. En tabellam.

1. *Murus vulgi falsus, & ante angustias ductus.*
2. *Murus ex nostra opinione à Lemanno lacu secundum Rhodanum infimus.*
3. *Juræ montis altera pars cis Rhodanum.*
4. *Vada Rhodani.*

Hoc modo si capias sana cuncta videbis. Primo enim quod Cæsar dicit de rescisso Genevæ ponte jam caussam habet, ne illac voluntate Allobrogum transirent Helvetii. Alioqui si tanto spatio ante Genevam ductus murus, nihil opus eum confringere. Dein duo jam diversa itinera habes per Rhodanum, & per angustias. Helvetii illud per vada Rhodani minus periculosum judicabant, quia angustiis Jura imminet. Itaque transitum tentavere, sed quia cis amnem munitio erat, prohibiti sunt. Et hoc loco crebra vada in flumine esse, totumque situm Juræ, & angustiarum, ita ut hic descriptum est, se habere, cognovi ex illustrissimo Barone Georgio Slupechy, cui ambigas generis fastigium, & continua plurium sæculorum nobilitas, an virtus propria & eruditio plus decoris addant. Is inquam cum quem dixi situm esse, & mihi affirmavit, & præsens loca illa suis oculis aspexit. Igitur Helvetii cum amnem transire nequirent, per angustias ivere, quas nequaquam clausas fuisse supra ostendimus. Sed morari aliquem possit, quod in Cæsare scribatur per XIX. millia passuum, cum hoc de quo loquimur spatium, trium vel circiter horarum sit. Corruptus numerus, quod & illi fatentur, qui perperam murum trans Rhodanum ponebant. Idque etiam fatetur Cluverius, communem lapsum in muri loco secutus. Igitur pro XIX, scribe X, vel IX. Error hinc ortus, quod librarii ambigentes utrum X, vel IX. scriptum esset (credo enim vestigium aliquod fuisse literæ I,) quia non putarent audacter temere aliquid describendum, scripsere *decem* & in margine *vel novem*. Postea vox *novem* in textum irrepsit, & factum est *decemnovem*. Alioqui in Appiano ripa Rhodani per 150. stadia munita dicitur, id est, millia passuum 15. Nec movere aliquem debet, quod de ruderibus trans Lemannum inventi ajunt. Nihil illæ ad Cæsaris murum, qui è terra erat. Et solitos ita aggeres vocari vel Varro ostendat, lib. 1. de re rust.

cap.

millia passuum decem novem, murum, in altitudinem
2 pedum sexdecim, fossamque perducit. Eo opere perfecto, præsidia disponit, castella communit; quo facilius, si se invito transire conarentur, prohiberi pos-
3 sent. Ubi ea dies, quam constituerat cum legatis, venit, & legati ad eum reverterunt; negat *se more &*
1 *exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare.*

*&*,

cap. XIV: *Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, in agro Rheatino.* Vide errorem Bedæ qui diversa putat vallum & murum. apud Casaub. in Hist. Aug. p. 120. b. c. Vide & Salmas. in Spart. p. 139. e. f. 140. a. Spart. *Post murum aut vallum missum in Britannia:* malo expungere verba *aut vallum.* si genuina sunt ipse vides utrumque idem valere. At quis respondeat, cum hunc Juram cis Rhodanum intelligo, frustra addi, *qui Helvetios a Sequanis dividit.* Equidem non adversabor siquis ea ab librario irrepsisse dicat, & totum locum ita legat: *A lacu Lemano, quem flumen Rhodanum influit, ad montem Juram millia passuum novem, murum, in altitudinem pedum sexdecim, fossamque perducit.* Hic verus hujus loci sensus, & quidem planissimus, quo absque frustra bellum Helveticum intelligere coneris. Ad talia velim attendant, qui historicos sibi commentandos aut explicandos sumunt, potius quam de literis & argutis illis conjecturis cogitent. Non quia intercedendum criticæ putem, quippe non ignoro eam prorsus necessariam esse plurimis locis, sed quod plerique potioribus omissis, ex ineptiis gloriolam aucupantur. Cujusmodi inter alias Faërnus, cætera vir egregius, in loco quodam Cæsaris pro *ac* atque emendabat: *βαβαὶ μεῖζον.* Qualis & nuperrime vir doctus notis suis in Horatium cum legisset:

*Jam satis terris nivis atque diræ*
*Grandinis.*

Putabat nimis delicatas Horatii aures, quam ut tres ordine voces in *is* desinentes admitterent. Itaque pro *terris* restituit *terra.* Nugæ. Non dixisset si Romanos non *terris*, ut nos hodie, sed *terreis* pronunciasse cogitasset. *D. Vossius.*

*Ibid.* Absurda est, ut recte animadvertit *Vossius*, sententia vulgata; Ipsius tamen explicatio difficultatibus non caret. I. Montem situm in ripa Rhodani, quæ Allobrogum est, Juram fuisse vocatum statuit, cum tamen hoc ne unus quidem vett. tradiderit. II. Hæ voces, *Qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit*, ejus dogmati plane contradicunt, cum, si ab illo stetisset *Cæsar*, dicere debuerit, *Qui Helvetiorum fines ab Allobrogibus dividit.* Hoc ipsum *Vossium* non fugit, ideoque ea verba censuit delenda. Sed iis, quibus nulli MSS. carent, spongiam inferre temerarium videtur. Quod autem habet de numeri mutatione, confirmatur à *Julio Celso*, qui lib. 1. p. 21. Ed. Lond. de hoc muro ita loquitur. *Decem millia passuum, altitudinis pedum sedecim fossam perducit.* Ubi *millium* male reponit *Gravius*, ut ex hoc ipso Cæsaris loco patet; præpositiones nimirum sæpe in verbis latent, ut dicemus ad cap. XII. *Davies.*

1. *Negat se more & exemplo populi Romani*] Firmus locus. Hottomannus negat se illud *exemplo populi Romani* legisse. & ita proscribendum esse suspicabatur: *Negat se more & exemplo injussu populi Romani.* Apud Tacit. 1. Histor. habemus, *More divi Augusti*,

&

*&*, *si vim facere conentur*, *prohibiturum* ostendit. Helvetii ea spe dejecti, navibus junctis, [1] ratibusque compluribus factis; alii, vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnunquam interdiu, sæpius noctu, [2] si perrumpere possent, conati, operis munitione, & militum concursu & telis repulsi, hoc conatu destiterunt. 4

IX. Relinquebatur una per Sequanos via, qua Se- 1
quanis invitis, propter angustias ire non poterant. Iis 2
quum sua sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem Æduum mittunt, ut eo [3] deprecatore
à Sequanis hoc impetrarent. Dumnorix gratia & lar- 3
gitione apud Sequanos plurimum poterat, & Helvetiis erat amicus, quod ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat; & cupiditate regni adductus

*& exemplo militari.* Putabat Ferretus & Lips. legendum, *exemplo divi Augusti*, *& more militari.* Sed ponitur & *mos* pro *exemplo.* unde Statius I Thebaid. 238:

> —— *at nati* (*facinus sine more*) *cadentes*
> *Calcavere oculos.*

Ubi facinus sine more, est inauditum scelus, & sine exemplo. *D. Vossius.*

*Ibid.* Hoc est, instituto vel modo. *Velleius Paterculus* lib. II. c. XXVIII. *Primus ille*, (Sulla) *& utinam ultimus*, *exemplum proscriptionis invenit*, id est, modum aut rationem. *Sulpicius Severus* Epist. I. p. 351. *Simili sanctum Dominus blasphemat exemplo.* Hinc patet lapsum esse *Hotomannum*, qui, invitis Codicibus, scribere voluit, *Negat se more & exemplo injussu P. R.* quod alteram lectionem sanam fuisse non judicavit. *Davies.*

1. *Ratibusque compluribus factis; alii &c.*] Ita MSS. & veteres cusi. Recentiores autem hoc modo; *Ratibusque compluribus factis alii; alii* &c. Sententiam nimirum sine isto additamento mancam putabant; sed perperam. *Curtius* lib. VII. c. IV, II. *Obstat metus*, *aliis cupiditas*, pro eo quod est, *aliis obstat metus* &c. *Livius* lib. III. c. XXXVII. *Et jam ne a tergo quidem abstinebatur: Virgis cadi*, *alii securi subjici.* Ubi vide *Joan. Frid. Gronovium*, qui ita locutos esse veteres pluribus exemplis demonstrat, & inter alia hoc *Cæsaris* loco. *Idem.*

2. *Si perrumpere possent:*] Hoc est, *an perrumpere possent.* Eodem modo loquitur noster lib. II. B. G. c. IX. Sic & *Terentius* in Heaut. Act. I. Sc. I. *Visam*, *si domi est*: Nec aliter *Cicero* Acad. Quæst. lib. I. n. 2. *Hic pauca primo atque ea percunctantibus nobis*, *& SI quid forte Roma novi.* Ubi voculam *Si* delendam putarunt *Manutius* & *Lambinus*, quod hunc ejus usum in mentem non revocarent; quem tamen revera habere multis docet *Pet. Faber* in locum. *Idem.*

3. *Eo deprecatore*] Hac in voce præpositio *ad augendum & cumulandum* interdum valet, ut docet *Gellius* Noct. Attic. lib. VI. c. XVI. Quam significationem hic obtinet, ut & apud *Petronium* in Satyr. c. XXX. *Idem.*

ductus novis rebus ſtudebat, & quamplurimas civita-
4 tes ſuo ſibi beneficio habere obſtrictas volebat. Itaque
rem ſuſcipit; & à Sequanis impetrat, ut per fines ſuos
Helvetios ire patiantur; obſideſque uti inter ſeſe dent,
perficit: Sequani, ne itinere Helvetios prohibeant;
Helvetii, ut ſine maleficio & injuria tranſeant.

1 X. Cæſari nunciatur, Helvetiis eſſe in animo per
agrum Sequanorum & Æduorum iter in Santonum
fines facere, qui non longe à Toloſatium finibus ab-
2 ſunt; quæ civitas eſt in provincia. Id ſi fieret, intel-
ligebat magno cum provinciæ periculo futurum, ut
homines bellicoſos, populi Romani inimicos, locis
patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet.
3 Ob eas cauſſas ei munitioni, quam fecerat, T. Labie-
num legatum præfecit. ipſe in Italiam magnis itineri-
bus contendit: duaſque ibi legiones conſcribit; &
tres, quæ circum Aquilejam hiemabant, ex hibernis
educit; &, qua proximum iter in ulteriorem Gal-
liam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire
4 contendit. Ibi [1] Centrones, & Graioceli, & Caturi-
ges, locis ſuperioribus occupatis, itinere exercitum
5 prohibere conantur. Compluribus his prœliis pulſis,
ab Ocelo, quod eſt [2] citerioris provinciæ extremum,
in fines Vocontiorum ulterioris provinciæ die ſeptimo
pervenit: inde in Allobrogum fines; ab Allobrogibus
in Seguſianos exercitum ducit. hi ſunt extra provin-
ciam trans Rhodanum primi.

1 XI. Helvetii jam per anguſtias, & fines Sequano-
rum ſuas copias tranſduxerant, & in Æduorum fines
per-

1. *Centrones, & Graioceli, & Caturiges*] In vulgg. *Garoceli*. Nos autem MS. *Norvic.* fidem ſequimur, cum, ut recte *Ciacconius*, Alpes Graiæ ibi ſunt & Ocelum infra. Ceterum nemo animadvertit adverſus hoſce populos *Cæſarem* ſtrategemate uſum eſſe, quod refert *Polyænus* lib. VIII. c. XXIII. 5. 2. Qui tamen fallitur, cum tradiderit, ὅτι Καῖσαρ ἀμαχὶ τὰς Ἄλπεις ὑπερέβαλεν, ut ex hoc loco patet. *Davies.*

2. *Citerioris provinciæ*] Citerior provincia, Romanis eſt Ciſalpina, ulterior, Tranſalpina. Vide *Aldi Manutii* de Quæſ. per Epiſt. lib. II. Ep. II. *Idem.*

perveneraut, eorumque agros populabantur. Ædui 2
quum se, suaque ab his defendere non possent, legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium. Ita se omni 3
tempore [1] de populo Romano meritos esse, ut, pæne in conspectu exercitus nostri, agri vastari, liberi eorum in servitutem abduci, oppida expugnari non debuerint. Eodem tempore, quo Ædui, Ambarri 4
quoque necessarii & consanguinei Æduorum, Cæsarem certiorem faciunt, sese, depopulatis agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere. Item Allo- 5
broges, qui trans Rhodanum vicos possessionesque habebant, fuga se ad Cæsarem recipiunt, [2] & demonstrant, sibi, præter agri solum, nihil esse reliqui. Quibus rebus adductus Cæsar non expectandum sibi 6
statuit, dum omnibus fortunis sociorum consumptis, in Santones Helvetii pervenirent.

XII. *Flumen* est Arar, quod per fines Æduorum 1
& Sequanorum in Rhodanum influit, [3] incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit. id Helvetii ratibus ac lintribus junctis transibant. Ubi per exploratores Cæsar certior factus est, 2
[4] tres jam copiarum partes Helvetios id flumen traduxisse,

1. *De populo Romano meritos esse*] Ob perpetuam eorum erga Romanos fidem. Vide nos infra ad c. XLIII. *Davies.*

2. *Et demonstrant*] Certiorem faciunt, narrant. Sic perpetuo apud nostrum. Similiter *Cicero* de Orat. lib. I. c. XXXI. *Etiam illa cognoram & acceperam, antequam de re diceremus, initio conciliandos eorum esse animos, qui audirent, deinde rem demonstrandam*, id est, narrandam. In oratione enim, secundum artis regulas, procemium excipit narratio. *Idem.*

3. *Incredibili lenitate*] Quidam legunt *levitate*, interpretanturque *co-[illegible] levitate*. Sed *Plinius*, ut eam interpretationem non recipiamus, facit. Ait enim lib. III. c. IV. *Rhodanus fluvius ex Alpibus sese rapiens per Lemannum lacum, segnemque deferens Ararim, nec minus seipso torrentem Isaram, & Druentiam.* Mela lib. III. c. V. *Araxes labitur placidus ac lenis, neque in utram partem eat, quamvis intuearis, manifestus.* Ciacconius.

*Ibid.* Ad *Joan. Mich. Brutum* respicit, quem etiam multis veterum locis confutavit. *Pet. Faber* Semest. lib. I. cap. XX. Quibus adde *Silium* lib. III, 451. XV, 501. *Davies.*

4. *Tres jam copiarum partes* &c.] Id est, Helvetios traduxisse tres copiarum partes trans id flumen. Nimirum veteres interdum præpositionem non addebant, si jam esset in verbo composito. Sic infra cap. XXX.

xisse, quartam vero partem citra flumen Ararim reli-
quam esse; de tertia vigilia [1] cum legionibus tribus è
castris profectus ad eam partem pervenit, quæ non-
3 dum flumen transierat. Eos impeditos, & inopinan-
tes agressus, [2] magnam partem eorum concidit: reli-
qui sese fugæ mandarunt, atque in proximas silvas ab-
4 diderunt. Is pagus appellabatur Tigurinus. [3] nam o-
5 mnis civitas Helvetia in quatuor [4] pagos divisa est. Hic
pagus unus, quum domo exisset, patrum nostrorum
me-

XXX. *Ne major multitudo Rhenum transducatur*, pro eo quod est, trans Rhenum. Item lib. II. c. V. *Flumen Axonam ----- exercitum transducere maturavit*. Ejusdem libri cap. X. *Sagittarios pontem transducit*. Et sæpe alibi. Similiter *Minucius Felix* Octavio pag. 14. *Mare licet influxerit liquor*, hoc est, in Mare. Et paullo post, *Montes irruunt*, ubi hac præpositionis Ellipsi non animadversa, Editor Romanus male emendat, *diruunt*. Idem.

1. *Cum legionibus tribus è castris profectus*] Non Cæsarem ipsum, sed Labienum profectum tradunt Plutarchus & Appianus. Quod verum esse nihil dubito. Miratur Hottomannus. Quasi verò non rectè sibi tribuat imperator, quæ per legatos gerit. Sic Suetonius in Julio c. 58. ait illum per se portus Britannicos explorasse: quod à Voluseno factum, nullum est dubium. Unde lib. VI. Commentar. *Ipse, quum maturescere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus*, &c. frustra expunxit, & Faernus, & Scaliger vocem *præfectus*. Quod enim ipsum profectum negant, id eodem modo quo hic accipiendum est. vide locum. *D. Vossius*.

*Ibid*. Non dubium est quin hæc observatio conciliandis auctoribus interdum sit adhibenda. Vide doctissimi viri *Joan Clerici* Diss. II. Harmon. Evang. subnexam Can. XVI. sed loco *Suetonii* allato non convenit, ut dicemus ad lib. IV. c. XXI. *Davies*.

2. *Magnam partem eorum concidit*] Triginta millia cecidisse ex Polyæno discimus, qui lib. VIII, p. 579. etiam addit factum hoc in transitu Rhodani, sed confudit illum cum Arare. Ne verò quis putet lapsum librarii esse, addit τεχχιωποταμόνι *D. Vossius*.

Ibid. *Dio* à nostro diversus abiens, tradit eos *in ipso fluminis transitu*, ἐν αὐτῷ τῷ πόρῳ, fuisse accisos. Vide lib. XXXVIII. p. 80. A. *Davies*.

3. *Nam omnis civitas Helvetia*] Simili modo Sallustius, citante Nonio, dixit, *Duæ Galliæ mulieres conventum vitantes*. Apud eundem in Catilinario, in Cæsaris oratione, ubi vulgò legitur, *Bello Macedonico*. MS. noster perantiquus, & maximæ apud me auctoritatis, habet: *Bello Macedonio*. Eodem modo infra libro VII. ubi in vulgatis est, *Gergoviam, Bojorum oppidum, quos ibi Helvetico prælio victos Cæsar collocaverat*. V. C. habet, *Helvetio*. D. Vossius.

4. *In quatuor pagos*] Unde Glossarium Latino Græcum; *Pagus*, τοπαρχία, χώρα, νομός. Male hic editt. *Rom. Ven. Beroald.* ex Glossemate habent *partes*. Pagorum Helvetiorum nomina, eorumque situm exhibent *Ph. Cluverius* Germ. lib. II. c. IV. & *Chr. Cellarius* Geogr. Ant. lib. II. c. III. pag. 175. & seqq. edit. Cantab. *Davies*.

memoria [1] L. Cassium consulem interfecerat, & ejus exercitum sub jugum miserat. Ita, sive casu, sive con- 6
silio Deorum immortalium, quæ pars civitatis Helvetiæ insignem calamitatem populo Rom. intulerat, [2] ea princeps pœnas persolvit. Qua in re Cæsar non solum 7
publicas, sed etiam privatas injurias ultus est, quod [3] ejus soceri L. Pisonis avum L. Pisonem legatum, Tigurini eodem prœlio, quo Cassium, interfecerant.

XIII. Hoc prœlio facto, reliquas copias Helvetio- 1
rum ut consequi posset, pontem in Arare faciendum curat, atque ita exercitum transducit. Helvetii, re- 2
pentino ejus adventu commoti, quum id, quod ipsi diebus xx. ægerrime confecerant, [4] ut flumen transirent, illum uno die fecisse intelligerent, legatos ad eum mittunt: *cujus* legationis Divico [5] princeps fuit, qui bel-

1. *L. Cassium Consulem*] Vide *Glandorpii* notam ad cap. VII. & auctoribus ibi laudatis adde *Appianum* in Celticis p. 755: *Tacitus* autem Germ. c. XXXVII. Germanos hujusce cladis auctores facit. Nec tamen pugnant inter se *Tacitus* & *Cæsar*, ut *Freinshemius* perperam est arbitratus ad *Flori* lib. III. cap. III. Constat enim Gallos sub Germanorum nomine contineri. *Seneca* Cons. ad Helviam c. VI. *Pyrenæus* Germanorum *transitus non inhibuit*, id est, Gallorum seu Celtarum, à quibus & Iberis Celtiberi nomen habent. Vide *Diodorum* Siculum Bibl. lib. v. p. 304. ed. Rhodom. & *Lipsium* in *Plinii* Paneg. c. XIV. *Davies.*

2. *Ea princeps* &c.] Id est, prima. Noster infra c. XLI. *Princepsque decima legio per tribunos militum ei gratias egit.* Lucret. lib. I. v. 95. de Iphigenia

*Quod patrio* princeps *donarat nomine Regem.*

Erat nempe primogenita. Vide *Euripidem* Iphig. in Aulid. v. 1220. *Idem.*

3. *Ejus soceri L. Pisonis*] Calpurniam nimirum L. Pisonis filiam duxerat uxorem. Adi *Suetonium* in Jul. c. XXI. *Idem.*

4. *Ut flumen transirent*] Dubitat vir doctissimus *P. Ciacconius*, an hæc sint *Cæsaris* verba; sed immerito: Ea videlicet noster, utpote σαφηνείας studiosissimus, adjecit. Sic supra c. V. *Helvetii id quod constituerant facere conantur*, Ut *è finibus suis exeant.* Infra c. XXXI. *Omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helvetii fecerunt*, Ut *domo emigrent.* Similiter *Cicero* Acad. Quæst. lib. IV. c. IV. *Etsi heri, inquit, id quod quærebatur, pæne explicatum est*, Ut *tota fere quæstio tractata videatur.* Ultima verba itidem *Jan. Gruterus* perperam suspecta habuit. *Idem.*

5. *Princeps fuit*] Primum locum tenebat, præcipuus fuit ac primarius vir. Sic apud *Phædrum* lib. V. Fab. I. *Principes* sunt Athenarum primores. Ut apud nostrum lib. IV. c. XI. *Ubiorum principes* & lib. V. c. IV. *Trevirorum*

3 bello Caſſiano dux Helvetiorum fuerat. Is ita cum
Cæſare egit : *Si pacem populus Romanus cum Helvetiis*
*faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Helvetios,*
4 *ubi Cæſar conſtituiſſet, atque eſſe voluiſſet. ſin bello perſequi*
*perſeveraret; reminiſceretur &* [1] *veteris incommodi popu-*
5 *li Romani & priſtinæ virtutis Helvetiorum.* [2] *Quod impro-*
*viſo unum pagum adortus eſſet, quum ii, qui flumen trans-*
*iſſent, ſuis auxilium ferre non poſſent; ne, ob eam rem,*
6 *aut ſuæ magnopere virtuti tribueret, aut ipſos deſpiceret. Se*
*ita à patribus majoribuſque ſuis didiciſſe, ut magis virtute,*
7 *quam dolo, contenderent, aut inſidiis niterentur. Quare, ne*
*committeret, ut is locus, ubi conſtitiſſent, ex calamitate populi*
*Rom. & internecione exercitus nomen caperet,* [3] *ac memo-*
*riam proderet.*

1 XIV. His Cæſar ita reſpondit : [4] *Eo ſibi minus du-*
*bitationis dari, quod eas res, quas legati Helvetii comme-*
*moraſſent, memoria teneret: atque eo gravius ferre, quo mi-*
2 *nus merito populi Rom. accidiſſet. qui ſi alicujus injuriæ ſibi*
*conſcius fuiſſet; non fuiſſet difficile cavere. ſed eo deceptum,*
*quod neque commiſſum à ſe intelligeret, quare timeret; neque*
3 *ſine cauſſa timendum putaret. Quod ſi* [5] *veteris contumeliæ*
*obli-*

*virorum Principes*, ſunt qui inter ſuos eminebant. Denique, ne plura afferamus, vox hæc ad ſignificandos Auguſtos ac Cæſares eorumve propinquos tum demum eſt detorta, cum ipſi rerum potirentur, ut à *Th. Gorallo* pulcre eſt obſervatum ad *Pedonis Albinovani* Eleg. I. v. 285. Unde liquet eam, cujus exempla dedimus, ſignificationem altera longe eſſe antiquiorem. *Davies.*

1. *Veteris incommodi*] Quod, devicto Caſſio, acceperant. Vide c. VII. & XII. *Idem.*

2. *Quod improviſo unum pagum adortus eſſet*] Μείωσις Nolebat Divico dicere fugaſſet, quia hoc derogabat gloriæ Helvetiorum: quod non animadvertens Ciacconius, & Urſinus fruſtra mutabant, *ille adortus cum fugaſſet*; hic *adortus viciſſet*. D. Voſſius.

3. *Ac memoriam proderet*] Nugari qui depravatum hunc locum credunt meridiana luce clarius & jam aliis demonſtratum eſt. Sic ſane Gellius lib. I, cap. XIX: *In antiquis Annalibus memoria ſuper libris Sibyllinis hæc prodita eſt.* D. Voſſius.

4. *Eo ſibi ----- teneret*] Cognita nimirum eorum aſtutia, ſibi melius poterat cavere, &, data occaſione, veterem ignominiam ulciſci. *Davies.*

5. *Veteris contumeliæ*] Romanis ſcilicet bello Caſſiano ſub jugum miſſis, quod maximæ ignominiæ loco ducebatur. Hinc Papirius apud *Livium* lib. IX. c. XV. inquit, *Militem ſe cum ſingulis veſtimentis ſub jugum miſſu-*

*oblivisci vellet; num etiam recentium injuriarum, quod, eo invito, iter per provinciam per vim tentassent, quod Æduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent, memoriam deponere posset? Quod sua victoria tam insolenter glo-* 4
*riarentur, quodque tam diu se impune tulisse injurias admirarentur, eodem pertinere.* [1] *Consuesse enim Deos immorta-* 5
*les, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores* [2] *interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere. Quum* 6
*ea ita sint, tamen si obsides ab iis sibi dentur, uti ea,* [3] *quæ polliceantur, facturos intelligat; & si Æduis de injuriis, quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satisfaciant, sese cum iis pacem esse facturum.* Divico re- 7
spondit: *Ita Helvetios a majoribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare, consueverint: ejus rei populum Rom. esse testem.* Hoc responso dato, discessit.

XV. Postero die castra ex eo loco movent. Idem 1
Cæsar facit, equitatumque omnem, ad numerum quatuor millium, quem ex omni provincia, & Æduis, atque eorum sociis coactum habebat, præmittit; qui

*missorum, ulciscentem illatam, non novam inferentem ignominiam.* Sic ubi Romæ compertum est, Aulum Albini consulis fratrem cum exercitu sub jugo missum esse, *metus atque mæror civitatem invasere; pars dolere pro gloria imperii, pars insolita rerum bellicarum, timere libertati; Aulo omnes infesti ----- quod armatus, dedecore potius, quam manu, salutem quæsiverat.* Verba sunt *Sallustii* Jugurth. cap. XXXIX. *Davies.*

1. *Consuesse enim Deos immortales*] Eleganter sanè Herodianus in Commodo: Τοιαῦτα μὲν δὴ τέλη Κλέανδρός τε καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἐχρήσαντο, φιλοτιμησαμένης (ὡς ἄν τις εἴποι) τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν ἑνὶ δεῖξαι ὅτι ἐκ τῆς ἐσχάτης εὐτελείας εἰς τὸ μέγιστον ὕψος ἀρθῆναι, καὶ πάλιν τὸν ἀρθέντα ῥῖψαι ὀλίγῃ καὶ ἀνέλπιστος δυνάται τύχης ῥοπῇ. Diodorus Siculus quoque lib. XX. Biblioth. Ἀλλ' οἶμαι τὸ δαιμόνιον ὥσπερ ἐπίτηδες τοῖς ὑπερηφάνως διαλογιζομένοις τὸ τέλος τῶν κατελπισθέντων εἰς τοὐναντίον μετατίθησιν. D. Vossius.

2. *Interdum res*] Non necesse est ut cum *Casp. Barthio* in *Claudiani* lib. I. contra Ruffin. v. 22. legamus *interim*, vel *interadum*: Præterquam enim quod hujus particulæ vulgaris significatio huc conveniat, aliquando etiam eandem vim habet ac *interim*. Vide *Justinum* lib. XI. c. IX, 2. *Davies.*

3. *Ea, quæ polliceantur, facturos*] Nempe *in eam partem ituros, atque ibi futuros, ubi Cæsar constituisset.* Vide c. XIII. *Idem.*

2 qui videant, quas in partes hostes iter faciant. [1] Qui
cupidius novissimum agmen insecuti, [2] alieno loco
3 cum equitatu Helvetiorum prœlium committunt; &
pauci de nostris cadunt. Quo prœlio [3] sublati Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere, nonnunquam ex novissimo agmine prœlio nostros lacessere
4 cœperunt. Cæsar suos à prœlio continebat, ac satis habebat in præsentia hostem [4] rapinis, pabulationibus,

1. *Cupidius novissimum agmen insecuti*] Id est, inconsultius & festinantius, quam par erat, pugnæ cupiditate inducti. Ratio metaphoræ est, quia res, quibus potiri vehementer appetimus, summa cum celeritate persequimur. Eadem loquendi formula utitur *noster* cum alibi, tum lib. v. c. xv. Sic in Orat. *C. Gracchi* in Popilium; *Quæ vos cupide per hosce annos appetistis atque voluistis, ea si temere repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide appetisse, aut nunc temere repudiasse dicamini.* Nimirum verba Romanis characteribus signata, ad priorem sententiæ partem quod attinet, usitato significatu adhibentur; In posteriore autem denotant id quod inconsulte ac sine causa fit, ut apud *Plautum* Aulul. Act. IV. Sc. III. 1. *Non temere est, quod corvos cantat mihi nunc ab læva manu.* Hoc cum non animadverteret *T. Castricius* apud *Gellium* Noct. Attic. lib. xi. c. xiii. Oratorem hunc male explicat, eumque, velut absurde loquentem, perperam reprehendit. *Davies.*

2. *Alieno loco*] In re militari *aliena loca* sunt iniqua, quæ autem commoda, *sua* dicuntur. *Sallustius* Jugurth. c. liv. *Qui sua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerere.* Idem c. lxi. *Neque Jugurtham nisi ex insidiis, aut suo loco pugnam facere*, hoc est, loco sibi oportuno. Adcantur etiam *Joan. Frid. Gronovii* Observ. lib. iv. c. xvii. *Idem.*

3. *Sublati Helvetii*] Elati. Sic lib. v. c. xxxvii. *Hac victoria sublatus Ambiorix.* Vide & lib. ii. B. C. cap. xxxvii. *Idem.*

4. *Rapinis, pabulationibus, populationibusque*] Expungo vocem *pabulationibus*. Quam recte in prioribus editionibus omissam sine caussa magnus Scaliger suæ editioni inseruit. Quamvis enim ita in codd. nonnullis legatur, otiosa est vox. Dixit enim Cæsar Helvetios cibaria secum vexisse. Itaque non opus pabulationibus. Confirmat opinionem Celsi exscriptor incertus. ait enim, *contentus in præsens metu illos a prædationibus arcuisse.* Ne Græcus quidem agnoscit: apud quem est, *εἰ μόνον δύναιτο τὴν τῶν ἑαυτῶν συμμάχων χώραν ἀδῄωτον διαφυλάττειν.* Nisi dicamus Helvetios pabula pro equis non habuisse, infra tamen prohibet Cæsar Lingones ne frumentum subministrent Helvetiis. Sed hoc xx. diebus, fortasse & eo amplius post hæc accidit. Et iterum aliquanto infra ait. Helvetios omnium necessariorum inopia pressos. *D. Vossius.*

*Pabulationibus*] Hæc vox abest à Codd. *Steph. Ven.* aliisque nonnullis, quo factum, ut eam expungendam censuerit *Dion. Vossius*, quia supra c. v. dixerat *Cæsar*, Helvetios cibaria secum vexisse. At ibi tantum intelliguntur molita *ἄλφιτα*, quibus se ipsi sustentarent, nihil autem

bus, populationibusque prohibere. Ita dies circiter 5
quindecim iter fecerunt, uti inter novissimum hostium
agmen, & nostrum primum, non amplius quinis aut
senis millibus passuum interesset.

XVI. Interim quotidie Cæsar Æduos [1] frumen- 1
tum, quod essent publice polliciti, flagitare. nam 2
propter frigora, quod Gallia sub Septemtrionibus, ut
ante dictum est, posita est, non modo frumenta in a-
gris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis ma-
gna copia suppetebat. eo autem frumento, quod flu- 3
mine Arare navibus subvexerat, propterea minus uti
poterat, quod iter ab Arare Helvetii averterant, à
quibus discedere nolebat. Diem ex die ducere Ædui, 4
conferri, comportari, adesse, dicere. Ubi se diutius 5
[2] duci intellexit, & diem instare, quo die frumentum
militibus metiri oporteret; convocatis eorum princi-
pibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in
his Divitiaco, & Lisco, [3] qui summo magistratui
præ-

tem de pabulis in equorum usum. Qua de causa ipse potius censerem, vocem hanc ex aliquibus libris excidisse ob similitudinem, quæ ei cum verbo sequente intercedit: Quod quidem sæpe accidit in Veterum monumentis ut exemplis nonnullis ostendemus. *Curtius* lib. VII. c. I, 26. *Amicitiam ——— adeo non eo inficias ut expertisse confitear.* Lege ex MS. *Coll. Pet. Cantab. Ut expertisse* quoque nos, magnosque ex ea fructus percepisse *confitear.* Sic cum vulgata *Tatiani* exemplaria §. 52. habeant, τὰ δ' ὑμέτερα ἤθη ἔχεται πολλῆς, post ἤθη autem alter è Codd. Gallic. suppleat μανίας, alter μύθης, non mihi dubium videtur, quin posterior lectio sit recipienda, ob causam jam ante dictam. *Davies.*

1. *Frumentum ——— flagitare*] Verbum huic loco aptissimum; denotat enim vehementem non sine convicus postulationem. *Cicero* ad Famil. lib. IX. Epist. VIII. quæ etiam Acad. Quæst. lib. I. est præfixa. *Metuo, ne te forte* flagitent, *ego autem mandavi, ut* rogarent. Vide *G. J. Vossii* Etymol. voce *Flagitium.* Idem.

2. *Se diutius duci*] In aliud tempus ex alio rejici, dum conferretur frumentum, quod polliciti erant Ædui. Nimirum hæc vox apud optimos Auctores non raro *protrahendi* significationem obtinet. *Noster* lib. I. B. G. c. XXXVIII. *Magnam ad* ducendum *bellum daret facultatem. Corn. Nepos* in Alcib. c. VIII. *Ut bellum quam diutissime* duceret. Adi etiam *Silium* Italicum V. 97. *Idem.*

3. *Qui summo magistratui praerat*] Ita bene jam olim hæc restituta. Error tamen vetus, qui & Anonymum Celsi exscriptorem decepit. ait enim: *Is erat Dumnorix frater Divitiaci, qui tunc apud Æduos collega Lisco, summae rerum praerat.* Etiam Græcum, ubi legere

præerat (quem Vergobretum appellant Ædui, qui
creatur annuus, & vitæ neciſque in ſuos habet poteſta-
6 tem) graviter eos accuſat: quod, quum neque emi,
neque ex agris ſumi poſſet, tam neceſſario tempore,
tam propinquis hoſtibus, ab iis non ſublevetur; præ-
ſertim quum magna ex parte eorum precibus adductus
bellum ſuſceperit; multo etiam gravius, quod ſit de-
ſtitutus, queritur.

1 XVII. Tum demum Liſcus oratione Cæſaris addu-
ctus, quod antea tacuerat, proponit: *Eſſe nonnullos,*
*quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui pri-*
2 *vati* [1] *plus poſſint, quam ipſi magiſtratus: hos ſeditioſa at-*
*que improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum*
3 *conferant; quod* [2] *præſtare dicant, ſi jam* [3] *principatum*
*Galliæ obtinere non poſſint, Gallorum, quam Romanorum,*
4 *imperia perferre: neque dubitare debeant, quia, ſi Helve-*
*tios ſuperaverint Romani, una cum reliqua Gallia Æduis*
5 *libertatem ſint erepturi. Ab iiſdem noſtra conſilia, quæque in*
*caſtris gerantur, hoſtibus enunciari: hos a ſe coërceri non*
6 *poſſe. Quin etiam, quod* [4] *neceſſario rem Cæſari enunciarit,*
*in-*

legere eſt, *τόν τε Διβιτιακόν, καὶ τὸν Λίσκον, τὸ μέγιστον τῶν Ἐδυίων ἀξίωμα, Βεργόβρετον καλούμενον, ἔχοντας.* D. Voſſius.

1. *Plus poſſint, quam ipſi magiſtratus*] *P. Ciacconius* hic legendum ſtatuit *ipſe magiſtratus*, ſed licet unus tantum fuerit *Vergobretus*, aliorum tamen magiſtratuum deſiderabatur opera, ut Æduorum civitas commode regeretur. *Davies.*

2. *Præſtare dicant* &c.] Hujuſce loci ſanitas *Gabr. Faërno* debetur, quem in ſuis editt. ſecuti ſunt *Lipſius* & *Scaliger*. MSS. enim & veteres cuſi exhibent *Præſtare debeant*, vel *debuerant*, ut Rom. & Ven. *Idem.*

3. *Principatum Galliæ obtinere*] Diutius tenere; Ædui enim, ut ait *Cæſar* infra c. XLIII. *omni tempore totius Galliæ principatum tenuiſſent.* Eadem poteſtate occurrit apud *Curtium* lib. III. c. IV, 5. *Proditos ſe rati in conſpectum quidem hoſtis ſuſtinere voluerunt, cum vel pauciores locum* obtinere *potuiſſent.* Vide & *Joan. Frider Gronovium* ad lib. III. *Livii* c. XXXVI *Idem.*

4. *Neceſſario rem Cæſari enunciarit*] Sic ex Vet. Cod. reſtituendum cenſuit *Gabr. Faërnus*, quem in ſua edit ſecutus eſt *Joſ. Scaliger.* Alii omnes MSti. & Vett. editi repræſentant *neceſſario rem* coactus *Cæſari enunciarit*, niſi quod pauci *neceſſariam* exhibeant; ſed illa vera eſt lectio Noſter lib. III. B. C. cap. XLIX *illi* neceſſario *loca ſequi demiſſa* ---- cogebantur. *Terentius* Andr. Act. IV Sc. I. 8. *Tum* coacti neceſſario *ſe aperiunt.* Scriptor ad Herennium lib IV. fol. 35. ed. Lambin. *Mars iſtu*

*intelligere sese, quanto id cum periculo fecerit; & ob eam caussam, quam diu potuerit, tacuisse.*

XVIII. Cæsar hac oratione Lisci Dumnorigem Di- 1
vitiaci fratrem designari sentiebat: sed, quod pluri-
bus præsentibus eas res jactari nolebat, celeriter con-
cilium dimittit; Liscum retinet. Quærit ex solo ea, 2
quæ in conventu dixerat. dicit liberius, atque auda-
cius. [1] eadem secreto ab aliis reperit esse vera: *Ipsum* 3
*esse Dumnorigem, summa audacia, magna apud plebem pro-
pter liberalitatem gratia, cupidum rerum novarum, com-
plures annos portoria, reliquaque omnia Æduorum vecti-
galia parvo pretio redempta habere: propterea quod* [2] *illo
licente, contra liceri audeat nemo. His rebus & suam rem* 4
*familiarem auxisse, & facultates ad largiendum magnas
comparasse: magnum numerum equitatus suo sumptu semper* 5
*alere, & circum se habere. Neque solum domi, sed etiam* 6
*apud finitimas civitates largiter posse, atque hujus potentiæ
caussa, matrem in Biturigibus, homini illic nobilissimo, ac
potentissimo, collocasse: ipsum ex Helvetiis uxorem habere:* 7
*sororem ex matre & propinquas suas nuptum in alias civita-
tes collocasse. Favere, &* [3] *cupere Helvetiis, propter eam* 8
*affinitatem: odisse etiam suo nomine Cæsarem, & Romanos;
quod eorum adventu potentia ejus deminuta, & Divitia-
cus frater in antiquum locum gratiæ atque honoris sit restitu-
tus.*

*re facere* necessario coegit. Adi etiam scriptorem de bell. Hisp. cap. XXIV. *Davies.*

1. *Eadem secreto ab aliis reperit esse vera*] In omnibus MSS. & editis usque ad *Scaligerum* legitur, *Eadem secreto ab aliis* quærit: *reperit esse vera*; quod cur rejecerit vir summus, nondum video. Eandem quidem vocem paullo ante positam invenimus; sed ab istiusmodi repetitionibus *Cæsar* non abhorruit. Adi sis hujusce libri c. III. & XX. *Davies.*

2. *Illo licente, contra liceri*] *Liceri* est pretium deferre pro eo quod tibi velis comparare. Hoc cum non intelligeret editor Venetus, locum in ista editione sic corruptum legimus, *Illo dicente, contradicere audeat nemo.* Idem.

3. *Favere & cupere Helvetiis*] Usitatum ut *velle* & *θέλειν* pro bene velle, voluntas pro benevolentia ponatur. Valerius Flaccus:

---- *Namque est tibi nostra voluntas.*

Sic apud Hebræos etiam רָצוֹן voluntas pro benevolentia. *D. Vossius.*

*Ibid.* Est Hellenismus, ut observavit *Nic. Rigaltius* ad *Minucii Felicis* Octav. p. 32. ed. Oxon. ubi eadem occurrit locutio. *Davies.*

9 *tus. Si quid accidat Romanis, summam in spem regni per Helvetios obtinendi venire:* [1] *imperio populi R. non modo de regno, sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare.*

10 Reperiebat etiam Cæsar, inquirendo, [2] *quod prælium equestre adversum paucis ante diebus esset factum, initium ejus fugæ à Dumnorige, atque ejus equitibus factum esse: [nam equitatui, quem auxilio Cæsari Ædui miserant, Dumnorix præerat] eorumque fuga reliquum esse equitatum perterritum.*

1 XIX. Quibus rebus cognitis, quum ad has suspiciones certissimæ res accederent; quod per fines Sequanorum Helvetios traduxisset: quod obsides inter eos dandos curasset: quod ea omnia non modo injussu suo & civitatis, sed etiam inscientibus ipsis fecisset: quod à magistratu Æduorum accusaretur; satis esse caussæ arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret, aut civitatem animadvertere juberet.
2 His omnibus unum repugnabat, quod Divitiaci fratris summum in populum R. studium, [3] summam in se voluntatem,

1. *Imperio P. R.*] Vide notas ad lib. II. B. G. c. I.

2. *Quod prælium equestre adversum &c.*] Est ἀνακόλουθον, seu, ut Latine loquar, initio ab una phrasi facto, alterius pars subjicitur. Sic apud *Plautum* Pœn. Act. III. Sc. III. 46. *Tu, si te Dii ament, agere tuam rem occasio est.* Incepit, tanquam dicturus esset, *tuam rem agendi occasionem habes*, finivit vero haud aliter ac si initio posuisset *Tibi*. Apud illum scriptorem multa hujusmodi occurrunt. *Corn. Severus* in Ætna v. 523. de lapide molari.

*Quin etiam externum nil ei calor ipse resolvit,*
*Non odor aut levitas ----*

si eundem loquendi modum servare in animo habuisset Poëta, *odor & levitas* in Accusativo casu essent efferenda. Vide & *Hirtium* Bell. Afric. c. XXV. Eadem locutionum mistura frequens etiam est in Græcis scriptoribus, ut ostendit vir doctissimus *Joan. Clericus* Art. Crit. P. II. S. I. c. X. 10. & seqq. Hoc ἀνακόλουθον cum non concoquerent editores nonnulli, locum sic refinxere: *Reperiebatque inquirendo Cæsar initium fugæ prælii equestris adversi paucis ante diebus à Dumnorige atque ejus equitibus factum esse.* Ita legitur in editt. *Gryph.* & *Vascos.* ac ita ex conjectura voluit *P. Ciacconius.* *Franciscus* etiam *Hotomannus* locum mendi suspectum habet, & in omnes partes se vertit, ut sano medicinam inveniat. *Davies.*

3. *Summam in se voluntatem*] Benevolentiam aut amorem. Sic lib. V. c. IV. *Cujus egregiam in se voluntatem perspexisset.* Adi & *Terentium* Phorm. Prol. v. 30. & ibi *Donatum*. Idem.

tem; egregiam fidem, justitiam, temperantiam cognoverat. nam, ne ejus supplicio Divitiaci animum offenderet, verebatur. Itaque prius quam quidquam 3
conaretur, Divitiacum ad se vocari jubet, &, quotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium Procillum, principem Galliæ provinciæ, familiarem suum, cui summam rerum omnium fidem habebat, cum eo colloquitur: simul commonefacit, quæ ipso 4
præsente in concilio Gallorum de Dumnorige sint dicta, [1] & ostendit quæ separatim quisque de eo apud se dixerit. Petit, atque hortatur, ut sine ejus offensio- 5
ne animi, vel ipse de eo, caussa cognita, statuat, vel civitatem statuere jubeat.

XX. Divitiacus multis cum lacrimis Cæsarem com- 1
plexus obsecrare cœpit, *ne quid gravius in fratrem statueret: scire se illa esse vera: nec quemquam ex eo plus,* 2
*quam se doloris capere: propterea quod, quum ipse gratia plurimum domi, atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adolescentiam posset, per se crevisset. Quibus opibus* [2] *ac* 3
*nervis, non solum ad minuendam gratiam, sed pæne ad perniciem suam uteretur: sese tamen & amore fraterno, & existimatione vulgi commoveri. Quod si quid ei à Cæsare* 4
*gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiæ apud eum teneret, neminem existimaturum non sua voluntate factum; qua ex re futurum, uti totius Galliæ animi à se averterentur.* Hæc quum pluribus verbis flens à Cæsare pete- 5
ret, Cæsar ejus dexteram prehendit. consolatus

[1] rogat

1. *Et ostendit* ] Omnes MSS. & impressi ante *Scaligerum*, has voces exhibent, quas revocandas censuimus. *Commonefecit* Cæsar Divitiacum, dum ipsi audita in memoriam revocat, *ostendit* vero res, ut putabat Imperator, antea non cognitas. *Davies.*

2. *Ac nervis* ] Potentia, *Pedo Albinovanus* Eleg. I, 48.

*Nec quemquam nervos extimuisse tuos.*

Sic & *Lactantius* Instit. Divin. lib. I. c. III. aliique. Metaphora sumta est ab animalibus, quorum vires sunt in nervis positæ. Hinc apud *Ciceronem* Acad. Quæst. lib. I. cap. X. *Nervos virtutis incidere* est de ea vim omnem & efficaciam detrahere. *Idem.*

[1] rogat finem orandi faciat: tanti ejus apud ſe gratiam eſſe oſtendit, uti & Reipubl. injuriam, & ſuum do-
6 lorem ejus voluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad ſe vocat, fratrem adhibet: quæ in eo reprehendat, oſtendit; quæ ipſe intelligat, quæ civitas queratur, proponit: monet, ut in reliquum tempus omnes ſuſpiciones vitet, præterita ſe Divitiaco fratri condonare dicit. Dumnorigi cuſtodes ponit: ut, quæ agat, quibuſcum loquatur, ſcire poſſit.

1 XXI. Eodem die ab exploratoribus certior factus hoſtes ſub montem conſediſſe, millia paſſuum ab ipſius caſtris octo; qualis eſſet natura montis, & qua-
2 lis in circuitu adſcenſus, qui cognoſcerent, miſit. Renunciatum eſt, facilem eſſe. de tertia vigilia T. Labienum [2] legatum pro Prætore cum duabus legionibus,

1. *Rogat ----- oſtendit* ] Unde factum, ut *P. Ciacconius* has voces mendi ſuſpectas habuerit, plane neſcio; nec à quoquam idonea hujuſce ſuſpicionis reddi poteſt ratio. *Davies.*

2. *Legatum pro Prætore* ] Non eſt rejicienda hujus loci antiqua ſcriptura, quæ habetur in vetuſtiſſimis libris *Vaticano* & meo, in quibus eſt, *pro Prætore*, non, *propere.* Nam ea lectio confirmatur teſtimonio antiquitatis, quæ habetur in veteribus inſcriptionibus, & argenteis etiam denariis, uno *M. Bruti*, Cæſaris percuſſoris, in quo *Brutus* ipſe PROCOS. deſcribitur, ejus vero legatus *C. Flavius*, in eodem denario LEG. PROPR. dicitur: altero *Q. Cæcilii Metelli Pii*, qui cum PROCOS. in Africa rem geſſerit, ejus legatus P. CRASSUS JUNI. in eodem denario LEG. PROPR. dicitur. Etiam P. CARISIUS, LEGATUS AUGUSTI in argenteo denario, in quo Emerita oppidum, à Cariſio juſſu Auguſti in Luſitania conditum, impreſſum eſt, P. CARISIUS LEG. PROPR. ſcribitur. Et M. POBLICIUS qui *Cn. Pompeii* Magni in Hiſpania legatus fuit, in argenteo item denario, LEG. PROPR. dicitur; ut videri poſſit his nominibus extraordinaria imperia ornari ſolita fuiſſe apud Romanos, cum, abſente magiſtratu, cui provincia decreta erat, ejus magiſtratus legati aliquo mitterentur cum imperio ad rem gerendam. Quo exemplo T. Labienus legatus Cæſaris, qui Galliam provinciam Proconſulari poteſtate obtinebat, *Legatus Pro prætore* à Cæſare dictus eſt. Cum autem librarii *ἐκ τῶν ἀσαφεστέρων εἰς τὰ σαφέστερα* labi ſoliti ſint, non eſt mirandum, ſi ex ſubobſcuriore voce *Pro Prætore*, lapſi ſunt in *propere*, dictionem uſitatiorem. *F. Urſin.*

*Ibid.* Hæc tamen locutio abſurda viſa eſt *Fr. Hotomanno*, quam eſſe probam plurimis etiam inſcriptionibus & numiſmatis oſtendit *Lud. Carrio* Ant. Lect. lib. III. c. VIII. adeo ut mirer eos, qui nuperam editionem Amſtelodami curarunt, *Hotomannum* potius ſecutos eſſe. *Davies.*

bus, & [1] iis ducibus, qui iter cognoverant, summum
jugum montis adscendere jubet: quid sui consilii sit, 3
ostendit. ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit; equitatumque omnem
ante mittit. P. Considius, qui rei militaris peri- 4
tissimus habebatur, & in exercitu L. Sullæ, & postea in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus præmittitur.

XXII. Prima luce, quum summus mons à T. La- 1
bieno teneretur, ipse ab hostium castris non longiùs mille & quingentis passibus abesset; neque, ut postea ex captivis comperit, aut ipsius adventus, aut Labieni cognitus esset; Considius, [2] equo 2
admisso, ad eum accurrit: dicit, montem, quem à Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri: id se
[3] à Gallicis armis atque insignibus cognovisse. Cæsar suas 3
co-

1. *Iis ducibus*] Ita reposuimus ex G. *Faern.* MS. antiquissimisque editt. *Rom.* & *Ven.* cum in aliis perperam legatur *iisdem Ducibus*. Davies.

2. *Equo admisso*] Concitato. *Cicero* de fin. Bon. & Mal. lib. I. n. 2. *Difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel* admissum *coerceri reprimique non potest.* Sic legendum cum MS. *Coll. Corp. Christi Cantab.* & editt. vett. nam male *Janus Gruterus* emendavit *jam missum*. *Virgilio* Æn. XI, 272. *pennæ* sunt *admissæ*, quæ velocius moventur. In nonnullis summi Poetæ exemplaribus perperam scribitur

Amissis *petierunt æthera pennis.*

Quam lectionem *Servius* & *Pierius* meliorem judicarunt; sed multum abest ut scopum attigerint. Vide *Pedonem* Eleg. I, 250, 320. & *Tibullum* lib. I. El. IV, 44. *Idem.*

3. *A Gallicis armis atque insignibus*] *Insignia* quæ sint *Adr. Turnebus* lib. IX. adv. c. VIII. docet ex *Polybio*. Quem etiam super ea ipsa explicat *J. Lipsius* lib. III. de mil. dial. V. *Insignia* autem à *signis* ita distinguere videtur *Cæsar*, ut hæc copiarum sint, illa galeæ. Lib. VII. B. G. c. XLV. *Cæsar tectis insignibus suorum, occultatisque signis militaribus.* Diversa autem Romanorum & Gallorum insignia fuisse, cum illi non nisi cristas, pennasque avium; isti cornua aut animalium partes gestarent variasque effigies, docet *Lipsius* in analect. ad milit. lib. III. dialog. V. *Brant.*

*Ibid.* Intelligi dicunt galearum ornamenta & similia, de quibus Lipsium vide, & Brantium. Græcus σημεῖον transtulit, quod potius signa militaria notare videatur. Cæsar infra ait: *Temporis tanta fuit exiguitas ut non modo ad insignia accommodanda, sed & galeas induendas tempus defuerit.* Insignia ornamenta, propria huic vel illi: unde Horat. lib. Epod. Od. 5. purpuram prætextam, vocat *insignia*, cum ait:

*Ut hæc trementi questus ore constitit*
*Insignibus raptis puer.* D. Vossius.

copias in proximum collem subducit; aciem instruit.
Labienus, ut erat ei præceptum à Cæsare, ne prœ-
lium committeret, nisi ipsius copiæ prope hostium
castra visæ essent, ut undique uno tempore in hostes
impetus fieret; monte occupato, nostros exspectabat,
4 prœlioque abstinebat. [1] Multo denique die [2] per ex-
ploratores Cæsar cognovit; & montem à suis teneri,
& hostes castra movisse, & Considium timore perter-
ritum, quod non vidisset, pro viso sibi renunciaf-
5 se. Eo die, quo consuerat intervallo, hostes se-
quitur, & millia passuum tria ab eorum castris castra
ponit.

1 XXIII. Postridie ejus diei; quod omnino biduum
supererat, quum exercitui frumentum metiri oporte-
ret; & quod à Bibracte oppido Æduorum longe ma-
ximo ac copiosissimo, non amplius millibus passuum
XVIII aberat: rei frumentariæ prospiciendum existi-
mavit; & iter ab Helvetiis avertit, ac Bibracte ire
2 contendit. Ea res per fugitivos L. Æmilii, Decurio-
3 nis equitum Gallorum, hostibus nunciatur. Helvetii,
seu quod timore perterritos Romanos discedere existi-
marent, eo magis, quod pridie, superioribus locis oc-
cupatis, prœlium non commisissent; sive quod re fru-
mentaria intercludi posse confiderent, commutato con-
silio atque itinere converso, nostros à novissimo agmi-
ne insequi ac lacessere cœperunt.

1 XXIV. Postquam [3] id animum advertit, copias
suas

1. *Multo denique die* ] Cum *multum diei processerat*, ut loquitur *Sallustius* Jugurth. c. LI. *Davies.*

2. *Per exploratores Cæsar* ] Ultimam vocem addidi ex MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* quod perspicuitati inserviat. In verbis enim, quæ præcedunt, de Labieno agitur, non de Cæsare. *Idem.*

3. *Id animum advertit* ] Ita restituimus ex MSS. *Norvic. Brant.* & *Ursin.* Editi enim minus eleganter habent, *Id animadvertit. Lucretius* lib. II, 124.

*Hoc etiam magis hæc animum te advertere par est.*

Sæpe hoc modo locutus est *Plautus.* Sic Pseud. Act. I. Sc. III, 43. *Et id & hoc quod te revocamus, quaso animum advorte.* Vide & Act. I. Sc. II, 10. *Idem.*

suas Cæsar in proximum collem subducit; equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse in- 2
terim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quatuor veteranarum, ita, uti supra se in summo jugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proxime conscripserat, & omnia auxilia, collocaret, ac totum montem hominibus compleret. Interea sarcinas 3
in unum locum conferri, & eum ab iis, qui in superiore acie constiterant, muniri jussit. Helvetii cum 4
omnibus suis carris secuti, impedimenta in unum locum contulerunt. [1] ipsi confertissima acie, rejecto no- 5
stro equitatu, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt.

XXV. Cæsar, primum suo, deinde [2] omnium è 1
conspectu remotis equis, ut, æquato periculo, spem fugæ tolleret, cohortatus suos, prœlium commisit. *Milites*, [3] è loco superiore pilis missis, facile hostium 2
phalangem perfregerunt. ea disjecta, gladiis districtis, in eos impetum fecerunt. Gallis magno ad pu- 3
gnam erat impedimento, quod, pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis & colligatis, quum ferrum se

1. *Ipsi conf. acie, rejecto* &c.] Interpunge, *Ipsi, conf. acie rejecto* &c. Ac sic Græcus. *Davies.*

2. *Omnium è conspectu remotis equis*] Voces *è conspectu* omnes viri docti delendas censent. Anonymus tamen, *equis autem omnibus*, ait *non dimissis modo, sed è conspectu abductis.* Græcus simpliciter ἐκ τῶν [illegible] ποιησάμενος. D. Vossius.

*Ibid.* Has voces delendas censent *P. Ciacconius* aliique quos secutus est in sua editione *Jos. Scaliger*; sed immerito, ut mihi quidem videtur: nam non modo eas legit *Julius Celsus*, (Vide lib. 1. p. 28. ed. Lond.) verum etiam in pugna difficili ita se gerere solitus est Cæsar. *Frontinus* Strateg. lib. II. c. VIII, 13. *D. Julius ad Mundam suis referentibus pedem, equum suum abduci* à conspectu suo *jussit.* Nec hoc novum fuit Strategema; simili enim usum fuisse Catilinam tradit *Sallustius* Bell. Catil. c. LIX. *Davies.*

3. *E loco superiore pilis missis*] Ursinus & Ciacconius legunt *emissis.* frustra. *Mittere* pro *emittere* usurpatum probis autoribus. Sic *radicem, fructus, folia mittere.* Columella & Plinius dixerunt. Et Livius, *qui vocem liberam pro Rep. mittere auderet.* Sic Seneca Agamem. Act. 3. sc. 1.

*Sua quisque mittunt tela, & infesti fretum*
*Emoliuntur.*

Etiam Hirtius VIII. de Bello Gall. *Unde tormento missa tela in hostium cuneos conjici possent.* D. Vossius.

ſe inflexiſſet, neque evellere, neque, [1] ſiniſtra im-
4 pedita, ſatis commode pugnare poterant; multi ut,
diu jactato brachio, præoptarent ſcutum manu emit-
5 tere, & nudo corpore pugnare. Tandem, vulneribus
defeſſi, & pedem referre, &, quod mons ſuberat cir-
6 citer M. paſſuum, eo ſe recipere cœperunt. Capto
monte, & ſuccedentibus noſtris, Boji, & Tulingi,
qui hominum millibus circiter XV agmen hoſtium clau-
debant, & noviſſimis præſidio erant, ex itinere no-
ſtros [2] latere aperto aggreſſi, circumvenire, & id con-
ſpicati Helvetii, qui in montem ſeſe receperant, rur-
7 ſus inſtare, & prœlium redintegrare cœperunt. Ro-
mani [3] converſa ſigna tripartito intulerunt: prima, ac
ſecunda acies, ut victis, ac ſubmotis, reſiſteret; ter-
tia, ut venientes exciperet.

1 XXVI. Ita, [4] ancipiti prœlio, diu atque acriter pu-

1. *Siniſtra impedita* ] Quæ tenebat ſcuta pilis transfixa. De utriſque armis vide *Juſt. Lipſium* Mil. Rom. lib. II. Diall. II. & IV. *Davies.*

2. *Latere aperto* ] A dextro latere, quod clypeis non tegebatur. Vide *Silium* Italicum lib. II, 78. *Idem.*

3. *Converſa ſigna tripartito intulerunt* ] Optime. Licet Carrio lib. III. cap. II. Antiq. Lect. contendat *bipartito* in VV. CC. inveniri & retinendum eſſe. Cauſſam addit, quia duæ acies idem faciebant, tertia aliud. Nihilo magis movet me Græcus qui *διχῆ* tranſtulit. Ubique enim Cæſar tripartitam fere aciem ſe habuiſſe dicit. Sic libro V. c. X. *Poſtridie ejus diei, mane, tripartito milites equiteſque in expeditionem miſit:* Et lib. VI. c. VI. *Cæſar partitis copiis cum C. Fabio legato, & M. Craſſo quæſtore, celeriterque effectis pontibus, tripartito adit.* Sed maxime huc faciunt verba ſub finem hujus libri: *Acieque triplici inſtructa, ad eum locum venit, primam & ſecundam aciem in armis eſſe, tertiam caſtra munire juſſit.* Cur ergo & hic non mutat *acie duplici inſtructa?* D. Voſſius.

*Ibid.* Recte, ut videtur, receptam lectionem adverſus *Lud. Carrionem* tuetur *D. Voſſius.* Eſt tamen aliud, quod ſcrupulum movet; quomodo videlicet ab iis, qui victis ac ſubmotis reſiſtebant, *converſa* eſſe ſigna dicerentur, cum jam ante recta ad eos fuerint lata. In acie enim convertuntur ſigna, quando mota ac ferri jam cœpta, in aliam partem feruntur, ut docet *Joan. Frid. Gronovius* ad *Livii* lib. III. cap. LIV. Quod tamen hic non accidit. Quandoquidem igitur Metaphraſtes, MS. *Brant.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* vocem *converſa* non exhibeant, delendam arbitror, licet non negarim hanc locutionem tertiæ aciei, quæ venientes excipiebat, probe convenire; primæ vero ac ſecundæ non item. *Davies.*

4. *Ancipiti prœlio* ] Dubio Marte, adeo ut neſcirent in quam partem ſe inclinaret victoria. Sic locutus eſt *Curtius* lib. VIII. c. II, 16. Fieri etiam poteſt, ut hoc prœlium dicatur *anceps*, quod duobus in locis pugnaretur. Vide *Corn. Nepotis* Themiſt. c. III. & Datam. c. VII. *Idem.*

pugnatum eſt. Diutius quum noſtrorum impetum ſu-
ſtinere non poſſent; alteri ſe, ut cœperant, in mon-
tem receperunt, alteri ad impedimenta & carros ſuos
ſe contulerunt. nam hoc toto prœlio, quum ab hora 2
ſeptima, ad veſperam, pugnatum ſit, averſum ho-
ſtem videre nemo potuit. Ad multam noctem etiam ad 3
impedimenta pugnatum eſt: propterea quod pro val-
lo carros objecerant, & è loco ſuperiore in noſtros ve-
nientes tela conjiciebant, & nonnulli inter carros ro-
taſque, [1] mataras ac tragulas ſubjiciebant, noſtroſque
vulnerabant. Diu quum eſſet pugnatum, impedimen- 4
tis caſtriſque noſtri potiti ſunt. ibi Orgetorigis filia,
atque unus è filiis captus eſt. Ex eo prœlio circiter mil- 5
lia hominum CXXX ſuperfuerunt: eaque tota nocte con-
tinenter ierunt: nullam partem noctis itinere intermiſ-
ſo, in fines Lingonum die IV pervenerunt, quum &
propter vulnera militum, & propter ſepulturam oc-
ciſorum, noſtri triduum morati, eos ſequi non potuiſ-
ſent. Cæſar ad Lingones litteras, nunciosque miſit, 6
ne eos frumento, neve alia re, juvarent: qui ſi ju-
viſſent, ſe eodem loco illos, quo Helvetios, habitu-
rum. Ipſe, triduo intermiſſo, cum omnibus copiis eos
ſequi cœpit.

XXVII. Helvetii omnium rerum inopia adducti, 1
legatos de deditione ad eum miſerunt. qui quum eum 2
in itinere conveniſſent; ſeque ad pedes projeciſſent;
ſuppliciterque locuti, flentes pacem petiſſent; atque
eos in eo loco, quo tum eſſent, ſuum adventum ex-
ſpectare juſſiſſet; paruerunt. Eo poſtquam Cæſar per- 3
venit,

1. *Mataras tragulas ſubjiciebant*] Ciacconius & Urſinus legunt *abjiciebant*. Fruſtra. Subjicere Cæſar dixit, quia non, ut ſolitum, ſupra currus, velut ex vallo jaculabantur, ſed ſub curribus, rotas inter. ut ipſe Cæſar ait. Rectiſſime Græcus, μεταξὺ τῶν τ' ἁρμάτων καὶ τῶν τροχῶν, παλτὰ πολλὰ καὶ ξυστὰ ὑπαφίεσαν. D. Voſſius.

*Ibid.* Sic diſerte MS. *Norvic.* cum in aliis Codd. ſcriptis, ut & antiquioribus impreſſis, legamus *Mataras & tragulas.* Quam mendam primus ſuſtulit *Joan. Rhellicanus*, quem ſecuti ſunt editores nuperi. *Davies.*

venit, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent,
4 poposcit. Dum ea conquiruntur, & conferuntur [1] nocte intermissa circiter hominum millia VI ejus pagi, qui [2] Urbigenus appellatur, sive timore perterriti, ne, armis traditis, supplicio afficerentur, sive spe salutis inducti, quod, in tanta multitudine dediticiorum, suam fugam aut occultari, aut omnino ignorari posse existimarent; [3] prima nocte, ex castris Helvetiorum egressi, ad Rhenum finesque Germanorum, contenderunt.

1 XXVIII. Quod ubi Cæsar rescivit, quorum per fines ierant, his, uti conquirerent, & reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperavit, reductos in ho-
2 stium numero habuit. reliquos omnes, obsidibus, ar-
3 mis, perfugis traditis, in deditionem accepit. Helvetios, Tulingos, Latobrigos in fines suos, unde erant profecti, reverti jussit; &, quod omnibus frugibus amissis, domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperavit, ut his frumenti copiam facerent: ipsos, oppida, vicosque, quos incenderant, [4] restitue-
4 re jussit. Id ea maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare; ne propter bonitatem agrorum, Germani, qui trans Rhenum

1. *Nocte intermissa* ] Interposita. *Francisco* quidem *Hotomanno* mira videtur hæc loquendi ratio, quæ tamen *Cæsari* est familiaris. Sic lib. VI. c. IX. *Intermissis paucis diebus.* Vide & lib. III. B. C. c. LVIII. Vim vocis non intellexit Metaphrastes, qui habet μιᾶς νυκτὸς πρὸς τὸ ταῦτα διαπράττεσθαι διαλειπούσης. *Davies.*

2. *Qui Urbigenus appellatur* ] Sic legendum, non *Verbigenus.* Adi *Phil. Cluverium* Germ. lib. II. cap. IV. & *Christ. Cellarium* Geogr. Ant. lib. II. c. III. pagg. 175, 176. ed. Cantab. *Idem.*

3. *Prima nocte* ] Sic MSS. & pleræque è vett. Editt. Nonnullæ enim, quas secuti sunt *Scaliger* aliique, habent *prima noctis vigilia*; quæ voces cum oræ Codicum essent adlitæ, ut paullo obscurior loquendi modus explicaretur; tandem, ut fit, veram lectionem loco suo deturbarunt. Hoc modo locutus est *noster* cum alibi, tum lib. III. B. C. c. LXXV. *Impedimenta omnia silentio* prima nocte *ex castris Apolloniam præmisit.* Insignis est hanc in rem locus *Corn. Nepotis* in Eumen. cap. IX. *Idem.*

4. *Restituere jussit* ] Reædificare. *Corn. Nepos* Timoth. c. IV. *Quos avus Conon muros ex hostium præda restituerat.* Vide & Pelopid. c. IV. *Idem.*

num incolunt, è suis finibus in Helvetiorum fines transirent; & finitimi Galliæ provinciæ, Allobrogibusque essent. [1] Bojos, petentibus Æduis, [2] quod egregia 5
virtute erant cogniti, ut in finibus suis collocarent, concessit: quibus illi agros dederunt; quosque postea in parem juris libertatisque conditionem, atque ipsi erant, receperunt.

XXIX. In castris Helvetiorum tabulæ repertæ 1
sunt litteris Græcis confectæ, & ad Cæsarem perlatæ; quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent; & item separatim pueri, senes, mulieresque.
Quarum omnium rerum summa erat, [3] capitum Hel- 2
vetiorum millia CCLXIII, Tulingorum millia XXXVI, Latobrigorum XIV, Rauracorum XXIII, Bojorum XXXII. ex his, qui arma ferre possent, ad millia XCII.
[4] *Summa* omnium fuerant ad millia CCCLXIIX. Eo- 3
rum,

1. *Bojos, petentibus Æduis, quod egregia virtute erant cogniti*] Vocem hanc alii, & in sua quoque editione Scaliger omisit. An non simile illud Taciti, *quamvis nullius flagitii compertum*. D. Vossius.

2. *Quod egregia virtute erant cogniti*] Ita omnes MSS. præter *Faërn.* & editi usque ad *Scaligerum*, qui ultimam vocem temere prorsus & inconsulte expunxit. *Phædrus* lib. I. Fab. X. *Quicunque turpi fraude semel innotuit*. Idem lib. V. Fab. V. *Scurram* dicit esse *notum urbano sale*, qui facetiis & ingenii elegantia erat nobilitatus. *Davies.*

3. *Capitum Helvetiorum* &c.] In recensendis Gallorum copiis variant Historici. Vide *Strabonem* Geogr. lib. IV. p. 193. *Plutarchum* in Cæsare p. 716. *Appianum* in Celtic. & *Polyænum* Stratag. lib. VIII. cap. XXIII. §. 3. Forte tamen hæc diversitas Librariis est tribuenda, cum in notis numerorum describendis passim erraverint. *Idem.*

4. *Summa omnium fuerant ad millia CCCLXIIX*] Valde variant autores, Strabo, Appianus, Plutarchus, Polyænus, Orosius. Cæsaris tamen numerum retinet Anonymus Celsi exscriptor, sæpe memoratus nobis, & memorandus. Id modo dixero infra ubi Cæsar ait C X millia in patriam reversa Hottomannum legere CXX millia. Sed Anonymus quem dixi ita inquit: *Cæsar Helvetiis in potestatem redactis, lustrum condi fecit, in quo capita non nisi* CX *millia sunt inventa. Unde facile numerus colligitur vel cæsorum, vel in bello consumtorum; simulque illud apparet, ex his qui noctu è prælio fugere, præter illa VI millia, quæ ad Cæsarem ex itinere retracta memoravimus, XIV millia vel vulneribus, vel lassitudine, vel aliis, quos bellum fert, casibus, periisse.* Quare Hottomanni conjecturam, ut audacem, rejicimus. *D. Vossius.*

rum, qui domum redierunt, censu habito, ut Cæsar
imperaverat, repertus est numerus millium c & x.
1 XXX. Bello Helvetiorum confecto, totius fere
Galliæ legati, principes civitatum, ad Cæsarem gra-
2 tulatum convènerunt. Intelligere sese, tametsi, prô
veteribus Helvetiorum injuriis, populus R. ab iis pœ-
nas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu
3 terræ Galliæ, quam populi R. accidisse: propterea
quod eo consilio, florentissimis rebus, domos suas Hel-
vetii reliquissent, ut toti Galliæ bellum inferrent, im-
perioque potirentur, locumque domicilio ex magna
copia deligerent, quem ex omni Gallia opportunissi-
mum ac fructuosissimum judicassent, reliquasque civi-
4 tates stipendiarias haberent. Petierunt, uti sibi conci-
lium totius Galliæ in diem certam indicere, idque Cæ-
saris voluntate facere, liceret: sese habere quasdam
res, quas è communi consensu ab eo petere vellent.
5 Ea re permissa, diem concilio constituerunt, & jure-
jurando, ne quis enunciaret, nisi quibus communi
consilio mandatum esset, inter se sanxerunt.
1 XXXI. Eo concilio dimisso, iidem principes civita-
tum, [1] qui ante fuerant, ad Cæsarem reverterunt,
petieruntque, [2] uti sibi secreto de sua omniumque
salute

1. *Qui ante fuerant* ] Hæc verba *Ciacconio* videntur superflua, eorumque ultimum uncis inclusit *Jos. Scaliger* & post eum editores nuperi, utpote qui illud rectius abesse censebant. *Gabriel* autem *Faernus* ex conjectura legit *qui ante iverant*. At vero omnes graviter falluntur. Iis fucum fecit vitiosa interpunctio, quam si animum adtenderant, facile sustulissent. Hunc igitur locum sic distingue, *Iidem principes civitatis, qui ante fuerant ad Cæsarem, reverterunt*. Sic locutus est *Cicero* ad Attic. lib. x. Ep. xvi. *Dionysius* ad me fuit *bene mane*, id est, apud me. *Julius Celsus* Vit. Cæs. p. 71. ed. Lond. *Ad eos vero moram trahens*, ubi *J. G. Grævius* reposuit *apud eos*, sed absque causa sontica, ut ex allatis manifestum est. *Davies.*

2. *Uti sibi secreto* ] MSS. *Brant.* & *Norv.* cum edit. *Lipsiana* aliisque habent *uti sibi secreto, in occulto*. Nonnullæ autem *uti sibi secreto & occulto* vel *& in occulto*. Patet quidem aut hanc vocem aut illam esse Glossema, utri vero hoc contigerit, non ita manifestum. Voces *in occulto* deleverunt *Faernus* & *Scaliger*, quibus præivit editio *Romana* A. D. 1472. Mihi autem fit verosimile, locum hunc ita esse legendum *uti sibi in occulto* &c. idque gravibus, ni fallor,
de

salute cum eo agere liceret. Ea re impetrata, sese omnes 2
flentes Cæsari ad pedes projecerunt: *non minus se id
contendere, & laborare, ne ea, quæ dixissent, enunciaren-
tur, quam, uti ea, quæ vellent, impetrarent: proptèrea
quod, si enunciatum esset, summum in cruciatum se ventu-
ros viderent.* Locutus est pro his Divitiacus Æduus: 3
*Galliæ totius factiones esse duas:* [1] *harum alterius principa-
tum tenere Æduos, alterius Arvernos. Hi quum tantopere* 4
[2] *de potentatu inter se multos annos contenderent, factum
esse,* [3] *uti ab Arvernis, Sequanisque Germani mercede ac-
cerserentur. Horum primo circiter millia* XV *Rhenum trans-* 5
*isse: posteaquam agros, & cultum* [4] *& copias Gallorum
homines feri ac barbari adamassent, transductos plures: nunc
esse*

de causis. I. Hoc modo loqui amat *Cæsar*. Hujusce libri cap. XXXII. *Quod soli nec* in occulto *quidem queri, nec auxilium implorare auderent.* Et lib. II. B. G. c. XVIII. *Hostes* in occulto *sese continebant*. Sic & alibi. II. Hæc loquendi ratio altera est obscurior, ac proinde nequit haberi glossematis suspecta; is enim erat Librariorum mos, ut phrases difficiliores facilioribus explicarent, non vice versa. *Davies.*

1. *Harum alterius ----- Arvernos* ] Pro Arvernis Sequanos posuit lib. VI. de B. G. c. XI. Sed cum utrique junctim principatum tenuerint, ut statim ex *Cæsare* colligi potest, & Sequani jam valde fracti ab Ariovisto & minores essent, *Cæsar* Arvernos hic solos nominat, ut recte a *Lipsio* observatum est. *Brantius.*

2. *De potentatu* ] vox est paulo rarior, quam tamen non refugerunt optimi Scriptores. *Livius* lib. XXVI. cap. XXXVIII. *Æmulo* potentatus *inimicus rem Annibali aperit. Lactantius* Div. Instit. lib. VI. cap. XVII. *Opes ipsas & honores &* potentatus, *& regna ipsa condemnet.* Eodem verbo usi sunt *Arnobius*, & *Cyprianus*, ut ostendit *Joan. Meursius* Crit. Arnob. lib. I. cap. XIII. p. 24. *Davies.*

3. *Uti ab Arvernis Sequanisque Germani* ] Anonymus ab utrisque stipendiarios Germanos adhibitos esse narrat, nimirum tam ab Arvernis, quam Æduis, & subdit. *Quamobrem qui illos* (Germanos) *evocaverant Ædui, auxiliorum nimietate perterriti, cum pœnitere jam cœpisset incepti, finibusque illos pellere tentassent, multis fracti prœliis, nobilitatem ferè omnem, Senatumque, & equitatum miserandis ac variis amiserant cladibus.* Sed errare eum manifeste Cæsar ostendit. *D. Vossius.*

4. *Et copias Gallorum homines feri* ] Copiæ pro exercitu in plurali numero plerumque in singulari de abundantia usurpatur. Sed nec raro contra. Sic pro exercitu, Maro:

*---- quæ me circum sit copia lustro.*

Et passim Cæsar. In plurali, pro facultatibus, & frumento, talibusque Cæsar lib. IV. c. IV. *Reliquam partem hyemis se eorum copiis aluerunt.* Item Tacitus I. Annal. *Nocte demum reversæ legiones, quamvis plus vulnerum, eadem ciborum egestas fatigaret, vim, sanitatem, copias, cuncta in victoria habuere.* Et sæpe alii autores. *Idem.*

6 *esse in Gallia ad* C & XX *millium numerum: cum his Æduos, eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse: magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilita-*
7 *tem, omnem Senatum, omnem equitatum amisisse. Quibus præliis calamitatibusque fractos, qui & sua virtute, & populi R. hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis, & jurejurando civitatem obstringere, sese neque obsides repetituros, neque auxilium à populo R. imploraturos, neque recusaturos, quo minus perpetuo sub illorum ditione atque im-*
8 *perio essent. unum se esse, ex omni civitate Æduorum, qui adduci non potuerit, ut juraret, aut suos liberos obsides da-*
9 *ret. Ob eam rem se ex civitate profugisse, &* [1] *Romam ad Senatum venisse, auxilium postulatum, quod solus neque ju-*
10 *rejurando, neque obsidibus teneretur. Sed pejus victoribus Sequanis, quam Æduis victis accidisse, propterea quod Ariovistus rex Germanorum in eorum finibus consedisset, tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliæ, occupavisset, & nunc de altera parte tertia Sequanos decedere juberet; propterea quod, paucis mensibus ante,* [2] *Harudum millia hominum* XXIV *ad eum venissent; quibus locus ac*
11 *sedes pararentur. Futurum esse paucis annis, uti omnes è Galliæ finibus pellerentur, atque omnes Germani Rhenum transirent:* [3] *neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum*

1. *Romam ad Senatum venisse, auxilium postulatum*] Sed infecta re, rediit, ut docet *noster* lib. VI. B. G. c. XII. Ejusdem etiam adventus meminit *Cicero* de Divin. lib. I. c. XLI. ex quo liquet Divitiacum hunc, unum fuisse e Druidis. *Davies.*

2. *Harudum millia hominum* XXIV] Nihil dicunt Ciacconius & Ursinus, cum vocem *hominum* expungunt. Proba est & probis autoribus usurpata locutio. Sic Gellius dixit *homines Pœni.* Idem in argumento lib. VIII. cap. XI. *Apsones, quod homines Afri dicunt, non esse verbum Pœnicum, sed Græcum.* Ubi *Eudones* legendum docet Scal. Phrasis est Hebræis usitatissima; ut cum dicunt, איש יהודי ô vir Judæus, & Actor. 8. v. 27. 5. Lucas simili Phrasi usus ait ἀνὴρ αἰθίοψ: quam Græcam esse asserit Sebast. Pfochenius pag. 35. diatribe de puritate ling. Græcæ N. T. & ad demonstrationem adfert ἀνὴρ ἁλιεὺς, ἀνὴρ [illegible], aliaque id genus. Sed meo quidem judicio præter rem, cum hic proprium, illic nihil nisi appellativa sint. *D. Vossius.*

3. *Neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro*] Tantum videlicet ei præstabat Gallicus. Vide

*norum agro, neque hanc consuetudinem victus cum illa comparandam.*
*Ariovistum autem, ut semel Gallorum copias* 12
*prælio vicerit, quod prælium factum sit Amagetobriæ, superbe, & crudeliter imperare, obsides nobilissimi cujusque liberos poscere, & in eos* [1] *omnia exempla cruciatus edere, si qua res non ad nutum, aut ad voluntatem ejus facta sit.*
*Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: non posse* 13
*ejus imperia diutius sustineri: nisi quid in Cæsare populoque* 14
*R. sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helvetii fecerunt, ut domo emigrent; aliud domicilium, alias sedes, remotas à Germanis, petant; fortunamque, quæcunque accidat, experiantur. Hæc si enunciata Ariovisto* 15
*sint, non dubitare, quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, gravissimum supplicium sumat; Cæsarem vel au-* 16
*ctoritate sua atque exercitus, vel recenti victoria, vel nomine populi R. deterrere posse, ne major multitudo Germanorum Rhenum transducatur, Galliamque omnem ab Ariovisti injuria posse defendere.*

XXXII. Hac oratione à Divitiaco habitâ, omnes, qui aderant, magno fletu auxilium à Cæsare petere cœpe-

de supra c. XXVIII. & lib. II. B. G. c. IV. *Ciacconio* autem, mutatis dictionibus, videtur legendum, *Neque enim conferendum esse cum Gallico Germanorum agrum.* Et sane in comparationibus plerumque dicimus, pejora non esse digna quæ cum melioribus contendantur. Sed hic secus est, ut & apud *Ciceronem* Tusc. Quæst. lib. I. n. 2. qui postquam in re militari aliisque nonnullis Romanos Græcis anteposuit, ita loquitur: *Jam illa quæ natura, non litteris, assecuti sunt* (Romani) *neque cum Græcia neque ulla cum gente sunt conferenda*, ob eorum nempe præstantiam. *Ciacconii* igitur emendatio non est necessaria, cum uterque loquendi modus æque sit commodus. *Davies.*

1. *Omnia exempla cruciatus* ] Docet *J. M. Brutus* MS. *Carrar.* & impressum *Florent.* habere *omnia exempla cruciatusque.* Idem dicendum de MS. *Norvic.* & antiquissimis editt. *Rom.* & *Ven.* nec mihi dubium videtur quin hæc lectio à *Cæsaris* manu fluxerit; *exempla* enim gravissimas pœnas denotant. *Plautus* Captiv. Act. III. Sc. V. 33. *Quando ego te exemplis excruciavero pessimis.* A. Gellius N. A. lib. VI. c. IV. *Regulum Tubero in Historiis redisse Carthaginem, novisque exemplorum modis excruciatum à Pœnis dicit. Pœnitio* nempe, ut ait idem lib. VI. c. XIV. *propter exemplum est necessaria: ---- Idcirco veteres quoque nostri* exempla pro maximis gravissimisque pœnis *dicebant.* De re ipsa vide *Platonem* in Gorgia p. 313. ed. Lugd. cujus verba, pauculis mutatis, repetit *Suidas* v. Πλάτων. Idem.

2 cœperunt. Animadvertit Cæsar, [1] unos ex omnibus
Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent; sed tristes, capite demisso, terram intueri. Ejus rei quæ caussa esset, miratus, ex ipsis quæsivit. Ni-
3 hil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere. Quum ab iis sæpius quæreret, neque ullam omnino vocem exprimere posset; idem Divitia-
4 cus Æduus respondit; *Hoc esse miseriorem, graviorem que fortunam Sequanorum, quam reliquorum; quod soli nec in occulto quidem queri, nec auxilium implorare, auderent; absentisque Ariovisti crudelitatem, velut si coram*
5 *adesset, horrerent: propterea quod reliquis tamen fugæ facultas daretur;* [2] *Sequanis vero, qui intra fines suos Ariovistum recepissent, quorum oppida omnia in potestate ejus essent, omnes cruciatus essent perferendi.*

1 XXXIII. His rebus cognitis, Cæsar Gallorum animos verbis confirmavit: pollicitusque est sibi eam rem curæ futuram: magnam se habere spem, & [3] beneficio suo, & auctoritate adductum Ariovistum, fi-
2 nem injuriis facturum. Hac oratione habita, concilium dimisit. Et secundum ea multæ res eum hortabantur, quare sibi eam rem cogitandam & suscipiendam putaret: inprimis, quod Æduos fratres consangui-

1. *Unos ex omnibus Sequanos* ] Incredibile videtur *Fr. Hotomanno* Sequanos, qui diuturna bella cum Æduis gesserant, & Ariovistum subsidio evocarant, in illo Æduorum concilio interfuisse, & de Ariovisto expellendo Cæsarem rogasse. At, cum Sequani non minus, imo magis, quam Ædui, ab Ariovisto opprimerentur, facile fieri potuit, ut in gratiam cum Æduis redierint, amborumque Principes ad Cæsarem confugerint, quo eos à communi calamitate liberaret. Apparet certe ex c. XXXV. Sequanos Æduis obsides fuisse reddituros, nisi ab Ariovisto essent impediti. *Davies.*

2. *Sequanis vero ----- omnes cruciatus essent perferendi* ] *Jac. Perizonius* ad *Sanctii* Minerv. p. 139. hunc locum ita laudat: *Sequanis vero omnes cruciatus esset perferendum.* Sed cum omnes Codd. vulgatam lectionem exhibeant, memoria lapsum crediderim virum eruditum. *Idem.*

3. *Beneficio suo* ] Cæsar nimirum suo consulatu fecerat, ut Rex atque amicus à Senatu R. appellaretur, cum neque aditum, neque causam postulandi justam haberet. Vide c. XXXV. XLII. & XLIII. nec non *Dionem* lib. XXXVIII. p. 81. *Idem.*

guineosque sæpenumero ab senatu appellatos, in ser-
vitute atque in ditione videbat Germanorum teneri;
eorumque obsides esse apud Ariovistum ac Sequanos
intelligebat: quod in tanto imperio populi Roma-
ni turpissimum sibi & Reipublicae esse arbitrabatur.
Paullatim autem Germanos consuescere Rhenum trans- 3
ire, & in Galliam magnam eorum multitudinem ve-
nire, populo Romano periculosum videbat. neque 4
sibi homines feros ac barbaros temperaturos existima-
bat, quin, quum omnem Galliam occupassent, [1] ut
ante Cimbri, Teutonique fecissent, in provinciam
exirent, atque inde in Italiam contenderent: præ-
sertim quum Sequanos à provincia nostra Rhoda-
nus divideret. quibus rebus quam maturrime oc-
currendum putabat. Ipse autem Ariovistus tantos sibi 5
spiritus, tantam arrogantiam sumpserat, ut ferendus
non videretur.

XXXIV. Quamobrem placuit ei, ut ad Ariovi- 1
stum legatos mitteret, qui ab eo postularent, ut ali-
quem locum medium utriusque colloquio deligeret:
velle sese de Rep. & [2] summis utriusque rebus cum
eo agere. Ei legationi Ariovistus respondit: *Si quid* 2
*ipsi a Cæsare opus esset, sese ad eum venturum fuisse: si*
*quid ille se velit, illum ad se venire oportere. Præterea se* 3
*neque sine exercitu in eas partes Galliæ venire audere, quas*
*Cæsar possideret, neque exercitum sine magno [3] commeatu,*



1. *Ut ante Cimbri, Teutonique* ] Indifferenter *Teutonos*, & *Teutones* vocat *Cæsar* lib. II. quanquam alii codices ibi habent *Teutonas*. Et lib. VII. *Cimbrorum Teutonumque*. De eorum adventu in Italiam *Eutropius* lib. IV. & V. Epitome *Liviana* lib. LXVII. & LXVIII. Et *Tacitus* hist. lib. IV. p. 553. & de moribus German. *Ciacc.* Vide *Florum* lib. III. c. III. & *Velleium Paterculum* lib. II. c. XII. *Davies.*

2. *Summis utriusque rebus* ] Quæ utrique maximæ curæ esse debebant. Sic Antigono *de summis rebus erat dimicandum*, ut loquitur *Corn. Nepos* Eumen. cap. X. scilicet de regno, aliisque, de quibus maxime solliciti sunt homines. *Davies.*

3. *Commeatu* ] Quærere libet cur *comitatu* reponendum censuerint Ciacconius, & Ursinus. Ait Ariovistus se ad Cæsarem sine exercitu venire non audere, exercitum sine commeatu contrahere non posse.

1 *atque emolumento in unum locum contrahere posse*
1 *sib*

Rectissimè. nam opus commeatu in itinere, quid comitatu opus ad contrahendum exercitum? Non capio: neque illos, quid dixerint cepisse arbitror. *D. Vossius.*

1. *Atque emolumento* ] Hæc illa vox, quæ tot eruditos fatigavit, Ursinum, Ciacconium, Hottomannum, &, ne plures nominem, quicumque Cæsarem emendare aggressi sunt. Victorius unus libro XXII. cap. X. sustinet, rectam scripturam esse: alii *molimento* reponebant: qua conjectura adeo sibi placet Hottomannus, ut vereatur, ne ex altero eum sumsisse quis credat, quia forte Faërno idem in mentem venerat. Sed Victorio vix argumentum ullum præter Varronis locum lib. III. de re rust. cap. XIV. ubi ait: *Neque enim magnum emolumentum esse potest.* Nec incommode locum hunc interpretatur, sed est tamen cur quis ambigat. & fortassis *emolumentum* pro *operæpretium* acceperit Varro. Ut ut est, sive recte hunc locum pro se allegavit, seu minus, verissima tamen dixit, & certiora, quam forte ipse ratus. Egregius sanè Gellii locus lib. XI. c. XIII. & hactenus à nemine observatus: *Admoniti*, inquit, *à Castricio sumus, ut consideraremus, quæ vis, quodve emolumentum ejus sententiæ sit.* Ubi ne de significatu vocis *emolumenti* ambigas, ipse paullo post subdit: *Inspicite*, inquit, *penitus quid efficiant verba hæc.* Venit *emolumenti* vox ab *emolior* ut cuivis notum. Quod verbum Senecæ in Agamemnone Actu III. sc. I. vers. 473. usurpatum. Ait enim:

*Sua quisque mittunt tela, & infesti fretum*
*Emoliuntur, turbo convolvit mare.*

*Fretum emoliri* idem est, quod Maro I Æneid. dixit:

----- *totumque à sedibus imis*
*Una Eurusque Notusque ruunt.*

Id est, commovent è loco suo. U *moliri* est movere, quemadmodun *moliri agmen*, *classem*, &c. Igitu *emolumentum* est commotio, ut it loquar. Itaque mens Ariovisti est si contrahere exercitum velit, frumentum conquirendum, dimittendos nuncios, qui huc illuc cursi rent, militemque convocent, & operæ multum insumendum. *Idem*

*Ibid.*] *F. Ursinus, Hotomannus, Ciacconius*, aliique reponunt *molimento*. Cum autem omnes MSS. stent à vulgata lectione, commoda videtur *P. Victorii* sententia, qui docet *emolumentum* hic significare, quod operosum est & magnum studium requirit. Sic *Varro* de Re Rust. lib III. c. XIV. *Nec de cochleis, & gliribu quæro, quod reliquum est: neque enin magnum* emolumentum *esse potest.* Indicat Romanorum doctissimus, se nolle quempiam occupari in disputatione de cochleis & gliribus, quæ reliquæ partes erant sermonis ad venationem pertinentis, quia cognitio illarum rerum obscura difficilisque non foret. Hoc apparet e eo quod sequitur. *Non istus tam simplex est, inquit Appius, quam tu putas* Reprehendit enim ille Axium, quod existimet rem illam apertam & proclivem esse, ac non parvas difficultates in illa re recte ordineque tractanda esse declarat. Hæc fere vi doctissimus Var. Lect. lib. XXII. c X. Fieri etiam potest, ut hæc vox ἐπαμφοτερίζῃ, & jacturam æque a commodum significet. Adeatur *I. Vossius* ad *Catullum* p. 312. At huju frater *Dionysius* contendit *emolumentum* hic commotionem denotare quam potestatem ut huic verbo con venire probet, exscribit locum *A Gellii*, qui extat N. Attic. lib. XI c. XIII. Sed nihil prorsus ad ren facit; emolumentum enim ibi vul bonam frugem, quæ in sententi continetur. *Davies.*

[1] *sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Cæsari, aut omnino populo Romano negotii esset.* 4

XXXV. His responsis ad Cæsarem relatis, iterum 1
ad eum Cæsar legatos cum his mandatis mittit: *Quo-* 2
*niam tanto suo populique Romani beneficio affectus, quum in consulatu suo rex atque amicus à senatu appellatus esset: hanc sibi populoque Romano gratiam referret, ut in colloquium venire invitatus gravaretur, neque de communi re dicendum sibi & cognoscendum putaret; hæc esse, quæ ab eo postularet: primum, ne quam multitudinem hominum amplius* 3
*trans Rhenum in Galliam transduceret: deinde obsides, quos haberet ab Æduis, redderet: Sequanisque permitteret, ut, quos illi haberent, voluntate ejus reddere illis liceret: neve Æduos injuria lacesseret: neve his sociisve eorum bellum* 4
*inferret. Si id fecisset, sibi populoque Romano perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram: si non impetraret, quoniam M. Messalla, M. Pisone, COSS.* [2] *Senatus censuisset, uti, quicunque Galliam provinciam obtineret,* [3] *quod commodo Reipublicæ facere posset, Æduos ceterosque amicos populi Romani defenderet, se Æduorum injurias non neglecturum.*

XXXVI. Ad hæc Ariovistus respondit: *Jus esse* 1
*belli, ut, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum*

1. *Sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia*] Anonymus: *Proinde fateor me mirari, quid ad Cæsarem nostra Germania.* id est, Germani. nam ex Floro hæc explicanda, qui ait: *Cum legati dicerent, Veni ad Cæsarem. Quis est autem Cæsar? &, si vult, veniat, inquit. & quid ad illum quid agat nostra Germania? non ego me interpono Romanis.* D. Vossius.

2. *Senatus censuisset*] Ex hoc igitur S. C. belli hujus gerendi auctoritatem Cæsar sumpsit, eamque πρόφασιν habuit: quod tamen *Dio* lib. XXXVIII. p. 86, B. C. non attendit, cum facit milites Cæsari objicientes, bellum sine lege, aut S. C. inferri: Cæsarem autem respondentem, bella quædam lege lata, quædam sine lege, ex tempore & subita necessitate, geri. *Hotoman.*

*Ibid.*] At vero culpa plane non vacavit *Cæsar*, cum hoc bellum Ariovisto intulerit, ut docet *H. Grotius* de Jure B. & P. lib. III. c. III. 10. *Davies.*

3. *Quod commodo Reip. facere posset*] De hac formula vide *Brissonium* lib. II. Form. p. 216. *Idem.*

*dum vellent, imperarent :* [1] *item populum Romanum victis*
*non ad alterius præſcriptum, ſed ad ſuum arbitrium impe-*
2 *rare conſueſſe. Si ipſe populo Romano non præſcriberet,*
*quemadmodum ſuo jure uteretur; non oportere ſe a populo*
3 *Romano in ſuo jure impediri. Æduos ſibi, quoniam belli*
*fortunam tentaſſent, & armis congreſſi, ac ſuperati eſſent,*
4 *ſtipendiarios eſſe factos. Magnam Cæſarem injuriam face-*
5 *re, qui ſuo adventu vectigalia ſibi deteriora faceret. Æduis*
*ſe obſides redditurum non eſſe; neque iis, neque eorum ſo-*
*ciis, injuria bellum illaturum, ſi in eo manerent, quod*
*conveniſſet, ſtipendiumque quotannis penderent: Si id non*
*feciſſent,* [2] *longe ab his fraternum nomen populi Romani*
6 *abfuturum. Quod ſibi Cæſar denunciaret, ſe Æduorum*
*injurias non neglecturum; neminem ſecum ſine ſua pernicie*
7 *contendiſſe. Quum vellet, congrederetur : intellecturum,*
*quid invicti Germani, exercitatiſſimi in armis,* [3] *qui intra*
*annos* XIV *tectum non ſubiſſent, virtute poſſent.*

1 XXXVII. Hæc eodem tempore Cæſari mandata
referebantur; & legati ab Æduis & Treviris venie-
2 bant. Ædui, queſtum, quod Harudes, qui nuper
in Galliam tranſportati eſſent, fines eorum popularen-
tur : ſeſe ne obſidibus quidem datis pacem Arioviſti
redi-

1. *Item populum*] Sic legimus, non *idem*, ut edidit *Scaliger*, quem ſecuti ſunt recentiores. *Davies.*

2. *Longe ab his ----- abſuturum*] Iis minime profuturum, non impediturum, quo minus pœnas luant. Locutionis ratio eſt, quia quæ procul abſunt, ne minimum quidem auxilium poſſint ſubminiſtrare. *Gabriel* tamen *Faërnus*, *F. Urſinus*, & *J. Lipſius* Elect. lib. II. c. XIX. ſcribunt *longe his --- futurum :* quam emendationem amplectitur *Freinshemius* in Indice ad *Florum*. Sed nihil opus eſt, ut vulgatam lectionem ſollicitemus, niſi forte ſcribendum ſit, omiſſa præpoſitione, *longe his ----- abſuturum*, ut habet MS. *Norv.* cum editis nonnullis. Eo ſane modo locuti ſunt veteres. *Statius* Theb. lib. III. 666.

*Procul hæc tibi mollis*
*Infula, terrificique aberit dementia*
*Phœbi,*

id eſt, tibi non proderit. Hujuſmodi plura collegit doctiſſimus Jeſuita *Lud. Cerdanus* not. in *Virgilii* Æn. XII, 52. *Idem.*

3. *Intra annos* XIV. ] Placet ſcriptura libri *Steph.* qui habet *inter*; nam *inter annos* antiqui dicebant pro *Per annos*, ut in Verr. II. jampridem notavimus. *Cicero* in Quintiana. *Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quintium* &c. *Titinnius* apud *Nonium :*
*Qua*

redimere potuisse. Treviri autem, [1] pagos centum Sue- 3
vorum ad ripam Rheni consedisse; qui Rhenum transire
conarentur: iis præesse Nasuam, & Cimberium fra-
tres. Quibus rebus Cæsar vehementer commotus, ma- 4
turandum sibi existimavit, ne si nova manus Suevo-
rum cum veteribus copiis Ariovisti sese conjunxisset,
minus facile resisti posset. Itaque, re frumentaria, quam 5
celerrime potuit, comparata, magnis itineribus ad A-
riovistum contendit.

XXXVIII. Quum tridui viam processisset, nun- 1
ciatum est ei, Ariovistum cum suis omnibus copiis ad
occupandum Vesontionem, quod est oppidum maxi-
mum Sequanorum, contendere, triduique viam à suis
finibus processisse. Id ne accideret, magnopere præ- 2
cavendum sibi Cæsar existimabat. Namque omnium 3
rerum, *quæ ad* bellum usui erant, summa erat [2] *in*
*eo oppido* facultas: idque natura loci sic muniebatur, 4
ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem:
propterea quod flumen [3] Dubis, ut circino circumdu-
ctum, pæne totum oppidum cingit: reliquum spa- 5
tium,

*Quæ inter decem annos nequisti unam togam detexere.* Hotoman. Lectionem à viro erudito propugnatam exhibent etiam MS. *Brant.* & editio *Lipsiana.* Davies.

1. *Pagos centum Suevorum* ] Cum centum tantum fuerint Suevorum pagi, nonnullis visum est, totum genus ad ripam Rheni convenisse. Sed hoc eorum consuetudini prorsus adversatur. *Cæsar* lib. IV. B. G. c. 1. *Ei* (Suevi) *centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi caussa, suis è finibus educunt. Reliqui domi manent, pro se atque illis colunt.* Per pagos itaque centum, CM hominum intelligenda crediderim, quorum singula è singulis pagis erant collecta. *Tacitus* tamen Germ. c. XXXIX. tradit solos Semnones, Suevorum partem, *centum pagis habitari.* Forsan *pagus* ibi *vicum* denotat, cum alia sit apud *Cæsarem* hujusce vocis potestas. Vide not. ad c. XII. *Davies.*

2. *In eo oppido facultas* ] Copia. Sic lib. III. B. G. c. IX. *Navium facultas.* Vide & c. XI. Hoc cum non intelligerent Librarii, in plerisque Codd. exhibetur *in eo oppido difficultas*, quæ lectio sensum fundit menti *Cæsaris* omnino contrarium. *Idem.*

3. *Flumen Dubis* ] Sic legendum, ut recte monuit *Ch. Cellarius* Geogr. Antiq. lib. II. c. II. p. 109. aliique. In MSS. enim corrupte scribitur *Alduabis*, *Alduadubis*, *Alduadusius*, *Adduadubis* &c. Nomina propria, ac proinde minus nota, sæpissime Librarios in errorem induxerunt. Vide quæ hanc in rem notavit *Is. Vossius* ad *Melæ* lib. II. cap. III. pag. 212. ed. Franek. *Idem.*

tium, quod non eſt amplius pedum DC, qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices ejus montis ex utraque parte ripæ fluminis contingant.
6 Hunc murus circumdatus arcem efficit, &
7 cum oppido conjungit. Huc Cæſar magnis diurnis nocturniſque itineribus contendit; occupatoque oppido, ibi præſidium collocat.

1 XXXIX. Dum paucos dies ad Veſontionem, rei frumentariæ commeatuſque cauſſâ, moratur, ex percunctatione noſtrorum, vocibuſque Gallorum, ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute, atque exercitatione in armis eſſe prædicabant, ſæpenumero ſeſe cum iis congreſſos ne vultum quidem, atque aciem oculorum ferre potuiſſe; tantus ſubito timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter omnium mentes animoſque perturbaret.
2 Hic primum ortus eſt à tribunis militum, ac præfectis, reliquiſque, qui ex urbe, amicitiæ cauſſâ, Cæſarem ſecuti [1] magnum periculum miſerabantur, quod non magnum in re militari uſum habebant.
3 Quorum alius, [2] alia cauſſâ illata, quam ſibì ad proficiſcendum [3] neceſſâriam eſſè diceret, petebat, ut ejus voluntate diſcedere liceret; nonnulli, pudore adducti, ut timoris ſuſpicionem vitarent, remanc-

1. *Magnum periculum miſerabantur* ] Carrio Ant. Lect. lib. III. cap. VIII. in vv. cc. reperiri hæc negat, ut etiam Hottomannus in Vaticano. & merito, ut illis videtur. Mihi genuina videntur: & egregia comparatio eſt, *Magnum periculum miſerabantur, quod non magnum in re militari uſum habebant.* Nugatur quoque Urſinus cum pro *miſerabantur*, legit *eſſerebantur.* Sic paullo poſt: *Cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur.* D. Voſſius.

2. *Alia cauſſa illata* ] Fruſtra Ciacconius & Urſinus *allata* legunt. Sic locutus Cæſar lib. II. belli Gall. *Hujus adventu ſpe illata militibus:* Et Hirtius principio belli Alexandrini: *Neque verò Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio ulla, aut mora inferebatur.* Idem.

3. *Neceſſariam eſſe diceret* ] Sic recte MS. *Norvic.* cum vetuſtioribus editis: Recentiores enim habent *neceſſariam eſſe duceret.* Sed perperam; Ea enim, quam præ ſe ferebant, cauſa ne his quidem ipſis videbatur talis, ut proficiſcendi neceſſitatem imponeret; Hujus vero prætextu tantum ſunt uſi quo iis abeundi copiam faceret Imperator. *Davies.*

manebant. Hi neque [1] vultum fingere, neque interdum lacrimas tenere poterant: abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus 4.
suis commune periculum miserabantur. [2] Vulgo totis 5
castris testamenta obsignabantur. Horum vocibus, ac timore paullatim etiam ii, qui magnum in castris usum habebant, milites, centurionesque, quique equitatui
praeerant, perturbabantur. Qui se ex his minus timi- 6
dos existimari volebant, non se hostem vereri, sed angustias itineris, & magnitudinem silvarum, quae inter eos, atque Ariovistum intercederent, [3] aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, ti-
mere dicebant. Nonnulli etiam Caesari renunciabant, 7.
cum castra moveri, ac signa ferri jussisset, non fore dicto audientes milites, neque propter timorem signa laturos.

XL. Haec quum animadvertisset Caesar, convoca- 1
to [4] consilio, [5] omniumque ordinum ad id consilium ad-

1. *Vultum fingere* ] *Spem vultu simulat premit altum corde dolorem.* Σχηματίζεσθαι Graeci, vel πλάττεσθαι τὸ πρόσωπον dicunt, quando quis constantiam, aut quid aliud fingit, re ipsa destituitur. *D. Vossius.*

*Fingere* ] Ita componere ut non appareat metus; *Licet* enim *ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua aut* METU *commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt; quorum omnium* VULTUS, *vox, motus, statusque mutantur.* Verba sunt *Ciceronis* de Offic. lib. I. cap. XXIX. *Davisius.*

2. *Vulgo totis castris testamenta obsignabantur* ] Milites in bellum profecturi, aut jam ad aciem parati, celeriter absque ulla solemnitate testamentum faciebant, quod *in procinctu* dicebatur. De quo vide passim Jurisconsultos. *Brantius.* Adi etiam *Joan. Freinshemium* ad *Flori* lib. III. c. x, 12. *Idem.*

3. *Rem frumentariam* ] Quod attinet ad rem frumentariam. Sic *Livius* lib. II. c. LVII. *Distractam laceratamque Remp. magis quorum in manu sit, quam ut incolumis sit, quaeri.* Ubi solita syntaxeos ratione postularetur *distracta laceratаque Resp.* ut hic *res frumentaria.* Plura hanc in rem collegit doctissimus *Perizonius* ad *Sanctii* Minerv. lib. II. c. V. p. 204. qui hujusmodi locutiones esse Ellipticas notavit. Vide & *Joan. Frid. Gronovium* ad *Senecae* de Benef. lib. IV. c. XXXII. *Idem.*

4. *Consilio ---- consilium* ] Sic habent editt. veteres, non *concilio ---- concilium* ut nuperae. *Idem.*

5. *Omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus* ] Contra quam fieri solebat; vulgo enim è Centurionibus primipili tantum ad consilium sunt adhibiti. Vide *J. Lipsium* de Mil. Rom. lib. II. Dial. VIII. *Idem.*

adhibitis centurionibus, vehementer eos incusavit
2 *Primum*, [1] *quod aut quam in partem, aut quo consilio du-*
*cerentur, sibi quærendum aut cogitandum putarent. Ario-*
*vistum, se consule, cupidissime populi Romani amicitiam*
*appetisse. Cur hunc tam temere quisquam ab officio discessu-*
3 *rum judicaret? sibi quidem persuaderi*, [2] *cognitis suis po-*
*stulatis, atque æquitate conditionum perspecta, eum neque*
4 *suam, neque populi Romani gratiam repudiaturum. Quod*
*si furore atque amentia impulsus bellum intulisset, quid tan-*
*dem vererentur? aut cur de sua virtute, aut de ipsius dili-*
5 *gentia desperarent? Factum ejus hostis periculum patrum no-*
*strorum memoria, quum Cimbris & Teutonis à C. Mario*
*pulsis*, [3] *non minorem laudem exercitus, quam ipse impe-*
*rator, meritus videbatur. Factum etiam nuper in Italia,*
*servili tumultu; quos tamen aliquis usus ac disciplina, quam*
6 *à nobis accepissent, sublevaret: ex quo judicari posset*,
[1] *quan-*

1. *Quod aut quam in partem, aut quo consilio ducerentur, sibi quærendum, aut cogitandum putarent* ] Egregie Tacitus Histor. II. *Miles alacer, qui tamen jussa ducum interpretari, quam exsequi mallet.* Et I Hist. Otho ait: *Parendo potius commilitones, quam imperia ducum sciscitando res militares continentur.* Et mox: *Vobis arma & animus sit, mihi consilium & virtutis vestræ regimen relinquite.* D. Vossius.

2. *Cognitis suis postulatis* ] Si immensam Cæsaris ambitionem perpendamus, qua factum, ut omnes belli gerendi occasiones captarit, non erit dubium, quin vere tradiderit *Dio*, Romanum Imp. hæc ab Ariovisto postulasse, οὐχ ὅτι καὶ καταπλήξειν αὐτὸν, ἀλλ' ὅτι ἐξοργιεῖν, κἀκ τούτου πρόφασιν πολέμου καὶ μεγάλην καὶ εὐπρεπῆ λήψεσθαι ἤλπισεν. Vide lib. XXXVIII. p. 81. Haud sane negandum est, *Cæsarem* in hisce *Commentariis* aliquando fictas bellorum caussas obtendisse, cum veram dissimularit. *Lucius Ampelius* lib. Memor. c. XL. *Belli* ( Civilis inter Pompeium & Cæsarem ) *species magis, quam caussa fuit, negatus à Senatu Cæsari consulatus. Ceterum utriusque æmulatio & cupiditas imperii occupandi* ei ortum revera præbuêrunt. Confer & lib. IV. B. G. cap. XI. ubi invadendæ Britanniæ rationes narrat, cum iis quæ habet *Suetonius* in Julio c. XLVII. *Davies.*

3. *Non minorem laudem exercitus* &c. ] C. Marius; ut quivis Latine peritus, facile perspicit. Sed *Plutarchus* vel imperito utens interprete, vel ipse minus peritus, ita Cæsaris sententiam pervertit: μήτε κρείττοσι μέλλων Κίμβρων μάχεσθαι πολεμίοις, μήτε αὐτὸς ὢν Μαρίου χείρων στρατηγός. Hotom. Extat locus vit. Cæs. pag. 717. A. Ita etiam cepit *Jul. Celsus*, qui pag. 34. ita loquitur *aut minus de se sperarent, tali viro ac certè nobili saltem, ac quod de C. Mario rustico Arpinate sperassent Patres eorum* &c. adeò ut videantur *Plutarchus* & *Celsus* aliam lectionem secuti, quæ tamen receptâ est deterior. *Davies.*

[1] *quantum haberet in se boni constantia: propterea quod, quos aliquamdiu inermes sine caussa timuissent, hos postea armatos, ac victores superassent: denique hos esse Germanos,* 7
*quibuscum sæpenumero Helvetii congressi, non solum in suis, sed etiam in illorum finibus plerumque superassent, qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerint. Si quos ad-* 8
*versum prælium, & fuga Gallorum commoveret, hos, si quærerent, reperire posse, diuturnitate belli defatigatis Gallis, Ariovistum, quum multos menses castris ac paludibus se continuisset, neque sui potestatem fecisset, desperantes jam de pugna, & dispersos subito adortum, magis ratione ac consilio, quam virtute, vicisse. Cui rationi contra homines* 9
*barbaros atque imperitos locus fuisset;* [2] *hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse.* [3] *Qui suum timorem in* 10
*rei frumentariæ simulationem, angustiasque itinerum conferrent, facere arroganter; quum aut de officio Imperatoris desperare, aut ei præscribere viderentur. Hæc sibi esse curæ;* 11
*frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare: jamque esse in agris frumenta matura: de itinere, ipsos bre-*

*vi*

1. *Quantum haberet in se boni constantia* ] *Constantia* hic significat animum timori non obnoxium. *Curtius* lib. III. cap. XII. postquam narraverat Darii filium nihil conspectu Alexandri tum primum à se visi conterritum esse, subdit *motum fuisse Regem constantia Pueri*, id est, audacia & animo intrepido. Sic apud *Phædrum* lib. V. Fab. II. 12. Constantior *fuissem vera existimans*; pro eo quod est, minus fuissem perterritus. *Lomer.*

2. *Hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse* ] Puerilia sunt, quæ Brantius ait, *sperare ἀκύρως* pro timere poni. Ait Cæsar, Ariovistum ratione, & consilio Gallos superasse, at Romanos ut astu superet, ne sperare quidem audere. Videtur illud *ipsum* ad Cæsarem Brantius retulisse, ineptissimè profecto, cum Ariovistus intelligatur. *D. Vossius.*

3. *Qui suum timorem in rei frumentariæ simulationem angustiasque itinerum conferrent* ] Ursinus & Ciacconius legunt: *Qui sui timoris simulationem in rem frumentariam angustiasque itineris conferrent.* Deliramenta certe sunt tantis viris indigna. Quid illud *simulationem timoris?* Non simulabant timorem, sed revera timebant. Vulgata lectio est optima. Ait Cæsar arroganter facere, qui timori suo frumentariæ rei & itinerum angustias obtendant. Nam illud *simulationem* Cæsar distinguit ab re ipsa, & dicit simulare eos rei frumentariæ angustias, ubi nullæ sint. Potest quoque ἓν διὰ δυοῖν esse. ut *simulationem rei frumentariæ, & itinerum angustias*, dicat pro simulatas rei frumentariæ & itineris angustias. Sic lib. VII. B. G. c. XXVI. *natura & virium infirmitas*, pro ἀσθένεια τῆς φύσεως. *D. Vossius.*

B

12 *vi tempore judicaturos. Quod non fore* [1] *dicto audientes m*
*lites, neque signa laturi dicantur, nihil se ea re commov*
*ri: scire enim, quibuscunque exercitus dicto audiens n*
*fuerit; aut, male re gesta, fortunam defuisse; aut, a*
13 *quo facinore comperto, avaritiam esse convictam:* [2] *sua*
*innocentiam perpetua vita, felicitatem Helvetiorum bello e*
14 *se perspectam. Itaque se* [3] *quod in longiorem diem collat*
*rus esset, repræsentaturum, & proxima nocte de quarta v*
*gilia castra moturum, ut quamprimum intelligere posset,*
*trum apud eos pudor atque officium, an timor plus valer*
15 *Quod si præterea nemo sequatur, tamen se cum sola dec*
*ma legione iturum, de qua non dubitaret, sibique ea*
*Prætoriam cohortem futuram.* Huic legioni & Cæsar i
dulserat præcipue, & propter virtutem confidebat m
xime.

1 XLI. Hac oratione habita, mirum in modum co
versæ sunt omnium mentes, summaque alacritas
2 cupiditas belli gerendi innata est: princepsque decim
legi

1. *Dicto audientes milites* ] Ultimam vocem addidi ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* quæ plane videtur necessaria; ad gregarios enim milites hæc verba non fecit *Cæsar*, ut ex initio hujusce capitis liquet, de quibus tamen omnino sunt intelligenda quæ sequuntur. *Davies.*

2. *Suam innocentiam perpetua vita, felicitatem* &c. ] Sic optime emendabant *Barth. Ricius*, *Ald. Manutius* & *F. Hotomannus*, cum in omnibus MSS. ut testatur *Brantius*, pessime legatur, *suam innocentiam perpetua vitæ felicitate Helvetiorum bello esse perspectam.* Metaphrastes tamen in suo Codice aut veram lectionem invenit, aut conjiciendo est assecutus; habet enim ἐμοῦ δὲ τὴν μὲν δικαιότητα διὰ παντὸς, τὴν δ' εὐτυχίαν ἐκ τοῦ περὶ τοὺς Ἐλβετίους πολέμου ἐγνώκατε. *Perpetua vita* est per totum vitæ cursum, ut *perpetua mensa* apud *Virgilium* Æn. VII, 176. sunt eæ quæ ab initio ad finem cœnaculi excurrunt. Hoc cum non intelligerent Librarii vident *Cæsarem* corrupisse. *Idem.*

3. *Quod in longiorem diem collatu* *esset, repræsentaturum* ] Juris vox *præsentare*, est ante diem facere. solutionem repræsentat, qui pec nias ante diem numerat. Itaq nugantur, qui *tentaturum* legu Recte Celsi exscriptor accepit h cum ait: *Experturum tamen se qua primum, quod alioquin dilaturus fuer* & Græcus: ὃ ἐπὶ πλεῖον ἂν ἀνεβαλ μην τοῦτο νῦν παραστήσω. Notand autem Cæsaris mos, qui non ra juris vocabulis utitur, sic passi *maleficii* vocem usurpat, quam n temere apud alios historicos reperi *D. Vossius.*

*Ibid.* ] Dilaturus; ἀνεβαλόμην, recte Græcus. Vide *Calvinum* Lexico Juridico. At in Epist. *Br* ad *Ciceronem* lib. XI. Fam. Ep. XI *In posterum diem iter suum contu* eandem vim habet *ac postero die pro* *cisci statuit.* Davies.

legio per tribunos militum ei gratias egit, quod de se optimum judicium fecisset; seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirmavit; inde reliquæ legiones [1] per tribunos militum & primorum ordinum centuriones egerunt, uti Cæsari satisfacerent: se neque 3
unquam dubitasse, neque timuisse, neque de summa belli suum judicium, sed Imperatoris esse, existimavisse. Eorum satisfactione accepta, & itinere exquisi- 4
to per Divitiacum, quod ex aliis Gallis ei maximam fidem habebat, ut [2] millium amplius quadraginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta vigilia, uti dixerat, profectus est. Septimo die, quum 5
iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est, Ariovisti copias à nostris millibus passuum IV & XX abesse.

*XLII. Cognito* Cæsaris adventu Ariovistus legatos 1
ad eum mittit: quod antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere, quoniam propius accessisset: seque id sine periculo facere posse existimaret. Non respuit conditionem Cæsar: Jamque eum ad sanitatem 2
reverti arbitrabatur, quum id, quod antea petenti denegasset, ultro polliceretur: magnamque in spem 3
veniebat, pro suis tantis, populique Romani in eum beneficiis, cognitis suis postulatis, fore, uti pertinacia desisteret. Dies colloquio dictus est, ex eo die quintus. Interim, quum sæpe ultro citroque legati 4
in-

1. *Per tribunos —— centuriones*] MSS. *[illegible]. & Norv.* cum editt. *Rom. Ven.* habent *cum Tribunis militum & primorum ordinum Centurionibus*, quam lectionem probavit *Joan. Brantius.* Nihil tamen mutandum censeo; Militibus enim per Tribunos & Centuriones erat agendum, quod præ[illegible] quidem facilis erat sermonis [illegible]. Vulgatam scripturam in suo Codice invenit Metaphrastes. *Davis.*

2. *Millium amplius* XL.] Celsi exscriptor *quinquaginta* habet. *D. Vossius.*

*Ibid.*] MS. *Norvic.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *millium amplius quinquaginta*, ut & *Julius Celsus* Vit. Cæs. pag. 35. Numerum longe majorem in suo Codice aut legit, aut legisse somniavit Græcus Interpres; scripsit enim πλὴν οὐδὲν ἀμφὶ τὰ χίλια διακόσια καὶ πεντήκοντα στάδια πάντοθεν ἐξετάσας. *Davies.*

inter eos mitterentur, Ariovistus postulavit, ne quem peditem ad colloquium Cæsar adduceret: vereri se ne per insidias ab eo circumveniretur: uterque cum equitatu veniret: alia ratione se non esse venturum. Cæsar, quod nec colloquium, [1] interposita caussa tolli volebat, neque salutem suam Gallorum equitatu committere audebat; commodissimum esse statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, legionarios e
milites legionis decimæ, cui quam maxime confidebat, imponere; ut præsidium quam amicissimum, si
6 quid opus facto esset, haberet. Quod cum fieret, non [2] irridicule quidam ex militibus decimæ legionis dixit; *Plus, quam pollicitus esset, Cæsarem facere: pollicitum in cohortis prætoriæ loco decimam legionem habiturum, nunc* [3] *ad equum rescribere.*

XLIII

1. *Interposita caussa* ] Prætextu. Noster B. C. lib. III. cap. XXIV. *Per caussam exercendorum remigum.* Vide & *Suetonium* in Othone cap. III. *Davies.*

2. *Non irridicule* ] Facetè, & modo ad risum movendum apto. *Idem.*

3. *Ad equum rescribere* ] Miror quærere Ciacconium quid sit *ad equum rescribere.* Miles cum primum legebatur *scribi* dictus, quia indicibus nomen inscriptum. Postea si ordinem mutasset, necessario quoque nomen expungebatur, atque alium in locum transscribebatur. Talium, aut alioqui mortuorum in locum qui successissent, *adscriptitios*, præterea & *supplementum* dictos fuisse ex Festo discimus. Uti idem ait *Patres conscriptos* appellari, qui ex equitum numero in Senatum adscripti erant, ut numerus suppleretur. Val. Max. & proprie idem *transscribere* dixit. sic ait: *Turmasque equitum, quibus præfuerat, ademtis equis in funditorum alas transscripsit.* Græcis ἀπογράφεσθαι est *adnotari in indice militum:* seu nomen dare: etiam *transscribi*, apud Xenoph. pag. 41 Ὁ μὲν χρήζων ὅπλα, λαμβανέτω ταῦτα, καὶ ἀπογραφέσθω πρὸς τὸν ταξίαρχον εἰς τὴν ὁμοίαν τάξιν ἡμῖν. *Qui indiget armis, capiat, & à cohortis præfecto in nostrum ordinem transscribatur* nisi forte mercenarii (de quibus illic loquitur Cyrus) olim non scribebantur in indicibus; ideoque hic vertendum sit adscribi, quia tum primum scribi incipiebant. Merito autem miles ille dixit plus facere Cæsarem, quam promisisset: nam honorum magis equo, quàm pedibus militare. Livius lib. 3. *Consul advolat ad equites: agite juvenes, inquit, præstate virtute peditem, ut honore atque ordine præstatis.* Sed hæc cuivis nota. *D. Vossius.*

*Ibid.* ] *Ad equum rescribere* est legionem eam, quæ peditum erat, in numerum equitum transcribere: quam esse singularem Cæsaris nostri formulam observo. Sic fere *Seneca* epist. IV. ad Lucilium. *Quum puerilem animum deposueris, & te in viros philosophia transcripserit.* Quo *transcribendi* verbo ad rem propositam valde utitur apposite *Valerius Maximus* Lib. II

XLIII. Planicies erat magna, & in ea tumulus terreus satis grandis. Hic locus æquo fere spatio [1] ab castris utrisque aberat. Eo, ut erat dictum, ad colloquium venerunt. Legionem Cæsar, quam equis devexerat, passibus CC ab eo tumulo constituit: item equites Ariovisti pari intervallo constiterunt. Ariovistus, ut ex equis colloquerentur, & præter se, denos ut ad colloquium adducerent, postulavit. Ubi eo ventum est, Cæsar initio orationis sua Senatusque in eum beneficia commemoravit; quod rex appellatus esset à Senatu, quod amicus, quod [2] munera amplissima missa; quam rem & paucis contigisse, & à Romanis pro maximis hominum officiis consuevisse tribui docebat: illum, quum neque aditum, neque caussam postulandi justam haberet, beneficio ac liberalitate sua ac Senatus, ea præmia consecutum. Docebat etiam, [3] quam veteres, quamque justæ caussæ necessitudinis ipsis cum Æduis intercederent; quæ Senatus consulta, quoties,

(Marginal section numbers beside the lines: 1 at "XLIII. Planicies…", 2 at "quium venerunt…", 3 at "equites Ariovisti…", 4 at "ut ad colloquium…", 5 at "illum, quum neque…", 6 at "natus, ea præmia…", 7 at "Æduis intercederent…".)

II. cap. VII. cum enim Tarentino bello magnum captivorum civium suorum numerum à Pyrrho rége ultro missum recepissent Romani, *decreverunt*, inquit ille, *ut ex iis qui equo meruerant, peditum numero militarent; qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur.* Et ibidem paullo ante de L. Calpurnio Pisone, *turmasque equitum, quibus præfuerat* (C. Titius) *ademptis equis in funditorum alas transcripsit.* Fuit igitur hæc militiæ commutatio pro pœna militari: pro præmio vero cum contra pedites in equitum numerum transcribebantur, ut ex hoc *Cæsaris* loco colligere est. *Brantius.* Hunc locum multo aliter explicat *Sam. Petitus* observat. lib. I. cap. VI. quem videsis. *Davisius.*

1. *Ab castris utrisque*] In MS. libro. & plerisque editis legitur *ab castris Ariovisti & Cæsaris.* Eos nempe Codices invasit Glossema. *Davisius.*

2. *Munera amplissima missa*] Romanis in more positum erat, ita se erga eos gerere, quos Regum titulo ornarant. Sic apud *Livium* lib. XXX. c. XV. *Scipio Masinissam primum Regem appellatum eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli & Scipione Eburnea, toga picta & palmata tunica donat.* Vide & *Barn. Brissonium* Form. lib. II. p. 234. & seq. *Idem.*

3. *Quam veteres, quamque justæ &c.*] Ædui nimirum primi è Gallis amicitiam Romanorum sunt amplexi. *Strabo* Geogr. lib. IV. p. 192. C. Οἱ δ' Ἔδουοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο, καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. *Tacitus* Annal. lib. XI. c. XXV. *Primi Ædui Senatorum in urbe jus adepti sunt. Datum id fœderi antiquo, & quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo R. usurpant.* Ad hunc locum plura *Lipsius*, quem videsis. *Idem.*

ties, quamque honorifica, in eos facta essent; ut om
tempore totius Galliæ principatum Ædui tenuissent
8 prius etiam, quam nostram amicitiam appetissent. P
puli Romani hanc esse consuetudinem, ut socios, a
que amicos non modo nihil sui deperdere, sed grati
dignitate, honore auctos velit esse. Quod vero ad
micitiam populi Romani attulissent, id iis eripi, qu
9 pati posset? Postulavit deinde eadem, quæ legatis
mandatis dederat, ne aut Æduis, aut eorum soci
bellum inferret; obsides redderet; si nullam parte
Germanorum domum remittere posset; at ne quos an
plius Rhenum transire pateretur.

1 XLIV. Ariovistus ad postulata Cæsaris pauca r
2 spondit; de suis virtutibus multa prædicavit; *Transi
Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum, & [1] accers
3 tum à Gallis; non sine magna spe, magnisque præmiis, d
4 mum propinquosque reliquisse: sedes habere in Gallia ab ip
5 concessas; obsides ipsorum voluntate datos; stipendium c
6 pere jure belli, quod victores victis imponere consueverint
7 non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse: omn
Galliæ civitates ad se oppugnandum venisse; ac contra se c
8 stra habuisse: eas omnes copias uno abs se prælio fusas ac s
9 peratas esse. si iterum experiri velint, paratum se decerta
sin pace uti malint, iniquum esse de stipendio recusare, qu
10 sua voluntate ad id tempus pependerint. Amicitiam pop
Romani sibi ornamento, & præsidio, non detrimento, e
11 oportere: idque se ea spe petisse. Si per populum Roman
stipendium remittatur, & dedititii subtrahantur, non m
nus libenter sese recusaturum populi Romani amicitiam, qua
12 appetierit. Quod multitudinem Germanorum in Gallia
transducat, id se sui muniendi, non Galliæ impugnand
13 caussa facere; ejus rei testimonium esse, quod, nisi rogatu
non venerit, & quod [2] bellum non intulerit, sed defend*

1. *Accersitum à Gallis* ] Ab Arvernis & Sequanis, ut docuit *Cæsar* hujusce libri cap. XXXI. *Davies.*

2. *Bellum non intulerit sed defender* Arcuerit, propulsaverit. Noster l 1. B. C. c. VII. *Conclamant legionis X*

*rit. Se prius in Galliam venisse, quam populum Romanum;* 14
*nunquam ante hoc tempus exercitum populi Romani Galliæ*
*provinciæ fines egressum. Quid sibi vellet? cur in suas pos-* 15
*sessiones veniret? provinciam suam esse hanc Galliam, sicu-*
*ti illam nostram. Ut, sibi concedi non oporteret, si in no-* 16
*stros fines impetum faceret: sic iterum, nos esse iniquos,*
*quod in suo jure se interpellaremus.* [1] *Quod ex S. C. Æ-* 17
*duos appellatos amicos diceret; non se tam barbarum, neque*
*tam imperitum esse rerum, ut non sciret,* [2] *neque bello Al-*
*lobrogum proximo, Æduos Romanis auxilium tulisse, ne-*
*que ipsos in his contentionibus, quas Ædui secum, & cum*
*Sequanis habuissent, auxilio populi Romani usos esse.* [3] *De-* 18
*bere se suspicari, simulata Cæsarem amicitia, quod exerci-*
*tum in Gallia habeat, sui opprimendi caussa habere. Quod* 19
*nisi decedat, aut exercitum deducat ex his regionibus, sese*
*illum non pro amico, sed pro hoste habiturum; quod si eum* 20
*interfecerit, multis sese nobilibus, principibusque populi Ro-*
*mani gratum esse facturum. Id se ab ipsis per eorum nuncios* 21
*com-*

*tus aderat, milites ---- sese paratos esse imperatoris sui tribunorumque plebis injuria defendere.* Quadrigarius apud Gellium N. A. lib. IX. c. I. *Milites Mario a primis hostes defendebant facillime.* Eodem sensu usi sunt *Arnobius* lib. I. p. 17. ed. Plant. & *Virgilius* Eclog. VII, 47. aliique, quorum loca suppeditabit *Jac. Emmenessius.* Hinc abunde liquet necessariam non esse *Ciacconii* emendationem, qui legit *illatam defenderit*; licet haud negem ita locutum esse *Cæsarem* cum alibi, tum lib. II. B. G. cap. XXIX. *Idem.*

1. *Quod ex S. C. Æduos appellatos amicos diceret*] Editio *Gryph.* habet, *quod fratres ex S. C. & amicos appellatos Æduos diceret. Rom. quod a Senatu Æduos* &c. MS. *Carrar.* & impressus *Florent. Quod fratres à se & amicos Æduos appellatos diceret*; quo modo videtur legendum, sed ita ut post verbum *se*, interpunctio, quæ Librarii imperitia sublata est, restituatur, & *a se*, hoc est, *à Senatu* scribatur. *J. M. Brutus.* Ita exhibent, ut voluit vir eruditus, editt. *Rom. Ven.* MS. autem *Norv. Quod fratres Heduos appellatos diceret.* Davies.

2. *Neque bello Allobrogum proximo*] Non intelligit, ut imperitè censuit *Joan. Godwinus*, bellum quod cum Allobrogibus gessere Domitius Ænobarbus & Fabius Maximus, (Vide *Florum* lib. III. cap. II.) Sed id quo eos debellavit Cn. Pontinus. Vide not. ad cap. VI. *Idem.*

3. *Debere se suspicari*] Verbum *Debere Faërnus* auctoribus antiquis libris tollendum putabat. *Hotomannus* ex *Fa re* conflatum arbitrabatur; non autem necesse est, ut vel huic vel illi aures præbeamus; commoda enim est vulgata lectio, eamque in suo Codice invenit Metaphrastes. *Idem.*

*compertum habere; quorum omnium gratiam atque amici-*
2 *tiam ejus morte redimere posset. Quod si discessisset, ac liberam sibi possessionem Galliæ tradidisset, magno se illum præmio remuneraturum, & quæcunque bella geri vellet, sine ullo ejus labore & periculo confecturum.*

1 XLV. Multa à Cæsare in eam sententiam dicta sunt, quare negotio desistere non posset, & neque suam, neque populi Romani consuetudinem pati, uti optime meritos socios desereret; neque se judicare Galliam
2 potius esse Ariovisti, quam populi Romani. Bello superatos esse Arvernos, & Rutenos à Q. Fabio Maximo, quibus populus Romanus ignovisset, neque [1] in provinciam redegisset, neque stipendium imposuis-
3 set. Quod si antiquissimum quodque tempus spectari oportet, populi Romani justissimum esse in Gallia imperium. si judicium Senatus servari oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello victam suis legibus uti voluisset.

1 XLVI. Dum hæc in colloquio geruntur, Cæsari nunciatum est, equites Ariovisti propius tumulum accedere, & nostros adequitare; lapides telaque in no-
2 stros conjicere. Cæsar loquendi finem fecit; seque ad suos recepit; suisque imperavit, ne quod omnino te-
3 lum in hostes rejicerent. nam, etsi sine ullo periculo [2] legionis delectæ cum equitatu prœlium fore videbat; tamen committendum non putabat, ut, pulsis hostibus, dici posset, eos à se [3] per fidem in colloquio circum-

1. *In provinciam redegisset* ] *In provinciæ formam redigi* dicebantur, quæ vectigal pendere jubebantur, quibusque suæ leges adimebantur, ut in eas juris dicendi caussa quotannis Magistratus à populo Romano cum summo imperio mitterentur: ut eodem illo anno de Narbonensi provincia factum est. Quæ vero suis legibus utebantur, *Libera* dicebantur: ut mox, paucis interjectis. *Hotoman.* Multis hæc confirmat *G. I. Vossius* in Etymol. voce *Provincia*, quem vide. *Davies.*

2. *Legionis delectæ* ] *Ciacconius* ex ingenio scribit *legioni delectæ*, cui tamen non accedo; MSStorum enim auctoritate suffulta lectio non est rejicienda, cum commoda sit, & sensum idoneum fundat. *Idem.*

3. *Per fidem in colloquio* ] Hunc locum temere sollicitat *Fr. Hotomannus,*

conventos. Posteaquam in vulgus militum elatum est, qua arrogantia in colloquio Ariovistus usus, omni Gallia Romanis interdixisset; impetumque in nostros ejus equites fecissent; eaque res colloquium [1] ut diremisset: multo major alacritas studiumque pugnandi majus exercitui injectum est. 4

XLVII. Biduo post Ariovistus legatos ad Cæsarem mittit, velle se de his rebus, quæ inter eos agi cœptæ, neque perfectæ essent, agere cum eo: uti aut iterum colloquio diem constitueret; aut si id minus vellet, ex suis legatis aliquem ad se mitteret. Colloquendi Cæsari caussa visa non est, & eo magis, quod pridie ejus diei Germani retineri non potuerant, quin in nostros tela conjicerent. Legatum ex suis sese magno cum periculo ad eum missurum, & hominibus feris objecturum existimabat. Commodissimum visum est, [2] C. Valerium Procillum C. Valerii Caburi filium, summa virtute & humanitate adolescentem (cujus pater à C. Valerio Flacco civitate donatus erat) & propter fidem & propter linguæ Gallicæ scientiam, [3] qua multa jam Ariovistus, longinqua consuetudine, utebatur,

(margin numbers: 1 beside "XLVII. Biduo post…", 2 beside "vellet, ex suis legatis… Collo-", 3 beside "in nostros tela conjicerent. Legatum…", 4 beside "ris objecturum existimabat. Commodissimum visum")

mus, dum vel *perfide*, vel *per fidem colloquii* legendum censeat; retinenda enim est vulgata lectio. *Livius* lib. XXXVIII. cap. XXV. *Major multò pars* (Gallorum) per fidem *violati colloquii pœnas morte luerunt*. Ibi etiam *H. Grotius* lib. III. de jure B. & P. cap. XXIV. §. 3. reponit *perfide*. Sed aliud egit vir maximus. *Seneca* de *Prov.* cap. III. ubi de Sullæ crudelitate. *Multa millia civium Romanorum uno loco post fidem imo* per ipsam fidem, *trucidata*. Ceterum *Per fidem* in colloquio circumveniri dicimus eos qui, ob fidem datam colloquentes, circumveniuntur. *Davies*.

1. *Ut diremisset* ] Priorem voculam addidi ex *Ven.* aliisque vett. editt. Recentiores enim illam prorsus omittunt quæ tamen sententiæ videtur necessaria. Significat autem *quomodo* vel *quemadmodum*, ut apud *Terentium* Andr. Act. I. Sc. I. 8. *Davies*.

2. *C. Valerium Procillum* ] *Marcum* nonnulli putant legendum. Sane v. c. Scal. & Anonymus *Cajum* habent. Meminit Valerii interpretis Cicero in Epist. ad Atticum. Græcus constanter Μάρκον. *D. Vossius*.

*Ibid.* ] Perperam Græcus Interpres hic & infra cap. LIII. hunc virum *Marci* Prænomine insignit, cum supra cap. XIX. eum recte *Caium* vocaverat; sed inepte hunc ab illo diversum existimabat. Idem mendum hic videre est in Antiquissimis editt. *Rom*: & *Ven.* Davies.

3. *Qua multa jam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur* ] Frustra viri docti

utebatur, &, quod in eo peccandi Germanis caussa non esset, ad eum mittere; & [1] M. Mettium, qui
5 hospitio Ariovisti usus erat. His mandavit, ut, quæ diceret Ariovistus, cognoscerent, & ad se referrent.
6 Quos quum apud se in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo præsente, [2] conclamavit: Quid ad se venirent? an speculandi caussa? conantes dicere prohibuit, & in catenas conjecit.

XLVIII. Eodem die castra promovit, & millibus pas-

docti hic *longa* emendant pro *longinqua*. Sic Plautus in Milite, *longinqua vita* dixit. Et Gellius lib. & cap. ultimo operis sui: *Sed quoniam longinquis per hyemem noctibus in agro, sicuti dixi, terra Attica commentationes hasce ludere ac facere exorsi sumus: idcirco eas inscripsimus noctium Atticarum*. Plura adducere supervacuum. *D. Vossius*.

*Ibid.* Si pluribus opus sit, pleno modio suppeditabit vir summus *J. Frid. Gronovius* Observ. lib. IV. cap. XI. qui hâc in re *Ciacconii* & *Brantii* errorem notavit. Observandum etiam est frustra esse *Fr. Hotomannum* aliosque qui ex hoc loco colligunt, linguam Germanicam à Gallica prorsus fuisse diversam, cum ejusdem tantùm linguæ erant Dialecti, ut multis probavit *Ph. Cluverius* Germ. lib. I. cap. V. Et sane discrepans pronunciatio, verba nova paullatim introducta, multusque inter suos linguæ Germanicæ usus possent facere, ut complures anni transirent, priusquàm Gallicâ commode usus fuerit Ariovistus. *Davies*.

1. *M. Mettium qui hospitio Ariovisti usus erat* ] Sic est: nihil sanctius olim apud Germanos hospitii jure. Cæsar lib. VI. *Hospites violare fas non putant: qui quaque de caussa ad eos venere, ab injuria prohibent, sanctosque habent, iis omnium domus patent, victusque communicatur*. Etiam apud Græcos: Isac. Tzetz. in Lycophron. Παλαιὸν ἔθος τὸ μὴ τοὺς συμφαγόντας ἀλλήλοις ποτὲ παρ' ἀλλήλων θνήσκειν, εἰ μήπω τοῦτο ἀκουσίως συμβῇ. Hinc Parius ille jamborum scriptor (ut Origenes lib. II. contra Celsum appellat,) sive Archilochus Lycambæ violatum hospitii jus exprobrans, ait:

> Ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε
> κ) τράπεζαν.

Sacramentum, inquit, mensa & sale conciliatum. Sal indicium perpetuæ & incorruptæ amicitiæ, unde & בְּרִית הַמֶּלַח pactum salis Hebræi vocant, æternum fœdus. Sic 2 Paral. XIII. 5. יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל נָתַן מַמְלָכָה לְדָוִיד עַל יִשְׂרָאֵל לְעוֹלָם עַל יִשְׂרָאֵל לְעוֹלָם i. *Dominus Deus Israël dedit regnum Davidi super Israëlem in æternum, illi, & filiis ejus pactum salis*. D. Vossius.

2. *Conclamavit* ] Sic omnes Codd. MSS. & veteres typis excusi. Recentiores enim *verbum simplex* exhibent, quod, ut opinor, compositum non nisi de multitudine clamantium dici arbitrarentur. At perperam. *Virgilius* Æn. III. 523.

> --- *Italiam primus* conclamat *Achates*.

ubi *Servius*, *valde*, inquit, *aut sæpius clamat*. Vide & Æn. VI, 259. *Davies*.




A . Castra Cæsaris [illegible] . Expedita hominum millia .
B . Castra Ariovisti omni equitatu Ariovisti .



passuum VI à Cæsaris castris sub monte concedit. Po- 2
stridie ejus diei, præter castra Cæsaris suas copias trans-
duxit, & millibus passuum II ultra eum castra fecit;
eo consilio, uti frumento, commeatuque, qui ex Se-
quanis & Æduis supportaretur, Cæsarem interclude-
ret. Ex eo die dies continuos V Cæsar, pro castris suas 3
copias produxit, & aciem instructam habuit; ut, si
vellet Ariovistus prœlio contendere, ei potestas non
deesset. Ariovistus his omnibus diebus exercitum ca- 4
stris continuit. equestri prœlio quotidie contendit.
Genus hoc erat pugnæ, quo se Germani exercuerant.
Equitum millia erant VI, totidem numero pedites ve- 5
locissimi, ac fortissimi; [1] quos ex omni copia singuli
singulos, suæ salutis caussa, delegerant. cum his in 6
prœliis versabantur: ad hos se equites recipiebant;
hi, *si quid erat* durius, concurrebant: si qui, gravio-
*re vulnere* accepto, equo deciderant, [2] circumsiste-
bant; si quo erat longius prodeundum, aut cele- 7
rius recipiendum, tanta erat horum exercitatione ce-
leritas, ut, jubis equorum sublevati, cursum adæ-
quarent.

XLIX. Ubi eum castris sese tenere Cæsar intelle- 1
xit, ne diutius commeatu prohiberetur, ultra eum
locum, quo in loco Germani consederant, circiter
passus DC ab his castris idoneum locum delegit; acie-
que triplici instructa, ad eum locum venit. Primam 2
& secundam aciem in armis esse, tertiam castra muni-
re jussit. Hic locus ab hoste circiter passus sexcentos, 3
uti dictum est, aberat. eo circiter [3] hominum nume-
rum

1. *Quos ex omni copia*] Copia hic exercitum significat. Sic in Epist. *Cn. Pompeii* ad M. Marcellum & L. Lentulum Coss. apud *Ciceronem* lib. VIII. ad Attic. Ep. XVII. *Uti ipse cum omni* copia *ad nos venerit*. Vide & *Sallustium* Catil. cap. LVI. *Davies*.

2. *Circumsistebant*] Ut eos ab incursu hostium tutos & incolumes præstarent. *Idem*.

3. *Hominum numerum* XVI *millia*] Quoad numerum. Hoc cum non intelligerent nonnulli editores, vocem *numerum*, ut superfluam prorsus omisere. Frustra. *Gratius* Cyneg. vs. 31. *Et bis vicinos spatium prætendere passus*

rum XVI millia expedita cum omni equitatu Ariovi-
ſtus miſit; quæ copiæ noſtros perterrerent, & muni-
4 tione prohiberent. Nihilo ſecius Cæſar, ut ante con-
ſtituerat, duas acies hoſtem propulſare; tertiam opus
5 perficere juſſit. Munitis caſtris, duas ibi legiones reli-
quit, & partem auxiliorum: quatuor reliquas in ca-
ſtra majora reduxit.
1 L. Proximo die, inſtituto ſuo Cæſar ex caſtris u-
triſque copias ſuas eduxit: paullumque à majoribus
progreſſus aciem inſtruxit; hoſtibuſque pugnandi po-
2 teſtatem fecit. ubi ne tum quidem eos prodire intel-
lexit, circiter meridiem exercitum in caſtra reduxit.
Tum demum Arioviſtus partem ſuarum copiarum,
3 quæ caſtra minora oppugnaret, miſit. Acriter utrim-
que, uſque ad veſperum, pugnatum eſt. Solis occaſu
ſuas copias Arioviſtus, multis & illatis & acceptis vul-
4 neribus, in caſtra reduxit. Quum ex captivis quæ-
reret Cæſar, quamobrem Arioviſtus prœlio non de-
certaret, hanc reperiebat cauſſam: Quod apud Ger-
manos ea conſuetudo eſſet, ut [1] matresfamilias ſortibus
&

*paſſus Rete velim.*: ubi *protendere* legendum crediderim. *Curtius* lib. V, cap. I. 25. *Spatium* XXX & *duorum pedum* latitudinem *amplectitur*, hoc eſt, quoad latitudinem; non enim neceſſe eſt, ut cum doctiſſimo viro *Joan. Freinshemio in latitudinem* reponamus. *Idem.*

1. *Matres familias ſortibus ac vaticinationibus declararent*] Quibus ex rebus hanc divinationem colligerent, docet *Plutarchus* in Cæſ. pag. 712. Ἔτι δὲ, inquit, *μᾶλλον αὐτοὺς* (Γερμανοὺς) *ἤμβλυνε τὰ μαντεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν, αἳ ποταμῶν δίναις προσβλέπουσαι, καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι, προεθέσπιζον, οὐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι, πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην.* Mulieribus autem quam maximam fidem habebant, quod iis ineſſe ſanctum aliquid & providum putarent; unde factum, ut earum nonnullæ inter Deas fuerint numeratæ. *Tacitus* Hiſt. lib IV. c. LXI. *Vetere apud Germanos more, quo pleraſque feminarum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur Deas.* Sic Aurinia, ſic Velleda numinum loco poſitæ, ut docet *idem* Germ. cap. VIII. Vide & *Schedium* de Diis Germ. Syngr. II. c. XLIII. Obiter monebo erraſſe *Polyænum*, qui Strateg. lib. VIII. cap. XXIII. §. 4. obſervat, Cæſarem cum Germanis prœlio contendere non auſum, priuſquam certior fieret, Arioviſtum à vatibus eſſe prohibitum quo minus ante Novilunium pugna certaret, quod cum ex hoc loco, tum ex cap. XLVIII falſi arguitur. Præterea Strategematum Scriptor vates, à quibus divinationem accepere Germani, virilis ſexus fuiſſe perperam eſt

& vaticinationibus declararent, utrum prœlium com-
mitti ex uſu eſſet, nec ne: eas ita dicere, [1] *Non eſſe* 5
*fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam prœlio con-
tendiſſent.*

LI. Poſtridie ejus diei Cæſar præſidio utriſque ca- 1
ſtris, quod ſatis eſſe viſum eſt, relicto, [2] omnes ala-
rios in conſpectu hoſtium pro caſtris minoribus conſti-
tuit; quod minus multitudine militum legionariorum,
pro hoſtium numero, valebat, [3] ut ad ſpeciem alariis
uteretur. Ipſe, triplici inſtructa acie, uſque ad caſtra
hoſtium acceſſit. Tum demum neceſſario Germani 2
ſuas copias è caſtris eduxerunt, [4] generatimque con-
ſtituerunt, paribuſque intervallis Harudes, Marcoman-
nos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, [5] Seduſios
Suevos: omnemque aciem ſuam rhedis & carris cir-
cumdederunt: ne qua ſpes in fuga relinqueretur. Eo 3
mulieres impoſuerunt, quæ in prœlium proficiſcentes
mi-

eſt arbitratus; dicit enim ὁπότι ἔγνω ΤΟΥΣ παρ' αὐτοῖς μάντεις ΠΡΟΕΙΡΗΚΟΤΑΣ &c. non modo contra fidem noſtri & *Plutarchi*, ut ex dictis liquet, ſed etiam *Dionis* lib. XXXVIII. pag. 90. & *Julii Celſi* vit. Cæſaris p. 42. *Davies.*

1. *Non eſſe fas* &c.] *Fas* hic ſumitur pro eo quod fieri poteſt; ut apud *Lactantium* Div. Inſt. lib. II. cap. 1. *Qui non agnoſcunt cultum ejus* (Dei) *quem prorſus ignorari ab homine* fas non eſt. Vide & *Ovidium* Triſt. lib. III. El. v. 16. E contra *nefas* ab *Horatio* & *Cicerone* dicitur de re plane ἀδύνατα. Conſule *D. Lambinum* ad *Horatii* lib. 1. Od. XI, 1. *Idem.*

2. *Omnes alarios*] Alæ ex ſociis conſtabant, ita dictæ, *quod circum legiones dextra ſiniſtraque tanquam alæ in avium corporibus locabantur*, ut docet *Cincius* apud *Gellium* N. Att. lib. XVI. cap. IV. Vide & *J. Lipſium* Mil. Roman. lib. II. cap. VII. *Idem.*

3. *Ut ad ſpeciem alariis uteretur*] Legionarii videlicet majorem virtutis opinionem habebant. *Davies.*

4. *Generatim conſtituerunt*] Eodem modo Xerxes apud Diodorum lib. XI. p. 14. Ἦσαν δ' αἱ τριήρεις διατεταγμέναι κατ' ἔθνος ἑξῆς, ἵνα διὰ τὴν ὁμοφωνίαν καὶ γνῶσιν προθύμως ἀλλήλοις βοηθῶσιν. D. Voſſius.

5. *Seduſios*] Miror Ciacconium *Sedunos* reponere, quia Plinius eos Alpinos eſſe populos ait. Ego non video cauſſam, cur Alpinum militem in exercitu habuerit Arioviſtus, vel quomodo habere potuerit. Itaque omnino arbitror *Seduſios* Germanos fuiſſe. In Oroſio tamen & Freculpho conſtanter eſt *Edures*. In MS. noſtro Oroſio *Eduſes*. Quod corruptum arbitror ex *Seduſii*. Niſi quis aliam gentem, quam *Seduſios* conjectaret. Erant olim *Eudoſes* in Germania, ſed procul ab Arioviſti regno, quippe ſiti locis quæ nunc Pomerani tenent. Sed nihil hi ad Arioviſtum. *Idem.*

milites passis crinibus flentes implorabant, ne se in servitutem Romanis traderent.

1 LII. Cæsar singulis legionibus singulos legatos, & quæstorem præfecit; uti eos testes suæ quisque virtu-
2 tis haberet. Ipse à dextro cornu, [1] quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat, prœlium
3 commisit. Ita nostri acriter in hostes, signo dato, impetum fecerunt. itaque hostes repente celeriterque procurrerunt; ut spatium pila in hostes conjiciendi
4 non daretur. [2] Rejectis pilis, comminus gladiis pugnatum est. At Germani celeriter, ex consuetudine sua
5 phalange facta, impetus gladiorum exceperunt. Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas insilirent, & scuta manibus revellerent, & desuper
6 vulnerarent. Quum hostium acies à sinistro cornu pulsa, atque in fugam conversa esset, à dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem preme-
7 bant. Id quum animadvertisset P. Crassus adolescens, qui equitatui præerat, quod expeditior erat, quam hi, qui inter aciem versabantur, tertiam aciem laboranti-
1 bus nostris subsidio misit.

LIII. Ita prœlium restitutum est, atque omnes hoste

1. *Quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat* ] Suspectus mihi locus. An igitur Cæsar quod facillimum sibi sumsit. Certe contra morem fortium Imperatorum, & quibus aliqua gloriæ cupido. Qualem fuisse Cæsarem nullus negaverit. Tacitus II Annal. de Germanico: *Quod arduum sibi, cætera, legatis permisit.* Et repugnat mox ipse Cæsar; quippe ait, Germani, *A dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant.* Quomodo infirmiore exercitus sui parte Romanos maximè premebant. Ex ingenio quamvis nullo v. c adjuvante emendo, *Quod eam partem maxime firmam hostium esse animadverterat.* Vel si id minus placet, dele vocem *hostium.* D. Vossius.

2. *Rejectis pilis* ] Ἀποῤῥίψαντες Anonymus Celsi exscriptor: *Projectis igitur missilibus, res gladiis acta est.* Dion libro XXXVIII. Καὶ οὕτω γε ὁμόσε αὐτοῖς (οἱ Ῥωμαῖοι) ἐχώρησαν, ὥστε σφᾶς μήτε τοῖς κοντοῖς, μήτε τοῖς ξίφεσι τοῖς μακροτέροις χρήσασθαι. ὠθίζοντό τε οὖν, καὶ τοῖς σώμασι τὸ πλεῖον ἢ τοῖς ὅπλοις ἐμάχοντο. *Itaque congressi sunt* (Romani) *cum illis, ut neque contis neque gladiis uti possent. Igitur barbari jactare sua corpora, trudereque iisque magis, quam armis uti.* Ubi idem contrà quàm Cæsar, tradit Romanos, adeo propere in Germanos, incurrisse, ut spatium illis non darent acies ordinandi. Sed ignoscendum Cæsari dum famæ suæ gloriam auget. *Idem.*

ſtes terga verterunt, neque prius fugere deſtiterunt,
quam ad flumen Rhenum [1] millia paſſuum ex eo lo-
co circiter quinquaginta pervenerunt. Ibi perpauci, 2
aut viribus confiſi tranſnatare contenderunt; aut lin-
tribus inventis, ſalutem ſibi petierunt. In his fuit A- 3
rioviſtus, qui naviculam deligatam ad ripam nactus
ea profugit: reliquos omnes equites conſecuti noſtri
interfecerunt. Duæ fuerunt Arioviſti uxores, una 4
Sueva natione, [2] quam domo ſecum adduxerat; altera
Norica, regis Vocionis ſoror, quam in Gallia duxe-
rat, à fratre miſſam. Utraque in ea fuga periit. Duæ
filiæ harum, altera occiſa, altera capta eſt. C. Vale- 5
rius Procillus, quum à cuſtodibus in fuga trinis cate-
nis vinctus traheretur, in ipſum Cæſarem [3] hoſtium
equitatum perſequentem incidit. quæ quidem res Cæ- 6
ſari non minorem, quam ipſa victoria, voluptatem at-
tulit: quod hominem honeſtiſſimum provinciæ Gal-
liæ,

1. *Millia paſſuum ex eo loco circiter L.* ] Libris omnibus repugnantibus ita corrigendum arbitror. Primum quoniam hunc numerum vetus *Oroſii* impreſſus liber prodit. Deinde quia *Plutarchus* τετρακοσίοις σταδίοις poſuit. Nam cum octo ſtadia milliarium unum conficiant, ſequitur ut quadringenta efficiant milliaria quinquaginta. Neque me movet, quod in vulgaris *Plutarchi* libris legitur, τριακοσίοις. Nam & vetus Interpres *Quadringenta* poſuit, & *Henr. Stephanus* Græcæ linguæ peritiſſimus, & harum rerum obſervator diligentiſſimus, τετρακοσίοις in aliis libris legi teſtatus eſt. Itaque *Beato Rhenano*, ſummo ac ſingulari viro aſſentiri non poſſum, qui prœlium hoc commiſſum putat ad ædem *Apollinaris*, quæ milliare unum Germanicum à Baſilea & Rheno diſtat. Nam paulo ſuperius Cæſar ſcribit eo ſe loco caſtra habuiſſe, quo à Sequanis & Æduis commeatus ſupportaretur. Neque mirum videri oportet, ſi quinquaginta paſſuum millia fugientes fecerint: cum Cæſaris exercitus interdum uno die XX, interdum XXV millia confeciſſe conſtet; ut lib. V. c. XLVII. & lib. VII. cap. XL. *Vegetius* autem lib. I. cap. IX. ſcribat, tyrones horis quinque æſtivis viginti aut viginti quatuor paſſuum millia ambulare aut pleno gradu conficere. *Hotoman.*

2. *Quam domo ſecum adduxerat* ] V. c. Scalig. *quam à domo ſecum eduxerat.* Anonymus: *quarum primum domo digrediens eduxerat.* Ut videri poſſit Cæſar ſcripſiſſe, *quam domo ſecum eduxerat.* Sed nihil muto, quia proba vulgata lectio. *D. Voſſius.*

3. *Hoſtium equitatum perſequentem* ] MS. *Norvic.* exhibet *hoſtes equitatu perſequentem*, cum quo faciunt editt. *Rom. Ven.* niſi quod illæ *ſequentem.* Sed à vulgata lectione ſtat Græcus interpres. *Davies.*

liæ, ſuum familiarem, & hoſpitem, ereptum è manibus hoſtium, ſibi reſtitutum videbat; neque ejus calamitate de tanta voluptate & gratulatione quidquam
7 fortuna deminuerat. Is, ſe præſente, [1] de ſe ter ſortibus conſultum dicebat, utrum igni ſtatim necaretur,
8 an in aliud tempus reſervaretur. ſortium beneficio ſe eſſe incolumem. Item [2] M. Mettius repertus, & ad eum reductus eſt.

1 LIV. Hoc prœlio trans Rhenum nunciato, Suevi, qui ad ripas Rheni venerant, domum reverti cœperunt; [3] quos Ubii, qui proxime Rhenum incolunt, per-

1. *De ſe ter ſortibus conſultum*] Ille mos Germanorum. & adhuc ſeptimo ſæculo poſt Cæſaris tempora eum viguiſſe legimus apud Bekam in vita Willebrordi, p. 5. *Radbodus verò injuriam Dei ſui ferociter ulciſci diſponens, jugulari juſſit unum de collegio Sancti Sacerdotis, per caſum ſortilegii.* Beka verò hæc ex Alcuino hauſit, qui Willebrordi vitam conſcripſit, & ait quotidie eum ter ſortes jeciſſe. verba hæc ſunt: *Radbodus nimio furore ſuccenſus, in ſacerdotem Dei vivi, ſuorum injurias deorum ulciſci cogitabat: & per diem ſemper tribus vicibus ſuo more mittebat ſortes, & nunquam damnatorum ſors, Deo vero defendente ſuos, ſuper ſervum Dei, vel aliquem ex ſuis, cadere potuit: nec niſi unus tantum ex ſociis ſorte monſtratus, & martyrio coronatus eſt.* D. Voſſius.

2. *M. Mettius repertus*] Extat & nummus averſo latere bigas repræſentans, inſiſtente Pallade, vel quod potius crediderim, Bellona. Circumſcriptum eſt M. METTIUS. itaque forte innuitur vi eum hoſtibus ereptum. Vel, ſi, ut aliis viſum, bigæ Lunæ conſecratæ, fortaſſis obſcurè indicatur vaticinium Germanarum fœminarum, quæ ut ait Cæſar, dicebant, *Non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam prælio contendiſſent.* Sed hæc, ut incerta mitto. Illud miror Æneam Vicum ignoraſſe quis hic Mettius ſit. Niſi forte, ejus ætate in excuſis codd. Cæſaris *Titius* erat, uti & Plantinus excudit. *Idem.*

3. *Quos Ubii ---- inſecuti*] Ita reſtituerunt *B. Rhenanus* rerum Germ. lib. III. & *Fr. Hotomannus*; quæ quidem emendatio mihi vehementer arridet; Ubios enim proxime Rhenum habitaſſe conſtat ex *Plinii* H. N. lib. IV. cap. XVII. & veteres inimicitias cum Suevis exercuiſſe docet *Cæſar* lib. IV. B. G. cap III. In antiquis tamen editt. & MSS. legitur *quos ubi qui proxime* (vel *proximi*) *Rhenum incolunt perterritos* ſenſerunt *inſecuti* &c. Quam lectionem quin imperiti Librarii aut Correctores intulerint, nullus dubito. Adſervatur in Bibliotheca Collegii *Petrenſis* apud *Catabrigienſes Q. Curtii* ſcriptum exemplar quod, A. D. 1495. innumeris in locis correxit *Raphaël de Marcatellis* Epiſcopus Roſenſis & Abbas S. Bavonis juxta Gandavum, ut ipſe in calce libri teſtatus eſt. At ſane quamplurimum antiquam lectionem temere mutavit, ut liquet ex ejus veſtigiis non penitus eraſis. Hoc ſi contigerit viro tum temporis inter doctos numerato, nemo dubitet quin idem indoctis Librariis potuerit evenire, præcipue

perterritos insecuti, magnum ex his numerum occiderunt. Cæsar una æstate, duobus maximis bellis confe- 2
ctis, maturius paullo, quam tempus anni postulabat,
in hiberna in Sequanos exercitum deduxit: hibernis 3
*Labienum* præposuit: ipse in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus est.

cipue cum de nominibus propriis ac paullo rarioribus ageretur. Sic apud *Julium Firmicum* de err. prof. Rel. p. 36. legitur; *Hic* (Saturnus *ex Creta fugiens*, *in Italia* à Spartanis *absconditur*. Scribe *Sicanis*, qui primi Italiam incoluerunt. Vide *Dionysium* Halicarnasseum lib. 1. Ant. p. 8. ed. *R. Steph.* & *Servium* ad *Virgilii Æn.* I, 2. Librarios fefellit vox minus nota. *Joan. Frid. Gronovius* Obs. Eccles. c. IX. reponit *Jan Patre.* Sed hæc emendatio nimium abit à receptæ lectionis vestigiis; ideo me meæ conjecturæ non pœnitet. *Davies.*

# LIBER II.

## SUMMARIUM LIB. II. DE BELLO GALLICO.

*Belgæ omnes contra P. R. conjurant :* III. *exceptis Rhemis.* V. *Cæsar contra eos exercitum Axonam flumen transducit.* VII. *Bibracti opido ,* VIII. *atque item Q. Titurio Legato à Belgis oppugnatis , subsidia mittit.* X. *Illi , frustra istis oppugnationibus tentatis , ad tuendos suos quisque fines , copias partiuntur.* XII. *Cæsar discedentes insequutus , Suessones ,* XIII. *Bellovacos ,* XV. *& Ambianos in deditionem accipit.* XVI. *Nervios , fortiter se defendentes , debellat.* XXIX. *Item Atuaticos.*

1 I. QUum esset Cæsar in citeriore Gallia in hi-
bernis, ita uti supra demonstravimus, cre-
bri ad eum rumores afferebantur , litterisque item Labieni certior fiebat omnes Belgas , quam
tertiam esse Galliæ partem dixeramus , contra popu-
2 lum Rom. conjurare; obsidesque inter se dare. con-
jurandi has esse caussas : primum , quod vererentur,
ne , omni pacata Gallia , ad eos exercitus noster ad-
3 duceretur: deinde, quod ab nonnullis Gallis sollicita-
rentur, [1] partim qui ut Germanos diutius in Gallia ver-
sari nollent , ita populi Romani exercitum hiemare
atque inveterascere in Gallia moleste ferebant: partim
qui mobilitate & levitate animi novis imperiis stude-
4 bant : [2] ab nonnullis etiam , quod in Gallia à poten-
tioribus

1. *Partim qui ut Germanos* ] Penultimam vocem reposui ex editione Veneta , & Metaphraste ; nec sine ea constat sententia , ut vidit acutissimus vir *J. F. Gronovius* ad *Livii* lib. XXIII. c. XXVII. *Davies.*

2. *Ab nonnullis etiam , quod in Gallia à potentioribus* ] Legendum censet *Fr. Hotomannus , ab nonnullis enim potentioribus.* Quæ quidem conjectur mihi videtur paullo audacior ; ( o mittit enim quatuor voculas , qu in omnibus MSS. comparent ) ne sane opus est , ad eam confugia mus ; nam repetendum ἀπὸ κοινοῦ *sollicitarentur Belgæ* , & omnia eva dent clara. *Idem.*

tioribus, atque iis, qui ad conducendos homines fa-
cultates habebant, vulgo regna occupabantur; qui mi-
nus facile eam rem [1] imperio nostro consequi pote-
rant.

II. Iis nunciis litterisque commotus Cæsar duas le- 1
giones in citeriore Gallia novas conscripsit, & inita
æstate [2] in interiorem Galliam, qui deduceret, Q.
Pedium legatum misit. Ipse, quum primum pabuli 2
copia esse inciperet, ad exercitum venit. Dat nego- 3
tium Senonibus, reliquisque Gallis, qui finitimi Bel-
gis erant, uti ea, quæ apud eos gerantur, cogno-
scant: seque de his rebus certiorem faciant. Hi con- 4
stanter omnes nunciaverunt manus cogi, exercitum in
unum locum conduci. Tum vero dubitandum non exi- 5
stimavit, quin ad eos duodecimo die proficisceretur.
Re frumentaria provisa, castra movet, diebusque cir- 6
citer xv ad fines Belgarum pervenit.

III. Eo quum de improviso, celeriusque omnium 1
opinione venisset, Rhemi, qui proximi Galliæ ex
Belgis sunt, ad eum legatos Iccium & Antebrogium
primos civitatis suæ miserunt: qui dicerent, se suaque 2
omnia in fidem atque potestatem populi Romani per-
mittere, neque se [3] cum reliquis Belgis consensisse,
neque

1. *Imperio nostro consequi* ] Corrupere codd. nonnulli *in imperio.* quod frustra Cæsari asserere Hottomannus nititur. *Imperio nostro* tantundem est quam si dicat, quando imperium nostrum est, vel quando imperium nos habemus. Sic quoque Cæsar locutus lib. 1. cap. 18. *Imperio P. R. non modo de regno, sed etiam de ea quam habeat gratia desperare.* D. Vossius.

2. *Interiorem Galliam* ] Lego *ulteriorem Galliam* uti rectè in prioribus editionibus fuerat, quod Scaligerum mutasse miror. Anonymus quoque. *misitque per Q. Pedium legatum suum ulteriorem in Galliam transmittit.* Idem.

*Ibid.* ] Hæc vera est lectio, licet refragetur *D. Vossius*, ac indignetur *Scaligero*, antiquissimas editt: secuto; ita enim exhibent non solum MS. *Norv.* sed etiam editt: *Rom. Ven. Beroald.* Et optime quidem; id enim vocatur *interius*, quod ab extremis finibus longè removetur. *Cl. Mamertinus* Pan. 11. cap. XIV, 1. *Vos in interiora imperii vestri secesseritis.* *Tacitus* Annal. lib. 11. cap. XXIV. *Redemptos ab interioribus* (Germanis) *reddidere*: *Pomp. Mela* lib. 1. cap. 11. pag. 18. *Interiora, & littora tenent usque ad sinum Persicum.* Plura sunt ad manum exempla, sed rei notissimæ non immerabor. *Davies.*

3. *Cum reliquis Belgis* ] MS. *Norvic.* tum

E 2

neque contra populum Romanum omnino conjuraſſe;
3 paratoſque eſſe & obſides dare, & imperata facere, &
oppidis recipere, & frumento, ceteriſque rebus juva-
4 re. reliquos omnes Belgas in armis eſſe: Germanoſ-
que, qui cis Rhenum incolunt, ſeſe cum his conjun-
5 xiſſe; tantumque eſſe eorum omnium furorem, ut,
ne Sueſſones quidem fratres conſanguineoſque ſuos,
qui eodem jure, iiſdem legibus utantur, unum impe-
rium, unumque magiſtratum cum ipſis habeant, de-
terrere potuerint, quin cum his conſentirent.
1 IV. Qnum ab his quæreret, quæ civitates, quan-
tæque in armis eſſent, & quid in bello poſſent; ſic
reperiebat, pleroſque Belgas eſſe ortos à Germanis,
Rhenumque antiquitus tranſductos, propter loci fer-
2 tilitatem ibi conſediſſe; Galloſque, qui ea loca inco-
lerent, expuliſſe. ſoloſque eſſe, qui patrum noſtro-
rum memoria omni Gallia vexata, [1] Teutones, Cim-
broſque intra fines ſuos ingredi prohibuerint. qua ex
3 re fieri, uti earum rerum memoria magnam ſibi aucto-
ritatem, magnoſque ſpiritus in re militari ſumerent.
4 De numero eorum omnia ſe habere explorata [2] Rhe-
mi

*cum Belgis reliquis*, editiones antiquiſſimæ *Rom. Ven. Beroald. cum Belgis reliquiſque*: quam lectionem ipſe veriſſimam arbitror, nam Germani, qui cis Rhenum incolebant, ſeſe cum Belgis conjunxerant; illi autem erant Condruſi, Eburones, Cæræſi, & Pæmani, qui *uno nomine Germani appellantur*, ut ait noſter cap. IV. *Davies*.

1. *Teutonos Cimbroſque* ] Urſinus *Teutones* emendat. alii *Teutonos*. Utrumque probum. Sic Cæſar dixit hoc libro. *ipſi erant ex Cimbris, Teutoniſque procreati*. Anonymus habet, *Cimbros & Theutones*. Quemadmodum *Santones*, & *Santoni* dicitur. Unde & fruſtra Glareanus pro *Santonis*, emendat *Santonibus* lib. III. de bello Gall. Lucan. *Gaudetque amoto Santonus hoſte*. Et Schottus lib. III. cap. XXIX. Obſervat. Hiſtor. ait ſe in MS. reperiſſe *Atrebatis*, pro *Atrebatibus*. D. Voſſius.

2. *Rhemi dicebant* ] De prioris vocis Orthographia lis eſt inter eruditos; ſunt enim qui adſpirationem tollendam eſſe cenſent, qui Gallicæ eſt originis. Utro modo ſcribamus, parum quidem intereſt, nec de hujuſmodi rebus vitilitigarem. Obſervabo duntaxat rationem *Chr. Cellarii*, quam profert Orthog. pag. 56. firmam non videri; licet enim verbum ſit Celticum, non neceſſe eſt, ut adſpirationem rejiciamus, quæ in aliis verbis omnino Gallicis locum obtinet. Sic *Rhedones* memorantur lib. II. B. G. cap. XXXIV. & alibi. Sic *Rheda* noſtro, *Horatio* &
aliis

mi dicebant, propterea quod propinquitatibus affinitatibusque conjuncti, quantam quisque multitudinem in communi Belgarum concilio ad id bellum pollicitus sit, cognoverint. Plurimum inter eos Bellovacos 5
& virtute, & auctoritate, & hominum numero valere: hos posse conficere armata millia centum, pollicitos ex eo numero lecta millia LX; totiusque belli imperium sibi postulare. Suessiones [1] suos esse finiti- 6
mos; latissimos, feracissimosque agros possidere. a- 7
pud eos fuisse regem nostra etiam memoria Divitiacum totius Galliæ potentissimum; qui quum magnæ partis harum regionum, tum etiam Britanniæ, imperium obtinuerit: [2] nunc esse regem Galbam: ad hunc propter justitiam, prudentiamque, [3] summam totius belli omnium voluntate deferri: oppida habere numero 8
XII; polliceri millia armata quinquaginta: totidem Nervios, qui maxime feri inter ipsos habeantur, [4] longissimeque absint: XV millia Atrebates: Ambia- 9
nos

alüs. Gallicam originem testatur *Quintilianus* Inst. Orat. lib. I. cap. V. *Plurima Gallica valuerunt*, *ut* Rheda *ac petoritum*; & postea *Rheda Gallicum*, puta vocabulum. *Davisius.*

1. *Suos esse finitimos*; *latissimos* &c.] Testatur *Brantius* editionem *Beroald.* habere *suos esse finitimos*, fines *latissimos* &c. quod etiam de MS. *Carrar.* & impresso *Flor.* docet *J. M. Brutus.* Davies.

2. *Regem Galbam*] Ergo apud Dionem lib. XXXIX. mendum est, ubi *Adra* rex iste nominatur. *Hotomanus.*

*Ibid.*] *Adram* Dio nominat, forsan prænomen hoc, illud cognomentum est. Ait Ciacconius Galbam esse Romanam familiam. Atqui disertim Gallicum nomen esse ait Suetonius. Et nos hodie retinemus, dum pinguem *een kalf* vocamus. Sed hoc aliis notatum. *D. Vossius.*

3. *Summam totius belli*] *Stephan.* & *Rom.* *Prudentiamque suam totius belli summam.* *Aldin.* & noster *summam totius belli*, sed pronomen *suam* delendum arbitror. *Hotomannus.*

4. *Longissimeque absint*] Non patior hanc lectionem, quamvis à viris doctis tramissam. Omnino vel alieno hæc loco leguntur, vel omissum aliquid est, *à cultu* aut *omni humanitate*, ut supra locutus *Cæsar.* Itaque malim legere *longissimeque ab omni cultu absint.* Sane Anonymus *Celsi*, & plerumque *Cæsaris* etiam, si non verborum, at certe mentis exscriptor, tantum habet, *Nervios omnium ferocissimos.* Nec temere omisisset *longissime eos abesse.* Nam quod Græcus transtulit ἐσχάτως τῶν Βελγῶν, nihil me movet, & manifeste

9 nos x millia : [1] Morinos xxv millia : [2] Menapios I:
millia: Caletes x millia: Velocaſſes & Veromanduo
10 totidem : [3] Aduaticos xxix millia : Condruſos, Ebu
rones , Cæræſos , Pæmanos , qui uno nomine Ger
mani appellantur , arbitrari ad XL millia.
1 V. Cæſar Rhemos cohortatus , [4] liberaliterque o
ratione proſecutus , omnem ſenatum ad ſe conveni
re , principumque liberos obſides ad ſe adduci juſſit
qua

feſte falſum eſt. An ergo Nerviis minus remoti Menapii , & qui his adjacent ? Quare , ſi quid judico , legendum ut dixi ; vel expungenda verba *longiſſimeque abſint* , vel denique transferenda in eum locum , ubi ait, *Pæmanos qui uno nomine Germani appellantur* , ubi ſubderem *longiſſimeque abſunt*. D. Voſſius.

*Ibid.* ] Putarim his vocibus longum ſolummodo intervallum denotari ; non autem Nervios à Rhemis omnium Belgarum eſſe remotiſſimos ; adeo ut *D. Voſſii* medicina nihil ſit opus. Sarta itaque tecta maneat lectio vulgata. *Davies.*

1. *Morinos ----- totidem* ] In vetuſtiſſimis editt. *Rom.* & *Ven.* hic locus ita legitur ; *Morinos* xv *millia* , *Menapios* VII *millia* , *Velocaſſes & Veromanduos totidem* , *Caletes* , vel *Caletos* , x *millia* Sic & aliæ antiquitus impreſſæ; num vero rectius , neſcio. *Davies.*

2. *Menapios* IX *millia* ] Anonymus lib. II. p. 43. VII. habet , & Græcus ἑπτακισχιλίους. ſed relinquo vulgatam. *D. Voſſius.*

3. *Aduaticos* XXIX *millia* ] Anonymus XIX millia. Oroſ. *Atuatici* x & VIII *millia* , ſed in v. c. eſt *ſeptem* pro octo. in MS. alio XVIII. quod probum ſecundum Oroſii ſupputationem. Græcus habet μυρίους καὶ ἐννακισχιλίους. Etiam Freculphus XVIII millia : itaque emenda hic quoque XIX. Oroſius in univerſum ait fuiſſe *ducenta octoginta duo millia.* nam ita ex v. c. apud eum legendum eſt. in vulgatis eſt male LXXII. Cætera quod attinet congruunt Cæſar & Oroſius nam demtis xv Atrebatum millibus quæ Oroſius omiſit , & prætereà poſitis XIX millibus , pro XXIX, quæ ab Atuaticis miſſa , idem ac Oroſianus numerus efficietur , videlicet ducenta LXXXII millia , præterquam quod uno millenario Cæſaris numerus major , nam in Oroſio XVII Aduatici eſt , in Cæſare idem ſcribere non auſim , propter auctoritatem Græci , Anonymi & MS. codicis , qui omnes refragantur. Notandus autem hic error Oroſii , qui ait omnes hos populos ex ſylva in Cæſarem erupiſſe , ejuſque exercitum propemodum deleviſſe : quod à Nerviis factum ipſe infra Cæſar oſtendit. Anonymus verò in hoc numero Velocaſſes & Veromanduos omittit. *Idem.*

*Ibid.* ] In *Julio Celſo* lib. II. pag 42. ſcribitur *Catuanos decem novem millia* , lege *Aduaticos* vel *Atuaticos* , quod mendum à *Gravio* ſublatum non eſſe miror. Sic in vett editt. *Cæſaris* legitur *Catuatos* , ſed ex *Oroſio Hotomannus* recte emendavit *Davies.*

4. *Liberaliterque oratione proſecutus* ] Benigne eos allocutus. Sic lib. IV B. G. c. XVIII. *Quibus* (Sicambris) *pacem & amicitiam petentibus* liberaliter *reſpondit*. Sic cum alibi , tum lib III. B. C. cap. CIV. *Davies.*

quæ omnia ab his diligenter ad diem facta sunt. Ipse 2
Divitiacum Æduum magnopere cohortatus, docet
quantopere Reipublicæ communisque salutis intersit,
[1] manus hostium distineri, ne cum tanta multitudine
uno tempore confligendum sit. Id fieri posse, si suas 3
copias Ædui in fines Bellovacorum introduxerint, &
eorum agros populari cœperint. His mandatis, eum 4
ab se dimittit. Postquam omnes Belgarum copias in
unum coactas [2] ad se venire, neque jam longe abesse,
ab his, quos miserat, exploratoribus, & ab Rhemis cognovit; [3] flumen Axonam, quod est in extremis Rhemorum finibus, exercitum transducere maturavit,
atque ibi castra posuit. Quæ res, & latus unum ca- 5
strorum ripis fluminis muniebat, & [4] post ea quæ erant, tuta ab hostibus reddebat, &, commeatus ab
Rhemis, reliquisque civitatibus, ut sine periculo ad
eum portari posset, efficiebat. In eo flumine pons erat. 6
ibi præsidium ponit. & in altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum legatum cum VI cohortibus [5] relinquit. Castra in altitudine pedum XII vallo, fossaque
duodeviginti pedum munire jubet.

VI. Ab ipsis castris oppidum Rhemorum nomine 1
Bibrax aberat millia passuum IIX. id ex itinere magno
im-

1. *Manus hostium distineri* ] Eorum copias in partes diversas trahi. *Dis enim separantis est*, ut recte *Servius* ad *Virgilii* Æn. XI, 381. *Lucretius* lib. v.

*Et mare quod late terrarum* distinet *oras*, hoc est, à se invicem dividit. Male igitur nonnullæ Cæsaris editiones habent *detineri*. Idem.

2. *Ad se venire vidit* ] Non temere vocem *vidit* omisere viri docti. Admonere tamen volui & in antiquissimis membranis eam ab Schotto repertam. & apud Flodoardum legi, lib. I Histor. Eccles. Rhem. cap. II. Ubi hæc verba Cæsaris exhibit. Ait quoque Schottus vocem *abesse*, quæ statim sequitur in membb. desiderari. *D. Vossius*.

3. *Flumen Axonam* ] Anonymus *Maronem*, lege *Matronam*. Videtur ignorantia peccasse, quia uterque amnis Rhemos attingit. Sed Axonam hic recte scribi situs locorum evincit. *Idem*.

4. *Post ea quæ erant ---- reddebat* ] Ita in recentioribus editt. legitur ex conjectura *P. Ciacconii*; MSS. vero & impressi veteres exhibent *post eum quæ erant*, quæ sane lectio potest retineri, si *pronomen* ad *exercitum* referas, ut fecit Metaphrastes. *Davies*.

5. *Relinquit* ] Sic recte *MS. Norv.* In editis *reliquit*. Idem.

impetu Belgæ oppugnare cœperunt. Ægre eo die su-
2 stentatum est. [1] Gallorum eadem, atque Belgarum, oppugnatio est. Hi, ubi circumjecta multitudine hominum totis mœnibus, undique in murum lapides jaci cœpti sunt, murusque defensoribus nudatus est;
3 [2] testudine facta, portis succedunt, murumque subruunt. Quod tum facile fiebat. nam tanta multitudo lapides ac tela conjiciebant, ut in muro consistendi
4 potestas esset nulli. Quum finem oppugnandi nox fecisset, Iccius Rhemus, summa nobilitate & gratia inter suos, qui tum oppido præerat, unus ex iis, qui legati de pace ad Cæsarem venerant, nuncios ad eum mittit, *Nisi subsidium sibi mittatur, se diutius sustinere non posse.*

1 VII. Eo de media nocte Cæsar, iisdem ducibus usus, qui nuncii ab Iccio venerant, Numidas, & Cretas sagittarios, & funditores Baleares subsidio oppida-
2 nis mittit. quorum adventu, & Rhemis cum spe defensionis studium propugnandi accessit; & hostibus
3 eadem de caussa spes potiundi oppidi [3] decessit. Itaque paullisper apud oppidum morati, agrosque Rhemorum depopulati, omnibus vicis, ædificiisque, quo adire poterant, incensis, ad castra Cæsaris [4] cum omnibus

1. *Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio est* ] Sunt quos ea verba offendant: ego quamvis nihil hic improbem volui tamen indicare Flodoardi locum, qui lib. 1. cap. 11. ita hæc citat, *Gallorum atque Belgarum oppugnatio hæc: ubi circumjecta multitudine*, &c. *D. Vossius.*

2. *Testudine facta portis succedunt, murumque subruunt* ] Adeo vetus prava lectio *portas succendunt* est, ut etiam Anonymum Gelsi exscriptorem deceperit. ait enim lib. 11. p. 44. *Denique jam murum subrui, jam portas incendi*, &c. At ridiculus nimium Hottomannus, cum adeo anxiè se fatigat, quid sit *murum subruere*. Nec putat locum id in subita oppugnatione habere. Ego contra statuo, & ipse sua verba Cæsar explicat, cum ait *portis succedunt*. nam facilius avellitur lapis ubi terminatur murus, quam aliis partibus ubi compages tota firmitudinem habet, & ubi lapis alter alterum claudit. itaque illud *subeunt murum* quod reponit Hottomannus, etiam indignum puto quod vel in mentem Cæsaris veniret. *Idem.*

3. *Decessit* ] In editis *discessit*. Nos autem sequimur conjecturam *J. F. Gronovii*, quem vide ad *Livii* lib. IV. cap. III. *Davies.*

4. *Cum omnibus copiis* ] Sic omnes MSS. & veteres impressi; recentiores

bus copiis contenderunt: & à millibus passuum minus II, castra posuerunt. quæ castra, ut fumo, atque ignibus significabatur, amplius millibus passuum IIX in latitudinem patebant. 4

VIII. Cæsar primo, & propter multitudinem hostium, & propter eximiam opinionem virtutis, prœlio supersedere statuit. Quotidie tamen equestribus 1 prœliis, quid hostis virtute posset, & quid nostri auderent, [1] periclitabatur. Ubi nostros non esse inferio- 2 3 res intellexit, loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno atque idoneo, quod is collis, ubi castra posita erant, paullulum ex planicie editus tantum adversus in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa occupare poterat, atque [2] ex utraque parte lateris dejectus habebat; [3] & in fronte leviter fasti-

res enim præpositionem omiserunt, quam reducendam censuimus, cum hæc lectio Grammaticæ non repugnet. *Davies.*

1. *Periclitabatur*] Periculum faciebat, tentabat. *Plautus* Amphit. Act. II. Sc. II, 56. *An periclitamini quid animi habeam.* Vide & Act. III. Sc. II, 33. *Idem.*

2. *Ex utraque parte lateris dejectus habebat*] Ejicio vocem *habebat.* Sic infra dicit: *magis ut loci natura, dejectusque collis, & necessitas,* &c. Nec quod sciam quisquam autorum *dejectus* pro *dejectione* usurpavit. Græcus κατ᾽ ἑκάτερα ἐκ τῶν πλευρῶν κατωφερὲς ἦν D. Vossius.

*Ibid.*] Memoria lapsus est vir eruditus. *Livius* lib. IX. cap. II. *Angustias septas* dejectu *arborum saxorumque ingentium objacente mole invenerunt.* *Seneca* Consf. ad Marciam cap. XVIII. *Dejectus fluminum, & ex uno fonte in Orientem Occidentemque defusi amnes.* Sed & hujusce libri cap. XXII. *dejectus substantive* est accipiendus. Inanis igitur est *D. Vossii* conjectura. *Davies*

3. *Et in fronte leviter fastigiatus*] Proba lectio, nec mutanda. Frustra ex membranis Andræas Schottus *castigatus*, corrigit. Frustra quoque Ciacconius & alii parum probam putant vocem *fastigiatus*, pro qua *fastigatus* reponunt. Sic Cæsar ipse lib. V. de ponte, *prona ac fastigiata, ut secundum naturam fluminis procumberent.* Pomponius Mela quoque lib. I. cap. IV. de Africa, *pergit incurva ad occasum, fastigiatque se molliter.* Ubi frustra Pontianus legebat *fastigatque.* Scottus edi curavit *castigatque.* Etiam Plinius lib. II. cap. XXV. ait, *easdem breves & in mucronem fastigiatas.* Sed & Livius lib. VII. Ipse collis est in modum metæ *in acutum cacumen a fundo satis lato fastigiatus.* Nihil clarius dici poterat, metæ pyramidum formam habent, & in cacumen tenue desinunt, hoc fastigiatum vocavere veteres. Sunt quoque vv. cc. qui *leniter* habent: utrovis modo proba lectio. Sic *leviter inflexum* Cicero dixit I. de Divinatione: *Leviter hominem, clementerque accepit,* VI. Verrina. Tacitus pro eo *clementer assurgens* dixit. Itaque idem sunt *leviter*, *leniter*, & *clementer.* D. Vossius.

 Fasti-

fastigatus paullatim ad planiciem redibat: ab utroque
latere ejus collis transversam fossam obduxit circiter
4 passuum CD: & ad extremas fossas castella constituit,
ibique tormenta collocavit: ne, quum aciem instru-
xisset, hostes (quod tantum multitudine poterant) à
5 lateribus suos pugnantes circumvenire possent. Hoc
facto, duabus legionibus, quas proxime conscripse-
rat, in castris relictis, [1] ut, si quid opus esset, sub-
sidio duci possent, reliquas sex legiones pro castris in
acie constituit. Hostes item suas copias ex castris edu-
ctas instruxerant.

1 IX. Palus erat non magna inter nostrum atque ho-
stium exercitum. hanc si nostri transirent, hostes ex-
spectabant. nostri autem, si ab illis initium transeun-
di fieret, ut impeditos aggrederentur, parati in armis
2 erant. Interim prœlio equestri inter duas acies conten-
debant. Ubi neutri transeundi initium faciunt, secun-
diore equitum nostrorum prœlio, Cæsar suos in ca-
3 stra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen A-
xonam contenderunt, quod esse post nostra castra de-
4 monstratum est. ibi vadis repertis, partem suarum
copiarum transducere conati sunt; eo consilio, ut, si
possent, castellum, cui præerat Q. Titurius legatus,
5 expugnarent, pontemque interscinderent: [2] sin mi-
nus, agros Rhemorum popularentur, qui magno no-
bi:

*Fastigatus*] Sic scribendum, non *fastigiatus*, ut recentiores, nec *castigatus*, ut veteres editi. *Silius* Italicus lib. v, 50.

*Sensim* fastigans, *compressa cacumina nectit.*

Vide *Is. Vossium* ad *Melæ* lib. 1. cap. xv. pag. 24. & *J. F. Gronovium* ad *Livii* lib. 1. cap. xxxviii. *Davies*

1. *Si quid opus esset, subsidio duci possent*] Sic in suo Codice invenit Metaphrastes; vertit enim εἴ τι δέον ἦν, cum in MSS. & antiquis editt. legatur *si quo opus esset subsidio, duci possent*; vel alia interpunctione, *si quo opus esset, subsidio &c.* Sed probam lectionem amplexi sunt editores nuperi. *Davies.*

2. *Sin minus*] Flodoardus: *Si minus potuissent.* D. Vossius.

*Ibid.*] Plerique è vett. Codd. habent, *sin minus* possent, *agros* &c *Flodoardus* vero, MSS. *Norv.* & *Steph.* *potuissent.* Utraque vox e: Glossemate in textum irrepsit, u notavit etiam *Fr. Hotomannus.* Rect igitur ac prudenter se gessit Græcu interpres, qui nec hujus, nec illiu rationem habuit. *Davies.*

bis usui ad bellum gerendum erant; [1] commeatusque
nostros sustinebant.

X. [2] Cæsar certior factus à Titurio omnem equita- 1
tum, & [3] levis armaturæ Numidas, funditores, sa-
gittariosque pontem transducit, atque ad eos conten-
dit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos 2
nostri in flumine aggressi, magnum eorum numerum
occiderunt, [4] per eorum corpora reliquos audacissime 3
transire conantes, multitudine telorum repulerunt.
primos, qui transierant, equitatu circumventos inter-
fecerunt. Hostes, ubi & de expugnando oppido, & 4
de flumine transeundo spem se fefellisse intellexerunt,
neque nostros in locum iniquiorem progredi pugnan-
di caussa viderunt, atque eos res frumentaria deficere
cœpit; concilio convocato, constituerunt optimum
esse domum suam quemque reverti; & quorum in fi-
nes *primum* Romani exercitum introduxissent, ad eos
defendendos undique convenire; ut potius in suis,
quam alienis finibus decertarent: & [5] domesticis co-
piis rei frumentariæ uterentur. Ad eam sententiam, 5
cum

1. *Commeatusque nostros sustinebant* ] Commeatus nostris suppeditabant. Sic Cotta in orat. inter fragm. Hist. Sallustii dixit. *Cum interim vectigalia parva & bellis incerta vix partem sumtuum sustinent*. MSS. tamen *Carrar. Norvic.* aliique cum editt. *Flor.* & *Steph.* exhibent *Commeatuque nostros prohiberent*, ut & Græcus interpres; sic etiam *Rom.* & *Ven.* nisi quod in illis legatur *commeatusque*. Sed mihi perplacet vulgata lectio, quam è nonnullis Codd. eliminarunt Librarii, quod Phrasin paullo difficiliorem non intelligerent. Si qua opus esset mutatione, facile possem *commeatuque nostros sustinebant*, id est, alebant, ut etiam habet editio *Vascos.* Davies.

2. *Cæsar certior factus* ] Vocem *Cæsar* in membranis desiderari Schottus affirmat, etiam Flodoardus omittit. sed retinenda est. *D. Vossius.*

3. *Levis armaturæ Numidas* ] Equites erant jaculis tantum armati, ut multis probat *J. Lipsius* Mil. Rom. lib. III. Dial. VIII. *Davies.*

4. *Per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes* ] Erravit itaque *Plutarchus* qui Vit. *Cæs.* p. 717. E. docet eos à Romanis oppressos fuisse αἰσχρῶς ἀγωνισαμένους *ignaviter præliantes.* Hoc certe parum iis convenit, qui ab Universa antiquitate Gallorum fortissimi vocitantur. *Idem.*

5. *Domesticis copiis* ] Pro *copia domestica.* Vide not. ad lib. I. B. G. cap. XXXI. *Davies.*

cum reliquis cauſſis, hæc quoque ratio eos deduxit; quod Divitiacum atque Æduos finibus Bellovacorum appropinquare cognoverant. His perſuaderi, ut diutius morarentur, ne ſuis auxilium ferrent, non poterat.

1 XI. Ea re conſtituta, ſecunda vigilia magno cum
ſtrepitu ac tumultu caſtris egreſſi, nullo certo ordine,
neque imperio, quum ſibi quiſque primum itineris
locum peteret, & domum pervenire properaret, fece-
2 runt, ut conſimilis fugæ profectio videretur. Hac re
ſtatim Cæſar per ſpeculatores cognita, [1] inſidias veri-
tus; quod, qua de cauſſa diſcederent, nondum per-
ſpexerat; exercitum, equitatumque caſtris continuit.
3 Prima luce, confirmata re ab exploratoribus, omnem
equitatum, qui noviſſimum agmen moraretur, præ-
miſit; eique Q. Pedium, & L. Auruncuieium Cot-
tam, legatos præfecit. T. Labienum legatum cum
4 legionibus tribus ſubſequi juſſit. Hi noviſſimos ador-
ti, & multa millia paſſuum proſecuti, magnam mul-
titudinem eorum fugientium conciderunt: quum ab
extremo agmine hi, ad quos ventum erat, conſiſte-
rent; fortiterque impetum noſtrorum militum [2] ſuſti-
5 nerent. Priores, quod abeſſe à periculo viderentur,
neque ulla neceſſitate, neque imperio continerentur,
exaudito clamore, perturbatis ordinibus, omnes [3] in
6 fuga ſibi ſubſidium poſuerunt. Ita ſine ullo periculo
tantam eorum multitudinem noſtri interfecerunt, quan-
tum fuit diei ſpatium: ſub occaſumque Solis ſequi de-
ſtiterunt; ſeque in caſtra, uti erat imperatum, rece-
perunt.

XII.

1. *Inſidias veritus &c.*] Si *Dioni* credimus, locorum inſcientia in cauſſa fuit, cur Cæſar Belgas non ſtatim inſequeretur. Καῖσαρ, inquit, ᾔσθετο μὲν τὸ γιγνόμενον, eos nempe abiiſſe, οὐκ ἐτόλμησε δὲ σφᾶς εὐθὺς ἀγνοίᾳ τῶν χωρίων ἐπιδιῶξαι. Vide lib. XXXIX. p. 93. *Davies.*

2. *Suſtinerent. Priores*] Mutatâ diſtinctione ſcribendum, *ſuſtinerent, priores* &c. ut etiam legit Metaphraſtes. *Idem.*

3. *In fuga ſibi ſubſidium poſuerunt*] Schottus in membranis *ponerent* reperit. Neutrum malè. *D. Voſſius.*

XII. Postridie ejus diei Cæsar, prius quam se ho- 1
stes ex terrore ac fuga reciperent, in fines Suessonum,
qui proximi Rhemis erant, exercitum duxit; & ma-
gno itinere confecto ad oppidum Noviodunum con-
tendit. Id ex itinere oppugnare conatus, quod vacuum 2
ab defensoribus esse audiebat, propter latitudinem fos-
sæ, murique altitudinem, paucis defendentibus, ex-
pugnare non potuit. Castris munitis [1] vineas agere, 3
quæque ad oppugnandum usui erant, comparare cœ-
pit. Interim omnis ex fuga Suessonum multitudo in 4
oppidum proxima nocte convenit. Celeriter vineis ad 5
oppidum actis, aggere jacto, turribusque constitutis,
magnitudine operum, quæ neque viderant ante Gal-
li, neque audierant, & celeritate Romanorum permo-
ti, legatos ad Cæsarem de deditione mittunt, &, pe-
tentibus Rhemis, ut conservarentur, impetrant.

XIII. Cæsar, obsidibus acceptis, primis civitatis, 1
atque ipsius Galbæ regis duobus filiis, armisque omni-
bus ex oppido traditis, in deditionem Suessones acce-
pit; exercitumque in Bellovacos duxit. qui quum se, 2
suaque omnia [2] in oppidum Bratuspantium contulis-
sent, atque ab eo oppido Cæsar cum exercitu circiter
millia passuum V abesset, omnes majores natu ex op-
pido egressi, manus ad Cæsarem tendere, & voce si-
gnificare cœperunt, sese in ejus fidem ac potestatem
venire; neque contra populum Rom. armis conten-
dere: item quum ad oppidum accessisset, castraque ibi 3
poneret; pueri, mulieresque ex muro passis manibus,
suo more, pacem à Romanis petierunt.

XIV.

1. *Vineas agere*] Non dubitat *Hotomannus* quin legendum sit *aggerem*, cum intelligens quo fossæ explerentur. Sed, ne *κακοφωνίαν* memorem, omnes libri reclamant nec res ipsa postulat, ut quidquam mutemus. In eum enim finem agebantur vineæ; ut iis tecti milites urbibus expugnandis operam darent. Vide *Turnebum* Advers. lib. XI. cap. XXIV. *Davies.*

2. *In oppidum Bratuspantium*] Idem videtur ac Cæsaromagum *Ptolemæi*, mutato nomine in honorem aut Julii aut Augusti Cæsaris. Vide *Hadr. Valesium* in Gall. notit. p. 113. & *Chr. Cellarium* Geogr. Ant. l. II. c. III. p. 245. *Idem.*

1 XIV. Pro his Divitiacus (nam post discessum Belgarum, dimissis Æduorum copiis, ad eum reverterat)
2 facit verba. *Bellovacos omni tempore in fide, atque ami-*
3 *citia civitatis Æduæ fuisse. impulsos à suis principibus, qui dicerent Æduos à Cæsare in servitutem redactos, omnes indignitates contumeliasque perferre, & ab Æduis defecisse,*
4 *& populo R. bellum intulisse. qui hujus consilii principes fuissent, quod intelligerent, quantam calamitatem civitati*
5 *intulissent, in Britanniam profugisse.* [1] *Petere non solum Bellovacos, sed etiom pro his Æduos, ut sua clementia ac*
6 *mansuetudine in eos utatur. quod si fecerit, Æduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum; quorum auxiliis atque opibus, si qua bella inciderint, sustentare consueverint.*

1 XV. Cæsar honoris Divitiaci, atque Æduorum caussâ, sese eos in fidem recepturum, & conservaturum, dixit: &, quod erat civitas magna, & inter Belgas auctoritate ac hominum multitudine præstabat,
2 DC obsides poposcit. His traditis, omnibusque armis ex oppido collatis, ab eo loco in fines Ambianorum pervenit, qui se, suaque omnia, sine mora, dedide-
3 runt. Eorum fines Nervii attingebant: quorum de natura moribusque Cæsar quum quæreret, sic repe-
4 riebat: *Nullum aditum esse ad eos mercatoribus: nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium, inferri: quod* [2] *his rebus relanguescere animos, eorumque remitti*

1. *Petere non solum Bellovacos*] Editt. Antiquissimæ hunc locum exhibent auctiorem; in iis enim legimus *præterea petere* &c. quæ quidem lectio vulgatâ non est deterior, nam ad aliam rationem transit Divitiacus, cur servandi sint Bellovaci. *Davies.*

2. *His rebus relanguescere animos, eorumque remitti &c.*] Hanc etiam ob causam vinum ad se omnino importari non siverunt Suevi, ut docet *noster* lib. IV. cap. 11. Num ratio sit idonea, non quæremus; lectionem certe eo nomine dignamur, licet repugnet *P. Ciacconius*, qui reponendum censuit *his rebus relanguescere animos eorum, remittique &c.* sed non vidit effatum esse *generale*, adeo ut pronomen *eorum* ad *animos* sit referendum. Si quid esset mutandum reponerem ex MSS. *Norv. Brant.* & editis nonnullis *His rebus relanguescere animos eorum, & remitti.* Qui sensus idem est, ac is quem extudit vir eruditus. *Idem.*

*mitti virtutem existimarent. esse homines feros, magnæque
virtutis. increpitare, atque incusare reliquos Belgas, qui se* 5
*populo R. dedidissent, & patriam virtutem projecissent:
[1] confirmare sese neque legatos missuros, neque ullam conditionem
pacis accepturos.*

XVI. Quum per eorum fines triduo iter fecisset; 1
inveniebat ex captivis, Sabin flumen ab castris suis non
amplius millia passuum x abesse. trans id flumen o- 2
mnes Nervios consedisse; adventumque ibi Romanorum
exspectare una cum Atrebatibus, [2] & Veromanduis,
finitimis suis. nam his utrisque persuaserant, 3
ut eandem belli fortunam experirentur. exspectari 4
[3] etiam ab his Aduaticorum copias, atque esse in itinere.
mulieres, quique per ætatem ad pugnam inuti- 5
les viderentur, in eum locum conjecisse, quo propter
paludes exercitui aditus non esset.

XVII. Cæsar, his rebus cognitis, exploratores, 1
centurionesque præmittit, qui locum castris idoneum
deligant. Quumque ex deditiis Belgis, reliquisque 2
Gallis complures Cæsarem secuti una iter facerent:
quidam ex his, ut postea ex captivis cognitum est,
eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus
perspecta, nocte ad Nervios pervenerunt, atque his
demonstrarunt, inter singulas legiones, impedimentorum
magnum numerum intercedere, neque esse
quidquam negotii, cum prima legio in castra venisset,
reliquæque legiones magnum spatium abessent, hanc
sub sarcinis adoriri. qua pulsa, impedimentisque di- 3
reptis,

1. *Confirmare*] Affirmare. Eadem potestate occurrit apud *Ciceronem* cum alibi, tum de Amic. cap. III. *Davies.*

2. *Et Veromanduis*] Hos *Jul. Celsus* Vit. Cæs. lib. II. pag. 48. nominat *Viromanduos*; memoria autem lapsus est doctissimus *Gravius*, cum ibi notat *Veromandos Cæsari* dictos esse. *Antoninus* sane in Itin. eos appellat *Veromandos*, quod nomen fere hodieque servant. *Davies.*

3. *Etiam ab his Aduaticorum copias*] Anonymus: *Aduatici quoque, (sic enim scriptum invenio) sive, ut reor, Aduaci, ut eis se conjungerent properabant.* D. Vossius.

reptis, futurum, ut reliquæ contra consistere non
4 auderent. Adjuvabat etiam eorum consilium, qui rem deferebant, quod Nervii antiquitus, quum equitatu nihil possent, (neque enim ad hoc tempus ei rei student, sed, quidquid possunt, pedestribus valent copiis) quo facilius finitimorum equitatum, si prædandi caussa ad eos venisset, impedirent, teneris arboribus incisis, [1] atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis enatis, & rubis sentibusque interjectis effecerant, ut, instar muri, hæ sepes munimenta præberent: quo non modo non intrari, sed ne perspici quidem
5 posset. Iis rebus quum iter agminis nostri impediretur, non omittendum sibi consilium Nervii existimaverunt.

1 XVIII. Loci natura erat hæc, quem nostri castris delegerant: Collis ab summo æqualiter declivis ad flumen Sabin, quod supra nominavimus, vergebat,
2 ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur adversus huic, & contrarius, passus circiter CC. infimus apertus, ab superiore parte silvestris; ut non facile in-
3 trorsus perspici posset. Intra eas silvas hostes in occulto sese continebant. in aperto loco, secundum flumen paucæ stationes equitum videbantur. [2] Fluminis erat altitudo circiter pedum III.

XIX

1. *Atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis enatis* ] Ultimam vocem delendam censuit *Jos. Scaliger*, sed perperam, ut videbimus. Editt. *Rom.* & *Ven.* habent *atque inflexis crebris in latitudinem ramis enatis.* Unde puto legendum *atque implexis crebris &c.* Certe hæ voces non raro confunduntur. Sic apud *Marcianum Capellam* l. IV. p. 134. ed. Grot. *Ne inflexa tortos stringat intimatio*, ubi optimæ notæ MS. CCCC. habet *implexa*, & recte quidem. *Fulvius* sane *Ursinus* testatur in nonnullis Codd. legi *Teneris arboribus incisis atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis curvatis.* Sed hæc mera est παραδιόρθωσις quæ ταυτολόγον facit *Cæsarem.* Porro non ab similia de Morinis, Atrebatibus Eburonibus & Menapiis tradit *Strabo* Geogr. lib. IV. p. 194. ac de Mardis *Curtius* lib. VI. cap. V. *Davies*

2. *Fluminis erat altitudo circiter pedum trium* ] Ciacconius & Ursini emendant, *latitudo pedum trecentorum* vel *altitudo pedum* XXX. Caussam addunt, quia infra Cæsar ait, ausi transire latissimum flumen, & altissimum. Sed fide parum bona allegant verba Cæsaris, nam ille non ait altissimum flumen, sed *altissimas ripas*: quæ longè diversa sunt. Na

P

XIX. Cæsar, equitatu præmisso, subsequebatur omnibus copiis: sed ratio, ordoque agminis aliter se 1
habebat, ac Belgæ ad Nervios detulerant. nam, quod 2
hostis appropinquabat, consuetudine sua Cæsar VI legiones expeditas ducebat. post eas totius exercitus im- 3
pedimenta collocabat. inde duæ legiones, quæ proxime conscriptæ erant, totum agmen claudebant, præsidioque impedimentis erant. Equites nostri cum fun- 4
ditoribus sagittariisque flumen transgressi cum hostium equitatu prœlium committunt. Quum se illi identi- 5
dem in silvas ad suos reciperent, ac rursus è silva in nostros impetum facerent, neque nostri longius, quam quem ad finem [1] porrecta ac aperta loca pertinebant, cedentes insequi auderent; interim legiones sex, quæ primæ venerant, opere dimenso, castra munire cœperunt. Ubi prima impedimenta nostri exercitus ab 6
iis, *qui in silvis* abditi latebant, visa sunt; quod tempus

potuit decessisse aqua fluminis ut pedum non plusquam trium esset, nihilominus ripæ altitudinem retinebant. Græcus ἔχει ἀποτομώτατα ἀναβάσεων. Ego sane scire velim quomodo, si fluminis altitudo erat pedum III, transire Nervii illud potuerint. Atqui infra Cæsar: *Ipsi transire flumen non dubitaverunt, & in locum iniquum progressi.* D. Vossius.

1. *Porrecta ac aperta loca*] *Porrecta*, plana sunt. *Horatius*:

*Non est aptus equis Ithacæ locus, ut neque planis*
*Porrectus spatiis, nec multæ prodigus herbæ.*

*Minucius Felix* in Octavio p. 47. *Quid loquar apte disposita recta montium, collium flexa, porrecta camporum.* Id autem erat ad passus CC; quibus mons erat apertus. *Ciaccon.*

*Ibid.* Hoc modo verba collocamus fidem secuti editt. *Rom.* & *Ven.* quum recentiores cum MSS. plurimis habeant *porrecta ac loca aperta*, qui quidem ordo est dutissimus. Videntur Librarii ultimam vocem, quam incuria omiserant, alieno loco donasse in eorum gratiam, qui *pulchros habere malunt Codices quam emendatos*; ut loquitur *Hieronymus* Præf. ad Jobum è Græc. vers. & emend. Ex hac observatione corrigendus est *Corn. Severus* in Ætna, vs. 274, ubi sic legitur

*Hæc rerum maxima merces*
*Scire quid occulto* naturæ terra *coercet.*

Legendum *terra natura*, hoc est, ipsa terra, ut apud *Lucretium omnis natura animantum* passim denotat *omnes animantes.* Vide, Si opus est, *Tan. Fabrum* ad lib. 1, 132. Ex simili incuria natum est mendum apud *Lactantium* de ira Dei cap. IV. *Cum putaret Epicurus alienum esse à Deo malum facere atque nocere ---- ademit ei etiam beneficentiam, quoniam videbat consequens esse ut si habeat iram Deus; habeat & gratiam.* Manifestum est legi oportere

pus inter eos committendi prœlii convenerat, [1] u
intra silvam aciem ordinesque constituerant, atque ip
sese confirmaverant; subito omnibus copiis provol
verunt, impetumque in nostros equites fecerun
7 [2] His facile pulsis, ac proturbatis, incredibili celerit
te ad flumen decucurrerunt; ut pene uno tempore
ad silvas, & in flumine, & [3] jam in manibus nostr
8 hostes viderentur. Eadem autem celeritate adverso co
le ad nostra castra, atque eos, qui in opere occupa
erant, contenderunt.

1 XX. Cæsari omnia uno tempore erant agenda: [4] v
xillu

tere *Ut si habeat gratiam Deus, habeat & iram*, quod & sequentia docent. *Davies.*

1. *Ut intra silvam*] Hoc est, *postquam*. Sic *Livius* lib. II. cap. XLVII. *Ut cessit*. Vide & cap. LII. In editis legebatur *ita ut intra silvam &c.* sed voculam primam, quæ sensum turbabat, delendam censuimus fide nixi MS. *Norvic.* & Græci Interpretis, quod etiam *Pet. Ciacconio* ex conjectura placuit. *Davies.*

2. *His facile pulsi*] Cæsar ait equitibus suis pulsis Nervios in legiones invasisse. Aliter Anonymus l. II. p. 49. *Jam Romani exercitus*, inquit, *pars maxima ad metandum castra præcesserat, proxima impedimenta medium de more locum occupabant: duæ legiones ad eorum custodiam sequebantur. In hos Nervii omnes, ut à proditoribus docti erant, præcipiti impetu irruerunt: atque inde præter spem repulsi, pari velocitate conversi ad eos, qui in opere erant, miram perturbationem Romanis injecerunt.* D. Vossius.

3. *Et jam in manibus nostris*] Ultimam vocem delendam censet *J. F. Gronovius* ad *Livii* lib. II. cap. XLVI. Cujus emendationi suffragatur scriptorum usus. Retineo tamen vulgatam lectionem, cum innumeris exemplis constet, Cæsarem ea plene extulisse, quæ alii fere ἐλλειπτικῶς. Sic & in vet. Inscript. apud *Gruterum* p. 499. plus vice simplici h
bemus *in animum* nostrum *inducer*
cum alii fere dixerint *in animum*
*ducere*. Vide *Chr. Cellarii* App. ad C
ras Poster. pag. 407----409. Phra
quam hic adhibet *noster*, denotat
propinquos esse hostes, ut pene m
nibus nostris tangi possent. Adi
*Lipsium* Var. Lect. lib. III. c. XII
*Davies.*

4. *Vexillum proponendum, quod e*
*insigne quum ad arma concurri oportere*
*signum tuba dandum.*] Cum infra i
rum dicatur *signum dandum*, do
viri fuere, qui vel hoc vel illud e
pungendum putarent. Tradit h
Ciacconius. Hottomannus sana p
tat: cæterùm idem à Cæsare repe
tum, quasi tumultuariæ pugnæ in
cium. Sed Cæsaris mentem non
pit. Tria hic sunt Vexillum, Clas
cum, Tessera. Observatum id Rh
licano, cui honorem bene intelle
loci inviderunt reliqui, qui post
scripsere, vel malignitate, vel qu
ignorarunt. Græcus etiam rectè
pit. Nam *signum* postremo loco σ
ϑημα vertit, quod *tesseram* not
quæ militibus dari solita, ut sociu
ab hoste discerneret. Arnobius qu
que *symbolum* vocat quod alii σύνθη
unde lib. v. p. 220. *Ipsa denique sy*
*bola, quæ rogati sacrorum in acceptio*
*bus respondetis.* At quam necess

xillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret: signum tuba dandum: ab opere revocandi milites: qui paullo longius, aggeris petendi caussa, processerant, accersendi: acies instruenda: milites cohortandi: signum dandum. Quarum 2
rerum magnam partem temporis brevitas, & successus & incursus hostium impediebat. Iis difficultatibus duæ 3
res erant subsidio, scientia atque usus militum, quod superioribus prœliis exercitati, quid fieri oporteret, non minus commode ipsi sibi præscribere, quam ab aliis doceri, poterant. & quod ab opere singulisque legionibus singulos legatos Cæsar discedere, nisi munitis castris, vetuerat. Hi, propter celeritatem, & 4
propinquitatem hostium, nihil jam Cæsaris imperium spectabant; sed per se, quæ videbantur, administrabant.

XXI. *Cæsar* necessariis rebus imperatis, ad cohor- 1
tandos milites, [1] quam in partem fors obtulit, decucurrit:

ria in bello fit, vel sola Diodori Siculi verba ostendant lib. XI. pag. 9. Ubi ait Persas mutuam in cædem versos esse: *διὰ τὸ μήτε ἡγεμόνος παραγγέλιαν, μήτε συνθήματος ἐρώτησιν, μήτε ὅλως διανοίας κατάστασιν ὑπάρχειν* Propterea quod nec ducis imperium, nec tesseræ inquisitio, nec certus animorum status esset. Itaque & apud Græcos fuisse observo nuncios, qui eam ad ducum singulos perferrent. Unde Euripides in Phœnissis vers. 1146. Nam ibi de se ipso ait nuntius:

*Πολλῶν δ' ἑκάστῳ τῶνδέ μοι θεάματα*
*Ξύνθημα παρφέροντι ποιμέσι λόχων.*
*Fui autem spectator horum omnium,*
*Tesseram ferens ducibus ordinum.*

Ubi Græcus ξύνθημα interpretatur, σημεῖόν τι, ἵδιον εἰ γινώσκουσι, ὑπὲρ τῶ μὴ τοὺς ἰδίους φονεύειν. Apud Romanos *tesserarii* nuncupati. unde Vegetius lib. II. cap. VII. *Tesserarii, qui tesseram per contubernia militum nunciant.* At lapsus idem interpres cum vexillum ἀετὸν vertit. Vexillum tunica punicea erat, ut satis ex veteribus notum. Nec aquilæ hic usus ullus, nisi quando imperator ante prœlium exercitum alloquebatur. Tunc enim aquilæ & vexilla cohortium ante imperatorem locari solita. Sed allocutione hic Cæsarem non loqui satis arguant, quæ sequuntur, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret. Dein, quæ paullo post subdit, *milites cohortandi.* D. Vossius.

1. *Quam in partem fors obtulit*] Non improbarem si *fors* legeretur: quæ vox huic loco magis congrua. Sic lib. IIX. c. XIX. *Victi tamen, perculsique, majore parte amissa, consternati, quo fors tulerat, confugiunt.* Sed hic in v. c. legitur *fors*, quod probo. Etiam lib. de bello Alexandrino. ubi nunc est, *nam in operibus hostium expugnandis, in prœliis quotidianis, quandocumque fors obtu-*

2 currit: & ad legionem decimam devenit. Milites no
longiore oratione est cohortatus, quam uti suæ pri
stinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbaren
tur animo, hostiumque impetum fortiter sustinerent
3 Et, quod non longius hostes aberant, quam quo te
lum adjici posset; prœlii committendi signum dedi
4 Atque item in alteram partem cohortandi caussa profe
5 ctus, pugnantibus occurrit. Temporis tanta fuit ex
guitas, hostiumque tam paratus ad dimicandum an
mus, ut, non modo ad insignia accommodanda, sed e
tiam [1] ad galeas induendas, [2] scutisque tegmenta de
tr

*obtulerat*, &c. Malim & hic *fors*. D. Vossius.

*Ibid.*] In aliis *fors obtulit*; sed nos secuti sumus editionem Francof. A. D. MDLXXV, aliasque nonnullas, in quibus *fors* legitur. Optime; ut vidit *Joan. Frid. Gronovius* ad *Livii* lib. XXII. cap. V. *Davies.*

1. *Ad galeas induendas*] In vv. cc. est *inducendas*, quod non rejiciendum Ursino videtur. Sed frustra est. Cæsar vult ostendere brevitatem temporis, itaque ait vix tantum spatii fuisse, quod induendis galeis sufficeret. Nam Romani iter facientes galeas plerumque pectori aut tergo appensas gestabant. Quibus induendis sane haud multum temporis requiritur. Præterea quo fine induxissent galeas, qui in prœlium ruunt. Nam tegumenta tunc detrahi solita, vel sequentia verba ostendant. Anonymus etiam lib. II. p. 49. *& tam nihil spatii fuit, ut, ne dicam consuetæ solennitates prœliorum omitterentur, sed vix galeas induendi licentia superesset.* D. Vossius.

2. *Scutisque tegmenta detrahenda*] Nimirum curiosi talium Romani, nam ornata, vel picturis, vel aliis insignibus scuta habuere. Imprimis sub Cæsare id fuisse crediderim, de quo ait Suetonius, *habebatque tam cultos*, (sc. milites) *ut argento & auro politis armis ornaret, Simul & ad speciem, & quo tenaciores eorum in præ essent metu damni.* Græcorum etia antiquissimis observatum clypeos maginibus ornare, non ad specie tantum, sed velut omina belli, terrendis hostibus. Hinc apud Eu pidem Phœnissis legas:

Τυδεὺς λέοντος δέρος ἔχων ἐπ' ἀσπίδος
Χαίτῃ πεφρικός: δεξιᾷ δὲ λαμπάδα
Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν, ὡς πρήσων πόλιν

*Tydeus, habens in clypeo pellem leon*
*Setis horrentem, dextera vero facen*
*Gigas Prometheus ferebat ut incensur urbem.*

Et paullo post de Capanei clypeo:

Σιδηρονώτοις δ' ἀσπίδος τύποις ἐπῆν
Γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενὴς ὅλην πόλιν
Φέρων, μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βία
Ὑπόνοιαν ἡμῖν οἷα πείσεται πόλις.

*Ferreo vero clypeo tergo impressus era*
*Gigas è terra natus, in humeris tota urbem*
*Sustinens, vectibus convulsam viole ter:*
*Ut esset signum nobis qualia passura e set urbs.* D. Vossius.

*Ibid.*] Tegmenta erant è corio f cta. Taxiles ad Tigranem de Lucu

trahenda, tempus defuerit. Quam quisque in partem 6
ab opere casu devenit, quæque prima signa conspexit,
ad hæc constitit: [1] ne in quærendis suis, pugnandi tempus dimitteret.

XXII. Instructo exercitu, magis, ut loci natura, 1
dejectusque collis, & necessitas temporis; quam, ut rei militaris ratio, atque ordo postulabat: [2] quum diversis locis legiones aliæ alia in parte hostibus resisterent, sepibusque densissimis, ut ante demonstravimus, interjectis, prospectus impediretur; neque certa subsidia collocari, neque quid in quaque parte opus esset, provideri, neque ab uno omnia imperia administrari poterant. Itaque in tanta rerum iniquitate, for- 2
tunæ quoque eventus varii sequebantur. 1

XXIII. Legionis nonæ & decimæ milites, ut in sinistra parte aciei constiterant, pilis emissis, [3] cursu ac *lassitudine* exanimatos, vulneribusque confectos Atrebates (nam his ea pars obvenerat) celeriter ex loco

is militibus apud *Plutarchum* in Luc. pag. 510. Οὔτ' ἐσθῆτα λαμπρὰν οἱ ἄνδρες λαμβάνοντες ὀδυνηρῶς, ἔτι θυρεοὺς ἐκκεκαθαρμένους χρῶντες καὶ κράνεσι γυμνοῖς, ὥσπερ νῦν, τὰ ΣΚΥΤΙΝΑ τῶν ὅπλων σκεπάσματα περισπάσαντες. Nimirum solebaut Romani non minus ac Barbari varias formas aut colores scutis addere, ideoque iis tegumenta inducebant, ne pulvere aut aëris injuria corrumperentur. Vide *J. Lipsium* in Anal. ad Mil. Rom. lib. III. Dial. II. *Davies.*

1. *Ne in quærendis suis* ] Ita legimus ex MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven.* aliisque plurimis, cum nonnullæ habeant *neque inquirendis suis*; unde *Pet. Ciacconius* scribendum existimavit, *ne inquirendis suis.* Cujus autem fide recentiores exhibeant, *ne in quærendo suos*, me quidem fugit. *Idem.*

2. *Quum diversis locis legiones aliæ* ] MSS. *Carrar. Brant.* & *Norv.* cum editis nonnullis habent *cum diversis legionibus aliæ &c.* Hinc *Pet. Ciacconius* legendum conjecit *cum diversæ legiones aliæ alia in parte &c.* Sed qui omnino videt, satis videt sanam esse vulgatam scripturam, quam etiam in suo Codice invenit Græcus qui hoc modo locum vertit. Τῶν τε ταγμάτων ΠΟΛΛΟΙΣ ΤΟΠΟΙΣ ἄλλον (leg. ἄλλων) ἄλλῃ τοῖς πολεμίοις ἀνθισταμένων I nunc & ex corruptis Codd. sanam lectionem sollicita! *Davies*

3. *Cursu ac lassitudine exanimatos* ] Crebro hac voce usus est *Cæsar* pro eo qui ob lassitudinem ægre spiritum trahit. Sic & *Plautus* Asin. Act. II. Sc. I, 17. *Sed quid illud quod exanimatus currit hic Leonida?* Hæc significatio ex eo est orta, quod *anima* interdum oris halitum denotat. *Terentius* Phorm. Act. V. Sc. VI, 28. *Animam compressi, aurem admovi.* Vide & *Plautum* Asin. Act. V. Sc. II, 44. *Idem.*

co ſuperiore in flumen compulerunt : & tranſire co
nantes , inſecuti gladiis , magnam partem eorum im
2 peditam interfecerunt. Ipſi tranſire flumen non dubi
taverunt ; & in locum iniquum progreſſi rurſus re
greſſos ac reſiſtentes hoſtes , redintegrato prœlio , in
3 fugam dederunt. Item alia in parte diverſæ duæ legio
nes, undecima, & octava, profligatis Veromanduis
quibuſcum erant congreſſi , ex loco ſuperiore in ipſi
fluminis ripis prœliabantur. At totis fere à fronte, &
4 à ſiniſtra parte nudatis caſtris, quum in dextro corni
legio duodecima , & non magno ab ea intervallo ſep
tima conſtitiſſet; omnes [1] Nervii confertiſſimo agmi
ne, duce Boduognato, qui ſummam imperii tenebat
5 ad eum locum contenderunt. quorum pars aperto la
tere legiones circumvenire , pars ſummum locum ca
ſtrorum petere cœpit.

1 XXIV. Eodem tempore equites noſtri , leviſqu
armaturæ pedites, qui cum his una fuerant, quos pri
mo hoſtium impetu pulſos dixeram ; quum ſe in ca
ſtra reciperent, adverſis hoſtibus occurrebant, ac rur
2 ſus [2] aliam in partem fugam petebant. Et calones, qu
Decumana porta , à ſummo jugo collis noſtros victo
res flumen tranſire conſpexerant, prædandi cauſſa , e
greſſi , quum reſpexiſſent , & hoſtes in noſtris caſtri
3 verſari vidiſſent , præcipites ſeſe fugæ mandabant. ſi
mul eorum, qui cum impedimentis veniebant , [3] cla
mo

1. *Nervii confertiſſimo agmine , duce Boduognato*] Ergo perperam Anonymus Celſi exſcriptor Boduognatum Veromanduorum vocat ducem. *D. Voſſius.*

2. *Aliam in partem fugam petebant* ] Uſitatior eſt loquendi formula , *aliam partem fuga petebant* , ſicut & hoc in loco ſcribendum cenſuit *Pet. Ciacconius.* Attamen *fugam petere* dixit etiam *Virgilius* Æneid. XII, 263. *Claudian.* in Ruffinum l. 2. vers 132.

*Incertus* peteretne fugam , *veniamve ſubactus*
*Poſceret* —

*Sextus Rufus* in breviar. cap. XVII *dum* fugam petit *occiſus eſt*. Ideo nihil mutandum. *Davies.*

3. *Clamor fremituſque oriebatur*] Editt. *Ven. Beroald. Baſil. Vaſcoſ. exaudiebatur* ; quæ lectio , ſi *Fr. Hotomannum* ſequamur , non eſt rejicienda *Idem.*

mor fremitusque oriebatur: aliique aliam in partem
perterriti ferebantur. Quibus omnibus rebus permoti 4
equites Treviri, quorum inter Gallos virtutis opinio
est singularis, qui, auxilii caussa à civitate missi, ad
Cæsarem venerant, quum multitudine hostium castra
nostra compleri, legiones premi, & pæne circumventas
teneri, calones, equites, funditores, Numidas,
diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent,
desperatis nostris rebus, domum contenderunt. Ro- 5
manos pulsos superatosque, castris, impedimentisque
eorum hostes potitos, civitati renunciaverunt.

XXV. Cæsar, [1] ab decimæ legionis cohortatione 1
ad dextrum cornu profectus; ubi suos urgeri, signisque in unum locum collatis duodecimæ legionis milites confertos sibi ipsis ad pugnam esse impedimento; quartæ cohortis omnibus centurionibus occisis, signiferoque interfecto, signo amisso, reliquarum cohortium omnibus fere centurionibus aut vulneratis, aut occisis, in his, [2] Primipilo [3] P. Sextio Baculo, fortissimo

1. *Cæsar ab decimæ legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus*] Vir maximus Justus Lipsius, cui æternum & Cæsar, & omnes Romanæ militiæ scriptores debebunt, lib. elect. II. cap. VII. corrupta hæc verba existimat. Caussa illi, quod jam ante Cæsar dixit se à decima legione in aliam partem ad cohortandum militem abiisse. Itaque cum in v. c. legisset *cohorte* pro *cohortatione*, non dubitavit rescribere, *cum decimæ legionis cohorte.* Nam solitum Cæsari ait, assumere plerumque ex hac legione cohortem aliquam ad tutelam sui. Sed enim nequaquam mihi unius codicis, aut potius sola Lipsii, quamvis maximi viri autoritas antehabenda videtur omnium codicum autoritati. Nam non dubito illud *cohorte* per abbreviaturam scriptum pro *cohortatione*. sed lineolam superscribere librarium omisisse. Quantum autem ad verba Cæsaris, & historiæ ordinem, ego illa rectissima, hunc omnino bonum non puto modo, sed pro certo habeo. Dixit primo Cæsar se decimam legionem cohortatum; exin in alteram partem decurrisse. tum digressionem facit, ac commemorat rationem prœlii, non autem eorum quæ ipse fecit. Mox his expositis, redit unde digressus erat, ad decimam legionem. Et verba illa *Cæsar ab decimæ legionis cohortatione, ad dextrum cornu profectus*; tantundem valent, ac si scripsisset. *Igitur Cæsar, ut supra dictum, ab decimæ legionis cohortatione, ad dextrum cornu profectus.* Ita cuncta clara esse nullus ambigo. *D. Vossius.*

2. *Primipilo*] V. c. Primopilo. Vide Urs. Lips. alios. *Idem.*

3. *P. Sextio Baculo*] Viri docti *Bibaculo* emendant. Ego deliberandum censeo. Anonymus, Græcus interpres,

tiſſimo viro, multis gravibuſque vulneribus confecto, ut jam ſe ſuſtinere non poſſet, reliquos eſſe tardiores, & nonnullos à noviſſimis deſertos prœlio excedere, ac tela vitare, hoſtes neque à fronte ex inferiore loco ſubeuntes intermittere, & ab utroque latere inſtare, & [1] rem eſſe in anguſto vidit, neque ullum eſſe ſubſidium, quod ſubmitti poſſet; [2] ſcuto ab noviſſimis uni militi detracto (quod ipſe eo ſine ſcuto venerat,)
2 in primam aciem proceſſit; centurionibuſque nominatim appellatis, reliquos cohortatus, milites ſigna inferre, & manipulos laxare juſſit, quo facilius gla-
3 diis uti poſſent. Hujus adventu ſpe illata militibus, ac redintegrato animo, quum [3] pro ſe quiſque in conſpectu Imperatoris etiam in extremis ſuis rebus operam navare cuperet, paullum hoſtium impetus tardatus eſt.

1 XXVI. Cæſar quum ſeptimam legionem, quæ juxta conſtiterat, item urgeri ab hoſte vidiſſet, Trib. mil. monuit, ut paullatim ſeſe legiones conjungerent,
2 & converſa ſigna in hoſtes inferrent. Quo facto, quum aliis alii ſubſidium ferrent, neque timerent, ne averſi ab hoſte circumvenirentur, audacius reſiſtere, ac for-
3 tius pugnare cœperunt. Interim milites legionum duarum, quæ in noviſſimo agmine præſidio impedimen-

ti:

pres, V. C. & Mſ. noſter *Baculo* retinent. Vid. Inſcript. *D. Voſſius.*

1. *Rem eſſe in anguſto vidit*] Nempe *loco*, hac enim vox non raro ſubintelligitur. Hinc emendare licet *Pedonem Albinovanum* El. I, 379. ubi in vulgatis legitur *Nata quod es alte*, quæ quidem ſcriptura metro repugnat. Cum igitur *Naugerii* Codices habebant *Nata quod ex alte es*, quemadmodum teſtatur *Nic. Heinſius*, legendum plane, *Nata quod* ex alto *es*, non *es celſe* vel *excelſe es*, ut ille voluit. Vide vſ. 62. & 349. *Davies.*

2. *Scuto ab noviſſimis uni militi detracto*] Florus lib. III. c. X. *fugientem* vocat: Anonymus p. 50. *lentius dimicantem*, quod præferam. *D. Voſſius.*

3. *Pro ſe quiſque*] *Per ſe*, reponebat amicus quidam meus. Sed vetu locutio eſt, quæ idem valet, ut *Pro ſua virili parte.* *Livius* lib. II. *Cum hoſtes adeſſent, pro ſe quiſque in urbem ex agris demigravit.* Sic *noſter* lib. I. B. C. cap. XXXIII. *Maximeque timoris cauſſa pro ſe quiſque id munus legationis recuſabat.* Hotom. Cum amico *Hotomanni* ſentiebat Græcus interpres qui vertit *ἕκαςα τ' αὐτῶν δι' ἑαυτ*: Sed neuter phraſin intellexit. *Davies.*

tis fuerant, prœlio nunciato, cursu incitato, in summo colle ab hostibus conspiciebantur. & T. Labie- 4
nus, castris hostium potitus, & ex loco superiore, quæ res in nostris castris gererentur, conspicatus, [1] deci-
mam legionem subsidio nostris misit. qui, quum ex 5
equitum & calonum fuga, quo in loco res esset, quantoque in periculo & castra, & legiones, & Imperator versaretur, cognovissent, [2] nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt.

XXVII. Horum adventu tanta rerum commutatio 1
est facta, ut nostri, etiam qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi, prœlium redintegrarent; tum calones, perterritos hostes conspicati, etiam in-
ermes armatis occurrerent. Equites vero, ut turpitu- 2
dinem fugæ virtute delerent, omnibus in locis pugna-
bant, quo se legionariis militibus præferrent. At ho- 3
stes, etiam [3] in extrema spe salutis, tantam virtutem præstiterunt, ut, quum primi eorum cecidissent, proximi jacentibus insisterent, atque ex eorum corpo-
ribus pugnarent; his dejectis, & coacervatis cadave- 4
ribus, qui superessent, [4] ut ex tumulo, tela in no-
stros conjicerent, pilaque intercepta remitterent: ut 5
non nequidquam tantæ virtutis homines judicari deberet ausos esse transire latissimum flumen, adscendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum:

[1] quæ

1. *Decimam legionem subsidio nostris misit* ] Falsus est *Plutarchus* qui de vit. Cæsar. Tom. I. pag. 718. A. *δωδεκάτῳ τάγματι*, *duodecimæ legioni* hoc facinus attribuit. *Davies.*

2. *Nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt* ] Quam maxima celeritate progressi sunt, ut suis auxilium ferrent. Hanc elegantiam non cepit Metaphrastes, qui habet, *ἰδεῖν ἀνύσαι τῆς ταχύτητος*. Idem.

3. *In extrema spe salutis* ] Andreas Schottus lib. II. cap. XXXVI. Observat. Poëticar. probare hinc nititur *spem* pro desperatione poni. Mihi nihil absurdius dici potuisse videtur. aliud enim *spes*, aliud *extrema* vel *nulla spes*. D. Vossius.

4. *Ut ex tumulo tela* ] Tanquam ex tumulo, *ὡς ἀπὸ τοῦ γηλόφου*, ut recte Græcus. Interpunge igitur, *ut ex tumulo, tela &c.* picta post vocem penultimam minima distinctione. *Davies.*

[1] quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat.

1 XXVIII. Hoc prœlio facto, & prope ad internecionem gente ac nomine Nerviorum redacto, majores natu, quos una cum pueris, mulieribusque in æstuaria ac paludes collectos dixeramus, hac pugna nunciata, quum victoribus nihil impeditum, victis nihil tu-
2 tum arbitrarentur; omnium, qui supererant, consensu, legatos ad Cæsarem miserunt, seque ei dediderunt, & in commemoranda civitatis calamitate, ex DC, ad III senatores; ex hominum millibus LX, vix ad D, qui arma ferre possent, sese redactos esse dixe-
3 runt. quos Cæsar, ut in miseros ac supplices usus misericordia videretur, diligentissime conservavit; suisque finibus atque oppidis uti jussit, & finitimis imperavit, ut ab injuria & maleficio se suosque prohiberent.

1 XXIX. Atuatici, de quibus supra scripsimus, quum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent, hac
2 pugna nunciata, ex itinere domum reverterunt: cun-
ctis oppidis castellisque desertis, sua omnia in unum
3 oppidum egregie natura munitum contulerunt. quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despectusque haberet, una ex parte leniter acclivis aditus, in altitudinem non amplius CC pedum relinquebatur: quem locum duplici altissimo muro munierant. tum magni ponderis saxa, & præacutas trabes in
4 muro collocarant. [2] Ipsi erant ex Cimbris, Teutonisque

1. *Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat* ] Reddiderat. Phrasis est rara, qua tamen alibi usus est *noster*. Sic lib. IV. B. G. cap. III. *Vectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque* redegerunt. Ita enim ex MSS. & vett. Editt. restituimus, cum in recentioribus sit *reddiderunt*, pro Genio Correctorum, qui mutarunt ea, quæ non intelligebant. *Davies.*

2. *Ipsi erant ex Cimbris* ] Dion lib. XXXIX. κἀν τούτῳ Ἀτουατικοί, πλησιόχωροί τε αὐτοῖς ὄντες, καὶ τὸ γένος τό τε φρόνημα τὸ τῶν Κίμβρων ἔχοντες: *Interim Atuatici, vicini illorum, qui & genere & animis Cimbri erant.* Putabam primò φώνημα legendum, ut di-

que prognati; qui, [1] quum iter in provinciam no-
stram, atque Italiam facerent, his impedimentis, quæ
secum agere ac portare non poterant, citra flumen
Rhenum depositis; [2] custodiæ ex suis ac præsidio VI
millia hominum una reliquerunt. Hi, post eorum obi- 5
tum, multos annos à finitimis exagitati, quum alias
bellum inferrent, alias illatum defenderent; consensu
eorum omnium pace facta hunc sibi domicilio locum
delegerunt.

XXX. Ac, primo adventu exercitus nostri, cre- 1
bras ex oppido excursiones faciebant, parvulisque prœ-
liis cum nostris contendebant. postea, vallo pedum 2
XII, [3] in circuitu XV millium, crebrisque castellis cir-
cummuniti, oppido sese continebant. Ubi, vineis a- 3
ctis, aggere exstructo, turrim constitui procul vide-
runt, *primum* irridere ex muro, atque increpitare vo-
cibus, *quo* tanta machinatio [4] ab tanto spatio instrue-
retur? quibusnam manibus aut quibus viribus, præ- 4
sertim homines tantulæ staturæ (nam plerisque ho-
mi-

diceret Aduaticos & genere & lingua Cimbros fuisse; quod quamvis verum credam, retineo tamen lectionem vulgatam. Nam vult Dio, ut genere Cimbri erant, ita nec animo minus Cimbros, id est, hostiles & infensos Romanis fuisse. *D. Vossius.*

1. *Quum iter in provinciam nostram atque Italiam facerent*] Ineptit Ursinus cum legendum putat *per provinciam nostram*. Cimbri per provinciam iter non fecere. Pars ad Rhodanum à Mario cæsi, pars Alpes transgressi Tridentinis jugis, quæ procul à provincia. Consule historicos. *Idem.*

2. *Custodia ex suis ac præsidio*] MSS. *Norv.* & *Brant.* cum edit. *Rom. Ven. Steph.* habent *custodiam ex suis ac præsidium*, quod non repudiandum censuit *Fr. Hotomannus*, vulgatæ autem lectioni prætulit *Gabr. Faërnus*, nec forsan immerito. *Davies.*

3. *In circuitu* XV *millium*] Vocem *passuum* desiderari ait Hottomannus, miror tantum virum adeo ignarum Romani moris. quasi non plerumque ea subintelligatur. Sic lib. III. c. XXII. *Viridovix contra eum duum millium spatio consedisset.* Sed innumera in Cæsare, Tacito, aliis loca occurrunt. itaque citare supersedeo. *D. Vossius.*

4. *Ab tanto spatio instrueretur*] Sic omnes editt. veteres nec in diversarum lectionum συλλογαῖς ulla est notata varietas. Recentiores tamen habent, *ab tanto spatio instituerctur*, quam lectionem exulare jussi, cum altera locutio sit proba. *Seneca* de vit. Beat. cap. XXVI. *Ignari machinarum segnes laborem obsidentium spectant, nec quo illa pertineant, quæ ex longinquo instruuntur, intelligunt.* Vide & *Hirtium* Bell. Afr. cap. LI. *Davies.*

minibus Gallis, præ magnitudine corporum ſuorum, brevitas noſtra contemtui eſt,) tanti oneris [1] turrim in muros ſeſe collocare confiderent?

1 XXXI. Ubi vero moveri, & appropinquare mœnibus viderunt, nova atque inuſitata ſpecie commoti, legatos ad Cæſarem de pace miſerunt; qui ad hunc
2 modum locuti: *Non ſe exiſtimare Romanos ſine ope deorum bellum gerere; qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate* [2] *promovere, & ex propinquitate pugnare poſ-*
3 *ſent. ſe, ſuaque omnia eorum poteſtati permittere dixerunt.*
4 *unum petere, ac deprecari; ſi forte pro ſua clementia ac manſuetudine, quam ipſi ab aliis audiſſent, ſtatuiſſet, Atu-*
5 *aticos eſſe conſervandos, ne ſe armis deſpoliaret. ſibi omnes fere finitimos eſſe inimicos, ac ſuæ virtuti invidere; à qui-*
6 *bus ſe defendere, traditis armis, non poſſent. ſibi præſtare, ſi in eum caſum deducerentur, quamvis fortunam à populo R. pati, quam ab his per cruciatum interfici; inter quos dominari conſueſſent.*

1 XXXII. Ad hæc Cæſar reſpondit, *Se magis conſuetudine ſua, quam merito eorum, civitatem conſervaturum,* [3] *ſi-prius,*

1. *Turrim in muros*] Juxta muros. *Gabr. Faërnus* & *Fulv. Urſinus* reponunt *in muro.* Fruſtra; cum in eo turres locari non potuerint, ut notavit *J. Lipſius* Poliorc. lib. II. Dial. IV. *Davies.*

2. *Promovere, & ex propinquitate pugnare poſſent*] Legendum cenſet *Pet. Ciacconius, promoverent, ut ex propinquitate &c.* ſed cum Codd. vulgatam lectionem magno conſenſu retineant, hæc loco ſuo non eſt dimovenda; æque enim eſt commoda, ac viri doctiſſimi conjectura. Ceterum tradit *Jul. Celſus* lib. II. vit. *Cæſ.* p. 52. cum hæc agerentur, machinas muris fuiſſe admotas, quod minus verum eſt, ut ex *Cæſare* apparet. *Davies.*

3. *Si prius, quam aries murum attigiſſet*]. Proditum Plinio lib. VII. cap. LVI. Arietem primo equum appellatum & inventionem ejus tribui Epeo, qui Trojano bello interfuit. Unde non dubito equum Trojanum, quo urbs expugnata, non revera molem fuiſſe illius animalis forma, ſed arietem. Et eodem cuncta illa, quæ à poëtis ficta, referri poſſunt. Nam hac machina disjecti urbis muri, quod ab ipſis Trojanis factum, nullus adeo inſipiens ſit, qui credat. Præterea cum Q. Smyrnæus ait lib. XII. de equo loquens:

--- ἐπεὶ ῥα ὁ ἐσθλὸς Ἐπειὸς
Ποσσὶν ὑπὸ βριαροῖσιν ἐΰτροχα δ' ὑπέ-
θηκεν.

---- *Nam illi induſtrius Epeus*
*Validis pedibus verſatiles rotas ſubjecerat.*

Quodque Maro dixit:

---- *pedibuſque rotarum*
*Subjiciunt lapſus.*

Ma-

*prius, quam aries murum attigisset, se dedidissent;*
*sed* [1] *deditionis nullam esse conditionem, nisi armis tra-* 2
*ditis: se id, quod in Nervios fecisset, facturum; finiti-*
*misque imperaturum, ne quam dedititiis populi R. injuriam*
*inferrent.* Re nunciata ad suos, illi se, quæ impera- 3
rentur, facere dixerunt. Armorum magna multitudi- 4
ne de muro in fossam, quæ erat ante oppidum, ja-
cta, sic ut prope summam muri aggerisque altitudi-
nem acervi armorum adæquarent: & tamen circiter
parte tertia (ut postea perspectum est) celata, at-
que in oppido retenta, portis patefactis, eo die pace
sunt usi.

XXXIII. Sub vesperum Cæsar portas claudi, mi- 1
litesque ex oppido exire jussit, ne quam noctu oppi-
dani à militibus injuriam acciperent. Illi, ante inito 2
(ut intellectum est) consilio, quod, deditione facta,
nostros *præsidia* deducturos, aut denique indiligentius
servaturos crediderant, partim cum his, quæ retinue-
rant & celaverant, armis; partim, scutis ex cortice
factis, aut viminibus intextis, quæ subitò (ut tempo-
ris exiguitas postulabat) pellibus induxerant: tertia
vigilia, qua minime arduus ad nostras munitiones ad-
scensus videbatur, omnibus copiis repente ex oppido
eruptionem fecerunt. Celeriter, ut ante Cæsar impe- 3
raverat, ignibus significatione facta, ex proximis ca-
stellis eo concursum est: pugnatumque ab hostibus ita 4
acriter, ut à viris fortibus in extrema spe salutis, ini-
quo loco contra eos, qui ex vallo turribusque tela ja-
cerent, pugnari debuit, quum una in virtute omnis
spes salutis consisteret. Occisis ad hominum millibus IV, 5
reliqui in oppidum rejecti sunt. Postridie ejus diei, re- 6
fractis

Manifeste indicat ambulatoriam turrim fuisse. Adeoque miror Palæphatum de Incred. c. XVII. aliter hæc accepisse. Jam quid utero manifestius. An non arieti tabulata sua? *D. Vossius.*

1. *Deditionis nullam esse conditionem nisi armis traditis* ] Hoc est, *sine armorum traditione deditio non procedet*, ut loquitur *J. Celsus* vit. *Cæs.* pag. 52. *Davies.*

fractis portis [1] quum jam defenderet nemo, atque intro-
missis militibus nostris, [2] sectionem ejus oppidi univer-
7 sam Cæsar vendidit. Ab his, qui emerant, capitum
numerus ad eum relatus est millium LIII.
1 XXXIV. Eodem tempore à P. Crasso, quem cum
legione una miserat ad Venetos, Unellos, Osismios,
Curiosolitas, [3] Sesuvios, Aulercos, Rhedones, quæ
sunt

1. *Quum jam defenderet nemo*] In Codice *Carrar.* & editt. *Rom. Ven.* & *Flor.* additur *captum oppidum*, sine quibus vocibus locus *J. M. Bruto* plane mutilus videtur: Ego vero non dubito quin studiosi cujusdam sint additamentum, qui materiam, de qua hic agitur, contractam margini adleverat, hæc autem adnotatio tandem, ut fit, in contextum orationis est adscita. Sic apud *Silium* Italicum lib. II, 375. hæc leguntur.

*Factaque censendi patrum de more potestas*
*Hic Anno, reddi propere certamine rapta*
*Instat & auctorem violati fœderis addit.*

Qui ad hæc vel minimum sapit, hos versus, licet refragetur *Dausquius*, ineptos esse videt & *Silio* indignos, quod *Fr. Modio* Epist. LXXXI. suboluit; ille tamen non tradit unde factum ut ibi compareant. Nimirum quidam in animo habens Annonis orationem paucis complecti, tres hosce versiculos oræ Codicis sui adscripsit, qui à Librariis in *textum* postea sunt recepti. Simili scribarum incuria dicam? an nimia diligentia corruptus est *Sulpicius Severus* Hist. Sac. lib. II. cap. XXIV. *Adversus hos*, inquit, *Alexander acie confligit. Eo prælio vincitur Ptolemæus, cadit Alexander. Vincitur Ptolemæus & paullo post interficitur.* Non modo ταυτελόγως, sed etiam contra fidem Historiæ. Lege *Adversus hos Alexander acie confligit; eo prælio vincitur: Ptolemæus cadit. Alexander etiam* (quæ vox ab & in MSS. lineolâ tantum distinguitur) *paullo post interficitur*, adeo ut voces *vincitur Ptolomæus*, è Glossa in textum irrepserint. Hæc maxime concinna videtur *Sulpicii* emendandi ratio. *Davies.*

2. *Sectionem ejus oppidi universam vendidit*] *Cicero* lib. I. de Inventione: *Hoc commode reprehenditur, si dici potest ex hostibus equus esse captus, cujus prædæ sectio venierit, &c.* Qui vero sectionem emebant, *sectores* appellabantur. *Asconius* in Verrem III. *Sectores autem dicti sunt, qui spem lucri sui secuti bona condemnatorum simul auctionabantur, proque his pecunias pensitabant*, postea pro compendio suo singula quæque populo vendituri &c.* Ea autem auctio hasta proposita fiebat. *Festus*, *Hastæ subjiciebantur ea, quæ publice venundabantur, quia signum prælii est hasta. Cicero* Philip. II. *Hasta posita pro æde Jovis Statoris, bona Cn. Pompeii Magni voci acerbissimæ subjecta præconis. Qui ad illud scelus auctionis auderet accedere, inventus est nemo, præter Antonium.* Et lib. II. Offic. *Sic par est agere cum civibus, non hastam in foro ponere, & bona civium voci subjicere præconis.* Ciaccon. Vide *P. Nannium* Misc. lib. IX. cap. II. *Idem.*

3. *Sesuvios*] Nullus veterum hunc populum memorat. Ne Cæsar quidem alio quam hoc loco. Ursinus & Ciacconius suspicabantur *Lexovios* legendum. Ego omnino ita corrigo. Nec dubitasset eorum alteruter si attendisset quæ verba lib. III. c. IX. legantur. sunt autem hæc. *Socios sibi ad id bellum Osismios, Lexovios, Nannetes, Ambiliates, Morinos, Diablintes, Menapios adsciscunt.* & CXI. *Q.*
*Titu-*

ſunt maritimæ civitates, Oceanumque attingunt, certior factus eſt, omnes eas civitates in ditionem poteſtatemque populi Rom. eſſe redactas.

XXXV. His rebus geſtis; omni Gallia pacata, tanta 1
*hujus* belli ad Barbaros opinio perlata eſt, ut ab nationibus, quæ trans Rhenum incolerent, mitterentur legati ad Cæſarem, quæ ſe obſides daturas, imperata facturas, pollicerentur. Quas legationes Cæſar, quod 2
in Italiam Illyricumque properabat, inita proxima æſtate, ad ſe reverti juſſit. Ipſe in Carnutes, Andes, Tu- 3
rones, quæ civitates propinquæ his locis erant, ubi bellum geſſerat, legionibus in hiberna deductis, in Italiam profectus eſt. Ob eas res, ex litteris Cæſaris, dies 4
xv ſupplicatio decreta eſt. quod ante id tempus acciderat nulli.

*Titurium Sabinum legatum cum legionibus* III, *in Unellos, Curioſolitas, Lexoviosque mittit.* ac poſtea eodem libro conjungit iterum *Aulercos* cum *Lexoviis*, ait enim *Aulerci Eburonices, Lexoviique.* uti ſuperiore loco. nam triplices Aulerci, Diablintes, Cenomani, Eburonices. denique libro III. c. XXIX. *exercitum in Aulercis Lexoviiſque, reliquis item civitatibus, quæ proxime bellum fecerant, collocavit.* In vet. cod. Scal. erat *Esbios*, quod fortaſſis corruptum quis arbitretur ex *Eſſuos*, quorum lib. V. c. XXIV. meminit. Sed corruptè ibi legi notabimus, ubi ad eum locum deventum erit. Facile autem *Lexovii* vel *Lexuvii* mutari in *Seſuvii* potuit, nam ſæpe videas in vett. codd. hæc nomina à minore litera incipere, & tum perſimiles ſunt. *ſ* & *l* itaque unum tantum *x* in *ſ* mutari præterea opus. tum habes pro *Lexuvios*, *Seſuvios*. D. Voſſius. Vide *Hadr. Valeſium* not. Gall. pag. 494. *Davies.*

LIBER

# LIBER III.

## SUMMARIUM LIB. III. DE BELLO GALLICO.

*Ser. Galba Legatus quasdam inter Alpes & Rhodanum sitas gentes, secundis aliquot prœliis subigit.* II. *Sedunos Veragrosque rebellantes, gravi clade affligit.* VII. *Eodem tempore & rebellant Veneti, Unelli, Curiosolitæque & alii ad Oceanum in Celtica populi.* XII. *Cæsar, diu frustra terrestri bello lacessitis Venetis,* XIV. *tandem navali eos superat.* XVII. *dum interea etiam legati, Q. Titurius cum Unellis;* XX. *P. Crassus cum Aquitaniæ compluribus populis, feliciter bellum gerunt.* XXVIII. *Cæsar Morinos Menapiosque adgressus, ob anni tempus exercitum reducit.*

1 I. QUum in Italiam proficisceretur Cæsar, Ser. Galbam cum legione duodecima & parte equitatus, in Nantuates, Veragros, Sedunosque misit, qui à finibus Allobrogum, & lacu Lemano, & flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent.
2 Caussa mittendi fuit, *quod iter per Alpes, quo magno cum periculo,* [1] *magnisque portoriis mercatores ire consueverant,*
3 *patefieri volebat.* Huic permisit, si opus esse arbitraretur, uti in iis locis legionem, hiemandi caussa, collo-
4 caret. Galba secundis aliquot prœliis factis, castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis, obsidibusque datis, & pace facta, constituit cohortes duas in Nantuatibus collocare, ipse cum reliquis ejus legionis cohortibus in vico Veragrorum,

1. *Magnisque portoriis*] Ita vocat pecuniam, quam à mercatoribus exigebant incolæ, ut per ea loca merces suas liceret *portare*. Sic apud *Suetonium* Jul. cap. XLIII. *Peregrinarum mercium portoria* sunt pretium, quod ob importatas merces peregrinas solvitur. Vim vocis non intellexit Metaphrastes, qui vertit πολλοῖς φορτίοις, quasi *portoria* idem denotarent ac *onera*. Davies.

rum, qui appellatur Octodurus, hiemare. qui vicus 5
positus in valle, non magna adjecta planicie, altissimis
montibus undique continetur. Quum hic in duas partes 6
flumine divideretur, [1] alteram partem ejus vici Gallis
concessit; alteram vacuam ab illis relictam cohorti-
bus ad hiemandum attribuit. Eum locum vallo fossaque
munivit.

II. Quum dies hibernorum complures transissent, fru- 1
mentumque eo comportari jussisset; subito per explo-
ratores certior factus est, ex ea parte vici, quam Gallis
concesserat, omnes noctu discessisse, montesque, qui
impenderent, à maxima multitudine Sedunorum & Ve-
ragrorum teneri. Id aliquot de caussis acciderat, ut su- 2
bito Galli belli renovandi, legionisque opprimendæ
consilium caperent. Primum, quod legionem, [2] neque 3
eam plenissimam, detractis cohortibus duabus, & com-
pluribus [3] sigillatim, qui, commeatus petendi caussa,
missi erant, absentibus, propter paucitatem despicie-
bant: tum etiam, quod, propter iniquitatem loci, quum 4
ipsi ex montibus in vallem decurrerent, & tela conjice-
rent;

1. *Alteram partem* —— *attribuit*] MSS. & antiquitus editi habent *alteram partem ejus vici Gallis* ad hiemandum *concessit*, *alteram vacuam ab illis relictam cohortibus attribuit*. Voces autem transpositas loco suo restituit insignis *Hotomanni* & *Ciacconii* conjectura. Suspicor tamen bigam illam vocum ex Glossemate ortum habuisse; cum enim oris Codicum essent adlitæ, ut doceretur, quamobrem altera pars vici cohortibus fuit attributa, tandem, ut fit, in textum irrepsere, licet imperitia scribarum loco non commodo illas donaverit. Hoc eo fit probabilius, quod Græcus interpres verba, de quibus agimus, in suo Codice non invenit. Certe hujusmodi Glossis non pauca etiamnum fœdantur veterum loca. Sic apud *Minucium Felicem* in Oct. pag. 27. legimus: *Audio eos* (Christianos) *turpissimæ pecudis caput asini consecratum inepta nescio qua persuasione venerari*, ubi vocem *asini* nescio quis infersit, ne scilicet nesciremus, quodnam animal nomine *turpissimæ pecudis* intelligeret *Minucius*. Similiter apud *Justinum* Martyrem Apol. II. cap. VI. p. 12. edit. Oxon. voces Ποσειδῶνος καὶ Πλούτωνος è margine in textum sunt admissæ, sed alieno loco positæ; cum, ut sensus aliquis eliciatur, essent post verba τῶν λεχθέντων ἐκείνου ἀδελφῶν inserendæ. *Davies.*

2. *Neque eam plenissimam*] Orosius & Freculphus *vix mediam* vocat. *D. Vossius.*

3. *Sigillatim, qui*] Reponit *Hotomannus*, *qui sigillatim*. Ejus conjecturæ favet Græcus interpres; vertit enim οἱ καθ' ἕνα. Davies.

rent; ne primum quidem posse impetum sustineri exi-
5 stimabant. Accedebat, quod suos ab se liberos abstractos
obsidum nomine dolebant; & Romanos, non solum
itinerum caussa, sed etiam perpetuæ possessionis, cul-
mina Alpium occupare conari, & ea loca finitimæ pro-
vinciæ adjungere, [1] sibi persuasum habebant.
1 III. His nunciis acceptis, Galba; quum neque [2] o-
pus hibernorum, munitionesque plene essent perfectæ,
neque de frumento, reliquoque commeatu satis esset
provisum; quod deditione facta, obsidibusque acce-
ptis, nihil de bello timendum existimaverat; [3] consilio
2 celeriter convocato; sententias exquirere cœpit. quo
in consilio, quum tantum repentini periculi præter opi-
nionem accidisset, ac jam omnia fere superiora loca mul-
titudine armatorum completa conspicerentur, neque
subsidio veniri, neque commeatus supportari, inter-
3 clusis itineribus, possent; prope jam desperata salute,
nonnullæ hujusmodi sententiæ dicebantur, ut, impe-
dimentis relictis, eruptione facta, iisdem itineribus,
4 quibus eo pervenissent, ad salutem contenderent. Ma-
jori tamen parti placuit, hoc reservato ad extremum
con-

1. *Sibi persuasum habebant* ] Minus usitata, imo insolens locutio. Nullus, quod sciam, veterum dixit *mihi persuasum habeo*. Sed *mihi persuasum est*. Itaque cogitabam, an alia distinctione, & litera tantum una mutata scribere liceret: *Et Romanos*, *non solùm itinerum caussa*, *sed etiam perpetuæ possessionis*, *culmina Alpium occupare conari*, *& eo loco*, *finitimæ provinciæ adjungere sibi*, *persuasum habebant*. D. Vossius.

2. *Opus hibernorum munitionesque plene essent perfectæ* ] Hic ferrum & ignem adhibet *P. Ciacconius*: vel enim legit *opus hibernorum plene esset perfectum*; vel deleta prima vocula, *hibernorum munitiones plenè essent perfectæ*; sed nulla opus mutatione; est enim ἓν διὰ δυοῖν & *opus hibernorum munitionesque* idem significant ac *opus munitionum hibernorum*. Sic apud *Virgilium* Æn. 1, 65.

*—— molemque & montes insuper altos*
*Imposuit ——*

hoc est, *molem altorum montem*. Vide *G. J. Vossium* Inst. Orat. lib. v. p. 313 *Davies*.

3. *Consilio celeriter convocato*] Ita hic & paullo post legitur in editt. *Rom.* & *Ven.* quemadmodum etiam ex conjectura reposuit *J. F. Gronovius* ad *Livii* lib. XLIV. cap. 11. Alii Codd. habent *concilio celeriter convocato* & *quo in concilio*. Mendose. *Idem*.

consilio, interim [1] rei eventum experiri, & castra defendere.

IV. Brevi spatio interjecto, vix ut his [2] rebus, 1
quas constituissent, collocandis, atque administrandis
tempus daretur, hostes ex omnibus partibus, signo dato,
decurrere; lapides, [3] gæsaque in vallum conjicere.
Nostri, primo integris viribus fortiter repugnare, 2
[4] neque ullum frustra telum ex loco superiore mittere:
ut quæque pars castrorum nudata defensoribus premi
videbatur, eo occurrere, & auxilium ferre. sed hoc 3
superari, quod diuturnitate pugnæ hostes defessi prœlio
excedebant, alii integris viribus succedebant: quarum
rerum à nostris propter paucitatem fieri nihil poterat;
[5] ac non modo defesso ex pugna excedendi, sed ne 4
sau-

1. *Rei eventum experiri* ] Ne hæc quidem phrasis sueta scriptoribus antiquis. Fulvius Ursinus non incommode *opperiri* emendabat. Anonymus: *Quo tamen consilio non rejecto, sed dilato, elegerunt armis potius experiri, quam fuga, signa esset ad salutem via.* Etiam Græcus: τὴς τύτε τὲ πρά-γματος ἀποβάσεως περιμένειν. Itaque ego omnino reor Cæsarem scripsisse *experiri*. Et puto licere dicere, *experiri quomodo res procedat*, nam idem hic eventus est. *D. Vossius.*

*Ibid.* ] Hæc loquendi ratio insolens visa est *F. Ursino*, qui propterea emendavit *rei eventum* opperiri. Sed absque causa sontica. *Curtius* lib. v. cap. VIII, 17. *Ut eadem constantia animorum, qua præterita tolerastis, experiamini quicquid deinde fors tulerit.* Sed & *noster* lib. II. B. G. cap. XVI. *belli fortunam experiri* dixit. *Davies.*

2. *Rebus quas constituissent collocandis* ] In vv. cc. legitur quoque *colloquendis*, quod Hottomanno impense placet. Ego neminem ita locutum memini, Plautus Milite *colloqui aliquem* dixit: at non *colloqui rem aliquam*. Tacito frequens, *disserere rem aliquam*. sic I Annal. *bona pacis in casſum disserebant*. Sed minus id usitatum ævo Juliano. Itaque damno prorsus sententiam Hottomanni. Præsertim cum Cæsar dicat jam constitutum de rebus fuisse, quid igitur postea colloquio opus? *D. Vossius.*

*Ibid.* ] Hæc locutio non satis proba videtur *J. M. Bruto*; cujus nimirum animo non obversabatur locus *Hirtii*, qui *rebus omnibus confectis & collocatis* usus est Bell. Alex. c. XXXIII. *Davies.*

3. *Gæsaque in vallum conjicere* ] Gæsa tela sunt Gallica: *Servius* ad *Virgilii* Æn. VIII, 662. *Gæsa*, inquit, *hastæ viriles; nam etiam viros fortes Galli Gæsos vocant.* Vide quæ collegit *J. Lipsius* Pol. l. IV. c. IV. *Davies.*

4. *Neque ullum frustra telum ex loco superiore mittere* ] Iterum nugatur Hottomannus, & legit *inferiore*. Nam, inquit, Galli edita loca armatis compleverant. Fateor, sed iidem decurrerant in vallem subjectam. Jam qui è vallo in planitiem tela conjicit, illene ex loco inferiore jaculatur? λῆρος. D. Vossius.

5. *Non modò defesso* ] Pro eo quod est *non modo non*; alteram enim è particulis negativis omittunt boni au-

ſaucio quidem ejus loci, ubi conſtiterat, relinquendi, ac
ſui recipiendi facultas dabatur.

1 V. Quum jam amplius horis VI continenter pugna-
retur, ac non ſolum vires, ſed etiam tela noſtris defice-
rent, atque hoſtes acrius inſtarent, languidioribuſque
noſtris, vallum ſcindere, & foſſas complere cœpiſſent,
2 reſque eſſet jam ad extremum deducta caſum, [1] P. Sex-
tius Baculus, primipili centurio, quem Nervico prœ-
lio compluribus confectum vulneribus diximus, & i-
tem C. Voluſenus tribunus mil. vir & conſilii magni &
virtutis, ad Galbam accurrunt, atque unam eſſe ſpem
ſalutis docent, ſi, eruptione facta, extremum auxilium
3 experirentur. Itaque, convocatis centurionibus, cele-
riter milites certiores facit, paulliſper intermitterent
prœlium, ac tantummodo tela miſſa exciperent, ſeque
ex labore reficerent. poſt ſigno dato, è caſtris erumpe-
rent, atque omnem ſpem ſalutis in virtute ponerent.

1 VI. Quod juſſi ſunt, faciunt; ac ſubito omnibus por-
tis eruptione facta, neque cognoſcendi quid fieret, ne-
2 que ſui colligendi hoſtibus facultatem relinquunt. Ita
commutata fortuna, [2] eos, qui in ſpem potiendorum
caſtrorum venerant, undique circumventos, interfi-
ciunt, & ex hominum millibus amplius XXX, quem
numerum barbarorum ad caſtra veniſſe conſtabat,
[3] plus tertia parte interfecta, reliquos perterritos in fu-
gam

ctores. Vide notat. ad lib. VIII. B. G. c. XXXIII. *Davies.*

1. *P. Sextius Baculus*] Oroſius & exſcriptor ejus Freculphus *Pacuvius* corruptè habent. in Anonymo noſtro, ut antea, conſtanter eſt *P. Sextius Baculus.* D. Voſſius.

*ibid.*] Editt. *Rom.* & *Ven.* exhibent *P. Sextius Bibaculus*, & hoc modo ubique reponendum cenſuerunt *Joan. Brantius* & *Fr. Hotomannus*, quem vide ad lib. II. B. G. cap. XXV. *Davies.*

2. *Eos qui in ſpem potiendorum caſtrorum venerant*] Ciacconius & Urſinus, *qui ſpe p. c. venerant* legunt, abſurdè profecto. Nam omnino hæc differunt, ait Cæſar barbaros jam ſpem habuiſſe caſtra expugnandi: illi, eos veniſſe ut caſtris potirentur. Sic etiam locutus lib. I. c. XVIII. *Siquid accidat Romanis, ſummam in ſpem regni per Helvetios obtinendi venire.* D. Voſſius.

3. *Plus tertia parte interfecta*] Etiam Anonymus *amplius X millibus.* Oroſius tamen & Freculphus XXX millia cæſ. ajunt. Quod non tam librarii, quam illorum eſſe errorem arbitror. *D. Voſſius.*

gam conjiciunt: ac, ne in locis quidem superioribus
consistere patiuntur. Sic omnibus hostium copiis fusis, 3
armisque exutis, se in castra munitionesque suas reci-
piunt. Quo proelio facto, quod sæpius fortunam tenta- 4
re Galba nolebat, atque alio sese in hiberna consilio ve-
nisse meminerat, aliis occurrisse rebus videbat, maxime
frumenti, commeatusque inopia permotus, postero die
omnibus ejus vici ædificiis incensis, in provinciam re-
verti contendit; ac nullo hoste prohibente, aut iter de- 5
morante, incolumem legionem in Nantuates, inde in
Allobrogas, perduxit, ibique hiemavit.

VII. His rebus gestis, quum omnibus de caussis Cæ- 1
sar pacatam Galliam existimaret, superatis Belgis, ex-
pulsis Germanis, victis in Alpibus Sedunis, atque ita
inita hieme in Illyricum profectus esset, quod eas quo-
que nationes adire, & regiones cognoscere volebat; su-
bitum *bellum* in Gallia coortum est. Ejus belli hæc fuit 2
caussa. P. Crassus adolescens cum legione VII [1] pro-
ximus mare Oceanum Andibus hiemabat. is, quod in 3
his locis inopia frumenti erat, præfectos, tribunosque
mil. complures in finitimas civitates, frumenti com-
meatusque petendi caussa, dimisit. quo in numero erat 4
T. Terrasidius missus in Eusubios; M. Trebius Gal-
lus, in Curiosolitas, Q. Velanius, cum T. Silio, in
Venetos.

VIII.

1. *Proximus mari Oceano* ] Miror Ciacconium dicere illud *mari* abundare, & expungendum esse. Nam eodem modo dixit lib. I. de bell. Gall. *Eam rem non minus ex usu terræ Galliæ, quam P. R. accidisse.* eodem modo *flumen Rhenus*, & *digitus pollex* dixit. Nam *Oceanus* est peculiare nomen illius maris. Cui ignarum illud Taciti: *Mari Oceano, aut longinquis amnibus septum imperium.* D. Vossius.

*Ibid.* ] Ita ex MSS. restituit F. *Ursinus* & ita legi in optimis quibusque Codd. testatur *J. F. Gronovius* ad *Livii* lib. VIII. c. XXXII. cum pleraque editt. minus eleganter habeant *proximus mari Oceano.* Sed sive hoc sive illo modo scribamus, nemo dubitet, quin infeliciter rem gesserit *P. Ciacconius*, qui vocem *mare* inducendam censuit. *Catullus* Carm. CXVI.

*Usque ad Hyperboreos & mare ad Oceanum.*

*Lucius Ampelius* lib. Memor. cap. I. *Aqua, ex qua mare Oceanum. Pomponius Mela* lib. II. cap. VI. pag. 246. *Paullatim se in nostrum & Oceanum mare extendit.* Idem lib. III. cap.

1 VIII. [1] *Hujus civitatis est longe amplissima auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum, quod & naves habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare consueverunt; & scientia atque usu nauticarum rerum ceteros antecedunt; & [2] in magno impetu maris, atque aperto, paucis portubus interjectis, quos tenent ipsi, omnes fere, qui eodem*
2 *mari uti consueverunt, habent vectigales.* Ab iis fit initium retinendi Silii atque Velanii, quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existi-
3 mabant. Horum auctoritate finitimi adducti (ut sunt Gallorum subita & repentina consilia) eadem de caussa Trebium Terrasidiumque retinent: & celeriter missis legatis, per suos principes inter se conjurant, nihil, nisi communi consilio, acturos, [3] eundemque omnis for-
4 tunæ exitum esse laturos; reliquasque civitates sollicitant, ut in ea libertate, quam à majoribus acceperant, permanere, quam Romanorum servitutem perferre,
5 mallent. Omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta, communem legationem ad P. Crassum mittunt, *si velit suos recipere, obsides sibi remittat.*

1 IX. Quibus de rebus Cæsar à Crasso certior factus; quod ipse aberat longius; naves interim longas ædificari in flumine Ligeri, [4] quod influit Oceanum, remiges ex

III. dixit *Oceano litore*, si Manuscriptis ab *Is. Vossio* laudatis fidem habeamus. *Davies.*

1. *Hujus civitatis est longè amplissima auctoritas*] Anonymus, *Is frumenti finitimas legatos singulos, ad Venetos vero geminos destinavit: quod gens illa esset omnium ejus regionis potentissima, cujus hodie, quod sciam (sic transeunt res humanæ) ne nomen quidem aut vestigium ullum extat.* Ubi scribe, *Is frumenti caussa ad civitates finitimas*, &c. *D. Vossius.*

2. *In magno impetu maris atque aperto*] Libero, quem littora in arctius coeuntia non impediunt. Miror quid in mentem venerit *P. Ciacconio*, qui legit *in mari magni impetus atque aperto*, cum omnes Codd. vulgatam lectionem teneant, cujus sensus facilis est & rei congruus. *Davies.*

3. *Eundemque omnis*] Ultima vox est, ut videtur, quarti casus; *Accusativos* enim *plurales tertiæ declinationis* ita terminarunt veteres. Vide *A. Gellium* Noct. Att. lib. XIII. cap. XX. & *Henr. Norisium* ad Cenot. Pis. Diss. IV. cap. III. *Davies.*

4. *Quod influit Oceanum*] Sic lib. I. B. G. cap. VIII. *Quem flumen Rhodanum influit.* In aliis legitur, *quod influit in Oceanum.* Sed præpositio, ut monet *F. Ursinus*, abest a vett. Codicibus, quam ideo expungendam censuimus. *Davies.*

ex provincia institui, nautas gubernatoresque compa-
rari jubet. His rebus celeriter administratis, ipse, quam 2
primum per anni tempus potuit, ad exercitum conten-
dit. Veneti, reliquæque item civitates, cognito Cæ- 3
saris adventu, simul quod, quantum in se facinus ad-
misissent, intelligebant, [1] legatos, quod nomen apud
omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset,
retentos abs se, & in vincula conjectos; pro magnitu-
dine periculi bellum parare, & maxime ea, quæ ad u-
sum navium pertinent, providere instituunt, hoc ma-
jore spe, quod multum natura loci confidebant. Pede- 4
stria esse itinera concisa æstuariis, navigationem impe-
ditam propter inscientiam locorum, paucitatemque por-
tuum sciebant. neque nostros exercitus, propter fru- 5
menti inopiam, diutius apud se morari posse, confide-
bant. ac jam, ut omnia contra opinionem acciderent, 6
tamen se plurimum navibus posse: Romanos neque ul-
lam facultatem habere navium, neque eorum locorum,
ubi bellum gesturi essent, vada, portus, insulasque
novisse: ac longe aliam esse navigationem in concluso 7
mari, atque in vastissimo atque apertissimo Oceano, per-
spiciebant. His initis consiliis, oppida muniunt, frumen- 8
ta ex agris in oppida comportant. naves in Venetiam, 9
ubi Cæsarem primum bellum gesturum constabat, quam
plurimas possunt, cogunt. Socios sibi ad id bellum O- 10
sismios, Lexobios, Nannetes [2] Ambialites, Morinos,
Dia-

1. *Legatos, quod nomen apud omnes nationes*] An legati vocandi, quos supra tribb. militum dixit, emissos ad frumentum conquirendum? Sane licet. Dio tamen lib. XXXIX. p. 109. ait primo missos milites frumenti caussa, ubi illi retenti sunt, legatos qui repeterent. Quod non displicet. Tamen Cæsar ipse dicit infra: *retentio equitum Romanorum.* Quibus verbis manifeste ostendit frumenti conquisitores, quia publico missu, venerant, abs se legatos appellari. Et legati apud Livium *nuncios se populi Romani* vocant. *D. Vossius.*

2. *Ambialites*] Miror ipsi Scaligero id nomen adeo placuisse, ut editioni suæ insereret. Ego omnino *Ambianos* ex MS. meo & v. c. emendo. quam lectionem quoque Ciacconius & Ursinus in codd. suis repererunt. Nisi magis placeat quod in Orosio & Freculpho est *Ambivaritos*. Prius tamen retinuerim. *D. Vossius.*

Diablintes, Menapios adſciſcunt. auxilia ex Britannia, quæ contra eas regiones poſita eſt, accerſunt.

1 X. Erant hæ difficultates belli gerendi, quas ſupra oſtendimus. ſed tamen [1] multa Cæſarem ad id bellum
2 incitabant: *injuriæ retentorum equitum Romanorum: rebellio facta poſt deditionem: defectio datis obſidibus: tot civitatum conjuratio:* in primis, *ne, hac parte neglecta, reliquæ*
3 *nationes idem ſibi licere arbitrarentur.* Itaque quum intelligeret, omnes fere Gallos novis rebus ſtudere, & ad bellum mobiliter celeriterque excitari, omnes autem homines natura libertati ſtudere, & conditionem ſervitutis odiſſe; prius quam plures civitates conſpirarent, partiendum ſibi, ac latius diſtribuendum exercitum putavit.

1 XI. Itaque T. Labienum legatum in Treviros, qui
2 proximi Rheno flumini ſunt, cum equitatu mittit. Huic mandat; Rhemos, reliquoſque Belgas adeat, atque in officio contineat: Germanoſque, qui auxilio à Belgis accerſiti dicebantur, ſi per vim navibus flumen tranſire
3 conentur, prohibeat. P. Craſſum cum cohortibus legionariis XII, & magno numero equitatus in Aquitaniam proficiſci jubet, ne ex his nationibus auxilia in
4 Galliam mittantur, ac tantæ nationes conjungantur. Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus III in Unellos, Curioſolitas, Lexobioſque mittit, qui eam
5 manum diſtinendam curet. [2] D. Brutum adoleſcentem claſſi,

1. *Multa Cæſarem ad id bellum incitabant*] Diſſentit Strabo, qui bellum ſuſceptum à Venetis ait, prohibendæ navigationis Britannicæ cauſſa, quod ea inſula pro emporio ipſis erat: ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν κωλύειν τὸν εἰς τὴν Βρεττανικὴν πλοῦν, χρώμενοι τῷ ἐμπορείῳ. D. Voſſius.

2. *D. Brutum adoleſcentem*] Brutus egregiæ erat indolis, eaque prudentiæ ſpecimina ediderat, ut Cæſar ei tantum munus non ſine gravi ratione credidiſſe videatur. Fieri tamen poteſt, ut amor paternus in cauſa partim fuerit, cur adoleſcens ad tantam dignitatem ſit provectus; Cæſar enim cum Servilia Bruti matre conſuevit καὶ καθ' οὓς μάλιστα χρόνους ὁ ἔρως ἐπέφλεγε, γενόμενον τὸν Βροῦτον ὑπώπτευσέ πως ἐξ ἑαυτοῦ γεγονέναι. Verba ſunt *Plutarchi* in Bruto p. 986. Vide & *Suetonium* in Jul. c. L. *Davies.*

classi, Gallicisque navibus, quas ex Pictonibus, &
Santonis, reliquisque pacatis regionibus convenire jus-
serat, præficit; & quum primum posset, in Venetos
proficisci jubet. Ipse eo pedestribus copiis contendit.

XII. Erant ejusmodi fere situs oppidorum, ut posita 1
[1] in extremis lingulis promontoriisque, neque pedibus
aditum haberent, [2] quum ex alto se æstus incitavisset,
quod bis semper accidit horarum XII spatio; neque
navibus, quod, rursus minuente æstu, naves in vadis
afflictarentur. Ita utraque re oppidorum oppugnatio im- 2
pediebatur: ac, si quando magnitudine operis forte su- 3
perati, extruso mari aggere ac molibus, atque his fer-
me mœnibus adæquatis, suis fortunis desperare cœpe-
rant; magno numero navium appulso, cujus rei sum-
mam facultatem habebant, sua omnia deportabant; se-
que in proxima oppida recipiebant: ibi se rursus iisdem 4
opportunitatibus loci defendebant. Hæc eo facilius ma- 5
gnam partem æstatis faciebant, quod nostræ naves tem-
pestatibus detinebantur; summaque erat vasto atque a-
perto mari, magnis æstibus, raris ac prope nullis portu-
bus, difficultas navigandi.

XIII. [3] Namque ipsorum naves ad hunc modum fa- 1
ctæ armatæque erant. *Carinæ aliquanto planiores, quam no-
strarum navium, quo facilius vada, ac decessum æstus excipe-*
*re*

1. *In extremis lingulis promontoriisque*] Meliores libri habent, *linguis*. Festus. *Lingua promontorii genus non excellentis, sed molliter in planum devexi.* Pacuvius in Chryse, *Id promontorium cujus lingua in altum projicit*. Apud Gellium lib. IV. cap. XVII. Sic & *Livius* sæpe. Ciaccon. Si pluribus exemplis opus est, suppeditabit *Andr. Schottus* Observ. lib. III. cap. XXVIII. Davies.

2. *Quum ex alto se æstus incitavisset*] Cum æstus accessisset, nam, ut versu utar *Silii* Italici lib. III, 59.

*Luna, immissis per cærula bigis,*
*Fertque refertque fretum, sequiturque*
*reciproca Tethys:*

ita enim ob metrum lege, non *Thetis*, ut habent editi. Sic locutus est noster lib. IV. cap. XVII. *Ut quo major vis aquæ* se incitavisset, *hoc arctius illigata tenerentur.* Davies.

3. *Namque ipsorum naves ad hunc modum factæ*] Orosius: *Barbarorum naves solido robore intextæ, cavernisque prævalidis obduratæ.* Nescio quid per cavernas velit. quare dispiciendum censeo. Nec si *catenis* legas satis commodum sensum video. *D. Vossius.*

2 *re possent. proræ admodum erectæ, atque item puppes ad ma-*
3 *gnitudinem fluctuum tempestatumque accommodatæ. naves to-*
*tæ factæ ex robore, ad quamvis vim & contumeliam perfe-*
4 *rendam. transtra ex pedalibus in latitudinem trabibus confixa*
5 *clavis ferreis, digiti pollicis crassitudine, [1] anchoræ, pro fu-*
6 *nibus, ferreis catenis revinctæ. pelles pro velis, alutæque te-*
*nuiter confectæ, sive propter lini inopiam, atque ejus usus in-*
*scientiam; sive, quod est magis verisimile, quod tantas tem-*
*pestates Oceani, tantosque impetus ventorum sustineri, ac tan-*
*ta onera navium regi velis non satis commode arbitrabantur*
7 Cum his navibus nostræ classi ejusmodi congressus erat
[2] ut una celeritate, & pulsu remorum præstarent; reli-
qua, pro loci natura, pro vi tempestatum, illis essen
8 aptiora & accommodatiora. [3] neque enim his nostræ ro-
stro nocere poterant: (tanta in his erat firmitudo) nequ
propter altitudinem, facile telum adjiciebatur, [4] & ea
den

1. *Anchoræ pro funibus ferreis catenis revinctæ*] Manifestus ergo error Strabonis est quando ait: lib. IV. p. 195. κατεναυμάχησε δὲ ῥᾳδίως, οὐκ ἐμβόλοις χρώμενος (ἦν γὰρ παχέα τὰ ξύλα) ἀλλ' ἀνέμῳ φερομένων ἐπ' αὐτὸν κατέσπων οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δορυδρεπάνοις. ἦν γὰρ σκύτινα διὰ τὴν βίαν τῶν ἀνέμων. ἁλύσεις δ' ἔτεινον ἀντὶ κάλων. id est: *Facile autem Cæsar eos vicit, non committendis navibus (quippe Venetorum naves è crasso ligno) sed cum vento incitatæ in eos ferrentur, Romani falcibus hastis præfixis, vela detrahebant. Nam pellicea erant, ob vim ventorum. Catenas autem præ rudentibus tetenderant.* Unde videmus primo non de antennis, sed velis detractis Strabonem dicere, & quando ait pro funibus catenas habuisse, non potuerunt funes præcidi, qui non erant. Etiam Dio lib. XXXIX. p. 111. vela discissa ait. *D. Vossius.*

2. *Ut una celeritate, & pulsu remorum præstarent*] Corruptus Dionis locus l.XXXIX. p. 110. ubi ait Romanorum naves celeritate, Venetas mole præstitisse. nam ibi legitur; de Venetis, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ ταχύτητι προεῖχον *& magnitudine & celeritate præstabant* lege παχύτητι, *crassitudine*, qua voc usus eadem de re Strabo, ait enim ἦν γὰρ παχέα τὰ ξύλα. Idem.

3. *Neque enim his nostræ rostro noceri poteran*] Sic iterum *noster* infra cap XIV. sic & *Strabo* Geogr. lib. IV. p 195. At *Florus* lib. III. cap. X. it scribit de navibus Venetorum. *Ill rudes & informes, & statim naufragæ quum* ROSTRA *sensissent.* Hunc ver Scriptorem graviter errasse vel ips navium descriptio satis ostendit. *Davies.*

4. *Et eadem de caussa minus incommo de scopulis continebantur*] Hottomannu legebat *minus commodè copulis contine bantur.* Ut copulæ sint manus ferre quæ navibus injiciuntur. Sed copu las ea significatione apud veteres re periri, id verò nequaquam osten dit. Alioquivox non absurda est. E go non video, quomodo hæc conci liari possint, quam si retenta vete lectione *minus commodè* dicamus na ves Venetorum propter altitudinem

dem de caussa minus incommode scopulis continebantur. accedebat, ut, quum sævire ventus cœpisset, & 9
se vento dedissent, & tempestatem ferrent facilius, &
in vadis consisterent tutius, & ab æstu derelictæ nihil
saxa & cautes timerent. quarum rerum omnium nostris
navibus casus erant extimescendi.

XIV. Compluribus expugnatis oppidis, Cæsar, ubi 1
intellexit frustra tantum laborem sumi, neque hostium
fugam captis oppidis reprimi, neque his noceri posse,
statuit expectandam classem. quæ ubi convenit, ac pri- 2
mum ab hostibus visa est; circiter CCXX naves eorum
[1] paratissimæ, atque omni genere armorum ornatissimæ, è portu profectæ nostris adversæ constiterunt. ne- 3
que satis Bruto, qui classi præerat, neque tribunis mil.
centurionibusque, quibus singulæ naves erant attributæ, constabat, quid agerent, aut [2] quam rationem pugnæ insisterent. rostro enim noceri non posse cognove- 4
rant:

ac latitudinem non facile hæsisse inter angustias scopulorum, quippe quo intrare, aut recipi propter molem nequirent. Contra Romanas naves, quia minores, facilius intra scopulos compelli & allidi iisdem potuisse. Quod si probemus *minus incommode*, Cæsar dixerit, pro *minus facile*. Græcus sane habet ἔτι ῥᾳδίως. D. Vossius.

1. *Paratissimæ atque omni armorum genere ornatissimæ* ] Dio Venetos fiducia navium suarum nulla in prœlium arma attulisse ait. Quod adversatur Cæsaris verbis. Et fortasse veriora quæ Dion ait, hauseritque ex Ephemeridibus, quæ meliori fide, ut supra ostendimus, conscriptæ erant. *Idem.*

Ibid. ] *Dion* lib. XXXIX. p. 110. ait Venetos fiducia navium suarum nullum telorum genus secum adduxisse, qua de causa *P. Ciacconio* & *D. Vossio* frontibus adversis inter se pugnare visi sunt *noster* & celeberrimus Historicus. *Mihi* vero non placet commentum; crediderim enim *arma* hic denotare vela, funes, reliquaque navibus ornandis necessaria. Sic supra cap. XIII. *Naves ad hunc modum factæ armatæque erant.* Sic & lib. V. cap. I. *Ea quæ sunt usui ad armandas naves, ex Hispania apportari jubet*; spartum videlicet, quo conficiuntur funes ac rudentes, qui & Græcis ὅπλα dicuntur. *Hesychius.* Ὅπλα, τὰ τῆς νεὼς χρεῖα. *Oppianus* etiam Cyneg. l. I. 121. ὅπλα νεῶν pro armamentis navium dixit. *Cæsaris* verbum servavit *Paulus Orosius*, qui lib. VI. cap. VIII. hanc historiam ita narrat. *Continuo* CCXX *naves eorum paratæ & omni armorum genere instructissimæ, progressæ portu, ex adverso restiterunt.* Davies.

2. *Quam rationem pugnæ insisterent* ] Non necesse est, ut cum *P. Ciacconio* reponamus, *quam rationem pugnæ instituerent. Terentius* Eun. Act. II. Sc. III, 3. *Ubi quæram? ubi investigem? quem perconter? quam insistam viam? Cicero* de orat. lib. III. cap. XLV. *Quonam igitur modo tantum munus insistemus*,

rant : turribus autem excitatis, [1] tantum tamen has a
titudo puppium ex barbaris navibus superabat ; ut n
que ex inferiore loco satis commode tela adjici possen
5 & missa à Gallis gravius acciderent. Una erat magno
sui res præparâta à nostris, falces præacutæ, insert
affixæque longuriis, [2] non absimili forma muraliu
6 falcium. His quum funes, [3] qui antennas ad malos d
stin

*stemus*, ubi in nonnullis Codd. legitur *instituemus*. Sed est Glossema. *Davies*.

1. *Tantum tamen*] Priorem voculam addidi ex editt. *Rom.* & *Ven.* cum in aliis perperam omittatur; quod factum, ut opinor. ex similitudine quæ inter hanc & sequentem vocem intercedit. Vide not. ad lib. 1. cap. xv. *Idem*.

2. *Non absimili forma muralium falcium*] Sunt qui *ruralium* legant, sed absurdè. Nec me Græcus moverit, qui γεωργικῶν δρεπάνων ait. Meminit falcium quibus lapides evelluntur, Vegetius. Sed Lipsius diversas illas à muralibus arbitratur. & has tantum detergendis mœnium pennis institutas arbitratur. An verè, nequaquam adfirmaverim. Potuerunt sane eædem & idoneæ esse pinnis detergendis, & subruendis muris, aut lapidibus evellendis. *D. Vossius*.

3. *Qui antennas ad malos destinebant*] *Distinebant* plerique legunt, etiam Lipsius lib. VII. c. XXII. ubi est, *quas cum destinaverant, tormentis introrsus reducebant*. Libro quoque primo B. C. c. XXV. legas *has quaternis anchoris ex quatuor angulis destinabat*. Codicum magna varietas est, ut non temere statuendum sit, quæ lectio præstet. Scio quidem esse viros doctos qui *destinare* pro deligare usurpatum vett. dicant, sed autoritatem desidero. Nam Apulei (cjus verba enim adducunt) testimonio Cæsaris comprobare dictionem velle, id non facile faciendum mihi videtur. Apud Varronem lib. 1. cap. xx. reperi minus usitatam notionem vocis *destinare*, ait enim: *Novellos quum q emerit juvencos, si eorum colla in furi destinata incluserit, ac dederit cibum.* bi *destinare* nihil aliud esse putare quam *dirigere*, uti cum dicitur *des nare certos ictus*, quod & *dirigere ic* aut *vulnera* Tacitus dixit. Sed ja *destitutas* ibi legendum, ex M. ostendit Victorius. Proinde null veterum, quod sciam juvat. In glo sis est *Destinat* περισπᾷ, vereor *distinet* legendum sit. nam περισπ inter cætera est *distinere*, *distringe negotiis*. Illud magis miror, quod Glossis Philoxeni legitur *destin* ἀφοσιεῖ. quid enim commune *destino* cum ἀφοσιόω. Dicam quod s bito in mentem venit. Puto legis autorem illa Maronis :

—— *& me destinat aræ*.

& intellexisse *destinat* hic esse *devo vet*. Quod verbum in Antiquario su Laurenbergius hic explicat, *deligat* imperite prorsus. Sed ne temer Glossarii verba trahere ad Maroni locum videar, est simile quid i Glossario quod MS. habemus. Ib enim legitur, *Malagrama*, *herba ve nenosa*. lego, *Mala gramina*. Et re spexit ad illud ejusdem poëtæ, lib II. Æneid.

—— *coluber mala gramina pastus*.

Quantum ad Cæsaris verba, non arbitror mutandum quidquam, cum & Vitruvius, Augustei ævi scripto lib. v. c. XII. *destinare* pro deligar ter usurpaverit. Et *destinare* apud ve teres

stinebant, comprehensi adductique erant, navigio remis incitato prærumpebantur. quibus abscissis, anten- 7
næ necessario concidebant, ut, quum omnis Gallicis navibus spes in velis armamentisque consisteret, his erep-
tis, omnis usus navium uno tempore eriperetur. Reli- 8
quum erat certamen positum in virtute; qua nostri milites facile superabant, atque eo magis, quod in conspectu Cæsaris, atque omnis exercitus res gerebatur; ut
nullum paullo fortius factum latere posset. omnes enim 9
colles, & loca superiora, unde erat propinquus despectus in mare, ab exercitu tenebantur.

XV. Disjectis, ut diximus, antennis, quum singu- 1
lis binæ aut ternæ naves circumsisterent, milites summa vi transcendere in hostium naves contendebant.
Quod postquam barbari fieri animadverterent, expu- 2
gnatis compluribus navibus, quum ei rei nullum reperi-
retur auxilium; fuga salutem petere contenderunt. Ac, 3
jam conversis in eam partem navibus, quo ventus ferebat, [1] tanta subito malacia, ac tranquillitas exstitit, ut
se loco movere non possent. [2] Quæ quidem res ad nego- 4
tium conficiendum maxime fuit opportuna. nam sin- 5
gulas nostri consectati expugnaverunt, ut perpaucæ ex omni

veteres significationes complures habuisse certum est. Sic ex Nonio discimus parare, & emere notavisse. ait enim, *Destinare dicitur parare. Destinare, emere.* Lucillius lib. XXVIII. *Facio, ad lenonem venio, tribus in libertatem millibus destinor.* Etiam pro designare usus Curtius, cum ait, *conjectum oculorum quibus ut fur destinabatur, ferre Dioxippus nequivit.* Suetonius & medii ævi Scriptores pro mittere usurpant. Corippo *destina* columen est seu fulcrum, cum ait:

*Et Thomas Libyca nutantis destina terra.*

Eodem modo usus Arnobius *D. Vossius.*

1. *Tanta subito malacia*] Quid sit malacia, docet *Festus. Flustra*, inquit, *dicuntur, cum in mari fluctus non moventur, quam Græci μαλακίαν vocant.* Hanc *Sulpicius Severus* Dial. I. cap. IV. p. 381. ut vocis Græcæ vim exprimeret, *molliciem maris* nuncupavit. *Davies.*

2. *Quæ quidem res ad negotium conficiendum maxime fuit opportuna*] Aliter *Florus* lib. III. cap. X. *Cum Venetis etiam navale bellum, sed major cum Oceano quam cum ipsis navibus rixa —— Hærebat in vadis pugna, quum æstibus solitis cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur.* Hunc autem scriptorem insigniter esse lapsum cum res ipsa clamat, tum ex *Dionis* lib. XXXIX. pag. 110. abunde patet. *Idem.*

omni numero, noctis interventu, ad terram pervene rint, quum ab hora IV, usque ad Solis occasum, pu gnaretur.

1 XVI. Quo prœlio bellum Venetorum totiusque o
2 ræ maritimæ confectum est. nam quum omnis juven tus, omnes etiam gravioris ætatis, in quibus aliquic consilii aut dignitatis fuit, eo convenerant; tum, na vium quod ubique fuerat, unum in locum coëgerant
3 quibus amissis, reliqui neque quo se reciperent, nequ quemadmodum oppida defenderent, habebant. Itaque
4 se, suaque omnia Cæsari dediderunt. in quos eo gra vius Cæsar vindicandum statuit, quo diligentius in reliquum tempus à barbaris jus legatorum conservaretur. Itaque, omni senatu necato, [1] reliquos sub corona vendidit.

1 XVII. Dum hæc in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus cum his copiis, quas à Cæsare acceperat, in fi-
2 nes Unellorum pervenit. His præerat Viridovix, ac summam imperii tenebat earum omnium civitatum, quæ defecerant; ex quibus exercitum, magnasque co-
3 pias coëgerat. Atque his paucis diebus Aulerci, Eburovices, Lexoviique, senatu suo interfecto, quod auctores

1. *Reliquos sub corona vendidi:*] Bello captos coronari, atque ita venumdari solere & Cato, & ex eo Gellius, tradidere. Ille in libro de re militari, hic VII Noct. Atticar. cap. IV. Hottomannus tamen quamvis in re manifesta novas conjecturas adfert, scilicet, servos in orbem dispositos fuisse, quo facilius ab emtoribus considerari possent. Ego etiamsi veteres nihil hac de re prodidissent, tamen justissimas me habere caussas putarem, cur ineptam hanc opinionem dicerem. Primo enim confundit *orbem* cum *corona*, in orbem stare dicuntur, qui rotundum globum sua multitudine, faciunt. Coronam faciunt, qui aliquem, vel aliquid circumstant. Neque hoc pro illo usquam usurpatum scio. Corona semper de illis dicitur, qui cingunt vel urbem, vel concionantem, aut tale quid. Orbis (de militia loquor) de illis qui cinguntur ab aliis. Præterea si in orbem stabant servi, quare dicti *sub corona* venire. Nam *sub hasta*, caussam habet, cum sub eam transirent. Sed ineptire Hottomannum luce clarius. Et vel vulgatus hodieque mos ostendat, quo venalibus corona appendi solet. Arbitror quoque servos olim, si non omnes distrahi eodem die poterant, inclusos fuisse publico alicui loco, & suspensam præ foribus coronam, quæ indicio esset, venalia intus mancipia haberi. *D. Vossius.*

res belli esse nolebant, portas clauserunt, seque cum Viridovice conjunxerunt; magnaque præterea multitu- 4
do undique ex Gallia perditorum hominum latronumque convenerat, quos spes prædandi, studiumque bellandi ab agricultura, & quotidiano labore revocabat.
Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat, 5
quum Viridovix contra eum duum millium spatio consedisset, quotidieque productis copiis pugnandi potestatem faceret, ut jam non solum hostibus in contemptionem Sabinus veniret, sed etiam nostrorum militum
vocibus nonnihil carperetur: tantamque opinionem ti- 6
moris præbuit, ut jam ad vallum castrorum hostes accedere auderent. Id ea de caussa faciebat, quod cum tan- 7
ta multitudine hostium, præsertim eo absente, qui summam imperii teneret, [1] nisi æquo loco, aut opportunitate aliqua data, [2] legato dimicandum non existimabat.

XVIII. Hac confirmata opinione timoris, idoneum 1
quendam hominem & callidum delegit Gallum, ex iis
quos auxilii caussa secum habebat. Huic magnis præmiis 2
pollicitationibusque persuadet, uti ad hostes transeat:
quid fieri velit, edocet. Qui ubi pro perfuga ad eos ve- 3
nit, *timorem Romanorum proponit. quibus angustiis ipse Cæ-* 4
*sar a Venetis prematur*, docet: *neque longius abesse, quin proxima*

1. *Nisi æquo loco, aut opportunitate aliqua data*] Eleganter Græci πλεονεξίαν vocant, cum quis in pugna meliori conditione utitur. sic Xenophon l. 1. Cyropæd. p. 33. τί δὲ λέουσι, καὶ ἄρκτοις, καὶ παρδάλεσιν οὐκ εἰς τὸ ἴσον καθιστάμενοι ἐμάχεσθε, ἀλλὰ μετὰ πλεονεξίας τινὸς ἀεὶ ἐπειρᾶσθε ἀγωνίζεσθαι πρὸς αὐτά. *cur autem cum leonibus, & ursis ac pardis non æquo marte congrediebamini, sed ita semper adversus hasce feras certare conabamini, ut conditione vos meliori essetis*. Latinis nulla vox est quæ πλεονεξίας hunc significatum exprimere possit. Belgis *voordeel* est, ut cum dicunt, *met voordeel vechten*. D. Vossius.

2. *Legato dimicandum non existimabat*] Proba vox *legati* hoc loco, & retinenda. Opponit Cæsar hic *imperatorem*, & *legatum*. Sabinus non putabat sibi, quippe legato tantum, pugnandum esse, cum magna hostium multitudine, absente Cæsare, qui summum imperium tenebat. Miror sane Ursinum & Ciacconium ejicere vocem hanc voluisse. *Idem.*

*xima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat, & ad*
5 *Cæsarem, auxilii ferendi caussa, proficiscatur.* Quod ubi auditum est, conclamant omnes, occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse: ad castra iri oportere.
6 [1] Multæ res ad hoc consilium Gallos hortabantur: superiorum dierum Sabini cunctatio; perfugæ confirmatio; inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab his erat provisum; spes Venetici belli; & quod fere libenter homines, id quod volunt, credunt. Iis rebus addu-
7 cti non prius Viridovicem, reliquosque duces ex concilio dimittunt, quam ab his sit concessum, arma ut
8 capiant & ad castra contendant. Qua re concessa, læti velut explorata victoria, [2] sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt.

1 XIX. Locus erat castrorum editus, & paullatim ab imo acclivis: circiter passus ∞. Huc magno cursu contenderunt; ut quam minimum spatii ad se colligendos armandosque Romanis daretur, [3] exanimatique pervenerunt.

1. *Multæ res ad hoc consilium Gallos hortabantur*] Tradit *Dio* lib. XXXIX. p. 111. Gallos nulla consideratione adhibita hoc facinus suscepisse; πείνῃ γάρ τοι διακορεῖς καὶ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ποτοῦ ἦσαν. Sed *Cæsar* multas hujusce consilii rationes protulit, &, inter alias, cibariorum inopiam. *Davies.*

2. *Sarmentis virgultisque collectis*] Putat Hottomannus Hirtium lib. VIII. c. XV. cum ait, *Gallos in acie sedere solitos in fascibus stramentorum ac virgultorum:* & addit, hoc in superioribus commentariis demonstratum esse, ad hunc locum respexisse. Video quidem & hic & illic stramentorum virgultorumque mentionem, sed nulla sedendi hoc loco mentio, qua in quæstione cardo rei versatur. Itaque non temere affirmaverim, Hirtium hunc locum intellexisse. Præsertim cum hic Cæsar dicat, Gallos collegisse fasces; & Anonymus: l. III. p. 61. *sarmentis variaque materia ex agris collecta.* D. Vossius.

3. *Exanimatique pervenerunt*] *Exanimatus* pluribus locis Cæsar dixit, pro eo qui fatigatus ægre spiritum trahit. Quod non facile apud alios autores reperias. Quibus exanimatus plerumque consternatum & pavidum notat. Græcus sane significanter transtulit ἀσθμαίνοντας. Nam ἀσθμαίνειν ita lassari est, ut vix spiritum ducere possis. Libro septimo *exanimatus* Cæsar pro mortuo usurpavit: *ab dextro latere transjectus exanimatusque concidit.* Quomodo & Valer. Maximus usus lib. IX. cap. XII. *Altera cum falso mortis filii nuntio domi mæsta sederet; ad primum conspectum redeuntis exanimata est.* Qua notione *exanimis* plerumque alii autores dicunt. *Idem.*

runt. Sabinus ſuos hortatus, cupientibus ſignum dat. 2
Impeditis hoſtibus, propter ea, quæ ferebant, onera,
ſubito duabus portis eruptionem fieri jubet. Factum eſt 3
opportunitate loci, [1] hoſtium inſcientia ac defatigatio-
ne, virtute militum, ac ſuperiorum pugnarum exerci-
tatione, [2] ut ne unum quidem noſtrorum impetum fer-
rent, ac ſtatim terga verterent. quos impeditos, inte- 4
gris viribus milites noſtri conſecuti, magnum nume-
rum eorum occiderunt; reliquos, equites conſectati,
paucos, qui ex fuga evaſerant, reliquerunt. Sic, uno 5
tempore, & de navali pugna Sabinus, & de Sabini vi-
ctoria Cæſar certior factus eſt: civitateſque omnes ſe
ſtatim Titurio dediderunt. nam ut ad bella ſuſcipienda 6
Gallorum alacer ac promptus eſt animus; ſic mollis
ac minime reſiſtens ad calamitates perferendas mens eo-
rum eſt.

XX. *Eodem fere tempore*, P. Craſſus, quum in 1
Aquitaniam perveniſſet, quæ pars, ut ante dictum eſt,
& regionum latitudine, & multitudine hominum,
ex tertia parte Galliæ eſt æſtimanda, quum intellige-
ret in illis locis ſibi bellum gerendum, ubi paucis an-
te

*Ibid.*] Curſu laſſati ac proin ægre ſpiritum trahentes. Sic cum alibi, tum lib. III. B. C. cap. XCII. *Simul fore ut duplicato curſu Caſaris milites exanimarentur & laſſitudine conficerentur.* Hujuſce ſignificatus rationem ſuppeditabunt not. ad lib. II. B. G. cap. XXIII. *Davies.*

1. *Hoſtium inſcientia*] In editis *inſcitia*: ſed alteram lectionem ſervat optimæ notæ Codex *Andinus*, ut teſtatur *J. F. Gronovius*, nec aliter MS. *Norvic.* Recte. Sic ſupra cap. IX. *Navigationem impeditam propter inſcientiam locorum paucitatemque portuum ſciebant.* Vide porro cap. XIII. & lib. VI. B. G. cap. XLIII. Ita etiam loqui ſolent optimi quique auctores, ut notat vir doctiſſimus ad *Livii* lib. XXII. cap. XXV. *Idem.*

2. *Ne unum quidem noſtrorum impetum ferrent*] *Pet. Ciacconius* reponit *nè primum quidem* &c. ſed non opus eſt, ut eum audiamus. *Livius* lib. XXIII. cap. XLII. *Te ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo emiſſo, torpere.* *Lactantius* Div. Inſt. lib. V. cap. IV. *Uno ſimul impetu profligarem*; ſic enim legendum ex MSS. *Cantabr.* & *Hadr. Junii*, non *ſemel*, ut in editt. *Claudius Mamertinus* Pan. I. cap. V, 2. *Aperto Marte, atque uno impetu perculiſti.* Eodem modo locutus eſt *Nazarius* Paneg. IX. cap, XVIII, 6. *Idem.*

te annis [1] L. Valerius Præconinus legatus, exercit pulso, interfectus esset, atque unde L. Manilius Pro co:

1. *L. Valerius Praeconinus legatus, exercitu pulso interfectus esset, atque unde L. Manilius Procos. impedimentis amissis profugisset* ] Græcus habet Λεύκιος Βαλήριος Πρηκωνῖνος, στρατηγὸς τῶν Ρωμαίων, & Λεύκιος Μάλλιος αὐτὸς ὁ πρόπαλος. Locus haud dubiè mendosus, quem Hottomannus quoque tentavit, pro *L. Valerius*, legens *M. Aurelius*, pro *L. Manilius Procos. C. Manilius consul.* Nomen illud Mallii in aliis quoque Græcis Siculis tabulis reperit Pighius, & præterea in vet. inscriptione. Itaque non dubito hic rescribere, *Cn. Mallius.* Ursinus hoc anno proconsulem fuisse ait, quod nescio unde probari possit. Et pro *L. Valerius*, scriberem quoque *M. Aurelius*, sed nescio quorsum illud *Praeconinus* spectet. Nam Aurelius hic uti ex Orosio liquet *Scaurus* cognominatus. An *Praeconinus* corruptum dicemus ex *Proconsul.* Sed videndum quid tum legati vox. In v. c. Scal. erat *L. Varius, P. Coninus.* Vid. Velleium p. 27. b. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Cum nec *L. Varerii Praeconini* nec *L. Manilii Procos.* in Gallia victorum recordaretur *Fr. Hotomannus*, pro *L. Valerio* reposuit *M. Aurelium*, nec *Praeconini* ullam habuit rationem; *C.* autem *Manilium Cons.* in locum *L. Manilii Procos.* suffecit, cujus emendationes amplexus est *D. Vossius.* Sed, ne dicam nimias esse mutationes & *M. Aurelium* non fuisse *legatum* sed *Consulem*, Annus, quo P. Crassus in Aquitaniam pervenit, erat U. C. DCXCVIII. M. vero Aurelius à Cimbris & Teutonis victus est U. C. DCXLVI. C. Manilius U. C. DCXLIX. ut docet *D. Petavius* Doct. Temp. lib. XIII. p. 644. Quandoquidem igitur inter P. Crassi adventum in Aquitaniam & C. Manilium victum, annorum sit XLIX. intercapedo, vix quisqua[m] est, cui tantum spacium *paucis a[n]nis* significari videbitur, præserti[m] cum quadriennio ante ipsius C[æ]saris natalem, hæc clades accid[e]ret. Alio igitur confugiendum est de quo adeunda notarum appe[n]dix; longioris enim disquisition[is] res est. *Davies.*

*Ibid.*] Pace doctorum virorum h[ic] locus frustra de mendo suspectus e[st] nam civitates hic memoratæ clare o[s]tendunt Crassum non agitasse circ[a] ea loca, quis antea, Silani, Sca[u]ri, Cassii, Manlii, Servilii, copi[æ] deletæ sunt, ad quos respicit A[u]ctor Lib. I. de Bell. Gall. cap. VI. & XII. aliter pro, *Lucius Valeri[us] Praeconinus*, ipse illico reposuisse[t] *Pisonem Caesoninum*, qui Cæsaris co[g]natus fuit; sed vel ex Cæsaris ver[]bis patet, aliam esse pugnam Ma[]nilianam, aliam vero illam, in qu[a] occubuit Piso. *Hic*, inquit, *pag[us] quum domo exisset, patrum nostroru[m] memoria L. Cassium Consulem interfec[e]rat*, cap. VII. & paucis interjectis *Qua in re Caesar non solum publicas, s[ed] etiam privatas injurias ultus est, quo[d] ejus soceri Pisonis avum, Lucium Pis[o]nem Legatum, Tigurini eodem praelio quo Cassium, interfecerant.* Hoc, præ[]lium commissum dicit *Patrum nostro[]rum memoria.* De Manliano vero s[i] memorat lib. III. B. G. cap. XX *Eodem fere tempore P. Crassus quum i[n] Aquitaniam pervenisset*; & paullo pos[t] *quum intelligeret in iis locis sibi bellum gerendum, ubi* Paucis *ante* annis *Luciu[s] Val. Praeconinus* &c. unde nihil mih[i] planius, quam quod hæc bella di[]versis temporibus administrata sin[t] illud nimirum Patrum, hoc *ipsius Ca[e]saris* memoria. Inducto igitur *Pison[e] Caesonino*, alius quærendus est cuju[s] nomen salva annalium fide retinea[]tur. Puto itaque Bellum Sertoria[]num hoc in loco respici, fretus ipso me[]

cos. impedimentis amissis, profugisset, non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intelligebat. Itaque, re fru-

*

met Cæsare Lib. III. B. G. cap. XXIII. *Duces vero ii deliguntur, qui una cum Sertorio omnes annos fuerant.* Si vero iidem idonei duces erant sub adventum Crassi, qui Sertorii ætate ducum munia obierant, nihil ex ratione temporum depromi possit quod probet, τὸ *paucis abhinc annis* ab hujus belli tempore diffidere. Sed Lucius Manilius, vel, ut alii, Manlius, ab Herculeio Sertorii Quæstore copiis, impedimentis, postremo, vita exutus est. Quod accidit in primo congressu Pompeii & Metelli cum Sertorianis. Nec sane quidquam video quod magnopere facit contra nostram hanc de bello Sertoriano conjecturam, nisi quod vel, *paucis abhinc annis* à Cæsare res gesta narratur, vel quod *Præconini* nomen in fastis non occurrit. At vero ex *Macrobio* constat, Cæsaris natalem incidisse in annum U. C. 653. qui propterea (hocce prœlio facto U. C. 675.) annum egit vicesimum primum, & illo etiam anno quo Crassus Aquitaniam obtinuit U. C. 698. octavum supra quadragesimum. Cecidit ergo Manlius anno ante Crassi adventum vicesimo septimo. Quod si Cæsaris *paucis abhinc annis*, ad istam annorum intercapedinem extendi possit, res ex parte acta est. Sed hoc demum est quod Interpretes male habet; nempe auctores, qui acta Sertorii & Metelli fuse prosecuti sunt, de Præconino nostro dixere ne gru quidem. Sed quid tum postea? Num ideo corruptus noster, quod forte dicit quod non dictum prius? Imo res illos prorsus latuit, proinde sedulo advertendum, *Præconinus* non fuisse solum & unicum cognomen gentis Æliæ; quidni ergo lateat alicubi noster legatus, sub nomine alieno? Fortasse vulgo non adeo per hoc cognomen innotuit, cum fuerit & novum & ex officio inditum. Utcunque se res habet, *Pighius*, haud secus atque interpretes, quod duplex Gentis Æliæ cognomen ignorabat, locum hunc intactum prætermisit. Quod si aliquod numisma hujusce ævi erui potuerit *Præconini* aut *Stilonis* cognomine insignitum, de hoc nodo solvendo non prorsus desperarem: donec id fiat conjecturis insistendum. Itaque sic Censeo. Probabile est primo, ex locis Cæsaris inter se collatis, Præconinum & Manlium non eodem prœlio fuisse aut tempore peremptos, contrarium saltem neque ab illo nec ab alio quoquam probabitur. Ab illis itaque Auctoribus qui Manlium Proconsulem, M. Domitium legatum, Antonium (qui tamen ex partibus Sertorianis fuit) & Thorium ab Hirculeio fusos memorant, nihil adduci potest contra *Præconinum*, quem alicunde oppetiisse haud absurda suspicio est. Neque enim Domitius eodem prœlio cecidit quo Lælius; quam in rem contende *Florum* III, 22. & *Frontinum* II, 5. cum *Plutarchi* Sertorio. Secundo excute universos hac de re historicos, invenies solummodo quatuor legatos; tametsi 2 Imperatores, si non plures, uno eodemque tempore Sertorium hinc inde premebant; Domitium Manlii, nempe, legatum, Thorium Metelli: Memmium, & si *Julio Obsequenti* fides habeatur, Didium Lælium, Pompeii. Unde perspicue palam est, duos ad minimum legatos & forte inter eos Præconinum non solum vita, sed fama etiam & rumore spoliatos; utroque Imperatore nunquam ex more Romano pauciores tribus legatis, sæpius plures secum ducente. Denique locum hunc, levi mutatione ad veteris memoriæ fidem sic accommodandum censeo; *Lucius Ælius Præ*coni-

frumentaria provisa, auxiliis, equitatuque comparato, multis præterea viris fortibus Tolosa, Carcasone, & Narbone, 1 quæ sunt civitates Galliæ provinciæ finitimæ,

*conìnus*; æque enim potuit Cæsar omittere alterum ex Cognominibus, *Stilonem* nempe, atque alii *Præconinum*. Neque te moveat, quod cognominis hujusce Consulares Fasti plane sint immemores: cum & *Plinius* N. Hist. Lib. XXXIII. II. & XXXVII, I. & *Suetonius* de illustr. Gram. cap. III. diserte asserunt Stilones Præconinos à Præconis officio nuncupatos, anno ante *Ciceronis* ætatem quinquagesimo, ut ex ejus de Claris Orat. cap. LVI. colligitur. Ælium porro hunc Varronis præceptorem fuisse idem tradit; *Festus* vero & *Agellius* Orationibus in usum Pompeii, Cæpionis & Rufi condendis inclaruisse, cum Metello in exilium usque profectum: quod sane conjecturæ nostræ maxime favet; nam cum Imperatores eos ut plurimum in legatorum numerum asciverint, qui eos vel sanguinis vel amicitiæ necessitudine attigerunt, vix dubito quin ipse Ælius Stilo (ad quem sæpius provocant Grammatici) pater fuerit ejus *Lucii Ælii*, quem hoc loco intelligit Cæsar; qui propter honorem infelici filio habitum ab Metello, illum in exilium abeuntem prosecutus est. Neque audiendus *Lipsius* dum Stilonem de Catasta emptum narrat libro *de Magnitudine Urbis Romæ*; de Daphnide autem vera sunt quæ ex *Suetonio* in legati nostri ignominiam transcripsit. *Cicero* alicubi Stilonem equitem vocat, & *Spartianus* in vita Severi Lucium quendam Stilonem inter Nobiles recenset. *Hæc rescripsit vir amicissimus* Josephus Wasse, *de hoc loco sententiam rogatus*.

1. *Quæ sunt civitates Galliæ provinciæ finitimæ; ex his regionibus*] Non displicet conjectura Ciacconii, emendantis, *quæ sunt civitates Galliæ provinciæ, finitimæ his regionibus*. Ursinus nugatur cum vocem *Galliæ* delendam censet. Nam Gallia provincia dicitur, ut Gallia Belgica, quod autem plerumque *provincia* appellatur ἁπλῶς ea Galliæ pars, id κατ' ἐξοχὴν factum. *D. Vossius*.

*Ibid.*] Hunc locum *P. Ciacconius* eumque secutus *D. Vossius* sic corrigunt: *Tolosa* &c. *quæ sunt civitates Galliæ provinciæ, finitimæ his regionibus*; nec sane hæc inconcinna est emendatio, haud tamen necessaria, ut exemplis monstravit *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* lib. XXV. c. XXVII. Nimirum is est optimorum scriptorum usus, ut, propter interjecta verba Parenthesi inclusa, easdem voces aut eundem sensum repetant. Sic *noster* infra cap. XXII. *Adcantuannus qui summam imperii tenebat cum DC. devotis (quos illi Soldurios appellant* &c.) *cum iis Adcantuannus eruptionem facere conatur.* Hunc etiam locum temere sollicitat idem *Ciacconius*, quapropter pluribus opus est exemplis. *Silius* Italicus lib. III. 425.

*Letique Deus (si credere fas est)*
*Causa fuit leti misera Deus.*

Nullum est in verbis ulcus, quod tamen *Ch. Cellarius* & *Cl. Dausquius* censuerunt, fortasse ob sequentia, ubi sic legitur

*Edidit alvo*
*(Namque, ut serpentem, patrias exhorruit iras)*
*Confestim dulces liquit turbata parentes.*

Hæc quidem corrupta sunt, nec tamen iis medicinam invenere Critici. Scribendum *edit ut alvo* &c. Consulas & hanc in rem ejusdem *Silii* lib. X, 480. ac *Ælianum* Hist. Anim. lib. I. cap. XXX. & lib. II. cap. XXI. *Davies*.

timæ, ex his regionibus [1] nominatim evocatis, in So-
tiatum fines exercitum introduxit. [2] Cujus adventu co- 3
gnito Sotiates, magnis copiis coactis, equitatuque,
quo plurimum valebant, in itinere agmen nostrum ad-
orti, primum equestre prœlium commiserunt: dein- 4
de, equitatu suo pulso, atque insequentibus nostris,
subito pedestres copias, quas in convalle in insidiis col-
locaverant, ostenderunt. Hi, nostros disjectos adorti,
prœlium renovaverunt.

XXI. Pugnatum est diu, atque acriter; quum So- 1
tiates superioribus victoriis freti in sua virtute totius A-
quitaniæ salutem positam putarent; nostri autem, quid
sine Imperatore, & sine reliquis legionibus, adolescen-
tulo duce, efficere possent, perspici cuperent: tandem
tamen confecti vulneribus hostes terga vertere. quorum 2
magno numero interfecto, Crassus ex itinere oppidum
Sotiatium oppugnare cœpit. quibus fortiter resistenti-
bus, vineas turresque egit. Illi alias eruptione tentata, 3
alias cuniculis ad aggerem vineasque actis, [3] cujus rei
sunt longe peritissimi Aquitani, propterea quod [4] multis
locis

1. *Viris fortibus nominatim evocatis*] Ad illum morem respexit haud dubie Donatus cum ad Terentii ait hæc verba: *Simalio, Donax, Syrisce sequimini. Hujusmodi*, inquit, *militia per tumultum repente suscipitur, & dicitur Evocatio, ubi dux alloquitur cives. Qui Remp. salvam esse vult, me sequatur.* Nam & hic nominatim Simalio, Donax, & Syriscus vocantur. Sed fallitur in eo Donatus, quod ait evocationem per tumultum fieri. De conjuratione illud verum, & tum dux dicere solet, *Qui Remp. salvam esse vult, me sequatur.* neque illud evocatio, sed conjuratio dicebatur. Neque quod quidem ego sciam nominatim in conjuratione illud fieri solitum, sed simpliciter, illa quæ diximus verba dicebantur, & simul tum jurabant. unde & conjurationi nomen. *D. Vossius.*

2. *Cujus adventu cognito Sotiates*] Ἀπάτας vocat Dio, sed corrupti libri, ut jam alii notarunt, & facilis error ex σωτιάτας in ἀπάτας, nam σ in α abiit ωτ in π. *Idem.*

3. *Cujus rei sunt longe peritissimi*] Ait Gellius lib. IX. cap. XIV. *C. Cæsar in libro de Analogia secundo hujus die, & hujus specie, dicendum putat.* Ciacconius & Ursinus hinc affirmare ausi non *rei* hoc loco sed *re* scribendum. apage cum talibus nugis. *dies*, *species*, *facies*, & quæ alia Gellius memorat desinunt in *es* post vocalem, sive ut in Græcis dicimus *es purum*: nihil tale in *res*, *spes*, aut similibus. *Idem.*

4. *Multis locis apud eos ærariæ secturæ sunt*] Variant codices, nam alii *stricturæ* habent. Ciacconius utrumque & *stricturæ* & *secturæ* glossam esse arbi-

locis apud eos ærariæ ſecturæ ſunt; ubi diligentia noſtrorum, nihil his rebus profici poſſe intellexerunt, legatos ad Craſſum mittunt; ſeque in deditionem ut recipiat, petunt. Qua re impetrata, arma tradere juſſi, faciunt.

1 XXII. Atque in ea re omnium noſtrorum intentis animis, alia ex parte oppidi [1] Adcantuannus, qui ſummam imperii tenebat, cum DC devotis, (quos illi Sol-
durios

arbitratur. Vix crediderim, nam non adeò vulgaris illa vox ſtricturæ, vel ſecturæ, ut temere quis eam inſerturus fuerit. Tamen neſcio quis hac notione uſurpaverit præter Cæſarem. Stricturam eſſe ſcintillam, item ferri laminam, & percuſſionem docet ex Lucillio & Marone Nonius. Et in gloſſis *ſtrictura μέταλλον*. *Sectruras* ajunt notare *fodinas* à ſecando. Sed autoritatem velim. *D. Voſſius.*

1. *Adcantuannus, qui ſummam imperii tenebat, cum* DC *devotis, quos illi Soldurios appellant*] Lege *Adiatomus*, vel *Adiatumnus*. Illud Athenæus habet. hoc v. c. Scalig. ubi ſcriptum *Adcantuannus* vel *Adiatumnus*, facile mutatur *i* in *c* & *m* in *an*. Ambigebat librarius, an *a* lineam ſupraſcriptam haberet hoc modo *Adcātuannus*. itaque ſcripſit utrumque. Apud Athenæum autem ex Nicolao Damaſceno legere eſt, Ἀδιάτομον τὸν τῶν Σωτιατῶν βασιλέα, ἔθνος δὲ τοῦτο Κελτικὸν, ἑξακοσίους ἔχειν λογάδας περὶ αὐτὸν, οὓς καλεῖσθαι ἀπὸ Γαλατῶν τῇ πατρίῳ γλώττῃ Σιλοδούρους, τοῦτο δ' ἐστὶν Ἑλληνιστὶ εὐχωλιμαίους. Simile apud Græcos juramentum fuit quod poſt ſecundam irruptionem Mardonii in Atticam dixerint. nam teſte Diodoro lib. XI p. 23. juraverant ii, οὐ καταλείψω τοὺς ἡγεμόνας οὔτε ζῶντας οὔτε ἀποθανόντας. Forſan eo modo apud Carthaginenſes quoque ἱερὸς λόχος dictus, tanquam devotus, & quia ſacramento ſe adſtrinxerant milites ii ducem ſe nequaquam deſerturos eſſe. Scribit de iis Diodorus lib. XX. Γενναίας δὲ μάχης γενομένης Ἄννων μὲν ἔχων συναγωνιζόμενον τὸν ἱερὸν λόχον τῶν ἐπιλέκτων ἀνδρῶν, καὶ σπεύδων ποιῆσαι διὰ τούτων τὴν νίκην, ἐνέκειτο βαρὺς τοῖς Ἕλλησι, καὶ συχνοὺς ἀνῄρει. Et paullo poſt tradit, acerrime hos pugnaſſe, nec niſi occiſo Hannone, (is autem duxerat) & prementibus acerrime hoſtibus ceſſiſſe. At libro XVI affirmat, omnes qui in ſacra hac acie erant ad internecionem cæſos. Τέλος δὲ οἱ μὲν ἱερὸν λόχον ἀναπληροῦντες, καὶ τὸν μὲν ἀριθμὸν ὄντες δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι, ταῖς δ' ἀρεταῖς καὶ δόξαις ἔτι δὲ ταῖς οὐσίαις πρωτεύοντες ἅπαντες ἀγωνισάμενοι λαμπρῶς κατεκόπησαν. * Prorſus ſimile Germanorum inſtituto de quibus Tacitus ait: *Eſſe illis infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem principi ſuo ex acie receſſiſſe.* Ubi videmus ἱερὸν hunc λόχον ſimilem Prætoriæ cohorti apud Romanos in eo fuiſſe, quod fortiſſimus quiſque in eum deligeretur. Addit de opibus Diodorus, qualis hodie apud Turcas Janizarorum ordo. Quibus locis inducor idem propè Carthaginenſibus ἱερὸν λόχον fuiſſe, quod apud Romanos prætorianus miles, certe videmus utriuſque religionem fuiſſe, imo nefas Imperatorem deſerere. *D. Voſſius.*

* κατέπεσον.

*Ibid.*]

durios appellant; *quorum hæc est conditio, ut omnibus in* 2
*vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderint: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant. neque adhuc hominum* 3
*memoria repertus est quisquam, qui, eo interfecto, cujus se amicitiæ devovisset, mori recusaret*) cum iis Adcantuannus 4
eruptionem facere conatus, clamore ab ea parte munitionis sublato, quum ad arma milites concurrissent, vehementerque ibi pugnatum esset, repulsus in oppidum est: uti tamen eadem deditionis conditione uteretur, a Crasso impetravit.

XXIII. Armis, obsidibusque acceptis, Crassus in 1
fines [1] Vocatium & Tarusatium profectus est. Tum 2
vero barbari commoti, quod oppidum & natura loci, & manu munitum, paucis diebus, quibus eo ventum erat, expugnatum cognoverant, legatos quoquoversus dimittere, conjurare, obsides inter se dare, copias parare cœperunt. mittuntur etiam ad eas civitates legati, 3
[2] quæ sunt citerioris Hispaniæ, finitimæ Aquitaniæ: inde

*Ibid.*] Florentina editio satis antiqua *Adiantimus* habet. Aliæ veteres, *Adiatonnus*. Legendum vero *Adiatomus* ex *Nicolao* Damasceno, quem citat *Athenæus* lib. VI. cap. XIII. p. 249. Ἀδιάτομον τὸν τῶν Σωτιατῶν βασιλέα, ἔθνος δὲ τοῦτο Κελτικὸν, ἑξακοσίους ἔχειν λογάδας περὶ αὑτὸν, οὓς καλεῖσθαι ὑπὸ Γαλατῶν, τῇ πατρίῳ γλώττῃ, Σιλοδούρους. τοῦτο δ' ἐστὶν εὐχωλιμαῖοι. Ex quo videndum an apud Cæsarem legi debeat. *Sobdanus*. Item an hæc verba, quæ post longam parenthesim repetuntur, delenda sint, *cum iis Adcantuannus*. Ciaccon. Cave *Soldurios* cum viro erudito mutes in *Solidunos*; nam & apud *Athenæum* Σιλοδούρους vera est lectio, ut ex *Eustathio* docet *If. Casaubonus* Anim. col. 436. Quod autem suspicatur *Ciacconius*, in nostro verba quædam esse delenda, id vero jam confutavimus ad hujusce libri cap. XX. Vide & *J. F. Gronovium* ad *Senecæ* de ira lib. I. cap. III. *Davies.*

1. *Vocatium*] Sic recte legit Græcus. In plerisque MSS. & editis habemus *Vocontiorum*. Sed hæc lectio aperte est falsa: cum enim Cæsar Aquitanos intra flumen Garumnam contineat, ut patet ex lib. I. initio, fieri non potest, ut hic locum habeant Vocontii, qui trans Rhodanum incolentes ad Alpes pertinebant. Vide *Hadr. Valesium* not. Gall. p. 586. *Ch. Cellarium* Georg. Ant. lib. II. cap. II. p. 156. *Davies.*

2. *Quæ sunt citerioris Hispaniæ, finitimæ Aquitaniæ*] Perperam Ciacconius ejicit vocem *Aquitaniæ*. Ipse supra emendaverat, *quæ sunt civitates Galliæ provinciæ, finitimæ his regionibus*. Et ea verba ad hunc quoque locum adducit. Itaque nescio cur hic absurde adeo mutet. Videri possit non intellexisse correctionem quam ante non malam fecerat. *D. Vossius.*

4 inde auxilia ducesque accersuntur. quorum adventu
magna cum auctoritate, & magna cum hominum mul-
5 titudine bellum gerere conantur. Duces vero ii deli-
guntur, qui una cum Q. Sertorio omnes annos fuerant,
summamque scientiam rei militaris habere existimaban-
6 tur. Ii consuetudine populi Rom. loca capere, castra
munire, [1] commeatibus nostros intercludere instituunt.
7 Quod ubi Crassus animadvertit, suas copias propter ex-
iguitatem [2] non facile diduci, hostem & vagari, &
vias obsidere, & castris satis præsidii relinquere; ob eam
caussam minus commode frumentum, commeatumque
sibi supportari; in dies hostium numerum augeri; non
8 cunctandum existimavit, quin pugna decertaret. [3] Hac
re ad consilium delata, ubi omnes idem sentire intelle-
xit, posterum diem pugnæ constituit.
1 XXIV. Prima luce productis omnibus copiis, dupli-
ci acie instituta, [4] auxiliis in mediam aciem conjectis;
2 quid hostes consilii caperent, exspectabat. Illi, etsi pro-
pter multitudinem, & veterem belli gloriam, paucita-
temque nostrorum, se tuto dimicaturos existimabant;
tamen tutius esse arbitrabantur, obsessis viis, commea-
3 tu intercluso, sine ullo vulnere victoria potiri: &, si
propter inopiam rei frumentariæ Romani sese recipere
cœpissent, impeditos agmine, & [5] sub sarcinis inferio-
res

1. *Commeatibus nostros intercludere instituunt:*] V.c. & MS. noster *insistunt*. Sic Catullus carmine ad Hortalum:

*Et qui principio sub terra quærere venas*

*Institit, ac ferri frangere duritiem.*

D. Vossius.

2. *Non facile diduci*] *Facile* hic tuto est, recte Græcus ἀσφαλῶς. Idem.

3. *Hac re ad consilium*] Sic restituimus ex editt. *Rom.* & *Ven.* Aliæ *concilium* habent; sed perperam, ut multis docet *J. F. Gronovius* ad *Livii* lib. XLIV. cap. II. *Davies.*

4. *Auxiliis in mediam aciem conjectis*] Ut ea in fide contineret; alioqui Socialis exercitus in alas erat divisus. Vide *J. Lipsium* Mil. Rom. lib. I. Dial. VII. *Idem.*

5. *Sub sarcinis inferiores animo*] Quia sarcinis onusti, æqua conditione pugnæ non uterentur, ac proinde, desperata victoria, animos demitterent. Nemo sane non videt *Pet. Ciacconium* nimia emendandi licentia usum esse, cum reponat *sub sarcinis in itinere adoriri*; cui lectioni ne unus quidem favet Codex. *Idem.*

res animo adoriri cogitabant. Hoc consilio probato ab 4
ducibus, productis Romanorum copiis, sese castris tenebant. [1] Hac re perspecta, Crassus, quum sua cuncta- 5
tione, atque opinione, timidiores hostes, nostros milites alacriores ad pugnandum effecisset, atque omnium voces audirentur, exspectari diutius non oportere, quin ad castra iretur; cohortatus suos, omnibus cupientibus, ad hostium castra contendit.

XXV. Ibi, quum alii fossas complerent; alii, mul- 1
tis telis conjectis, defensores vallo munitionibusque depellerent, auxiliaresque, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, lapidibus telisque subministrandis, & ad aggerem cespitibus comportandis, speciem atque opinionem pugnantium præberent; quum item [2] ab hostibus constanter, ac non timide, pugnaretur, telaque ex loco superiore missa non frustra acciderent;

1. *Hac re perspecta Crassus, quum sua cunctatione, atque opinione, timidiores hostes, nostros milites ad pugnandum alacriores effecisset*] Nugatur iterum Hottomannus, cum *opinionem* hic pro auctoritate & opinione virtutis positam ait. Prorsus hic idem Cæsar vult quod superius de Sabino dixit: *hac confirmata opinione timoris.* Ursinus in v. c. reperit, *quum sua cunctatio atque opinio.* Emendo omnino: *Hac re perspecta Crassus, quum sua cunctatione atque opinione timoris hostes nostros milites ad pugnandum alacriores effecissent.* Juvat me Græcus qui habet: ὁ γοῦν ὁ Καῖσαρ, καὶ τοὺς μὲν πολεμίους τούτῳ τῇ ἀναβολῇ καὶ ἣ (lego ἣν) φόβου παρέχειν δόξῃ, τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας προθυμοτέρους εἰς τὴν μάχην ἀπεργάσασθαι. Quin & Anonymus Celsi exscriptor, qui habet: p. 63. *Romani hostium tarditatem non consilio imputantes, sed pavori, & hortante duce, & militibus pugnæ signum una voce poscentibus, signo dato castra aggrediuntur.* Vel si hoc minus placet lege cum v. c. *cum sua cunctatio atque opinio timidiores hostes, nostros milites ac p. a. effecisset.* Et dicat tunc Cæsar: hostilem militem, quippe ignarum quo consilio duces sui cunctarentur timere cœpisse, Romanos alacriores factos. Et sic Livius lib. VII. *Cum ipsa cunctatio & hosti animos minuisset, & auxisset nostris.* Hic hostes expone hostium gregarios milites, nam nullus timorem induit, ob id quod consulto facit. Illud autem *sua* in *ipsa* cum Ciacconio mutare supervacuum est. Philippus Rubenius lib. I. Elect. cap. 8. legebat *cum sua cunctorumque opinione timidiores hostes, n. m. a. p. a. effecissent.* quod rejicio: & primam conjecturam veram esse nullus ambigo. *D. Vossius.*

2. *Ab hostibus constanter*] Audacter & intrepide. Perperam Græcus vertit φρονίμως, quasi hæc vox idem denotaret ac *sapienter. Suetonius* Tiber. cap. XIX. *Prælia aliquanto constantius inibat.* Vide etiam notat. ad lib. I. B. G. cap. XL. *Davies.*

2 derent; equites, circuitis hostium castris, Crasso re-
nunciaverunt, non eadem esse diligentia ab Decumana
porta castra munita, facilemque aditum habere.

1 XXVI. Crassus, equitum præfectos cohortatus,
ut magnis præmiis pollicitationibusque suos excitarent,
2 quid fieri velit, ostendit. Illi, ut erat imperatum, e-
ductis quatuor cohortibus, quæ præsidio castris reli-
ctæ, integræ ab labore erant, & longiore itinere cir-
cumductis, ne ex hostium castris conspici possent, o-
mnium oculis mentibusque ad pugnam intentis, cele-
riter ad eas, quas diximus, munitiones pervenerunt;
3 [1] atque his perruptis, prius in hostium castris constite-
runt, quam plane ab his videri, aut, quid rei gerere-
4 tur, cognosci posset. Tum vero, clamore ab ea parte au-
dito, nostri redintegratis viribus, quod plerumque in
spe victoriæ accidere consuevit, acrius impugnare cœ-
5 perunt. Hostes undique circumventi, desperatis omni-
bus rebus, se per munitiones dejicere, & fuga salutem
6 petere contenderunt. quos equitatus apertissimis campis
consectatus, ex millium L numero, quæ ex Aquitania
Cantabrisque venisse constabat, vix quarta parte reli-
cta, multa nocte se in castra recepit.

1 XXVII. Hac audita pugna, maxima pars Aquita-
niæ sese Crasso dedidit, obsidesque ultro misit: quo in
numero fuerunt Tarbelli, Bigerriones, Preciani, Vo-
cates, Tarusates, Elusates, Garites, Ausci, Garum-
2 ni, Siburzates, Cocosatesque. Paucæ ultimæ nationes,
anni

1. *Atque his perruptis* ] In vv. cc. erat *proruptis*. Unde Faërnus *prorutis* faciebat. Ego etiam τὸ *proruptis* probum aio. Cæsar reciproce *per* & *pro* usurpat. Sic dixit *perturbare* pro eo quod vulgo *proturbare*, sic *prosequi* pro *persequi* passim habet. *D. Vossius.*

*Ibid.* ] Hæc lectio debetur *Gabr. Faërni* conjecturæ; MSS. enim & editi *proruptis* exhibent; quæ sane lectio videtur reducenda. *Curtius* lib. IV. cap. XIII, 26. *atque ille* prorupto vallo *exire copias jubet*, *Tacitus* Annal. lib. XV. cap. XL. *finis incendio factus*, proruptis *per immensum ædificiis*. & Hist. lib. I. cap. LXXXVI. Prorupto *ponte sublicio*. Utrobique frustra esse crediderim virum summum *J. F. Gronovium*, qui *prorutis* & *proruto* reponit. *Davies.*

anni tempore confisæ, quod hiems suberat, id facere
neglexerunt.

XXVIII. Eodem fere tempore Cæsar, etsi prope 1
exacta jam æstas erat; tamen, quod omni Gallia paca-
ta, Morini, Menapiique supererant, qui in armis es-
sent, neque ad eum umquam legatos de pace misissent;
arbitratus id bellum celeriter confici posse, eo exerci-
tum adduxit; qui longe alia ratione, ac reliqui Gal- 2
li, [1] bellum agere instituerunt. Nam, quod intellige-
bant, maximas nationes, quæ prœlio contendissent,
pulsas, superatasque esse; continentesque silvas ac pa-
ludes habebant; eo se, suaque omnia contulerunt.
Ad quarum initium silvarum quum pervenisset Cæ- 3
sar, castraque munire instituisset; neque hostis inte-
rim visus esset; dispersis in opere nostris, subito ex
omnibus partibus silvæ evolaverunt, & in nostros im-
petum fecerunt. Nostri celeriter arma ceperunt, eos-
que in silvas repulerunt; &, compluribus interfectis, 4
longius impeditioribus locis secuti, paucos ex suis de-
perdiderunt.

XXIX. Reliquis deinceps diebus Cæsar silvas cæ- 1
dere instituit; &, ne quis inermibus imprudentibus-
que militibus ab latere impetus fieri posset, [2] omnem
eam materiam, quæ erat cæsa, conversam ad hostem
collocabat, & pro vallo ad utrumque latus exstruebat.
Incredibili celeritate magno spatio paucis diebus confe- 2
cto, quum jam pecus atque extrema impedimenta ab
nostris tenerentur, ipsi densiores silvas peterent; ejus-
modi tempestates sunt consecutæ, uti opus necessario
intermitteretur, & continuatione imbrium, diutius
[1] sub

1. *Bellum agere*] Testatur *F. Ursinus* hunc locum in vett. Codd. ita scribi; unde factum, ut hanc lectionem in *textum* reciperem: licet enim rarus sit loquendi modus, probus tamen est, ut docuit *J. F. Gronovius* Observ. lib. II. cap. III. Sugg. *bellum gerere*, quod ex Glossa ortum habuit. *Davies.*

2. *Omnem eam materiam*] Sic & alibi lignum vocat. Ita enim *Curtius* lib. VI. cap. VI, 28. *Multam materiam ceciderat miles.* Vide & *Quintilianum* in Præf. ad lib. VII. Inst. Orat. p. 329. *Idem.*

3 [3] sub pellibus milites contineri non possent. Itaque, vastatis omnibus eorum agris, vicis ædificiisque incensis, Cæsar exercitum reduxit, & in Aulercis, Lexoviisque, reliquis item civitatibus, quæ proxime bellum fecerant, in hibernis collocavit.

3. *Sub pellibus*] Vetus locutio, pro eo quod est *Sub tentoriis*, quæ pellibus constabant. *Valerius Maximus* lib. II. cap. VII. *Neve tentorium ex pellibus haberet.* *Tacitus* lib. XIII. *Retentusque omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme sæva adeo, ut obducta glacie, nisi effossa, humus tentoriis locum non præberet.* *Hirtius* de bell. Afric. cap. XLVII. *Perquam pauci sub pellibus acquiescebant.* *Livius* lib. XXIII. *Ubi primum sub pellibus haberi cœpti sunt.* Hotoman. Vide *J. Lipsium* Mil. Rom. lib. V. Dial. V. *Davies.*

LIBER

# LIBER IV.

## SUMMARIUM LIB. IV. DE BELLO GALLICO.

*Usipetes & Tenchtheri Germani, metu Suevorum, novas sibi sedes in Galliis quærunt:* IV. *Menapiosque finibus expellunt.* VI. *Inde ad Eburones & Condrusos translati, a Cæsare,* XII. *quamvis primum equestri pugna superiores,* XV. *post tamen castris exuuntur: ac reliquiæ ad Sigambros trans Rhenum se recipiunt.* XVII. *Cæsar fabricato ponte,* XVIII. *Rhenum transit; Sigambros ulciscitur;* XIX. *Ubios liberat.* XXI. *Inde in Galliam reversus,* XXIII. *è Morinis in Britanniam trajicit:* XXIV. *atque ægre in terram exposito exercitu,* XXVII. *incolas in deditionem accipit.* XXX. *Qui tamen, quod adflictam tempestate Romanam classem, equitatumque abesse, viderent, animati rebellant.* XXXV. *Sed denuo subacti,* XXXVI. *obsides tradunt: Cæsarque in Galliam redit.*

I. EA, quæ secuta est, hieme, qui fuit annus [1] Cn. Pompejo, M. Crasso, Coss. [2] Usipetes Germani, & item Tenchtheri, magna cum multitudine hominum, flumen Rhenum transierunt, 1

1. *Cn. Pompeio, M. Crasso Coss.*] Consulatum Pompeii & Crassi secundum dicit; quod incidit in annum U. C. DCXCIX, cum eundem honorem ante annos quindecim ambo simul gessissent. *Glandorp.*

2. *Usipetes Germani, & item Tenchtheri*] Plutarchus in Cæsare, δύο Γερμανικῶν ἐθνῶν μεγάλων, ἐς Ἴπας καλοῦσι τοὺς ἑτέρους, τοὺς δὲ Τεντερίδας. Sane passim in Græcis scriptoribus videas propria nomina librariorum inscitia corrupta, & plerumque priores vocabulorum partes avellunt, indeque aliquam particulam copulativam, aut articulum fingunt, ut hic ἐς Ἴπας, pro Οὐσίπετας. Simile apud Ptolemæum οἱ Ῥομάνδυες, pro Οὐιερομάνδυες. Sic apud Dionem quodam loco legi καὶ Σχίλλαν, pro Κασουελλαύνον, nam *Cassivellaunum* designat. etiam in Cæsare ms. ubi secundo commentariorum legitur *in Nantuates*, invenio *in Antuates.* ubi putarunt exscriptores *n* literam, à priore vocula *in* adhæsisse τῷ *Nantuates.* D. Vossius.

2 runt, non longe à mari, quo Rhenus influit. Caussa
transeundi fuit, quod ab Suevis complures annos exa-
gitati, bello premebantur, & agricultura prohibeban-
3 tur. *Suevorum gens est longe maxima, & bellicosissima Ger-*
4 *manorum omnium. Ii centum pagos habere dicuntur: ex qui-*
*bus quotannis singula millia armatorum, bellandi caussa, suis*
*ex finibus educunt.* [1] *reliqui domi manent: pro se atque illis*
5 *colunt. Hi rursus invicem anno post in armis sunt: illi domi*
6 *remanent. Sic neque agricultura, neque ratio, neque usus*
7 *belli intermittitur: sed privati, ac separati, agri apud*
*eos nihil est: neque longius anno remanere* [2] *uno in loco, in-*
8 *colendi caussa, licet. neque multum frumento,* [3] *sed ma-*
*ximam partem lacte atque pecore vivunt, multumque sunt in*
9 *venationibus. quæ res & cibi genere, & quotidiana exerci-*
*tatione, & libertate vitæ (quod à pueris nullo officio aut di-*
*sciplina assuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant) &*
*vires*

1. *Reliqui domi manent, pro se atque illis colunt*] MSS. *Brant. Norvic.* & editt. *Rom. Ven.* aliæque veteres habent, *Reliqui, qui domi manserunt* (vel *manserint*) *se atque illos alunt.* Solus, quod equidem scio, Codex *Ursinianus* vulgatæ lectioni fidem facit. *Davies.*

2. *Uno in loco incolendi caussa licet*] Ms. noster *colendi*, quod Ciacconius probat. Ego prius malo. Cæsar hic non de agricultura sed habitatione loquitur. Explicat se ipse Cæsar, cum l. VI. c. XXI. de moribus Germanorum scribens ait: *anno post alio transire cogunt.* & paullo post, *ne accuratius ad frigora atque æstus vitandos ædificent.* Græcus quoque κατοικεῖν habet. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Proba videtur *colendi* lectio, quæ *incolendi* significatione apud bonos Auctores occurrit. *Pomponius Mela* lib. I. c. XIX. de Ponto Euxino: *Olim*, inquit, *ex* colentium *sævo admodum ingenio Axenus — dictus. Silius* Italicus lib. V, 242.

*Nisi quem Deus ima* colentum
*Damnasset Stygia nocti.*

Lib. VIII, 69.

*Non cæli, non illa soli, non gnara* colentum.

Cum hæc vocis potestas fuerit paullo rarior, Librarii oræ Codicum notius eo sensu vocabulum adlevere, quod tandem in contextum orationis est receptum. *Davies.*

3. *Sed maximam partem lacte atque pecore vivunt*] Id est, *maxima ex parte.* Græcismus *Cæsari* familiaris. Infra: *& reliquam partem hiemis se eorum copiis aluerunt.* Supra lib. III. cap. XII. *hæc eo facilius magnam partem æstatis faciebant.* lib. V. cap. VII. *Qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consuevit.* lib. VII. cap. XXV. *Ne majorem æstatis partem flumine impediretur.* Cui simile est illud *Ciceronis* de reditu suo ad populum: *magnam partem tectis ac tenebris continebantur.* Plura suggeret Græcorum schola, quorum id proprium; κατὰ enim libenter exaudiunt. *Brant.* Vide & *D. Lambinum* ad *Lucretii* lib. III. p. 297. ed. Francof. *Idem.*

*vires alit, & immani corporum magnitudine efficit. Atque* 10
*in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis*
*neque vestitus, præter pelles, habeant quidquam, quarum pro-*
*pter exiguitatem,* [1] *magna est corporis pars aperta: & la-*
*ventur in fluminibus.*

II. *Mercatoribus est ad eos aditus, eo magis, ut quæ bello* 1
*ceperint, quibus vendant, habeant; quam quo ullam rem ad*
*se importari desiderent. Quin etiam jumentis, quibus maxime* 2
*Gallia delectatur, quæque* [2] *impenso parat pretio, Germani*
*importatis non utuntur; sed,* [3] *quæ sunt apud eos nata pra-*
*va atque deformia, hæc quotidiana exercitatione,* [4] *summi*
*ut sint laboris, efficiunt. Equestribus prœliis sæpe ex equis de-* 3
*siliunt, ac pedibus prœliantur; equosque eodem remanere ve-*
*stigio assuefaciunt; ad quos se celeriter,* [5] *quum usus est, re-*
*cipiunt. neque eorum moribus turpius quidquam, aut inertius* 4
*habetur, quam ephippiis uti. Itaque ad quemvis numerum e-* 5
*phippiatorum equitum quamvis pauci adire audeant. Vinum* 6
*ad se omnino importari non sinunt, quod ea re ad laborem*
*ferendum remollescere homines, atque effeminari arbitrantur.*

III. *Publice maximam putant esse laudem, quam latissime* 1
*à suis finibus vacare agros: hac re significari,* [6] *magnum nu-*
*merum*

1. *Magna est pars corporis aperta*] Vide notat. ad lib. VI. B. G. cap. XXI. *Idem.*

2 *Impenso parat pretio*] *Ursinus* reponit *Immenso*, quod non placet. Sic enim etiam locutus *Livius* lib. II. cap. IX. *Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum omni sumptu, ademtum privatis.* Hotoman. Vide & *Ciceronem* ad Atticum lib. XIV. Epist. XII. & *Festum.* Davies.

3. *Quæ sunt apud eos nata prava atque deformia*] Sic recte in Petaviano quoque codice est: quamvis Cujac. habeat *parva.* Locutus similiter Xenophon lib. I. Cyropæd. p 20. ἀλλ' ἦν πονηροί γε φαινόμενοι, καὶ ὅτι πονηρῶν ἱππέων ἐχόμενοι. *Sed & pravi videntur, & pravis equis vehuntur.* Πονηρὸς est nullius pretii, nec aspectu, nec incessu pulcher, inhabilis, ineptus ad usum. *D. Vossius.*

4. *Summi ut sint laboris*] Hoc est, ut maximum laborem tolerent. *Davies.*

5. *Quum usus est*] Vulg. *Cum usus poscit.* Sed cum omnes MSS. & editt. veteres, lectionem a nobis receptam tueantur, causa visa non est, cur Codicum auctoritatem deseramus; utraque enim locutio æque est Latina. *Idem.*

6. *Magnum numerum civitatium*] De voce *civitatium*, quam nonnulli rejecerunt, vide *G. J. Vossium* de Anal. lib. II. cap. XIV. *Idem.*

2 *merum civitatium suam vim sustinere non potuisse. itaque* [1] *una ex parte à Suevis circiter* [2] *millia passuum* DC *agri vacare dicuntur.*
3 *Ad alteram partem succedunt Ubii, quorum fuit civitas ampla atque florens,* [3] *ut est captus Germanorum,* [4] *& paullo, qui sunt ejusdem generis, etiam ceteris humaniores; propterea quod Rhenum attingunt, multique ad eos mercatores ventitant, & ipsi propter propinquitatem Gallicis*
4 *sunt moribus assuefacti.* Hos quum Suevi, multis sæpe bellis

1. *Una ex parte à Suevis*] Ms. *à Suis.* Ita quoque in suo codice Ciacconius repererat, & *ob iis* emendarat. perperam. Vulgata lectio clara, & proba est. *D. Vossius.*

2. *Millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur*. Fœdissimus error, & nihilominus à Scaligero quoque transmissus. Lipsius Elect. lib. II. cap. VII. & Hottomannus LX rescribebant. Et facile DC potuit fieri ex LX. Græcus habet *ςάδια πεντακιχίλια διακοσίων δέοντα*, quod tantundem est ac passuum millia sexcenta. Ego ex Ms. nostro rescribo *centum*. D. Vossius.

*Ibid.*] Eruditissimi viri *Fr. Hotomannus* & *Just. Lipsius* Elect. lib. II. cap. VII. legunt *millia passuum* LX. Idem etiam ante eos suspicatus est *Joan. Glandorpius*. Sola, qua innixi sunt, ratio est, quia *millia passuum* DC. spatium nimis enorme videbantur. Sed me non habent adsentientem; cum enim constet, in hisce De Bell. Gallico libris *civitatem* regionis incolas denotare, si una ex parte à Suevis circiter millia passuum LX. tantum vacarent, perexiguas oporteret esse regiones, si hac re significaretur *magnum numerum civitatium* suam vim sustinere non potuisse. Ob hanc etiam causam nihil moror lectionem Codicis *Vossiani*, qui exhibet *circiter millia passuum* C. præterquam enim quod alii omnes vulgatam retineant, facile fieri potuit ut vel casu excideret D, vel emendatorculus aliquis expunxerit. Haud tamen negandum, cum hæc à Germanis acceperit Cæsar, famam timori conjunctam, ut fit, aliquatenus auxisse. *Davies.*

3. *Ut est captus Germanorum*] Male noster Ms. *ut est campus Germanorum*. Rectè Græcus ὡς γε κατὰ Γερμανὲς. D. Vossius.

4. *Et paullo qui sunt ejusdem generis, etiam ceteris humaniores*] Mutant Ciacconius, & Hottomannus, sed nihil opus. Fateor trajecta paullum verba, quæ non malè ita legas: *& paullo etiam ceteris, qui sunt ejusdem generis, humaniores.* D. Vossius.

*Ibid.*] Legit *P. Ciacconius: Et paullo, quam sunt ejusdem generis etiam ceteri, humaniores*, cui emendationi favet MS. *Norv.* habet enim *& paullo*, quam *sunt* &c. *Hotomannus* autem reponit, *& qui paullo sunt ceteris ejusdem gentis humaniores.* Sed majore, quam par est, libertate utitur vir eruditus; non enim modo vocem unam transponit, & alteram omittit, verum etiam vocabulum *generis* in *gentis* mutavit; absque causa sontica, cum *genus* pro *natione* sumatur, ut patet ex *Curtii* lib. V. cap. I, 40. Mihi nihil simplicius videtur, quam quod in editt. *Rom.* & *Ven.* inveni, *Et qui paullo sunt ejusdem generis etiam ceteris humaniores*, licet ob crebras in *Cæsare* & *Hirtio* vocum transpositiones nihil mutandum censuerim; ideo nec audiendus est *D. Vossius*, qui eas hoc modo disponit: *Paullo etiam ceteris, qui sunt ejusdem generis, humaniores.* Davies.

bellis experti, propter amplitudinem, [1] gravitatemque civitatis, finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt, ac multo [2] humiliores infirmioresque redegerunt.

IV. In eadem caussa fuerunt Usipetes, & Tench- 1
theri, quos supra diximus, [3] qui complures annos Sue-
vorum vim sustinuerunt. ad extremum tamen agris ex- 2
pulsi, & multis locis Germaniæ triennium vagati, ad
Rhenum pervenerunt: quas regiones Menapii incole-
bant, & ad utramque ripam fluminis agros, ædificia,
vicosque habebant. sed tantæ multitudinis adventu per- 3
territi, ex his ædificiis, quæ trans flumen habuerant,
demigraverunt: & cis Rhenum dispositis præsidiis
Germanos transire prohibebant. Illi, omnia experti, 4
quum neque vi contendere, propter inopiam navium;
neque clam transire, propter custodias Menapiorum
possent; reverti se in suas sedes regionesque simulave-
runt. & tridui viam progressi [4] rursus reverterunt: at- 5
que omni hoc itinere, una nocte, equitatu confecto, in-
scios inopinantesque Menapios oppresserunt, qui de 6
Ger-

1. *Gravitatemque civitatis*] Hoc est populi frequentiam, ut alibi *humilitatem* infrequentiam hominum vocat. *D. Vossius.*

2. *Humiliores infirmioresque redegerunt*] Sic restituimus ex MS. *Norv.* & edit. *Rom. Ven.* aliisque vett. impressis, cum in recentioribus legatur *humiliores infirmioresque reddiderunt*, quæ quidem lectio ex Glossemate ortum habuit. Vide not. ad lib. II. B. G. cap. XXVII. *Davies.*

3. *Qui complures annos —— sustinuerunt*] Plerique MSS. & veteres cusi habent, *qui, cum plures annos Suevorum vim sustinuerint* &c. Vulgatam tamen lectionem retineo. Simile fere mendum occurrit apud *Senecam* in Consl. ad Helviam cap. XVI. ubi in edit. *Gronov.* sic legitur; *Nunquam tibi placuit vestis quæ nihil amplius nudaret, cum poneretur*, sensu quidem egregio, sed qui non e Manuscriptis sed *Lipsii* ingenio profluxit. Cum *Pal.* sec. teste *Grutero*, habeat *vestis, quæ ad nihil aliud, quam ut nudaret, componetur*; ad quam lectionem alii etiam MSS. tantum non accedunt, mihi dubium non videtur, quin scribendum sit *vestis, quæ ad nihil aliud, quam ut nudaret, componeretur.* Sic fere *Hieronymus* in Epist. ad Lætam: *Talia vestimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus* vestita corpora nudentur. *Idem.*

4. *Rursus reverterunt*] *Pleonasmus* est, optimis quibusque scriptoribus frequens. *Curtius* lib. III. cap. XI, 14. *Rursus in prælium redeunt.* *Petronius* in Satir. cap. X. *Rursus in memoriam revocatus injuriæ.* Vide & cap. XXIII. *Idem.*

Germanorum discessu per exploratores certiores facti
sine metu trans Rhenum in suos vicos remigraverant.
7 His interfectis, navibusque eorum occupatis, priusquam ea pars Menapiorum, [1] quæ citra Rhenum erat,
certior fieret, flumen transierunt; atque omnibus eorum ædificiis occupatis, reliquam partem hiemis se eorum copiis aluerunt.

1 V. His de rebus Cæsar certior factus, & infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis
mobiles, & novis plerumque rebus student, nihil his
2 committendum existimavit. *Est autem hoc Gallicæ consuetudinis; ut, & viatores etiam invitos consistere cogant; & quod quisque eorum de quaque re audierit, aut cognoverit, quærant; & mercatores in oppidis vulgus circumsistat; quibus ex regionibus veniant; quasque ibi res cognoverint, pro-*
3 *nunciare cogant. His rumoribus atque auditionibus permoti de summis sæpe rebus consilia ineunt: quorum eos è vestigio pœnitere necesse est,* [2] *quum incertis rumoribus serviant; & plerique ad voluntatem eorum ficta respondeant.*

1 VI. Qua consuetudine cognita Cæsar, ne graviori bello occurreret, maturius, quam consueverat, ad
2 exercitum proficiscitur. Eo quum venisset, ea, quæ
3 fore suspicatus erat, facta cognovit: missas legationes à nonnullis civitatibus ad Germanos; invitatosque eos, uti ab Rheno discederent; omniaque, quæ postulas-
4 sent, ab se fore parata. Qua spe adducti Germani latius jam vagabantur, & in fines Eburonum, & [3] Condrusorum,

1. *Quæ citra Rhenum erat*] Mſ. noster, *quieta in suis sedibus erat*. Tum pro *citra* malè *circa* habet. *D. Vossius.*

2. *Quum incertis rumoribus serviant*] Frustra Ciacconius legebat, *cum incerta ut eorum auribus serviant, & plerumque ad voluntatem eorum ficta respondeant*. Nam cur primo *incerta* dicit Cæsar, postea *ficta*. Anonymus Celsi exscriptor p. 65. *reguntur que rumoribus etiam falsis.* Idem.

*Ibid.*] Fidem adhibeant & iis permoti ad res gerendas se componant. Eadem phrasi usus est *Plautus* Trinum. Act. III. Sc. II, 14. *Nec tuis depellor dictis quin rumori serviam.* In MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven.* aliisque perperam scribitur *incertis moribus serviant.* Ita tamen legit *Aimoinus* lib. I. cap. IX. *Davies.*

3. *Condrusorum*] MSS. & vett. e-

diti

sorum, qui sunt Trevirorum clientes, pervenerant. Principibus Galliæ evocatis, Cæsar, ea, quæ cogno- 5
verat, dissimulanda sibi existimavit; eorumque animis permulsis & confirmatis, equitatuque imperato, bellum cum Germanis gerere constituit.

VII. Re frumentaria comparata, equitibusque de- 1
lectis, iter in ea loca facere cœpit, quibus in locis Germanos esse audiebat. à quibus quum paucorum dierum 2
iter abesset, legati ab iis venerunt. quorum hæc fuit oratio: *Germanos neque priores populo R. bellum inferre;* 3
*neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant: quod Germanorum consuetudo hæc sit à majoribus tradita, quicumque bellum inferant, resistere, neque deprecari: hoc tamen dicere, venisse invitos, ejectos domo. Si suam gratiam* 4
*Romani velint, posse eis utiles esse amicos: vel sibi agros attribuant, vel patiantur eos tenere, quos armis possederint: se-* 5
*se unis Suevis concedere;* [1] *quibus ne dii quidem immortales pares esse possint: reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possint.*

VIII. Ad hæc Cæsar, quæ visum est, respondit. sed 1
exitus fuit orationis: *sibi nullam cum his amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent.* [2] *neque verum esse, qui suos fi-* 2
*nes*

diti *Condrusonum*, quod mutavit *P. Ciacconius*; forsan autem immerito, cur enim non æque dici poterit *Condruso* & *Condrusus* ac *Temo* & *Temonus*? Certe *Cæsar* secundam & tertiam *declinationem* in *nominibus propriis* sæpe permiscuit. *Idem.*

1. *Quibus ne dii quidem immortales pares esse possint*] Vetus & jactabunda formula: sic Homero ἀντίθεοι heroes appellati. Tale, *Tydidem superis parem.* D. Vossius.

*Ibid.*] Similiter fere *Cæsar* in Orat. apud Auctorem de B. Hisp. c. XLII. *An me deleto non animadvertebatis decem habere legiones populum R. quæ non solum vobis obsistere sed etiam cœlum diruere possent?* *Homerus* etiam Deos inducit ab hominibus victos & vulneratos, quam ob causam eum merito reprehendit *Plato* Rep. lib. II. p. 430. Vide & *Lucianum* Jov. Trag. Tom. II. p. 139. Sic Ethnici, ancipiti furore acti, quos *impie* in Deorum numerum adsciverant, hominibus imbecilliores, dum Deos esse crederent, *inepte* finxerunt. *Davies.*

2. *Neque verum esse*] *Verum* hic *æquum* aut *rectum denotat*, quomodo *Horatius*, lib. II. sat. III. dixit:

*An quæcumque facit Mæcenas, te quoque verum est?*

Et lib. i. epist. VII.

*Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.*

Et quod hic *non verum* dixit Cæsar, *non æquum* dicunt postea Germani, cum *Cæsari* respondent: *si se invito*, Ger-

*nes tueri non potuerint, alienos occupare: neque ullos in Gallia vacare agros, qui dari tantæ præsertim multitudini sine injuria possint. sed licere, si velint in Ubiorum finibus consi-*
3 *dere: quorum sint legati apud se, & de Suevorum injuriis querantur, & à se auxilium petant.* [1] *Hoc se ab Ubiis impetraturum.*

1 IX. Legati hæc se ad suos relaturos dixerunt: &, re deliberata, post diem tertium ad Cæsarem reversuros:
2 interea, ne propius se castra moveret, petierunt. Ne
3 id quidem Cæsar ab se impetrari posse dixit. cognoverat enim magnam partem equitatus ab iis aliquot diebus ante prædandi, frumentandique caussa ad Ambivaritos trans Mosam missam. Hos expectari equites, atque ejus rei caussa moram interponi arbitrabatur.

1 X. [2] *Mosa profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni recepta, quæ appellatur*
2 *Walis, insulam efficit Batavorum. neque longius ab eo milli-*
3 *bus passuum* LXXX *in Oceanum transit. Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, & longo spatio per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatrico-*
4 *rum, Tribocorum, Trevirorum citatus fertur: & ubi Oceano appropinquavit, in plures diffluit partes, multis ingentibus-*

*Germanos in Galliam transire, non æquum existimaret, cur sui quidquam esse imperii, aut potestatis trans Rhenum postularet? Cicero* pro domo sua, ut quidem in libris calamo exaratis legitur: *Qui negas esse verum* (vulgati *juris*) *ulli rei extra ordinem præfici.* Brantius. Vide *J. F. Gronovium* ad *Livii* lib. III. cap. XLIII. & ad *Senecæ* de ira lib. II. cap. XXIX. *Idem.*

1. *Hoc se ab Ubiis impetraturum*] Anonymus Celsi exscriptor, pro his verbis habet: *se Suevis imperaturum ut ab eorum offensionibus abstineant.* Non dubito corrupta esse: vel malo eum Cæsaris codice usum. *D. Vossius.*

*Ibid.*] In *Carrar.* Codice scribitur *hoc Suevis imperaturum*; unde ita opinor locum emendari oportere *hoc se his imperaturum*: verisimile enim est, cum crebra hoc loco mentio Suevorum fieret, Librarium inscitia *Suevis* pro *se iis* vel *se iis* reposuisse. *J. Mich. Brutus.* Carrariensis Codicis lectionem exhibent *Jul. Celsus* p. 66. MS. *Norv.* & edit. Rom. 1472. In Veneta autem legitur *hoc Suevis impetraturum.* Davies.

2. *Mosa profluit ex monte Vogeso*] MSS. *Brant. Norv.* & editt. *Rom. Ven.* aliæque, transpositis vocabuli elementis, habent *Vosego*, quemadmodum etiam legit Metaphrastes. Ad hanc fere formam accedunt medii ævi scriptores, ut docet *Christ. Cellarius* Geogr. Ant. lib. II. cap. II. p. 112. *Idem.*

*busque insulis effectis, quarum pars magna à feris barbarisque*
*nationibus incolitur: ex quibus sunt, qui piscibus, [1] atque* 5
*ovis avium vivere existimantur, [2] multisque capitibus in O-*
*ceanum influit.*

XI. Cæsar, quum ab hoste non amplius passuum 1
XII millibus abesset, ut erat constitutum, ad eum le-
gati revertuntur. qui in itinere congressi, magnopere,
ne longius progrederetur, orabant. Quum id non im- 2
petrassent, petebant, uti ad eos equites, qui agmen
antecessissent, præmitteret, eosque pugna prohiberet:
sibique uti potestatem faceret in Ubios legatos mitten-
di.

1. *Atque ovis avium vivere existimantur*] Græci, & Plinius ac Mela *Oonas* appellant. Sane ut multi volunt hodieque vetus nomen retinet insularum una, quam *Everlandt* vocamus. Negat tamen Cluverus de hac insula scribere Cæsarem potuisse. vide German. ejus part. 2. p. 134. *D. Vossius.*

2. *Multisque capitibus in Oceanum influit*] Rarum sane apud veteres, imo, quod quidem ego sciam, à nemine alio usurpatum vocabulum hac notione. Nam ἐκβολὰς plerumque vocant *ostia*. Utcumque Lambinus comment. ad 1. Horat. odam contendat *caput*, quando de fluvio dicitur semper notare ostium. Quod inter cætera probatum it his Maronis verbis ex IV Georg. vers. 319.

*Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis.*

Sed fallitur. Nam hic caput omnino notat fontem amnis, uti & Servius affirmat: & abunde vel sola vox *sacri* indicat. Nam fontes fluviorum sacri credebantur nymphis, earumque sedes esse. Unde & Maro paulo post ait Aristæum pastorem (de quo hic sermo) cum matrem implorasset, receptum ab ea in domicilium, subditque:

*Jamque domum mirans genitricis, & humida regna,*
*Speluncisque lacus clausos lucosque sonantes,*
*Ibat.*

Nam hic speluncæ loca sunt; unde fontes oriuntur. Sic & Horatius ode 1. lib. 1.

*— nunc viridi membra sub arbuto*
*Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.*

Ubi Acro. *Sacræ aquæ, omnis enim fons in origine sua sacer est.* Sed illud videndum qua ratione Cæsar dixerit Rhenum capitibus multis influere in Oceanum. Fortassis synecdoche est totius pro parte, ut quemadmodum *ora* vel *os* sæpe pro toto corpore, aut capite apud historicos invenias, ita hic caput pro ore vel ostio fluminis dicatur. Forsan & simile sit ab arboribus, quorum radicem appellare pedem poscis, ut rami cacumina sunt. Caput autem in homine supremum, ita & in flumine fons pes sit, ostia, capita. *D. Vossius.*

*Ibid.*] *Virgilius Æn.* VIII, 727. Rhenum *bicornem* nominat, & *Asinius Pollio* hoc flumen δίστομον fuisse dixit, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας, ut docet *Strabo* Geogr. lib. IV. pag. 193. Inter eos fortasse *Cæsar*, nam *Asinium* hunc *parum diligenter parumque integra veritate compositos* hosce Commentarios putasse, narrat *Suetonius* in Julio cap. LVI. *Davies*

3 di. quorum ſi principes ac ſenatus ſibi jurejurando fi-
dem feciſſent, ea conditione, quæ à Cæſare ferretur,
ſe uſuros oſtendebant. ad has res conficiendas ſibi tridui
4 ſpatium daret. Hæc omnia Cæſar eodem illo pertinere
arbitrabatur, ut, tridui mora interpoſita, equites eo-
rum, qui abeſſent, reverterentur: tamen ſeſe non lon-
gius millibus paſſuum IV aquationis cauſſa proceſſurum
5 eo die dixit: huc poſtero die quam frequentiſſimi con-
6 venirent, ut de eorum poſtulatis cognoſceret. Interim
ad præfectos, qui cum omni equitatu anteceſſerant,
mittit, qui nunciarent, ne hoſtes prœlio laceſſerent:
&, ſi ipſi laceſſerentur, ſuſtinerent, quoad ipſe cum
exercitu propius acceſſiſſet.

1 XII. At hoſtes, ubi primum noſtros equites conſpe-
xerunt, quorum erat V millium numerus, [1] quum ipſi
non amplius DCCC equites haberent, quod iis, qui fru-
mentandi cauſſa ierant trans Moſam, nondum redie-
rant; nihil noſtris timentibus, quod legati eorum paul-
lo ante à Cæſare diſceſſerant, atque is dies induciis erat
ab iis petitus, impetu facto, celeriter noſtros perturba-
2 verunt; [2] rurſus, reſiſtentibus noſtris, conſuetudine
ſua, ad pedes deſilierunt, ſuffoſſiſque equis, compluri-
buſque noſtris dejectis, reliquos in fugam conjece-
runt; atque ita perterritos egerunt, ut non prius fuga de-
ſiſterent, quam in conſpectum agminis noſtri veniſſent.
3 In eo prœlio [3] ex equitibus noſtris interficiuntur IV &
LXX.

1. *Quum ipſi non amplius* DCCC. *equites haberent*] Mirum ſane videretur, tam paucos Germanos tantum Romanorum numerum fuiſſe aggreſſos, niſi nos rationem docuiſſet *Cæſar* ſupra cap. II. *Neque eorum moribus*, inquit, *turpius quidquam aut inertius habetur, quam ephippiis uti; itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum, quamvis pauci, adire audeant.* Ephippiatos autem fuiſſe equites Romanos ſatis conſtat. Vide *Hier. Magium* Miſc. lib. II. cap. XIV. *Davies.*

2. *Rurſus reſiſtentibus*] Sic recte editio *Rom.* In recentioribus virgula inter duas haſce voces fuit poſita, quam ideo delevi, quod non appareat Germanos in hoc prœlio antea ad pedes deſiliiſſe, ſed certum ſit Romanos ſemel perturbatos iterum repugnaſſe. *Idem.*

3. *Ex equitibus noſtris interficiuntur* IV *&* LXX] Anonymus Celſi exſcriptor. p.67. *Id* inquit, *cum hoſtes advertiſſent, quam* (lego *quanquam*) *numero longe impares, repentino impetu invecti, quadringen-*
*tos*

LXX. in his vir fortissimus Piso Aquitanus, amplissimo 4
genere natus, cujus avus in civitate sua regnum obtinuerat, amicus ab senatu nostro appellatus. Hic quum 5
fratri intercluso ab hostibus auxilium ferret, [1] illum ex periculo eripuit; ipse, equo vulnerato, dejectus, quoad potuit, fortissime restitit. Quum circumventus, 6
multis vulneribus acceptis, cecidisset; atque id frater, qui jam prœlio excesserat, procul animadvertisset, incitato equo, sese hostibus obtulit, atque interfectus est.

XIIII. Hoc facto prœlio, Cæsar neque jam sibi legatos audiendos, neque conditiones accipiendas arbitra- 1
batur ab iis, qui, per dolum atque insidias, petita pace, ultro bellum intulissent. Expectare vero dum ho- 2
stium copiæ augerentur, equitatusque reverteretur, summæ dementiæ esse judicabat: & cognita Gallorum 3
infirmitate, quantum jam apud eos hostes uno prœlio auctoritatis essent consecuti, sentiebat: quibus ad consilia capienda nihil spatii dandum existimabat His 4
constitutis rebus, & consilio cum legatis & quæstore communicato, ne quem diem pugnæ prætermitteret; opportunissima res accidit, quod postridie ejus diei mane [2] eadem & perfidia, & simulatione usi Germani frequentes, omnibus principibus, majoribusque natu adhibitis, ad eum in castra venerunt; [3] simul, ut dice- 5
batur,

*tus septuaginta ex eis occiderant.* D. Vossius.

1. *Illum ex periculo eripuit*] Ita edidi, fidem secutus Manuscriptorum & antiquissimarum editt. Sic infra lib. VII. cap. XLVI. *Vix se ex manibus prædantium militum eriperet.* Vulgati Codices præpositionem hic omittunt. *Davis.*

2. *Eadem perfidia & simulatione usi Germani*] Immerito vocem *Germani* ejicit Hottomannus, & suspectam habet Scaliger. ego hic ἁπλότητα ϗ σαφήνειαν Cæsaris agnosco: qui omnem tollere vult ambiguitatem. Nam quia proxime dixit Gallos hoc uno prœlio audito de novis rebus cogitasse, ne hic rursus de iisdem loqui videatur, addit *Germani*. Porro desidero hic bonam fidem in Cæsare: nam Dion lib. XXXIX. p. 113. A.B. disertim ait, equitatum Romanorum à Germanorum junioribus in fugam conjectum: non probantibus id senioribus, quos invitis junioribus maleficii excusandi caussa ad Cæsarem profectos dicit. *D. Vossius.*

3. *Simul ut dicebatur* &c.] Eruditissimus vir *Fr. Hotomannus* non meminit se primam vocem hoc modo ante

batur, sui purgandi caussa, quod contra, atque esset dictum, & ipsi petissent, prœlium pridie commisissent: simul, ut, si quid possent, de induciis fallendo impe-
6 trarent. Quos sibi Cæsar oblatos gavisus retineri jussit: ipse omnes copias castris eduxit; equitatum, quod recenti prœlio perterritum esse existimabat, agmen subsequi jussit.
1 XIV. Acie triplici instituta, & celeriter IIX millium itinere confecto, prius ad hostium castra pervenit,
2 quam, quid ageretur, Germani sentire possent. qui, omnibus rebus subito perterriti, & celeritate adventus nostri, & [1] discessu suorum, neque consilii habendi, neque arma capiendi spatio dato, perturbantur, copiasne adversus hostem educere, an castra defendere, an
3 fuga salutem petere, præstaret. Quorum timor quum fremitu & concursu significaretur, milites nostri, [2] pri-
4 stini diei perfidia incitati, in castra irruperunt. quorum qui celeriter arma capere potuerunt, paullisper nostris restiterunt, atque inter carros impedimentaque prœ-
5 lium commiserunt. at reliqua multitudo puerorum, mulierumque (nam cum omnibus suis domo excesserant,

ante omnia positam vidisse, ideoque eam loco suo detrudit. & nescio quid mutat. Sed perperam. *Quintilianus* Inst. Orat. Præf. SIMUL *ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei*, SIMUL *ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem.* Vide & *Curtium* lib. IV. cap. X, XI. *Davies.*

1. *Discessu suorum*] Mirè dictum pro *retentione suorum*, ait Hottomannus. Frustra. Ait Cæsar Germanos imparatos fuisse, quia senioribus ad impetrandas inducias digressis, nihil jam prœlium timebant. Sed sæpe aliquanto infelicior Hottomannus in explicandis Cæsaris verbis. *D Vossius.*

2. *Pristini diei*] *Pristinus dies* pro eo qui proxime antecedit, quem vulgus *Pridianum* diceret. Hoc idem animadverti apud *Ciceronem* lib. I. de Orat. cap. VIII. *Ibi ut ex pristino sermone relaxarentur animi omnium, solebat Cotta narrare*, &c. Nam ibi pridianum sine dubio significat. *Hotoman.* Hujusce significationis plura, quam forte putavit *Hotomannus* extant exempla. *Curtius* lib. VIII. cap. IV, 2. *Primus dies quietum iter præbuit, proximus ei nondum quidem procellosus & tristis, obscurior tamen* PRISTINO. *Macrobius* Saturn. lib. I. cap. IV. Die pristine *eodem modo dicebatur, quod significabat* die pristino, *id est, priore; quod nunc pridie dicitur, converso compositionis ordine, quasi* pristino die. Hæc sublegit ex *A. Gellii* Noct. Attic. lib. X. cap. XXIV. *Davies.*

rant, Rhenumque transierant) passim fugere cœpit. [1] ad quos consectandos Cæsar equitatum misit.

XV. Germani post tergum clamore audito, quum 1
suos interfici viderent, armis abjectis, signisque militaribus relictis se ex castris ejecerunt; & quum [2] ad con- 2
fluentem Mosæ & Rheni pervenissent, reliqua fuga desperata, [3] magno numero interfecto, reliqui se in flumen præcipitaverunt; atque ibi, timore, lassitudine, & vi fluminis oppressi, perierunt. Nostri ad unum o- 3
mnes incolumes, perpaucis vulneratis, ex tanti belli timore, quum hostium numerus capitum CDXXX millium fuisset, se in castra receperunt. Cæsar iis, quos 4
in castris retinuerat, discedendi potestatem fecit. Illi 5
supplicia cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros vexaverant, remanere se apud eum velle dixerunt. Iis Cæsar libertatem concessit.

XVI. Germanico bello confecto, multis de caussis 1
Cæsar statuit sibi Rhenum esse transeundum: quarum illa fuit justissima, quod quum videret Germanos tam facile impelli, ut in Galliam venirent, suis quoque rebus

1. *Ad quos consectandos*] Legebat *Hotomannus conservandos.* Quia putat Cæsarem potius prætermissurum fuisse hoc, quam ut memoraret equitatum à se emissum ad concidendum sexum & ætatem imbellem. Quasi non frequens illud sit & citra crudelitatis notam. Hinc *Tacitus*, & alii toties. *Non ætas, non sexus miserationem invenit.* *Cæsar* ipse lib. VII. cap. XXVIII. *Sic & Genabensi cæde, & labore operis incitati, non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt.* D. Vossius.

2. *Ad confluentem Mosæ & Rheni*] graviter hallucinatus est *Ph. Cluverius*, qui German. lib. IV. cap. XIV. legit *ad confluentes* Mosellæ *& Rheni*, ut multis demonstrat. *Joan. Is. Pontanus* discept. Chorogr. de Rheni divortiis cap. V. pag. 27. *Davies.*

3. *Magno numero interfecto, reliqui se in flumen præcipitaverunt*] Nemo tam rudis, aut imperitus rerum, qui fraudem Cæsaris ex ipsiusmet verbis non facile colligat, qui Germanos trium dierum induciis confisos, itaque jam animis otiosos, & tale nihil metuentes, interea dum cum legatis & Principibus agere crederetur, ex improviso oppressit. Advertit hoc & conqueritur *Joan. Goropius Becanus* in Atuat. ut jure merito, cum hujus victoriæ caussa supplicatio à Senatu Romæ decreta esset, Cato sententiam tulerit dedendum esse Barbaris Cæsarem, expiandamque urbis nomine violationem fœderum, vertendasque in fontis caput execrationes, ut scribit *Canusius* apud *Plutarchum* in Cæsare. *Brantius.* Huc etiam referendum, quod habet *Suetonius* in Julio cap. XXIV. *Davies.*

bus eos timere voluit, quum intelligerent, & posse,
2 & audere populi R. exercitum Rhenum transire. Ac-
cessit etiam quod illa pars equitatus Usipetum, &
Tenchtherorum, quam supra commemoravi, prædan-
di frumentandique caussa Mosam transisse, neque prœ-
lio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in
fines Sigambrorum receperat, seque cum iis conjunxe-
3 rat. [1] Ad quos quum Cæsar nuncios misisset, qui po-
stularent; eos, qui sibi, Galliæque bellum intulissent,
4 uti sibi dederent, responderunt: *Populi Romani impe-
rium Rhenum finire: si, se invito, Germanos in Galliam
transire non æquum existimaret; cur sui quidquam esse impe-
5 rii aut potestatis trans Rhenum postularet?* Ubii autem, qui
uni ex transrhenanis ad Cæsarem legatos miserant, ami-
citiam fecerant, obsides dederant, magnopere orabant,
*ut sibi auxilium ferret, quod graviter ab Suevis premerentur;
6 vel, si id facere occupationibus Reipubl. prohiberetur, exer-
citum modo Rhenum transportaret: id sibi ad auxilium,
7 spemque reliqui temporis satis futurum.* [2] *tantum esse no-
men atque opinionem exercitus Romani, Ariovisto pul-
so, & hoc novissimo prælio facto, etiam ad ultimas Germa-
norum nationes, uti opinione, & amicitia populi Romani tuti
8 esse possint. Navium magnam copiam ad transportandum ex-
ercitum pollicebantur.*

1 XVII. Cæsar his de caussis, quas commemoravi,
Rhenum transire decreverat: sed navibus transire ne-
que satis tutum esse arbitrabatur, neque suæ, neque
2 populi Romani dignitatis esse statuebat. Itaque etsi sum-
ma

1. *Ad quos quum Cæsar nuncios misisset*] Usipetum & Tenchtherorum reliquias à Sicambris non petiit Cæsar, quod id se impetraturum speraret, sed ut, iis negatis, Rheni transeundi occasionem captaret, si *Dioni* fides lib. XXXIX. p. 113. Hoc facile credent illi, quibus satis spectatum est hujusce Imperatoris ingenium. Vide & *Plutarchum* in Cæs. Tom. I. p. 718. *Davies.*

2. *Tantum esse nomen atque opinionem*] Editt. Recentiores habent *nomen* apud eos *atque opinionem*; nos autem, ex fide Manuscriptorum & antiquitus cusorum, voces plane superfluas omisimus. *Davies.*

...num trajiciendum effecti.




*A. Bina tigna sesquipedali odem intervallo juncta, at ex adverso defixa. C. Trabes bipedales similia. F. Sublicæ obliquæ contra vim & impetum fluminis operi an bipedalium per se nuda figura. K. Bina sesqui...*



ma difficultas faciundi pontis proponebatur, propter
latitudinem, rapiditatem, altitudinemque fluminis; ta-
men id sibi contendendum, aut aliter non transducen-
dum exercitum existimabat. Rationem igitur pontis hanc
instituit. *Tigna bina sesquipedalia paullum ab imo praacu-* 3
*ta, dimensa ad altitudinem fluminis, intervallo pedum duo-*
*rum inter se jungebat. Hæc cum machinationibus demissa in* 4
*flumen defixerat, fistucisque adegerat, non sublicæ modo di-*
*recta ad perpendiculum, sed prona, ac* [1] *fastigata, ut secun-*
*dum naturam fluminis procumberent. His item contraria duo* 5
*ad eundem modum juncta, intervallo pedum quadragenum*
[2] *ab inferiore parte contra vim atque impetum fluminis con-*
*versa statuebat: hæc utraque bipedalibus trabibus immissis,* 6
*quantum eorum tignorum junctura distabat, binis utrimque*
*fibulis ab extrema parte* [3] *distinebantur. quibus disclusis, at-* 7
*que in contrariam partem revinctis, tanta erat operis firmitu-*
*do, atque ea rerum natura, ut, quo major vis aquæ se inci-*
*tavisset, hoc arctius illigata tenerentur. Hæc directa materia* 8
*injecta contexebantur, ac longuriis, cratibusque consterne-*
*bantur. ac nihilo secius* [4] *sublicæ ad inferiorem partem flumi-* 9
*nis*

1. *Fastigata*] Sic scribendum, *non fastigiata* ut habent editt. Vide not. l. II. B. G. c. VIII. *Davies.*

2. *Ab inferiore parte*] Fluminis, ut opinor, licet aliter visum *J. Lipsio*. Sic locutus est *noster* lib. I. B. G. cap. I. *Pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni.* Sic & *Phædrus* lib. I. Fab. I, 3. de Lupo & agno ad eundem rivum venientibus: *Superior*, inquit, *stabat Lupus*, *longeque inferior agnus*, hoc est, propius ad fluminis ostium. *Idem.*

3. *Distinebantur*] Huic verbo *ligandi* significatus non competit, quem tamen postulat *fibularum* mentio. Lege *destinabantur*. *Apuleius* Metam. lib. I. *Membris ejus destinatis*, *virilia desecavit*. Vide etiam not. ad lib. III. B. G. cap. XIV. *Davies.*

4. *Sublicæ ad inferiorem partem fluminis oblique adigebantur*] Fatetur Hotomannus se non intelligere, quod miror. putabat *superiorem partem* legendum: & sublicas has idem esse quod *defensores* postea Cæsar appellat. Sed frustra. Sublicas Cæsar ad inferiorem partem fluminis posuit, & contra impetum aquarum, ne in alterum latus pons impelleretur. Quod fieri poterat violento amnis cursu. *Defensores* autem non aliud erant, quam pali supra pontem defixi, ne injectæ flumini arbores contingere pontem possent. Plana res est, & ipse Cæsar semet explicat. Quamvis & Lipsium de sublicis dubitasse videam. Mihi nihil ambigendum videtur. *D. Vossius.*

*Ibid*] Eruditissimus vir *Joan. Clericus* Art. Crit. P. III. S. I. C. VI, 21. legit *ad inferiorem partem flumini*, ut intelligenda sit inferior pars non *fluminis*, sed *pontis*; censet enim sublicas

*nis oblique adigebantur*, [1] *quæ, pro pariete subjectæ, &*
10 *cum omni opere conjunctæ vim fluminis exciperent:* [2] *& alia item supra pontem mediocri spatio: ut, si arborum trunci, sive naves, dejiciendi operis caussa, essent à barbaris missæ, his defensoribus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent.*

1 XVIII. Diebus x, quibus materia cœpta erat comportari, omni opere effecto, exercitus transducitur.
2 Cæsar, ad utramque partem pontis firmo præsidio re-
3 licto, in fines Sigambrorum contendit. Interim [3] à compluribus civitatibus ad eum legati veniunt, quibus pacem atque amicitiam petentibus, liberaliter respon-
4 dit, obsidesque ad se adduci jubet. Sigambris ex eo tempore, quo pons institui cœptus est, fuga comparata, hortantibus iis, quos ex Tenchtheris atque Usipetibus apud se habebant, finibus suis excesserant, suaque omnia asportaverant, seque in solitudinem ac silvas abdiderant.

XIX.

blicas vim fluminis excepturas, ad partem ejus, quæ erat supra pontem, collocari oportere. Sed hanc emendationem necessariam esse non arbitror; plane enim mihi satisfecit *D. Vossii* explicatio, quæ & *J. Lipsio* in mentem venerat. Accedit quod *Cæsar* paullo post, has sublicas ad inferiorem partem fluminis adactas, aliis supra pontem sitis opponere videatur, adeo ut utraque series supra pontem non fuerit collocata. *Davies.*

1. *Quæ pro pariete subjectæ*] In aliis codicibus erat *pro ariete.* Et Græcus habet *οἱ δίκην κριῶ τὴν γεφύραν ἐρείδοντες.* Mihi illud *pro pariete* minimè placet. Et tamen ne de ariete quidem satis clara res est. Magnus Turnebus Advers. l. XXIV. cap. XXX. illud *pro ariete* tantundem hic esse putat, quam pro defensione, aut munimento. Et citat locum Ciceronis in Topicis ubi ait: *Nam jacere telum voluntatis est; ferire quem nolueris, fortunæ. Ex quo aries ille subjicitur in vestris actionibus, si telum manu fugit magis, quam jecit.* Sed alio respicere Tullium jam egregiè observatum est Hottomanno. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Ut tigna illa sustentarent. Miror sane *Lipsium* hæc non intellexisse, prout ingenue fatetur Poliorc. lib. II. Dial. V. In aliis Codd. est *pro ariete*, quemadmodum etiam legit Metaphrastes. Sed ex ea lectione sensum idoneum non exsculpsere viri eruditi, licet operam dederit inter alios *Hadr. Turnebus* Advers. lib. XXIV. cap. XXX. *Davies.*

2. *Et alia*] Sic rescripsimus ex MS. *Norv.* & editt. veteribus, cum manifestum sit *sublicas* intelligi. Recentiores perperam habent *alia. Idem.*

3. *A compluribus civitatibus ad eum legati veniunt*] Hinc emendandus est *Jul. Celsus* vit. Cæs. p. 71. ubi de hac re ita loquitur. *Pergenti multarum urbium legiones occurrerunt amicitiam pacemque petentium.* Scribe *legationes*, quod *J. G. Gravium* fugisse miror. *Id.*

XIX. Cæsar paucos dies in eorum finibus moratus, 1
omnibus vicis ædificiisque incensis, [1] frumentisque suc-
cisis, se in fines Ubiorum recepit, atque his auxilium
suum pollicitus, si à Suevis premerentur, hæc ab iis
cognovit: Suevos, postquam per exploratores pontem 2
fieri comperissent, more suo, consilio habito, nuncios
in omnes partes dimisisse, uti de oppidis demigrarent,
liberos, uxores, suaque omnia in silvas deponerent:
atque omnes, qui arma ferre possent, unum in locum
convenirent: hunc esse delectum medium fere regio- 3
num earum, quas Suevi obtinerent: ibi Romanorum
adventum expectare, atque ibi decertare constituisse.
Quod ubi Cæsar comperit, omnibus his rebus confe- 4
ctis, quarum rerum caussa exercitum transducere con-
stituerat, ut Germanis metum injiceret, ut Sigambros
ulcisceretur, ut Ubios obsidione liberaret, diebus o-
mnino XIIX trans Rhenum consumptis; satis & ad lau-
dem, & ad utilitatem profectum arbitratus, se in Gal-
liam recepit, pontemque rescidit.

XX. Exigua parte æstatis reliqua, Cæsar, etsi in iis 1
locis, quod omnis Gallia ad Septentrionem vergit, ma-
turæ sunt hiemes, tamen in Britanniam proficisci con-
tendit, [2] quod omnibus fere Gallicis bellis, hostibus
nostris inde subministrata auxilia intelligebat: &, si 2
tem-

1. *Frumentisque succisis* ] Sic ex ingenio emendavit *Fr. Hotomannus*, quam conjecturam postea firmavit *Joan. Brantii* MS. Alii perperam exhibent *frumentisque succensis*. Davies.

2. *Quod omnibus ferè Gallicis bellis, hostibus nostris inde subministrata auxilia intelligebat* ] Suetonius Jul. c. XLVII. ait fuisse qui prodiderint Cæsarem: *Britanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus*. Quippe deliciarum ejusmodi cupidissimum Cæsarem fuisse. Unde & subdit Suetonius: *Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui, semper animosissimè comparasse*. Miror ego hic loci neminem doctorum voce *animosissimè* offensum. Etenim aliena est. Emendo prorsus *avidissimè*: & nequis audaciæ hic plus quam rationis dicat, eandem vocem reperi in Celso, qui Tranquilli complura tantum non ad verbum exscripsit. Et siquis attendat facile videbit caussam lapsus. Scripserat librarius *avidissime*, unde alter (nam facile *u* & *n* confundi solita) *aniosissime* fecit, solum *d* litera in *os* resoluta; & lineola τοῦ *i* superducta. *D. Vossius*.

tempus anni ad bellum gerendum deficeret; tamen
[1] magno sibi usui fore arbitrabatur, [2] si modo insulam
adisset, genus hominum perspexisset; loca, portus,
aditus cognovisset: quæ omnia fere Gallis erant inco-
3 gnita. neque enim temere præter mercatores ad illos a-
dit quisquam: neque iis ipsis quidquam, præter oram
maritimam, atque eas regiones, quæ sunt contra Gal-
4 liam, notum est. Itaque, convocatis ad se undique mer-
catoribus, neque quanta esset insulæ magnitudo; neque
quæ, aut quantæ nationes incolerent, neque quem usum
belli haberent, aut quibus institutis uterentur; neque
qui essent ad majorum navium multitudinem idonei por-
tus reperire poterat.
1 XXI. [3] Ad hæc cognoscenda, prius quam pericu-
lum faceret, idoneum esse arbitratus, [4] C. Volusenum,
cum

1. *Magno sibi usui*] *Usus* hic utilitatem denotat. Sic cum alibi, tum lib. II. B. C. cap. VIII. *Inventum est magno esse usui posse, si hac esset in altitudinem turris elata.* Similiter *Corn. Severus* in Ætna vs. 260.

*Callent rure manus, glebarum usum experiuntur.*

Id est, commodum, quod ex diversi generis glebis provenire potest, experientia compertum habent. *Usum* autem emendavimus, cum editt. vett. habeant *Glebarum usu experiuntur.* Nuperus quidem interpres, vir eruditissimus, legit *Glebasque usu experiuntur*; sed minore mutatione locus sanari potest, ut vidimus. *Davies.*

2. *Si modo insulam adisset*] Insulam vocat Britanniam fama tantum motus; nam rem ita se habere non nisi multo post *Cæsaris* tempora compertum est. Vide not. ad lib. V. B. G. cap. XIII. *Idem.*

3. *Ad hac cognoscenda, priusquam periculum — præmittit*] Emendat *Hotomannus prius qui.* Quod rectius esse quivis facile videt: non enim Volusenum misit Cæsar, ut ipse postea periculum faceret. Quod si ita est, an non memoria lapsus *Suetonius* in Julio cap. LVIII. cum ait: *Neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus & navigationem, & accessum ad insulam explorasset.* Quomodo enim *per se*, cum Cæsar ipse hic præmisisse ait C. Volusenum cum longa navi? Nisi quod ut Jurisconsulti nostri affirmant, per se egisse videatur, quod mandato ipsius legatus. *Brantius.*

*Ibid.*] Malim equidem *Suetonium* cum summo viro *Is. Casaubono* *μνημονικοῦ ἁμαρτήματος* postulare; licet enim Imperator dici possit id fecisse, quod ejus jussu & auspiciis peragunt Ministri, ut notavimus ad lib. I. B. G. cap. XII. nemo tamen *per se* res gessisse perhibetur, nisi quas *ipse* perpetravit. Certe ita statuit *Jul. Celsus*, ut apparet ex iis quæ habet de vit. Cæs. p. 72. Nec audiendus est *D. Vossius* qui pro altera stat sententia. *Davies.*

4. *C. Volusenum cum navi longa præmittit*] Anonymus Celsi exscriptor cum narrasset præmissum à Cæsare Volusenum, quinto die revertisse,
sub-

cum navi longa præmittit. Huic mandat, ut, explo- 2
ratis omnibus rebus, ad ſe quam primum revertatur.
Ipſe, cum omnibus copiis, in Morinos proficiſcitur; 3
quod inde erat breviſſimus in Britanniam transjectus.
huc naves undique ex finitimis regionibus, &, quam 4
ſuperiore æſtate ad Veneticum bellum fecerat claſſem,
jubet convenire. Interim, conſilio ejus cognito, & 5
per mercatores perlato ad Britannos, à compluribus e-
jus inſulæ civitatibus ad eum legati veniunt, qui polli-
ceantur, [1] obſides dare, atque imperio populi R. ob-
temperare. Quibus auditis, liberaliter pollicitus, hor- 6
tatuſque ut in ea ſententia permanerent, eos domum re-
miſit, & cum his una Comium, quem ipſe, Atrebati- 7
bus ſuperatis, regem ibi conſtituerat, cujus & virtu-
tem, & conſilium probabat, & quem ſibi fidelem ar-
bitrabatur, cujuſque autoritas in his regionibus magna
habebatur, mittit. Huic imperat, quas poſſit, adeat 8
civitates; horteturque, ut populi R. fidem ſequan-
tur: ſeque celeriter eo venturum nunciet. Voluſenus, 9
perſpectis regionibus, quantum ei facultatis dari po-
tuit, qui navi egredi, ac ſe barbaris committere non au-
deret, v die ad Cæſarem revertitur: quæque ibi per-
ſpexiſſet, renunciat.

XXII.

ſubjicit. *Hæc ita communis quidem habet hiſtoria, habeo tamen non ignobiles auctores, qui Cæſarem per ſeipſum portus & navigationem, & acceſſum ad inſulam exploraſſe confirment. Quod ut credi poſſet ipſe ducis animus facit, & ſimilis aliis in rebus audacia.* Haud dubie petivit ex Tranquillo, qui fere iiſdem verbis ait: *Exercitum neque in Britanniam tranſvexit, niſi ante per ſe portus & navigationem & acceſſum ad inſulam exploraſſet.* Sed decepit Anonymum quod recte Imperatori tribuuntur, quæ per miniſtros ſuos gerit, ut ſupra oſtendimus lib. I. Animadverſorum. *D. Voſſius.*

1. *Obſides dare atque imperio P. R. obtemperare*] Hoc eſt, *daturos & obtemperaturos.* Sic ſupra lib. II. cap. XXXII. *Illi ſe quæ imperarentur facere dixerunt.* Et lib. VII. cap. XIV. *Neceſſario diſperſos hoſtes ex ædificiis petere.* Ciaccon. Sic & *Terentius* Phorm. Act. III. Sc. II, 46. *Cras mane argentum mihi miles* dare *ſe dixit.* *Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. lib. I. cap. XXV. *Ille vero abnuere ſe, infractu ſuorum viribus, cum ipſe minimus eſſet, tantum opus* ſuſcipere. Quidam ſane hunc loquendi modum ſuſpectum habuere, ſed ſatis eos confutant illa, quæ attulimus, exempla. *Davies.*

1 XXII. Dum in his locis Cæsar navium parandarum
caussâ moratur, ex magna parte Morinorum ad eum le-
gati venerunt; qui [1] se de superioris temporis consilio
excusarent; quod homines barbari, & [2] nostræ con-
suetudinis imperiti, bellum populo Rom. fecissent, se-
2 que ea, quæ imperasset, facturos pollicerentur. Hoc
sibi satis opportune Cæsar accidisse arbitratus, quod ne-
que post tergum hostem relinquere volebat; neque bel-
li gerendi, propter anni tempus, facultatem habebat;
neque has tantularum rerum occupationes sibi Britan-
niæ anteponendas judicabat; magnum his numerum
3 obsidum imperat. Quibus adductis, eos in fidem rece-
pit, [3] navibus circiter LXXX onerariis coactis, contra-
ctisque, quod satis esse ad duas legiones transportandas
existimabat: quidquid præterea [4] navium longarum
habebat, quæstori, legatis, præfectisque distribuit.
4 Huc accedebant XIIX onerariæ naves, [5] quæ ex eo lo-
co millibus passuum VIII vento tenebantur, quo mi-
nus in eundem portum pervenire possent. Has equiti-
bus distribuit; reliquum exercitum Q. Titurio Sabi-
no,

1. *Se de superioris temporis consilio excusarent*] Quo fiebat, ut legatos ad Cæsarem non mitterent, bellumque iis illatum propulsarent. Romani enim, ut ipsis visum est, singulari jure gaudebant; illis enim licitum erat, quosvis pro libitu aggredi, populus autem, qui se, suaque non dederet, piaculum admittebat. Nec soli hac in re contra justitiam peccarunt, ut apparet ex modo, quo erga Musicanum se gessit Alexander. Vide *Arrianum* de Exp. Alex. lib. V. p. 134. *Davies.*

2. *Nostræ consuetudinis imperiti*]. Ignari Populum R. non modo erga dedititios humanitatem exercere, sed & eos à vicinorum injuriis tutos præstare solitum. *Idem.*

3. *Navibus circiter* LXXX] MS. *Norv.* editt. *Rom. Ven.* aliæque habent DCCCLXXX. Sed pro vulgato numero stat *Orosius* lib. VI; ut & res ipsa. *Idem.*

4. *Navium longarum*] Sic vocat quascunque militares ac onerariis opponit, ut & Græci μακρὰ πλοῖα. Vide *J. A. Bosium* ad *Corn. Nepotis* Themist. cap. II, 5. & *Joan. Schefferum* Mil. Nav. lib. II. cap. II. *Idem.*

5. *Quæ ex eo loco millibus passuum*] Ciacconius ambigebat an legeret, *ex eo loco à millibus p.* Quia lib. V. Cæsar ait *à millibus passuum duobus.* Sed attendere debuerat aliud esse *ex eo loco à millibus passuum duobus*, aliud *à millibus passuum duobus.* Nam quando illud *ex eo loco* retines abundabit τὸ *à*, quando *à* retines, supervacuum erit illud *ex eo loco.* D. Vossius.

no, & L. Aurunculeio Cottæ, legatis, in Menapios,
atque in eos pagos Morinorum, ab quibus ad eum le-
gati non venerant, deducendum dedit. [1] P. Sulpicium 6
Rufum legatum cum eo præsidio, quod satis esse arbi-
trabatur, portum tenere jussit.

XXIII. His constitutis rebus, nactus ideoneam ad 1
navigandum tempestatem, tertia fere vigilia solvit, e-
quitesque in ulteriorem portum progredi, & naves con-
scendere, ac se sequi, jussit: ab quibus quum paullo 2
tardius esset administratum, ipse hora circiter diei IV
cum primis navibus Britanniam attigit: atque ibi in o-
mnibus collibus expositas hostium copias armatas con-
spexit. Cujus loci hæc erat natura: adeo [2] montibus 3
angustis mare continebatur, ut ex locis superioribus in
littus telum adjici posset. Hunc ad egrediendum nequa- 4
quam idoneum arbitratus locum, dum reliquæ naves
eo convenirent, ad horam IX, in anchoris expectavit.
Interim legatis, tribunisque militum convocatis, & 5
quæ ex Voluseno cognovisset; & quæ fieri vellet, o-
stendit: monuitque, ut rei militaris ratio, maxime ut
res maritimæ postularent ([3] ut quæ celerem, atque in-
stabilem motum haberent) ad nutum & ad tempus, o-
mnes res ab iis administrarentur. His dimissis, & ven- 6
tum, & æstum uno tempore nactus secundum, dato
signo, & sublatis anchoris, circiter [4] millia passuum
VIII

1. *P. Sulpicium Rufum*] Indicio arbitror nummus Cæsaris est, qui averso latere navem impressam habet addita inscriptione ΠΟΥΒ. ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΣ ΡΟΥΦ. D. Vossius.

2. *Montibus angustis mare continebatur*] Locum hunc suspectum habet *P. Ciacconius*, legitque *montium angustiis*, vel *montibus mare continebatur*. Sed mutatione nihil est opus; vult enim *Cæsar*, mare montibus in magnam latitudinem diffusis circumdari, περιέχεσθαι, ut recte Metaphrastes. *Aditus insulæ esse munitos mirificis molibus* narrat & *Cicero* ad Attic. lib. IV. Epist. XVI. *Davies.*

3. *Ut quæ celerem atque instabilem motum haberent*] Ob æstus & ventorum inconstantiam. *Fr.* quidem *Hotomannus* & *P. Ciacconius* legunt, *ut quoniam celerem* &c. Malo autem exemplo sollicitatur recepta lectio, cum sensus rei sit congruus; & oratio bene Latina. *Idem.*

4. *Millia passuum* VIII] MS. *Norv.* habet *millia passuum* VII. quam lectionem secutus est *Jul. Celsus* vit. Cæs. p. 74. Pro ea in editt. *Rom.*

VIII ab eo loco progressus, aperto ac plano littore naves constituit.

1 XXIV. At barbari, consilio Romanorum cognito, præmisso equitatu, [1] & essedariis, quo plerumque genere in prœliis uti consuerunt, reliquis copiis subsecuti,
2 nostros navibus egredi prohibebant. Erat ob has caussas summa difficultas, quod naves propter magnitudinem, nisi in alto, constitui non poterant. militibus autem, ignotis locis, impeditis manibus, magno & gravi onere armorum pressis, simul & [2] de navibus desiliendum, & fluctibus consistendum, & cum hostibus erat pu-
3 gnandum: quum illi aut ex arido, aut paullulum in aquam progressi, omnibus membris expediti, notissimis locis, audacter tela conjicerent, & equos insuefactos in-

& *Vep.* male legitur *centum.* Vitium à scribente Librario profluxit, qui dictantem non satis audivit. Græcus hoc in loco ςάδιοι ἑπτῶθεν πεμιλθών. Mendose quidem, ut apparet: *Gothof.* tamen *Jungermannus* se nequiit expedire. Scribendum ςάδια ν', hoc est, *quinquaginta*, qui stadiorum numerus ad millia passuum septem tantum non assurgit. *Davies.*

1. *Et essedariis* Essedum Gallica vox ut vett. produnt. In glossis veterib. invenio, *Adseda sella quadrijugu.* An igitur & *essedum* vox Latina ab assidendo, vel insidendo? Si Servio credimus, in Belgio inventa sunt esseda, unde Maro dixerit 3. Georg: *Bilgica vel molli melius feret esseda collo.* Ubi ille, *Gallicana* inquit vehicula. *Nam Belga civitas est Galliæ, in qua hujuscemodi vehiculi repertus est usus.* Jornandes cap. 11. de rebus Geticis ait, vocem Britannicam esse, quod tantundem fere ac si Gallicam dicas. Verba ejus sunt: *Bellum gerunt* (Britanni) *non tantum equitatu vel pedite, verum bigis, curribusque falcatis: quos more vulgari Esseda vocant.* Fallitur nisi idem est *Essedum* ac *Covinus.* Nam Mela ex quo pleraque hæ Jornandes descripsit, disertim ait: l. III. c. 11. *Dimicant non equitatu modo, au pedite, verum & bigis & curribus, Gallice armati. Covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur.* Pintianus pro *pedite* reponebat *peditatu*, sed frustra, ut vel, silente me Jornande arguat. Cæterum sæpe miratus sum nihil in omnibus hisce commentariis Cæsarem de falcatis curribu Gallorum vel Britannorum dicere Unde omnino verum credo quod o lim Asinius Pollio dicere solitus Cæsarem multa mutaturum fuisse diutius vixisset. Imprimis cum d sertim apud Frontinum lib. II. c. II Strategem. legam: *C. Cæsar Gallorum falcatas quadrigas eadem ratione pal defixis excepit, inhibuitque.* Hæc au tem ex Ephemeridibus Cæsaris hau sta vix ambigo. *D. Vossius.*

2. *De navibus desiliendum*] Edit nuperæ præpositionem omittunt quam reducendam censuimus, cu in MSS, & veteribus impressis con pareat. Sic *Cicero* pro Milone ca x. *Hic* de rheda, *rejecta penula*, de siluisset. *Davies.*

incitarent. Quibus rebus nostri perterriti, atque hujus 4
omnino generis pugnæ imperiti, non omnes eadem a-
lacritate, ac studio, quo in pedestribus uti prœliis con-
sueverant, utebantur.

XXV. Quod ubi Cæsar animadvertit, naves longas, 1
quarum & species erat barbaris inusitatior, [1] & motus
ad usum expeditior, paullulum removeri ab onerariis
navibus, & remis incitari, & ad latus apertum hostium
constitui, atque inde fundis, tormentis, sagittis, ho-
stes propelli, ac submoveri jussit: quæ res magno usui 2
nostris fuit. nam & navium figura, & remorum motu,
& inusitato genere tormentorum permoti barbari, con-
stiterunt: ac paullum modo pedem retulerunt. At, no- 3
stris militibus cunctantibus, maxime propter altitudi-
nem maris, qui x legionis aquilam ferebat, contestatus
deos, ut ea res legioni feliciter eveniret: *Desilite*, in-
quit, *milites, nisi vultis aquilam hostibus prodere. ego cer-
te meum Reipub. atque Imperatori officium præstitero.* Hoc 4
quum magna voce dixisset, se ex navi projecit, atque
in hostes aquilam ferre cœpit. Tum nostri cohortati in- 5
ter se, [2] ne tantum dedecus admitteretur, universi ex
navi desilierunt. hos item alii [3] ex proximis navibus 6
quum

1. *Et motus ad usum expeditior*] Pro ἡ χρεία πρὸς τὴν κίνησιν ταχυτέρα. Simile illud,

— *dare classibus Austros.*

Sic Hirtius principio libri de bello Africano. *Tabernaculum secundum litus ipsum constituit, ut prope fluctus verberaretur.* Eodem modo 1. de bello Civili: *Naves factæ subito ex humida materia non eundem usum celeritatis habebant.* D. Vossius.

*Ibid.*] Frustra est *P. Ciacconius*, qui legendum conjicit *usus ad motum expeditior*; est enim Hypallage, cujus non raræ sunt exempla apud optimos auctores. *Corn. Severus* in Ætna vs. 55.

— *Removet caligine mundum*,

hoc est, removet caliginem è mundo. Sic & vs. 226. habemus in editt. antiquis

— *Capitique attollere cœlum*,

cum *Jos. Scaliger*, cumque secutus nuperus editor, perperam reposuerint *caput atque attollere cœlo*, quod hanc figuram in animum non revocarent. Eodem plane modo *Silius* Italicus lib. x, 204. dixit

*Sublatum pulvere campum*
*Vulturnus rotat*,

pro eo quod est, *pulverem sublatum campo*. Davies.

2. *Ne tantum dedecus admitteretur*] Aquila nimirum prodita, quod maximæ ignominiæ ducebatur. Vide *J. Lipsium* Mil. Rom. lib. IV. Dial. V. *Davies.*

3. *Ex proximis navibus*] Sic recentiores

quum conſpexiſſent, ſubſecuti, hoſtibus appropinqua-
runt.
1 XXVI. [1] Pugnatum eſt ab utriſque acriter. Noſtri ta-
men, quod neque ordines ſervare, neque firmiter inſi-
ſtere, neque ſigna ſubſequi poterant, atque alius alia ex
navi, quibuſcumque ſignis occurrerat, ſe aggregabat,
2 magnopere perturbabantur. Hoſtes vero, notis omni-
bus vadis, ubi ex littore aliquos ſingulares ex navi egre-
dientes conſpexerant, incitatis equis, impeditos ado-
3 riebantur. plures paucos circumſiſtebant; alii ab latere
4 aperto, in univerſos tela conjiciebant. Quod quum ani-
madvertiſſet Cæſar, ſcaphas longarum navium, item
ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit: &, quos
5 laborantes conſpexerat, iis ſubſidia ſummittebat. No-
ſtri, [2] ſimul in arido conſtiterunt, ſuis omnibus con-
ſecutis, in hoſtes impetum fecerunt, atque eos in fu-
gam dederunt; neque longius proſequi potuerunt, quod
equites curſum tenere, atque inſulam capere non potue-
rant. Hoc unum ad priſtinam fortunam Cæſari defuit.
1 XXVII. Hoſtes prœlio ſuperati, ſimul atque ſe ex
fuga receperunt, ſtatim [3] ad Cæſarem legatos de pace
miſerunt: obſides daturos, quæque imperaſſet, ſeſe fa-
2 cturos, polliciti ſunt. Una cum his legatis Comius A-
trebas

tiores ex conjectura *Fr. Hotomanni.* In Manuſcriptis autem & antiquitus cuſis legimus *ex proximis primis*, vel *ex primis proximis navibus*, ut forte ſit ſcribendum *ex primæ proximis* aut *ex proximis primæ*, navi videlicet, ex qua milites jam deſilierant. *Davies.*

1. *Pugnatum eſt ab utriſque acriter* ] Hoc in prœlio fortiſſime ſe geſſit, & egregia facinora præſtitit *M. Scæva*, ob quæ Centurionatus honore illum auxit Imperator; cujus tamen benignitas modum exceſſiſſe mihi quidem non videretur, ſi ea litteris conſignaſſet. Hiſtoriam vide apud *Val. Maximum* lib. III. cap. II. & *Jul. Celſum* vit. Caſ. p. 75. *Idem.*

2. *Simul in arido conſtiterunt* ] Ita MSS. & veteres impreſſi: recentiores autem *ſimul atque in arido conſtiterunt.* Sed à Codd. perperam abiere. Auctor de Bell. Hiſp. cap. XXXVI. *Ad quem* ſimul *nuncius allatus eſt*, *confeſtim ſequi cœpit. Curtius* lib. III. cap. XI, 4. *Tela* —— ſimul *erant emiſſa*, *in eoſdem concurrentia implicabantur.* Vide & ejuſdem lib. VI. cap. III, 9. *Idem.*

3. *Ad Cæſarem legatos de pace miſerunt* ] Legati, quos miſerunt, erant Morini, Britannis amicitia juncti. Vide *Dionem* lib. XXXIX. pag. 114. *Idem.*

trebas venit, quem supra demonstraveram à Cæsare in
Britanniam præmissum. Hunc illi è navi egressum, 3
quum ad eos [1] Imperatoris mandata perferret, compre-
henderant, atque in vincula conjecerant. tunc, facto 4
prœlio, remiserunt; & in petenda pace ejus rei culpam
in multitudinem contulerunt, &, propter impruden-
tiam, ut ignosceretur, petiverunt. Cæsar questus, 5
quod, quum ultro in continentem legatis missis pacem
ab se petissent, bellum sine caussa intulissent, ignosce-
re imprudentiæ dixit, obsidesque imperavit: quorum 6
illi partem statim dederunt, partem ex longinquiori-
bus locis accersitam paucis diebus sese daturos dixerunt.
Interea suos remigrare in agros jusserunt; principesque 7
undique convenere, & se, civitatesque suas Cæsari
commendarunt.

XXVIII. His rebus pace firmata, post diem IV, 1
quam est in Britanniam ventum, naves XIIX, de qui-
bus supra demonstratum est, quæ equites sustulerant,
ex superiore portu leni vento solverunt. quæ quum ap- 2
propinquarent Britanniæ, & ex castris viderentur, tan-
ta tempestas subito coorta est, ut nulla earum cursum
tenere posset: sed aliæ eodem, unde erant profectæ,
referrentur, aliæ ad inferiorem partem insulæ, quæ est
propius Solis occasum, [2] magno sui cum periculo deji-
cerentur. quæ tamen, anchoris jactis, cum fluctibus 3
complerentur, necessario, adversa nocte in altum pro-
vectæ, continentem petiverunt.

XXIX. Eadem nocte accidit, ut esset Luna plena, 1
quæ dies [3] maritimos æstus maximos in Oceano effice-
re

1. *Imperatoris mandata perferret*] Plerique MSS. & omnes impressi usque ad *Mancinianam* editionem exhibent *Oratoris modo Cæsaris mandata perferret*; sed probe se habet lectio vulgata, Oratorem enim pro legato nuspiam usurpavit *Cæsar*, præterquam quod eæ primæ voces Glossam olent. *Davis.*

2. *Magno sui cum periculo dejicerentur*] Proba vox. Dejicitur, qui deorsum impellitur. Malè Ciacconius *rejicerentur* legebat. Nam Cæsar ut rationem hujus vocabuli ostendat, ipse paullo ante ait, *ad inferiorem insulæ partem.* D. Vossius.

3. *Maritimos æstus maximos — nostrisque id erat incognitum*] Maximi fiunt

2 re consuevit; nostrisque id erat incognitum. Ita uno
tempore & longas naves, quibus Cæsar exercitum tran-
sportandum curaverat, quasque in aridum subduxerat,
æstus complebat: & onerarias, quæ ad anchoras erant
deligatæ, tempestas afflictabat. neque ulla nostris facul-
3 tas aut administrandi, aut auxiliandi dabatur. Complu-
ribus navibus fractis, reliquæ quum essent, funibus,
anchoris, reliquisque armamentis amissis, ad navigandum
inutiles, magna, id quod necesse erat accidere, totius exer-
4 citus perturbatio facta est. neque enim naves erant aliæ,
quibus reportari possent; & omnia deerant, quæ ad re-
ficiendas eas usui sunt, &, quod omnibus constabat hie-
mare in Gallia oportere, frumentum his in locis in hie-
mem provisum non erat.

1 XXX. Quibus rebus cognitis, principes Britanniæ,
qui post prœlium ad ea, quæ jusserat Cæsar, facienda
convenerant, inter se collocuti, quum equites, & na-
ves, & frumentum Romanis deesse intelligerent; &
paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognosce-
rent; quæ hoc erant etiam angustiora, quod sine impe-
2 dimentis Cæsar legiones transportaverat: optimum fa-
ctu esse duxerunt, rebellione facta, frumento, com-
meatuque nostros prohibere, & rem in hiemem produ-
cere; [1] quod, his superatis, aut reditu interclusis, ne-
minem postea belli inferendi caussâ in Britanniam tran-
siturum confidebant. XXXI.

unt æstus, cum Luna est plena, quia subjecta spatia magis premit, propterea quod tum sit in Perigeio: Cum autem Romani Mare Mediterraneum navigabant, quod in plerisque locis æstum non patitur, ob causas quas dicet *Joan. Clericus* Phys. lib. II. cap. VIII, 20. facile fieri potuit, ut æstuum rationem ignorarent. *Davies.*

1. *Quod his superatis, aut reditu interclusis* Imo *aditu* inquit Hottomannus. Quod perperam dictum, nam Cæsar ait putasse Britannos, si Cæsarem cum suis delere potuissent, aut reditu in Galliam intercludere, nullos post hac Romanos in insulam transjecturos fuisse, metu eorum quæ Cæsari accidissent. Hæc scripseram cum forte incidi in locum Roberti Titii, ubi hanc Hottomanni sententiam damnat, & meritò quidem, sed tanta malignitate, ut quantum bona observatione laudis, tantum impotentia animi reprehensionis meritus sit. *D. Vossius.*

XXXI. Itaque, rursus conjuratione facta, paulla- 1
tim ex castris discedere, ac suos clam ex agris deducere
cœperunt. At Cæsar, etsi nondum eorum consilia co-
gnoverat, tamen & [1] ex eventu navium suarum, & ex
eo, quod obsides dare intermiserant, fore id quod acci-
dit, suspicabatur. Itaque ad omnes casus subsidia com- 2
parabat. nam & frumentum ex agris in castra quotidie
conferebat; &, quæ gravissime afflictæ erant naves,
earum materia atque ære ad reliquas reficiendas uteba-
tur; &, quæ ad eas res erant usui, ex continenti com-
portare jubebat. Itaque quum id summo studio à militi- 3
bus administraretur, XII navibus amissis, reliquis ut
navigari commode posset, effecit.

XXXII. Dum ea geruntur, legione, ex consuetu- 1
dine, una frumentatum missa, quæ appellabatur VII,
neque ulla ad id tempus belli suspicione interposita,
quum [2] pars hominum in agris remaneret, pars etiam in
castra ventitaret, ii, qui pro portis castrorum in statio-
ne erant, Cæsari renunciaverunt, pulverem majorem,
quam consuetudo ferret, in ea parte videri, quam in
partem legio iter fecisset. Cæsar, id quod erat, suspi- 2
catus, aliquid novi à barbaris initum consilii, cohor-
tes, quæ in stationibus erant, secum in eam partem pro-
ficisci, duas in stationem succedere, reliquas armari, &
confestim se subsequi, jussit. Quum paullo longius à 3
castris processisset; suos ab hostibus premi, atque ægre
sustinere, & conferta legione ex omnibus partibus tela
conjici animadvertit. nam quod omni ex reliquis parti- 4
bus

1. *Ex eventu navium suarum*] Ex eo quod evenerat navibus suis. Sic *Valerius Maximus* lib. I. cap. VI. Exemp. ext. I. *Quo genere monstri tanti apparatus significatus est eventus.* Ultimam vocem *P. Ciacconius* frustra delendam censet: nam & sic apud *Curtium* lib. IV. cap. V, 18. Amphoterus & Hegelochus *suas copias* vocant, quæ eorum fidei erant commissæ. *Davies.*

2. *Pars hominum in agris remaneret*] Non Romanos intelligit, sed Britannos. Expressit Metaphrastes, qui habet *μέρος τῶν Βρεταννῶν ἔτι ἐν τοῖς ἀγροῖς μενόντων*, quo modo dilucidior multo & clarior est oratio. *Idem.*

bus demesso frumento, una pars erat reliqua; suspicati hostes huc nostros esse venturos, noctu in silvis delituerant.
5 rant. tum dispersos, depositis armis, in metendo occupatos subito adorti, [1] paucis interfectis, reliquos incertis ordinibus perturbaverant: simul equitatu, atque essedis circumdederant.

1 XXXIII. *Genus hoc est ex essedis pugnæ: primo per omnes partes perequitant, & tela conjiciunt, atque ipso terrore equorum, & strepitu rotarum, ordines plerumque perturbant: & quum se inter equitum turmas insinuavere, ex esse-*
2 *dis desiliunt, & pedibus præliantur. Aurigæ interim paullum è prælio excedunt, atque ita se collocant, ut, si illi à multitudine hostium premantur, expeditum [2] ad suos*
3 *receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in præliis præstant; ac tantum usu quotidiano, & exercitatione efficiunt, ut in declivi, ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, & brevi moderari, ac flectere, & per temonem percurrere, & in jugo insistere, & inde se in currus citissime recipere consueverint.*

1 XXXIV. Quibus rebus, perturbatis nostris novitate pugnæ, tempore opportunissimo Cæsar auxilium tulit. namque ejus adventu hostes constiterunt, nostri ex
2 timore se receperunt. Quo facto, ad lacessendum hostem, & committendum prœlium, alienum esse tempus arbitratus, suo se loco continuit; &, brevi tempo-
3 re intermisso, intra castra legiones reduxit. Dum hæc geruntur, nostris omnibus occupatis, qui erant in a-
4 gris, reliqui discesserunt. Secutæ sunt continuos dies complures tempestates; quæ & nostros in castris conti-
5 nerent, & hostem à pugna prohiberent. Interim barbari

1. *Paucis interfectis*] Aliter *Dion* hæc refert. Δεξάμενοι δὲ (Βριταννοὶ) τινὰς ὡς καὶ ἐς φιλίαν χώραν σφῶν πρὸς κομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων πεμφθέντας, αὐτούς τε πλὴν ὀλίγων πάντας ἔφθειραν. Vide lib. XXXIX. p. 115. A. *Davies.*

2. *Ad suos receptum habeant*] Minime necessum est, *Fr. Hotomanno* adsentiamur, qui legit *ad eos*: *illi* enim, quæ vox antecessit, sunt ii, qui ex essedis desiliunt, & pedibus prœliantur. *Idem.*

ri nuncios in omnes partes dimiſerunt; paucitatemque noſtrorum militum ſuis prædicaverunt; &, quanta prædæ faciendæ, atque in perpetuum ſui liberandi facultas daretur, ſi Romanos caſtris expuliſſent, demonſtraverunt. His rebus celeriter magna multitudine peditatus equitatuſque coacta, ad caſtra venerunt.

XXXV. Cæſar, etſi idem, quod ſuperioribus die- 1
bus acciderat, fore videbat, ut, ſi eſſent hoſtes pulſi,
celeritate periculum effugerent; tamen nactus [1] equi-
tes circiter xxx, quos Comius Atrebas, de quo ante di-
ctum eſt, ſecum tranſportaverat, legiones in acie pro
caſtris conſtituit. Commiſſo prœlio, diutius noſtrorum 2
militum impetum hoſtes ferre non potuerunt, ac terga
verterunt: quos tanto ſpatio ſecuti, quantum curſu & 3
viribus efficere potuerunt, complures ex iis occiderunt;
deinde omnibus longe lateque [2] ædificiis adflictis incen-
ſiſque ſe in caſtra receperunt.

XXXVI. Eodem die legati ab hoſtibus miſſi ad Cæ- 1
ſarem de pace venerunt. His Cæſar numerum obſidum, 2
quem antea imperaverat, duplicavit; eoſque in conti-
nentem adduci juſſit; quod propinqua die æquinoctii,
infirmis navibus hiemi navigationem ſubjiciendam non
exiſtimabat. Ipſe idoneam tempeſtatem nactus, paullo 3
poſt

1. *Equites circiter* xxx] Hottomannus ait ccc, & errorem credit ortum ex 300, pro quo librarius ſcripſerit 30. Sed non arbitror ipſum Hottomannum putaſſe in ullo alicujus autoritatis vel antiquitatis codice tales numerorum notas reperiri, qualibus vulgo utimur. Nullus adeo imperitus qui neſciat notas eas à Gothis & Vandalis in Hiſpaniam illatas. *D. Voſſius.*

*Ibid.*] Memoria lapſus eſt vir eruditus: Hiſpani enim non à Gothis & Vandalis, ſed à Mauris barbaras haſce numerorum notas accepiſſe dicuntur. Vide *Joſ. Scaligeri* Epiſt. ccxxiii. p. 435. ed. Francof. & *G. J. Voſſium* de Scient. Math. cap. viii. §. vi. & vii. *Iſ.* tamen *Voſſius* ad *Melæ* lib. i. cap. xii docet cifras has, quibus jam utimur, non ab Indis aut Arabibus fluxiſſe, ſed antiquiſſimis & Romanis fuiſſe cognitas. Utcunque vero hæc res ſe habeat, non neceſſaria eſt *Hotomanni* conjectura, ut apparet ex *Hirtii* Bell. Afr. cap. vi. *Davies.*

2. *Ædificiis adflictis incenſiſque*] Vulgg. *ædificiis incenſis*: ſed lectionem, quam exhibuimus, in Codice *Andino* reperit vir ſummus *J. F. Gronovius*, eamque pluribus confirmat Obſerv. lib. iv. cap. viii. p. 110. ſeq. *Idem.*

post mediam noctem naves solvit. quæ omnes incolumes
4 ad continentem pervenerunt. sed ex his onerariæ II eosdem portus, quos reliquæ, capere non potuerunt, &
paullo infra delatæ sunt.

1 XXXVII. Quibus ex navibus, quum essent expositi
milites circiter CCC, atque in castra contenderent; Morini, quos Cæsar, in Britanniam proficiscens, pacatos reliquerat, spe prædæ adducti, primo non ita magno suorum numero circumsteterunt; ac, si sese interfici nol-
2 lent, arma ponere jusserunt. Quum illi, orbe facto, sese defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter
millia VI convenerunt. Qua re nunciata, Cæsar omnem
3 ex castris equitatum suis auxilio misit. Interim nostri milites impetum hostium sustinuerunt; atque amplius horis
fortissime IV pugnaverunt; &, paucis vulneribus acceptis,
4 complures ex iis occiderunt. Postea vero quam equitatus
noster in conspectum venit; hostes, abjectis armis, terga verterunt; magnusque eorum numerus est occisus.

1 XXXVIII. Cæsar postero die, T. Labienum legatum cum iis legionibus, quas ex Britannia reduxerat,
2 in Morinos, qui rebellionem fecerant, misit. qui quum
[1] propter siccitates paludum, quo se reciperent, non haberent; quo perfugio superiore anno fuerant usi; omnes
3 fere in potestatem Labieni venerunt. At Q. Titurius &
L. Cotta, legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus eorum agris vastatis, frumentis succisis, ædificiisque incensis; quod Menapii omnes se in
densissimas silvas abdiderant, ad Cæsarem se receperunt.
4 Cæsar in Belgis omnium legionum hiberna constituit.
Eo duæ omnino civitates ex Britannia obsides miserunt:
[2] reliquæ neglexerunt. His rebus gestis, ex litteris Cæsaris dierum XX supplicatio à senatu decreta est.

LIBER

1. *Propter siccitates paludum*] Quia Romani ab iis consectandis paludum limo non prohibebantur. *Hotom.*

2. *Reliquæ neglexerunt*] Atque hac interposita caussa insequenti anno in Britanniam exercitum transduxit. *Dio* lib. XL. p. 121. *Ciacon.*

# LIBER V.

## SUMMARIUM LIB. V. DE BELLO GALLICO.

*Cæsar grandem in Gallis per Legatos instrui classem jubet. Ipse in Illyricum profectus, Pirustas cohibet.* II. *in Galliam reversus, turbisque Trevirorum compositis,* VIII. *In Britanniam trajicit.* IX. *Cum insulanis citra ultraque Thamesim bella gerit.* XXIII. *Quibus confectis, in Galliam reductas legiones, in varias partes distribuit.* XXVI. *Plerique Galli deficiunt: primique Eburones, duce Ambiorige, castra Titurii Legati adoriuntur. ac desperata expugnatione,* XXXII. *dolo ipsum cum omnibus copiis circumveniunt.* XXXVIII. *Victor Ambiorix, junctis Nerviis, castra Q. Ciceronis obsidet.* XLIX. *Obsidione, ob adventum Cæsaris, soluta, totus ejus exercitus profligatur.* LIV. *Senones nihilominus & Treviri, res novas moliuntur.* LVIII. *Sed, interfecto Induciomaro, res paullum pacatæ.*

I. LUcio Domitio, Ap. Claudio Coss. discedens 1 ab hibernis Cæsar in Italiam, ut quotannis facere instituerat, legatis imperat, quos legionibus præfecerat, uti quamplurimas possent hieme naves ædificandas, veteresque reficiendas curarent. Ea- 2 rum modum, formamque demonstrat. Ad celeritatem onerandi subductionesque, paullo facit humiliores, quam quibus [1] nostro mari uti consuevimus; atque id eo magis, quod propter crebras commutationes æstuum, [2] minus magnos ibi fluctus fieri cognoverat; ad onera, &

1. *Nostro mari* Ita Mediterraneum vocabant Romani. *Pomponius Mela* lib. 1. cap. 1. post descriptum illud mare, *Id omne*, inquit, *qua venit, quaque dispergitur, uno vocabulo nostrum mare dicitur.* Vide & lib. III. cap. 1. *Davies.*

2. *Minus magnos*] Sic ex v. c. restituit *Gabr. Faërnus*, & ita exhibent MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ald.* cum aliis nonnullis: pleræque enim *magis magnos* repræsentant, unde *Hadr.*

& ad multitudinem jumentorum transportandam paullo latiores, quam quibus in reliquis utimur maribus.
3 Has [1] omnes actuarias imperat fieri: quam ad rem hu-
4 militas multum adjuvat. Ea, [2] quæ sunt usui ad arman-
5 das naves, ex Hispania apportari jubet. Ipse, conventibus Galliæ citerioris peractis, in Illyricum proficiscitur, quod à Pirustis finitimam partem provinciæ incur-
6 sionibus vastari audiebat. Eo quum venisset, civitatibus milites imperat: certumque in locum convenire jubet.
7 Qua re nunciata, Pirustæ legatos ad eum mittunt, qui doceant, *nihil earum rerum publico factum consilio: seseque paratos esse* demonstrant, *omnibus rationibus de injuriis sa-*
8 *tisfacere.* [3] Accepta oratione eorum, Cæsar obsides imperat, eosque ad certam diem adduci jubet. nisi ita fecerint, sese bello civitatem persecuturum demonstrat.
9 Iis ad diem adductis, ut imperaverat, arbitros inter civitates dat, qui litem æstiment, pœnamque constituant.
1 II. His confectis rebus, conventibusque peractis, in citeriorem Galliam revertitur, atque inde ad exercitum
2 proficiscitur. Eo quum venisset, circuitis omnibus hibernis, singulari militum studio, in summa rerum omnium inopia, circiter DC ejus generis, cujus supra demonstravimus, naves, & longas XXIIX invenit constructas, [4] neque multum abesse ab eo, quin paucis diebus

*Hadr. Valesius* in *Valesianis* pag. 178. legendum conjecit *maris magnos*; sed ita loqui non solitus est *Cæsar*, & lectionem, quam retinuimus, res ipsa postulat. *Davies.*

1. *Omnes actuarias*] Naves actuariæ celeritate præstabant, & velis simul ac remis agebantur. Vide *Isidorum* Hispalensem lib. XIX. cap. I. De iis fuse *Joan. Schefferus* Mil. Nav. lib. II. cap. II. p. 81. seqq. *Davies.*

2. *Quæ sunt usui ad armandas naves*] Funibus reliquoque apparatu instruendas. Vide not. ad lib. III. B.G. cap. XIV. Spartum præcipue intelligit, cujus mirificum esse in Hispania proventum docebunt *Strabo* Geogr. lib. III. pag. 160. B. & *Plinius* H. N. lib. XIX. cap. II. *Idem.*

3. *Accepta oratione*] Adsentior *Hadr. Valesio*, qui in *Vales.* p. 178. legit *accepta ratione*, id est, satisfactione, excusatione. Quod & *Ursino* ante eum in mentem venerat, cui *Hotomannus* temere refragatur. *Idem*

4. *Neque multum abesse ab eo*] Ultimam vocem cum penultima abundare censent *P. Ciaconius* & *Jos. Scaliger.* Sed aliquoties observavimus, *Cæsarem* nonnulla plenius extulisse, quam alii fere solent; idcirco nihil mu-

diebus deduci possent. Collaudatis militibus, atque iis, 3
qui negotio præfuerant, quid fieri velit, ostendit: at-
que omnes ad portum Itium convenire jubet: quo ex
portu commodissimum in Britanniam transjectum esse
cognoverat, circiter millium passuum xxx à continen-
ti. Huic rei quod satis esse visum est militum, relin- 4
quit. ipse cum legionibus expeditis IV, & equitibus 5
DCCC in fines Trevirorum proficiscitur: quod hi neque
ad concilia veniebant, neque imperio parebant, Ger-
manosque transrhenanos sollicitare dicebantur.

III. *Hæc civitas longe plurimum totius Galliæ equitatu va-* 1
*let, magnasque habet copias peditum, Rhenumque, ut supra*
*demonstravimus, tangit.* In ea civitate duo de principatu 2
inter se contendebant, Indutiomarus, & Cingetorix:
ex quibus alter, simulatque de Cæsaris legionumque 3
adventu cognitum est, ad eum venit; se suosque omnes
in officio futuros, neque ab amicitia populi R. defectu-
ros, confirmavit; quæque in Treviris gererentur, o-
stendit. At Indutiomarus equitatum peditatumque co- 4
gere: iisque, qui per ætatem in armis esse non poterant,
in silvam Arduennam abditis, quæ ingenti magnitudi-
ne per medios fines Trevirorum [1] à flumine Rheno ad
initium Rhemorum pertinet, bellum parare instituit.
sed posteaquam nonnulli principes ex ea civitate, & fa- 5
mi-

mutarim, præcipue cum libri omnes vulgatam lectionem constanter retineant, ac *Cicero* Tusc. Quæst. lib. 1. cap. XXXI. dicat *Tantum autem abest ab eo, ut malum mors sit*; qui loquendi modus non differt ab eo, quem hic noster adhibuit. *Davies.*

1. *A flumine Rheno ad initium Rhemorum pertinet*] Cum Cæsar l. VI. c. XXVIII. dicat: *Arduenna à ripis Rheni finibusque Trevirorum ad Nervios pertinet.* Ciacconius putabat legendum & hic *Nerviorum*, motus auctoritate Orosii qui *Nervios* habet. Sed mihi non persuadet. Probum utrumque est: nam Arduenna à flumine Rheno incipiens paullatim latius diffunditur & una parte Rhemos, altera Nervios attingit. Et sane si non alium ejus rei auctorem habeam, facile tamen crediderim Anonymo Celsi exscriptori, qui ait: *Per Arduennam sylvam maximam omnium Galliarum, quæ inter Treviros Nerviosque & Rhemos D, & eo amplius passuum millibus, in longum, ita enim proditum à scriptoribus rerum, in latum verò, unius, aut circiter æstivæ lucis itinere, quod ego ipse sum emensus, extenditur.* D. Vossius.

miliaritate Cingetorigis adducti, adventu nostri exercitus perterriti ad Cæsarem venerunt, & de suis privatim rebus ab eo petere cœperunt, quoniam civitati consulere non possent; veritus, ne ab omnibus desereren-
6 tur, [1] Indutiomarus legatos ad Cæsarem mittit; sese idcirco à suis discedere, atque ad eum venire noluisse, quo facilius civitatem in officio contineret, ne omnis nobilitatis discessu, plebs propter imprudentiam labe-
7 retur: itaque civitatem in sua potestate esse: seque, si Cæsar permitteret, ad eum in castra venturum, & suas, civitatisque fortunas ejus fidei permissurum.

1 IV. Cæsar, etsi intelligebat, qua de caussa ea dicerentur, quæque eum res ab instituto consilio deterreret; tamen, ne æstatem in Treviris consumere cogeretur, omnibus rebus ad Britannicum bellum comparatis,
2 Indutiomarum ad se cum cc obsidibus venire jussit. His adductis, & in iis filio, propinquisque ejus omnibus, quos nominatim evocaverat, [2] consolatus Indutioma-
3 rum, hortatusque est, uti in officio permaneret: nihilo tamen secius principibus Trevirorum ad se convocatis, eos sigillatim Cingetorigi conciliavit. quod quum merito ejus à se fieri intelligebat; tum magni interesse arbitrabatur, ejus auctoritatem inter suos quamplurimum valere, cujus tam egregiam in se voluntatem per-
4 spexisset. Id factum graviter tulit Indutiomarus, suam gratiam inter suos minui: &, qui jam ante inimico in nos animo fuisset, multo gravius hoc dolore exarsit.

1 V. Iis rebus constitutis, Cæsar ad portum Itium cum le-

1. *Indutiomarus*] Ad simplicitatem *Cæsaris* attendisse non videntur *Jos. Scaliger* & *P. Ciacconius*, cum hoc verbum putarent expungendum: auctores enim, qui σαφηνείᾳ student, sæpe hoc modo voces repetunt. *Minucius Felix* Octav. p. 52. *Sit Thales Milesius omnium primus, qui primus omnium de cœlestibus disputavit. Idem Thales Milesius rerum initium aquam dixit.* Vide & lib. IV. B. G. cap. XIII. *Davies.*

2. *Consolatus Indutiomarum*] Eo, ut arbitror, certiore facto, filium propinquosque ejus nihil detrimenti capturos, licet secum in Britanniam obsidum loco ducerentur. Vide cap. V. & VI. *Idem.*

legionibus pervenit. Ibi cognoscit [1] XL naves, quæ in 2
Meldis factæ erant, tempestate rejectas, cursum tenere
non potuisse, atque eodem, unde erant profectæ, re-
latas: reliquas paratas ad navigandum, atque omnibus
rebus instructas invenit. Eodem totius Galliæ equitatus 3
convenit, numero millium IV, principesque ex omni-
bus civitatibus; ex quibus perpaucos, quorum in se fi-
dem perspexerat, relinquere in Gallia, reliquos obsi-
dum loco secum ducere decreverat: quod, quum ipse
abesset, motum Galliæ verebatur.

VI. Erat una cum ceteris Dumnorix Æduus, de quo 1
a nobis antea dictum est. Hunc secum ducere in primis
constituerat, quod eum cupidum rerum novarum, cu-
pidum imperii, magni animi, magnæ inter Gallos au-
ctoritatis, cognoverat. Accedebat huc, quod jam in 2
concilio Æduorum Dumnorix dixerat, *Sibi à Cæsare
regnum civitatis deferri*: quod dictum Ædui graviter
ferebant: neque recusandi, neque deprecandi caussa le-
gatos ad Cæsarem mittere audebant. Id factum ex suis
hospitibus Cæsar cognoverat. Ille primo omnibus pre- 3
cibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur,
partim, quod insuetus navigandi mare timeret; partim
quod [2] religionibus sese diceret impediri. Posteaquam 4
id obstinate sibi negari vidit, omni spe impetrandi a-
dempta, principes Galliæ sollicitare, sevocare singulos,
hortarique cœpit, ut in continenti remanerent, metu
territare, non sine caussa fieri, ut Gallia omni nobilita-
te spoliaretur: id esse consilium Cæsaris, ut quos in 5
con-

1. *XL naves*] *Julius Celsus* de vit. Cæs. p. 80. habet *sexaginta*, quem etiam numerum retinent MS. *Norv.* ac editt., antiquissimæ *Rom. Ven.* & *Berald.* Stat autem pro vulgata lectione Metaphrastes. *Davies.*

2. *Religionibus sese diceret impediri*] Forsasse quod omina vel auspicia sibi adversa esse præ se ferret. Sic Pharnaces apud *Hirtium* de Bell. Alex. cap. LXXIV. *auspiciis & religionibus inductus — descendere prærupta valle cœpit.* Eo verisimilior est hæc sententia, quod apud Gallos erant vates, qui *διά τε τῆς οἰωνοσκοπίας καὶ διὰ τῆς τῶν ἱερείων θυσίας, τὰ μέλλοντα προλέγουσι, καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ἔχουσιν ὑπήκοον*, teste *Diodoro* Siculo lib. v. pag. 380. ed. Rhodom. *Idem.*

conſpectu Galliæ interficere vereretur, hos omnes in
6 Britanniam tranſductos necaret: fidem reliquis interponere; jusjurandum poſcere; ut, quod eſſe ex uſu Galliæ intellexiſſent, communi conſilio adminiſtrarent.
1 VII. Hæc à compluribus ad Cæſarem deferebantur. qua re cognita, Cæſar, quod [1] tantum civitati Æduæ dignitatis tribuebat, coërcendum, atque deterrendum quibuſcumque rebus poſſet Dumnorigem ſtatuebat:
2 quod longius ejus amentiam progredi videbat, proſpi-
3 ciendum, ne quid ſibi ac Reipubl. nocere poſſet. Itaque dies circiter XXV in eo loco commoratus, quod Corus ventus navigationem impediebat; qui magnam partem omnis temporis in his locis flare conſuevit; dabat operam, ut Dumnorigem in officio contineret, nihilo
4 tamen ſecius omnia ejus conſilia cognoſceret: tandem idoneam tempeſtatem nactus, milites, equiteſque [2] con-
5 ſcendere naves jubet. At [3] impeditis omnium animis, Dumnorix cum equitibus Æduorum à caſtris, inſcien-
6 te Cæſare, domum diſcedere cœpit. Qua re nunciata, Cæſar, intermiſſa profectione, atque omnibus rebus poſtpoſitis, magnam partem equitatus ad eum inſequendum mittit, retrahique imperat: ſi vim faciat, neque
7 pareat, interfici jubet. nihil hunc ſe abſente [4] pro ſano factu-

1. *Tantum civitati Æduæ dignitatis tribuebat*] Permutatis caſibus, reſcribit *P. Ciacconius*, *Tantum civitatis Æduæ dignitati tribuebat*; ſed priore modo locutus eſt *Minucius Felix* Octav. p. 18. *Antiquitas*, inquit, *ceremoniis atque fanis tantum ſanctitatis tribuere conſuevit* &c. Ideo vulgata lectio loco ſuo non eſt movenda. *Davies.*

2. *Conſcendere naves jubet*] MS. *Norv. conſcendere in naves*, quod etiam probum. *Ovidius* in Epiſt. Hypſipyles Jaſoni vſ. 65.

*Ultimus è Sociis ſacram conſcendis in Argo.*

*Lentulus* in Epiſt. ad *Ciceronem* lib. XII. Fam. Epiſt. XIV. *Idque Dolabellam ea mente comparaſſe, ut, ſi Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet*, conſcenderet in naves *& Italiam peteret*. Vide & lib. XIV. Epiſt. VII. *Idem.*

3. *Impeditis omnium animis*] Dum ſarcinis componendis, reliquiſque rebus ad iter parandis deſtinerentur. Sic *Cicero* de Legg. lib. I. p. 19. ed. Turneb. *Neque* impedito animo *res apte ſuſcipi poteſt*, pro occupato & curis obruto. *Idem.*

4. *Pro ſano facturum*] Tanquam ſanum, vel, ut ſanum & prudentem facere par erat. Sic de Bell. Civ. lib. III. cap. CIX. *Iſque maxime vellet pro communi amico atque arbitro*

facturum arbitratus, qui præsentis imperium neglexisset. [1] ille enim revocatus resistere, ac se manu defendere, suorumque fidem implorare cœpit, sæpe clamitans, *Liberum se, liberæque civitatis esse*. Illi, ut erat imperatum, circumsistunt, hominemque interficiunt. at Ædui equites ad Cæsarem omnes referuntur.

VIII. His rebus gestis, Labieno in continente cum 1
III legionibus, & equitum millibus II relicto, ut portus tueretur, & rei frumentariæ provideret, quæque in Gallia gererentur, cognosceret, & consilium pro tempore, & pro re caperet; ipse cum legionibus V, & pari numero equitum, [2] quem in continente reliquerat, ad Solis occasum naves solvit: & leni Africo 2
profectus, media circiter nocte vento intermisso, cursum non tenuit; & longius delatus æstu, orta luce, sub sinistra Britanniam relictam conspexit. Tum rursus æ- 3
stus commutationem secutus, remis contendit, ut eam partem insulæ caperet, qua optimum esse egressum superiore æstate cognoverat. Qua in re admodum fuit 4
[3] militum virtus laudanda, qui vectoriis, gravibusque na-

tum controversias Regum componere. Plautus Menæch. Act. v. Sc. v. 28.

*Hoc quidem edepol haud pro insano verbum respondit mihi.*

Et mox vs. 42.

*Satin' hæc pro sano maledicta maledictis respondeo?*

Et multo ante Act. II. Sc. II. 24.

*Pro sano loqueris, cum me meo appellas nomine.*

Ubi tamen mendose legitur, *pro sane* Hotoman. Vide *Nic. Heinsium* in *Ovidii* Epist. Briseid. Achilli vs. 98. *Idem.*

*Ibid.*] Similiter Sallustius: *Populum Romanum haud pro bono facturum, si iure gentium sese prohiberet.* D. Vossius.

1. *Ille enim revocatus resistere*] *Enim* hic affirmativa particula, & pro *enimvero*. Usus eodem modo Tacitus. Sæpius quoque apud Plautum & alios invenire est. Unde frustra *enimvero* emendabat Ciacconius. *Idem.*

2. *Quem in continente reliquerat, ad Solis occasum naves solvit*] Nihil mutant Codices nostri: at *Joan. Frid. Gronovius* se in membranis *Andinis* invenisse testatur, *Quam in continente relinquebat, Solis occasu naves solvit*, cujus quidem optimi Msti. lectionem propugnat vir summus Observ. lib. IV. cap. IV. *Davies.*

3. *Militum virtus*] Hic significat patientiam, quam præstiterunt in subeundo remigandi labore. Cum virtus proprie sit *animi fortitudo, qua mala toleramus*, ut docet *Cicero* Tusc. Quæst. lib. II. cap. XVIII. noster adhibuit ad denotandum corporeum laborem fortiter latum. *Idem.*

navigiis, non intermiſſo remigandi labore, longarum
5 navium curſum adæquaverunt. Acceſſum eſt ad Bri-
6 tanniam omnibus navibus meridiano fere tempore. ne-
que in eo loco hoſtis eſt viſus. ſed, ut poſtea Cæſar ex
captivis comperit, quum magnæ manus eo conveniſ-
ſent, multitudine navium perterritæ, [1] quæ cum anno-
tinis privatiſque, quas ſui quiſque commodi cauſſà fece-
rat, amplius DCCC [2] una erant viſæ, timore à littore di-
ſceſſerant, ac ſe in ſuperiora loca abdiderant.
1 IX. Cæſar, expoſito exercitu, ac loco caſtris idoneo
capto, ubi ex captivis cognovit, quo in loco hoſtium co-
piæ conſediſſent, cohortibus X ad mare relictis, & equi-
tibus CCC, qui præſidio navibus eſſent, de III vigilia ad
hoſtes contendit, [3] eo minus veritus navibus, quod in
littore molli atque aperto, deligatas ad anchoras relin-
2 quebat, & præſidio navibus [4] Q. Atrium præfecit. Ipſe
noctu

1. *Quæ cum annotinis*] Primo ridere eos libet, qui *annotinas naves* annonarias interpretantur, quod Glareanus & Rhellicanus & alii crediderunt. Annotinus eſt qui unius tantum anni eſt. & recte Græcus σὺν ταῖς τοῦ πρόσθεν ἔτους. In Gloſſis lego *Annotini*, ἐτησίαι, ἐνιαύσιοι. Neſcio an probem. Neque enim annuum & annotinum idem eſſe arbitror. Scaliger notis ad Feſtum vocem hanc ab *annos*, *annotis* deducebat, ita annotinus ſit πολυετὴς, ſive annoſus, quod falſum. *Annotinus* eſt ab *annus*, ut à *ſero ſerotinus*, à *veſper veſpertinus*. Sic uſus Columella lib. IV. cap. XXIV *Ungues cuſtodum annotinos reſecato*. Eodem modo ab *hornus* factum *hornotinus*, quo uſus idem Columella, & Cato de R. R. *D. Voſſius.*

2. *Una erant viſa, timore a litore diſceſſerant*] In MS. noſtro eſt, *uno erant viſa tempore*, quod fere præferam vulgatæ lectioni. Nam cum Cæſar paullo ante dicat *perterrita*, cur hic repetat, *timore?* Idem.

3. *Eo minus veritus navibus*] Phraſis eſt paullo rarior, qua tamen uſus eſt & *Cicero* Acad. Quæſt. lib. IV. cap. XLV. *Davies.*

4. *Q. Atrium præfecit*] Urſinus negat notam ſibi familiam Atriam, & *Arrium* hic legere mavult. Ego nihil muto, cum in Inſcript. antiqua *Atrii* quoque nomen occurrat:

Q. ATRIO. CLONIO
LEG. AVG. PR. PR.
PROVINCIARVM.
THRACIÆ. CAPPADOCIÆ.
SYRIÆ MAIORIS.
HISPANIÆ. CITERIORIS
CLAVDIVS. IVSTVS. 7
LEG. VII. GEMIN. P. F
SEVERIANÆ. ALEXANDRINÆ
PRÆSIDI. ABSTINENSISSIMO.

*D. Voſſius.*

*Ibid.*] Non neceſſum eſt, ut cum *P. Ciaconio* legamus *Q. Atrium præfecerat*, nam verba, *eo minus* —— *relinquebat*, habenda ſunt tanquam Parentheſi incluſa. *Davies.*

noctu progressus millia passuum circiter XII, hostium
copias conspicatus est. Illi equitatu, atque essedis ad flu- 3
men progressi ex loco superiore nostros prohibere, &
prœlium committere cœperunt. Repulsi ab equitatu 4
se in silvas abdiderunt, locum nacti, egregie & natura,
& opere munitum; quem, domestici belli, ut videba-
tur, caussa, jam ante præparaverant. nam crebris arbo- 5
ribus succisis omnes introitus erant præclusi. Ipsi ex sil- 6
vis rari propugnabant, nostrosque intra munitiones in-
gredi prohibebant. at milites legionis VII, testudine fa- 7
cta, [1] & aggere ad munitiones adjecto; locum cœpe-
runt, eosque ex silvis expulerunt, paucis vulneribus
acceptis. sed eos fugientes longius Cæsar persequi ve- 8
tuit, & quod loci naturam ignorabat, & quod, magna
parte diei consumpta, munitioni castrorum tempus re-
linqui volebat.

X. Postridie ejus diei, mane, tripartito [2] milites equi- 1
tesque

1. *Et aggere ad munitiones adjecto*] Proba lectio. Ciacconius quia infra legit *adacta turri*, & hic emendabat *adacto*. Frustra. Agger propriè jaci dicitur, turris agi. *D. Vossius.*

2. *Milites equitesque in expeditionem misit*] *Milites* pro pedite dixit, eodem modo lib. II. de bello civili: cap. XLI. *Ne militibus quidem, ut defessis; neque equitibus, ut paucis, & labore confectis, studium ad pugnandum virtusque deerat.* ut Livius *viros.* decade III. lib. I. *Jamque omnibus satis comparatis ad trajiciendum, terrebat ex adverso hostis, omnem ripam equitesque virique obtinentes.* Nec difficile conjectu est cur ita solus pedes, non eques appelletur. Nam prima inter mortales pedestria prœlia fuere. Solus id Palæphatus satis docuerit de Incr. c. I. cum ait, [illegible] ἵππους [illegible] διδάξαι. [illegible] ἀλλὰ μόνον ἅρματα [illegible]. *Adolescentuli vero nonnulli equos domare tum primum aggressi, quomodo equites sessoresque dorso gestarent, illos docere excogitant. Prius enim homines equis vehi nesciebant, verùm curribus duntaxat utebantur.* Et hinc ob insolentiam rei cum primi sessores equorum conspecti κενταύρων nomen reportavere. nam homines esse non putabant. Itaque similis locutio in illo Cæsaris lib. II. de bello Civili: cap. XXXIX. *Capti homines equitesque producebantur.* Ubi fortasse emendatorculus quispiam reponat *equique*; non ego: qui in quatuor probis codicibus, & omnibus editis *equites* invenio. Aut si alte adeo repetere caussam hujus non placeat (non est tamen adeo absurda, quam prima fronte forte aliqui judicabunt) dicendum militem vocari peditem, quia exercitus potissima ille pars. Quemadmodum autem prima prœlia terra fuere priusquam mari pugnaretur: ita Cæsar supra lib. IV. c. XXIV. terrestria prœlia dixit *pedestria.* nam, ubi de Romanis loquitur, qui in fluctibus stantes pugnabant, ait:

 Qui-

tesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, per-
2 sequerentur. Iis aliquantum itineris progressis, quum
jam extremi essent in prospectu, equites à Q. Atrio ad
Cæsarem venerunt, qui nunciarent, superiori nocte ma-
xima coorta tempestate, prope omnes naves afflictas, at-
que in littore ejectas esse; quod neque anchoræ, funes-
que subsisterent, neque nautæ, gubernatoresque vim
3 tempestatis pati possent. Itaque ex eo concursu navium
magnum esse incommodum acceptum.

1 XI. His rebus cognitis, Cæsar legiones, equitatum-
que revocari, atque itinere desistere jubet: ipse ad na-
2 ves revertitur: eadem fere, quæ ex nunciis literisque
cognoverat, coram perspicit, sic, ut, amissis circiter
XL navibus, reliquæ tamen refici posse magno negotio
3 viderentur. Itaque ex legionibus fabros deligit, & ex
4 continenti alios accersiri jubet; Labieno scribit, ut,
quam plurimas posset, iis legionibus, quæ sunt apud
5 eum, naves instituat. Ipse, etsi res multæ operæ ac la-
boris, tamen commodissimum esse statuit, omnes na-
6 ves subduci, & cum castris una munitione conjungi. In
his rebus circiter dies x consumit, ne nocturnis quidem
7 temporibus [1] ad laborem militum intermissis. Subductis
navibus, castrisque egregie munitis, easdem copias,
quas ante, præsidio navibus relinquit. ipse eodem, un-
8 de redierat, proficiscitur. Eo quum venisset, majores
jam undique in eum locum copiæ Britannorum conve-
9 nerant. summa imperii bellique administrandi, com-
muni consilio, [2] permissa est Cassivellauno, cujus fi-
nes

*Quibus rebus nostri perterriti, atque hujus omnino generis pugnæ imperiti, non omnes eadem alacritate, ac studio, quo in pedestribus uti prœliis consueverant, utebantur.* D. Vossius.

1. *Ad laborem militum intermissis*] Legit quidem *Joan. Brantius*, *ab labore militum intermissis*; sed nihil est causæ, cur quidquam mutemus. Sic infra hujusce libri cap. XXXIX. *Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur.* Quem etiam locum simili modo depravare conatus est *Phil. Beroaldus*; in ejus enim editione contra omnium Codd. fidem legitur, *ab labore intermittitur:* Davies.

*Permissa est Cassivellauno*] In Dione corrupte Σκίλλαι legi, & unde ortus

nes à maritimis civitatibus flumen dividit, quod appel-
latur Tamesis, à mari circiter millia passuum LXXX.
Huic superiori tempore cum reliquis civitatibus conti- 10
nentia bella intercesserant. Sed, nostro adventu permo-
ti Britanni, hunc toti bello imperioque præfecerant.

XII. *Britanniæ pars interior ab iis incolitur*, [1] *quos natos* 1
*in insula ipsa memoria proditum dicunt. Maritima pars ab* 2
*iis, qui, prædæ ac belli inferendi caussa*, [2] *ex Belgio transie-*
*rant, qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, qui-*
*bus orti ex civitatibus eo pervenerunt*, [3] *& bello illato ibi re-*
*manserunt, atque agros colere cœperunt. Hominum est infini-* 3
*ta multitudo, creberrimaque* [4] *ædificia fere Gallicis consimi-*
*lia: pecoris magnus numerus.* [5] *Utuntur aut æreo, aut taleis* 4
*fer-*

tus error supra ostendimus initio notarum ad lib. IV. In Polyæno Κασόλαυλον, non minus depravatè legitur. *D. Vossius.*

1. *Quos natos in Insula ipsa*] Quorum majores ex ipsa terra Britannica prorepserunt. Similis est locutio, apud *Thucydidem* lib. I. init. Τὴν γῆν Ἀττικὴν ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί. Ubi Scholiastes, τοῦ γένους δηλονότι, inquit, οὐ γὰρ ἦσαν ἀθάνατοι. Antiquissimæ autem nationes sese putarunt αὐτόχθονας, quod in eadem terra diu moratæ, originis tandem oblivíscerentur. *Davies.*

2. *Ex Belgio*] MS. *Norv.* & edit. *Ven. ex Belgis*, & ita loqui solet noster, itaque reponendum videtur; neque enim credibile est, *Cæsarem* de solo Belgio agere, de quo infra cap. XXIV. quod tamen *Hadr. Valesius* not. Gall. p. 80. arbitratus est. *Idem.*

3. *Et bello illato ibi remanserunt*] Operam ludit *Fr. Hotomannus*, dum reponit, *bello illato ibi pervenerunt.* Recte se habet vulgata lectio. Antecedens est pro consequente. *Idem.*

4. *Ædificia fere Gallicis consimilia*] Jornandes cap. II. lib. I. *Virgeas habitant casas, communia tecta cum pecore, sylvaque illis sæpe sunt domus.* D. Vossius.

5. *Utuntur aut æreo, aut taleis ferreis*] In MS. nostro est, *utuntur aut ære, aut nummo æreo, aut aliis ferreis ad certum pondus examinatis.* In aliis legitur *aut annulis ferreis*, & sic Græcus legit, qui habet δακτυλίοις σιδηροῖς Hottomannus, Ciacconius, Faërnus *laminis* emendant. Scaliger *taleis* edidit. Non dubito, quin auctoritate v. c. Et sic videmus hodieque in Suecia pro pecunia usurpari æris quasi præsegmina diversa forma, quæ taleas haud immerito appelles. Non tamen temere ideo recipiendam hanc lectionem censeo, præsertim si nullus vv. cc. juvet. In aliis codd. erat *lanceis ferreis.* Ego amplius deliberandum arbitror. Fortassis autem illud *annulli* adeo absurdum non sit, cum in Oriente Chinensibus usurpentur nummi hac forma: ubi si quæ interius quadrata



forma exscissa sunt ad rotundam redigas, habes annuli formam. Et potuere Britanni talibus uti. Sed Britannorum simplici-

L 2 tati

5 *ferreis ad certum pondus examinatis pro nummis. Nascitur ibi* [1] *plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum: sed ejus exigua est copia. ære utuntur importato. Materia cujusque generis, ut in Gallia est, præter fagum at-*
6 *que abietem. Leporem, & gallinam, & anserem gustare, fas non putant. hæc tamen alunt, animi voluptatisque caus-*
7 *sa. Loca sunt temperatiora, quam in Gallia, remissioribus frigoribus.*

1 XIII. [2] *Insula natura triquetra, cujus unum latus est contra*

rati illud de taleis magis congruit. Quare retinendum tantisper statuot, donec commodius quid succurrat. Imprimis cum Solinus dicat *Nummum refutant, dant merces & accipiunt.* Idem.

*Ibid.* ] Ita edidit *Jos. Scaliger*; *Just.* autem *Lipsius*, *aut nummo æreo, aut annulis ferreis*; uterque conjectura sua fretus, in Codd. enim aliter exaratum est. *D. Vossii* MS. habet *aut ære, aut* (*ut* editt. *Rom. Ven. Beroald.*) *nummo æreo* (*aureo* MSS. *Brant.* & *Norvic.* cum antiquitus editis) *aut aliis ferreis*, cum in prædictis MSS. & impressis libris legatur *aut annulis ferreis. Gabriel Faërnus*, aliique reposuerunt *aut laminis ferreis*; absque causa sontica. Nos quidem totum locum ita scribendum existimamus, *Utuntur aut ære aut annulis ferreis* &c. Voces enim *aut æreo nummo* inanis sunt explicatio τοῦ *ære*; quod cum deprehenderent nonnulli librarii, scripserunt *aut nummo aureo.* Perperam: nam, præterquam quod eos nummo aureo usos non quasi singulare aliquid notaret *Cæsar*, tum temporis aurum in Britannia non erat inventum. *Cicero* Epist. ad Famil. lib. VII. Ep. VII. *In Britannia nihil esse audio neque auri, neque argenti.* Idem ad Atticum lib. IV. Ep. XV. *Illud jam cognitum est, neque argenti scrupulum esse ullum in illa insula, neque ullam spem prædæ, nisi ex mancipiis.* Hæc etiam ostendunt operam lusisse *Fr. Hotomannum*, qui legit *aut minimo ære, aut auro, aut laminis ferreis* &c. ex eo quod *Tacitus* scripserit in Agric. *Fert Britannia aurum & argentum & alia metalla*; fieri enim potest, ut horum fodinæ post Julium sint apertæ. Fatendum tamen est, *Strabonem*, qui Augusto imperante, vixit, idem esse testatum Geogr. lib. IV. pag. 199. Sed eo etiam scribente res comperta esse potuit, quæ priores fugit. *Davies.*

1. *Plumbum album* ] Stannum. Κασσίτερος Vide *Plinium* H. N. lib. XXXVI. c. XVI. *Idem.*

2. *Insula natura triquetra* ] Ex accurata hac Britanniæ descriptione errant, qui colligerent hosce Commentarios non esse *Cæsaris*, cum, nisi Claudio imperante, non constiterit utrum Insula fuerit necne. *Dion* lib. XXXIX. pag. 114. Τοῖς μὲν πάνυ πρώτοις καὶ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων οὐδ' ὅτι ἐστὶν, ἐγιγνώσκετο· τοῖς δὲ ἔπειτα, ἐς ἀμφισβήτησιν, εἴτε ἤπειρος εἴτε καὶ νῆσος εἴη, ἀφίκετο —— Περιόντος δὲ δὴ τοῦ χρόνου, πρότερόν τε ἐπ' Ἀγρικόλα ἀντιστρατήγου καὶ νῦν ἐπὶ Σεβήρου αὐτοκράτορος νῆσος οὖσα σαφῶς ἐλήλεγκται. Vide & *Tacitum* in Agric. cap. X. Sed hæc ex fama didicit *Cæsar*, ut & illa, quæ de interioribus Britannis scribit, ad eos enim nunquam penetravit; unde factum, ut *Pomponius Mela* lib. III. cap. VI. Britanniam tandem apertam Claudio gratuletur. *Idem.*

*tra Galliam: hujus lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo fere ex Gallia naves appelluntur, ad orientem Solem; inferior, ad Meridiem spectat. Hoc latus tenet circiter millia passuum* D. *Alterum vergit ad Hispaniam, atque occidentem* 2
*Solem. qua ex parte est Hibernia, dimidio minor, ut existimatur, quam Britannia: sed pari spatio transmissus, atque ex Gallia, est in Britanniam.* [1] *In hoc medio cursu est insu-* 3
*la,* *qua appellatur Mona. complures præterea minores objectæ insulæ existimantur.* [2] *de quibus insulis nonnulli scripserunt, dies continuos* XXX *sub bruma esse noctem. nos nihil* 4
*de eo* [3] *percunctationibus reperiebamus,* [4] *nisi* [5] *certis ex aqua mensuris, breviores esse noctes, quam in continente, videbamus. Hujus est longitudo lateris, ut fert illorum opinio,* DCC 5
*millium passuum. Tertium est contra septentrionem. cui parti* 6
*nulla est objecta terra: sed ejus angulus lateris maxime ad Germaniam spectat. Huic millia passuum* DCCC *in longitudinem esse*

1. *In hoc medio cursu est insula, qua appellatur Mona*] Apud Jornandem corrupte *Memma* legitur pro *Mona*. quod Lipsio quoque observatum post emendationem advertimus. At Hotomanni stuporem mirari satis nequeo, qui cum apud Florum l. III. c. X. legisset de Cæsare: *In Britanniam transit mira celeritate: quippe qui tertia vigilia Morino solvisset a portu, minus quam medio die insulam ingressus est.* Hæc inquam cum legisset, non dubitavit pro *Morino* rescribere *Monino*, & putat respici ad Monam insulam. Nequeo satis mirari doctissimum virum fœde adeo sui oblitum esse. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Diu est, ex quo hunc *Fr. Hotomanni* errorem notavit *Is. Casaubonus* not. ad *Strabonis* lib. IV. p. 93. *Davies.*

2. *De quibus insulis —— noctem*] Qui ita scripserunt, ignaris Astronomiæ fumos vendidere. Similiter ineptierunt ii, qui tradidere continuos dies esse senis mensibus, & totidem continuas noctes in Mona, *qua distat a Camaloduno Britanniæ oppido circiter ducentis millibus.* Vide *Plinium* H. N. lib. II. cap. LXXV. *Idem.*

3. *Percunctationibus reperiebamus*] Ita se restituisse confirmat *Godes. Stewechius* ad *Vegetii* lib. III. cap. VIII. cum in Vulgg. legeretur *percunctantibus reperiebamus*. MS. tamen *Norvic.* ac editt. *Rom.* & *Beroald.* ita exhibent, ut emendavit vir eruditus. *Pet. Ciacconius* hic reponendum censuit *percunctati omnino reperiebamus*. Sed nihil est causæ, cur quidquam mutemus. *Idem.*

4. *Nisi —— videbamus*] Vocula prior vim adversativam hic obtinet. Sic & apud *Ciceronem* ad Famil. lib. XIII. Epist. LXXIII. *De re nihil possum judicare, nisi illud mihi certe persuadeo, te, talem virum, nihil temere fecisse.* Vide etiam *J. F. Gronovium* ad *Plauti* Menæchm. Prol. vs. 59. *Idem.*

5. *Certis ex aqua mensuris*] Intelligit quas vulgo clepsydras vocamus, quibus olim usos Romanos cuique gnarum est. *D. Vossius.*

7 *esse existimatur. Ita omnis insula est in circuitu vicies centem millia passuum.*

1 XIV. *Ex his omnibus longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt: quæ regio est maritima omnis,* [1] *neque multum a Gallica differunt consuetudine. Interiores plerique fru-*
2 *menta non serunt: sed lacte & carne vivunt: pellibusque sunt vestiti:* [2] *Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum*

1. *Neque multum à Gallica differunt consuetudine*] MSS. *Carrar.* & *Norvic.* omittunt præpositionem. Sic & *Plinius* H. N. lib. IX. cap. XXXV. *Origo atque genitura conchæ est haud multum ostrearum conchis differens.* Ab antiquissimis etiam editionibus *Rom. Ven. Beroald.* abest eadem vocula. *Davies.*

2. *Omnes verò se Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem*] Vocem *vitri* jam plerique doctorum ex antiquissimis codicibus recepe-runt. In nonnullis codd. est *glasto*, & hanc quoque Græcus interpres retinuit. Sunt qui ex Plinio irrepsisse putent, qui lib. XXII, cap. I. ait: *Simile plantagini glastum in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitæ quibusdam in sacris & nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes.* Ciacconius ait hunc locum efficere, ut quidam multo minus apud Cæsarem glasti vocem ferant, cum dicat Plinius Æthiopum colorem glastum imitari. Et ita putabat etiam vir doctus P. Victorius Var. Lect. lib. XIX. cap. III. Sed hoc argumentum nullius pretii, neque enim quando quis aliquid imitatur statim sequitur hoc per omnia simile esse illi quod imitatur. Et glastum efficit fuscum colorem, & Æthiopum color idem est, itaque non temere Plinius hoc dixit. Ego pro certo habeo *glastum* & *vitrum* idem esse. Non adspernandum hac in re est testimonium Humfredi Lhuyd Cambro-Britanni, qui in patriæ suæ descriptione ait: *Nec hi, sed Britanni, ut Cæsar & alii referunt, corpora glasto in cæruleum colorem, ut hostibus terribiliores viderentur, pingere soliti. Et nobis in hunc diem (quod antiquitatem probare videtur) cæruleus color glas dicitur, quo nomine & herba illa plantagini haud dissimilis, & mercatoribus nunc optime cognita, nuncupatur.* Sane hodieque Belgis vitrum *glas* vocatur. Cæterum ut dubitem *glasto* Cæsar, an *vitro* scripserit, facit, quod video sæpe illi exoticas voces usurpatas. sic in *alce*, & *ambacti*, & *soldurii*, aliisque. Nec frustra Planudes, vel quisquis Cæsaris interpres eandem vocem retinuit. Rursum ut credam *vitro* scripsisse movet me non modo autoritas Melæ, qui libro III. cap. VI. habet, *incertum ob decorem, an quid aliud, vitro corpora infecti.* Jornandes cap. 2. qui verba Melæ exscribit, *ob decorem*, ait, *nescio, an aliam ob rem, ferro pingunt corpora.* Ubi audacter dicerem scribendum esse *vitro*, nisi scirem Britannos non vitro tantum, sed & ferro prius pingere corpora solere, ut facilius cicatrices imbiberent colorem cæruleum. Testis est Herodianus, qui lib. III. ait: τὰ δὲ σώματα στίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν. ὅθεν οὐδ᾽ ἀμφιέννυνται, ἵνα δὴ σκέπωσι τοῦ σώματος τὰς γραφάς Ubi recte usurpat vocem ἀμφιέννυνται, nam Britannis erat ex pelle vestis, ut Cæsar docet. Itaque anterior pars aperta, posterior tecta. Sed clare Solinus fine cap. XXV. *Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, jam inde à pueris variæ animalium effigies in-*

*leum efficit colorem. atque hoc horribiliore sunt in pugna adspectu: capilloque sunt promisso; atque omni parte corporis* 3
*rasa, præter caput, & labrum superius. Uxores habent de-* 4
*ni*

*...rpretantur, inscriptisque visceribus hominis incremento pigmenti notæ crescunt. Neque quidquam magis patientiæ loco feræ nationes ducunt, quam ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant.* Notas eas *stigmata* recte Isidorus nuncupat lib. XIX. cap. XXIII. *Nonnulle etiam gentes non solum in vestibus, sed & in corpore aliqua sibi pria quasi insignia vindicant, ut videmus cirros Germanorum: granos & cinnabar Gothorum: stigmata Britonum.* Cæterum quod de omnibus Britannis Cæsar ait, id de Siluribus prodit Tacitus in Agricolæ vita: & ex eo quoque Jornandes, qui ait *Sylorum colorati vultus, torto plerique crine & nigro nascuntur*, lege *Silurum*. nam sæpe in eo scriptore nomina corrupta sunt. Claudianus lib. II. de laudibus Stiliconis obscurius eandem rem tangit cum ait:

*Inde Caledonio velata Britannia monstro,*
*Ferro picta genas: cujus vestigia verrit*
*Cæruleus Oceanique æstum mentitur amictus.*

Ubi *cæruleus amictus* non vestis, aut simile quid est, sed ita appellat vitrum, quod verrit vestigia ferri, sive inditur cicatricibus, ut colorem bibant. Similem morem ferro incidendi corpora habuerunt quoque Illyrii & Thraces. Autor Strabo est lib. VII. pag. 218. etiam Iapodes Liburniæ populi de quibus ait: κατάστικτοι δ' ὁμοίως ἢ τοῖς ἄλλοις Ἰλλυριοῖς ἢ Θρᾳξί. *Notis compuncti sunt corpora, ut & Illyriorum cæteri & Thraces.* Viget hodieque mos ille in gentibus quæ Magellanicum sinum propter habitant. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Mira est hoc loco & veterum codicum & interpretum varietas. Nam libri quidam habent, *glasto inficiunt*, alii *ultro*, nonnulli *nitro*, major pars *vitro*; quæ lectiones, fere omnes, suos sunt assertores nactæ. Sunt enim qui *glastum* probent, quod scribat *Plinius* lib. XXII. cap. I. *Simile plantagini glastum in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitæ quibusdam in sacris & nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes.* Sed id aliis non placet, quod non *cæruleum*, ut est apud *Cæsarem*, sed *Æthiopum colorem* efficiat: & quod eo non *Britanni omnes* aut *semper*, ut ait *Cæsar*, sed fœminæ, quæ viris junctæ sunt, & *in sacris* tantum *quibusdam* oblini solent. Sed præcipue, quod in nullo *Cæsaris* exemplari paullo vetustiori *glastum* reperiatur. Sunt qui ex *ultro* parva mutatione *luteo* fecerunt, auctoritate *Vitruvii* adducti, qui lib. VII. cap. XIV. ita scribit: *qui non possunt chrysocolla propter caritatem uti, herba, quæ luteum appellatur, cæruleum inficiunt, & utuntur viridissimo colore.* Sed id propterea non admittitur à viris doctis, quod *luteum* non *efficiat cæruleum colorem*, ut *Cæsar* ait; sed cæruleus luteo infectus viridem reddat colorem. Ac vidi, qui *nitro* legendum esse contendant, quod apud *Vitruvium* lib. VII. cap. XI. *nitro cæruleum temperetur.* Verum cum ea temperatura non solo *nitro* fiat, sed *arena* insuper & *ære Cyprio*, nihil *Vitruvius* hac parte juvat, neque si quis nitro corpus inficiat, cæruleus efficitur color. Cum autem in codice *Fulvii Ursini*, qui antiquior multo emendatiorque aliis est, legatur *vitro*, eaque scriptura in aliis manuscriptis reperiatur, ea lectio omnino vera esse videtur; est enim *vitrum* herba, quæ in Gallia frequen-

L 5 tissima

*ni duodenique inter se communes, & maxime fratres cum fratribus, parentesque cum liberis. sed si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus primum virgines quæque ductæ sunt.*

XV. Equites hostium essedariique acriter prœlio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt; ita tamen, ut nostri omnibus partibus superiores fuerint, atque eos in

tissima nascitur, quæ cæruleum colorem efficit. Eam Græci *Isatim* vocant, Galli ipsi *pastellum*. *Vitruvius*, ut quidem legitur in duobus manuscriptis, quibus sum usus, & uno antiquæ editionis, lib. VII. cap. XIV. sic scribit: *Idem propter inopiam coloris Indici, cretam Selinusiam, aut anulariam, vitro, quod Græci Isatin appellant, inficientes, imitationem faciunt coloris Indici.* In aliis duobus libris item manuscriptis erat *visallin* aut *visalsin*, in nullo vero ὕαλον, ut quidam imprimendum curarunt. Quin vero apud *Vitruvium* legi debeat *Isatim*, dubitari non potest, cum *Oribasius* scribat *Isatim infectores Vitrum appellare*. *Plinius* lib. XXXV. cap. VI. de Indico loquens sic ait: *Qui adulterant vero Indicum, stercora columbina, aut certam Selinusiam, aut anulariam vitro inficiunt.* Sic enim legitur in excusis *Herodianus* lib. III. c. XLVII. de Britannis: τὰ δὲ σώματα ςίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν· ὅθεν οὐδ᾽ ἀμφιέννυνται, ἵνα μὴ σκέπωσι τοῦ σώματος τὰς γραφάς. Ergo apud *Melam* lib. III. cap. VI. cum de Britannis ait, *incertum ob decorem, an quid aliud ultro corpora inficiunt*, reponendum est *vitro*. Ciaccon.

*Ibid.*] Hujus animadversionem hic exstare volui, quod, expositis doctorum virorum sententiis, earum plerasque refutarit. Plerasque dico, non omnes; mihi enim perplacet opinio *Joan. Brodæi*, qui Miscell. lib. V. cap. II. legit *Glasto*, nec rationes, quibus contra eam militat *Ciacconius*, ullius plane sunt momenti. Nam I. *Plinius* H. N. lib. XXII. cap. I. non tradit Glastum *efficere* Æthiopum colorem, sed *imitari*; quod verum: color enim cæruleus, cum satur est, ad fuscum accedit. Hinc *Homerus* cum alibi passim, tum Il. A. 350. πόντον vocat οἴνοπα, hoc est, ut recte Scholiastes, μέλανα, licet mare cæruleo colore sit tinctum. II. Cum *glastum* & *vitrum* eadem sit herba, ut ostendit *Is. Vossius* ad *Melæ* lib. III. cap. VI. non magis contra glastum, quam contra vitrum militat, quod *Plinius* prodiderit eo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitas esse *quibusdam in sacris*, quasi nunquam ipsi Britanni, nec feminæ quidem semper, eo uterentur. At contrarium liquet vel ex *Solini* cap. XXV. adeo ut *Plinium* μνημονικῷ ἁμαρτήματι lapsum arbitrer. III. In eo plane falsus est *Ciacconius*, quod scripserit in nullo *Cæsaris* exemplari paullo vetustiore *Glastum* reperiri, cum non solum in suo Codice ita legit Metaphrastes, sed & antiquitus cusa ex optimis MSS. edita hanc vocem repræsentent. Verum quidem est, editt. *Rom. Ven. Beroald.* aliasque retinere *ultro* (pro *vitro*) *glasto*; adeo ut eorum verborum alterutrum ex Glossemate sit ortum; utri vero hoc contigerit, non difficile erit æstimatu, si reputemus moris non fuisse Librariis, vocem Romanam & usu vulgari tritam, peregrina & rariore explicare: cum igitur *Glastum* sit vox Britannica, *vitrum* autem Latina,

in silvas collesque compulerint. sed, compluribus in- 2
terfectis, cupidius insecuti nonnullos ex suis amiserunt.
At illi, intermisso spatio, imprudentibus nostris atque 3
occupatis in munitione castrorum, subito se ex silvis e-
jecerunt; impetuque in eos facto, qui erant in statione
pro castris collocati, acriter pugnaverunt: duabusque 4
missis subsidio cohortibus à Cæsare, [1] atque his primis
legionum duarum, quum hæ, intermisso perexiguo
loci spatio, inter se constitissent, novo genere pugnæ
perterritis nostris, per medios audacissime proruperunt,
seque inde incolumes receperunt. Eo die [2] Q. Labe- 5
rius Durus tribunus mil. interficitur. Illi, pluribus sub-
missis cohortibus, repelluntur.

XVI. *Toto hoc in genere pugnæ quum sub oculis omnium,* 1
*ac pro castris dimicaretur, intellectum est, nostros, propter
gravitatem armorum, quod neque insequi cedentes possent,
neque ab signis discedere auderent, minus aptos esse ad hujus
generis hostem; equites autem magno cum periculo dimica-* 2
*re, propterea quod illi etiam consulto plerumque cederent;
&, quum paullulum ab legionibus nostros removissent, ex
essedis desilirent, & pedibus dispari prœlio contenderent.*
[3] *Equestris autem prœlii ratio, & cedentibus & insequen-* 3
*tibus, par atque idem periculum inferebat. Accedebat huc,* 4
*ut, nunquam conferti, sed rari, magnisque intervallis præ-
liarentur, stationesque dispositas haberent, atque alios alii
dein-*

ra, hæc illius Glossema est habendi. *Davies.*

1. *Atque his primis legionum duarum*] Primæ cohortes ceteris præstabant, non hominum numero, ut perperam arbitratus est *Joan. Glandorpius*, sed virtute; erant enim ex præstantissimis & fortissimis viris confectæ. Vide *Just. Lipsium* Mil. Rom. lib. 1. Dial. IV. *Davies.*

2. *Q. Laberius Durus*] Orosius, Freculphus, Celsus, aut potius Anonymus exscriptor ejus constanter habent *Laberius*, sed corruptè, aut valde ego fallor. *D. Vossius.*

3. *Equestris autem prœlii ratio*] Ambigebat Glareanus de Britannis, Romanis, an utrisque Cæsar loquatur. Sed nulla hic difficultas est. Nam equestre prœlium propriè hic accipiendum: nempe, ubi utrimque equis concurritur; alioque frustra bonum hic sensum quæras. Sane sic & Græcus intellexit: & sic lib. 1. ubi de equestri prœlio Romanorum cum Helvetiis loquitur. *D. Vossius.*

*deinceps exciperent, integrique & recentes defatigatis succederent.*

1 XVII. Postero die procul à castris hostes in collibus
constiterunt, rarique se ostendere, & lentius, quam
2 pridie, nostros equites prœlio lacessere cœperunt. Sed
meridie, quum Cæsar pabulandi caussà III legiones
atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato misisset, repente ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt, sic, uti ab signis legionibusque non absi-
3 sterent. Nostri, acriter in eos impetu facto, repulerunt: neque finem insequendi fecerunt, quoad subsidio confisi equites, quum post se legiones viderent, præ-
4 cipites hostes egerunt: magnoque eorum numero interfecto, neque sui colligendi, neque consistendi, aut
5 ex essedis desiliendi facultatem dederunt. Ex hac fuga protinus, quæ undique convenerant, auxilia discesserunt; neque post id tempus umquam summis nobiscum copiis hostes contenderunt.

1 XVIII. Cæsar, cognito consilio eorum, ad flumen Tamesin, in fines [1] Cassivellauni exercitum duxit. quod flumen uno omnino loco pedibus, atque hoc æ-
2 gre, transiri potest. Eo quum venisset, [2] animum advertit, ad alteram fluminis ripam magnas esse copias ho-
3 stium instructas. ripa autem erat acutis sudibus præfixis munita: [3] ejusdemque generis sub aqua defixæ su-
4 des flumine tegebantur. Iis rebus cognitis à captivis perfu-

1. *Cassivellauni*] Σειλλαν corruptè apud Dionem legi alibi monuimus. Etiam Polyæno vocatur Κασολαίλος, scribe apud utrumque Κασσιβελλαῦνος. *D. Vossius.*

2. *Animum advertit.*] Vulgg. *animadvertit.* Nos autem MSti. *Norvic.* lectionem sequimur. Vide not. ad lib. I. B. G. cap. XXIV. Observavit etiam vir doctissimus *J. Georg. Grævius* ad *Ciceronis* Offic. lib. II. cap. XIX. Librarios plurimis iu locis elegantem hunc loquendi modum mutasse, ut alterum substituerent. *Davies.*

3. *Ejusdem generis sub aqua defixæ sudes flumine tegebantur*] Lipsius in Poliorceticis lib. 5. dial. 3. quærit cur *flumine* hic legatur, cum paullo ante dixerit Cæsar *sub aqua.* Itaque pro *flumine* ambigit an reponat plumbo. Sed ambigit non statuit. Sane juvare videtur opinionem illius Beda cum lib. I. cap. II. Hist. Angl. ait:

*Qua-*

fugisque, Cæsar, præmisso equitatu, confestim legio-
nes subsequi jussit. Sed ea celeritate, atque eo impetu 5
milites ierunt, quum capite solo ex aqua exstarent, ut
hostes impetum legionum atque equitum sustinere non
possent, ripasque dimitterent, ac se fugæ mandarent.
XIX. Cassivellaunus, ut supra demonstravimus, 1
omni spe deposita contentionis, dimissis amplioribus
copiis; [1] millibus circiter IV essedariorum relictis,
[2] itinera nostra servabat; paullulumque ex via excede-
bat, locisque impeditis, atque silvestribus sese occulta-
bat; atque iis regionibus, quibus nos iter facturos co-
gnoverat, pecora, atque homines ex agris in silvas com-
pellebat: &, quum equitatus noster liberius, vastan- 2
di

*Quarum vestigia sudium ibidem usque hodie visuntur, quod singula earum ad modum humani femoris grossa, & circumfusa plumbo, immobiliter hæreant in profundum fluminis infixa.* Sed considerare oportet, sudes illas acutas ab Cæsare dici: nam cum antea dixisset ripam acutis sudibus præfixis munitam fuisse, subdit ejusdem generis sudes sub aqua latuisse. Itaque plumbum habuerint ima sudium. Atqui quomodo tunc dicat Cæsar tectas plumbo fuisse? Nam plumbum acutas facere sudes nequibat. Ego itaque malo vulgatam retinere lectionem. Quod autem Cæsar primo ait sub aqua defixas sudes, tantundem est ac si dicat fundo fluminis infixas sudes fuisse, dein subdit flumine tegebantur, ut ostendat non exstitisse cacumina earum ex aqua. Beda de plumbo dicit, sed videor mihi occurrere illi argumento posse. Nam quis affirmet illas sudes; quarum vestigia Bedæ tempore deprehensa, easdem fuisse quæ Cæsaris tempore flumini infixæ fuerunt. Inquit Cæsar flumen illud uno tantum loco pedibus transiri potuisse. Forsan Britanni postea bellis intestinis concussi prohibendis transitu amnis conterraneis sudes illas posuere. Equidem ego id crediderim: nec temere muto in Cæsare nisi veteris codicis autoritas accedat. Sed illud notandum quod Polyænus ait lib. VIII. Strateg. cap. XXIII Cæsari elephantum unum in Britannia fuisse, cui imposita turris: ejusque terrore Britanni dilapsi custodiam amnis deseruerint. Nihil tamen de bellua illa in Cæsare legitur, unde suspicor Polyænum id hausisse ex Ephemeridibus Cæsaris, in quibus multa à Cæsare annotata fuisse, quæ his Commentariis non memorantur, jam initio notarum observavimus. *D. Vossius.*

1. *Millibus circiter IV. essedariorum relictis*] Recentiores *retentis*; sed omnium MStorum & antiquitus cusorum lectionem absque causa sontica deseruerunt, ut exemplis monstravit *Ger.* G. J. F. *Vossius* ad *Vellejî Paterculi* lib. II. cap. LXXXI. *Davies.*

2. *Itinera nostra servabat*] Observabat, *παρετήρει*, ut recte Græcus. *Silius* Italicus lib. VI. 384.

Servabam *vultus Ducis, & prudentia sensum*
*Lumina.* Vide & vs. 565. *Idem.*

di prædandique caussa, se in agros effunderet, omni-
bus viis notis semitisque essedarios ex silvis emittebat;
&, magno cum periculo nostrorum equitum cum iis
confligebat; atque hoc metu latius vagari prohibebat.
3 Relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum
discedi Cæsar pateretur, & tantum in agris vastandis,
incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum la-
bore atque itinere legionarii milites efficere poterant.

1 XX. Interim Trinobantes, prope firmissima earum
regionum civitas, [1] ex qua Mandubratius adolescens,
Cæsaris fidem secutus, ad eum [2] in continentem Gal-
liam venerat, cujus pater Imanuentius in ea civitate
regnum obtinuerat, interfectusque erat à Cassivellau-
no, ipse fuga mortem vitaverat, legatos ad Cæsarem
2 mittunt: pollicenturque sese ei dedituros, & imperata
3 facturos: petunt, ut Mandubratium ab injuria Cassi-
vellauni defendat; atque in civitatem mittat, qui præ-
4 sit, imperiumque obtineat. His Cæsar imperat obsides
XL, frumentumque exercitui; Mandubratiumque ad
eos mittit. Illi imperata celeriter fecerunt: obsides ad
numerum, frumentumque miserunt.

1 XXI. Trinobantibus defensis, atque ab omni militum
in-

1. *Ex qua Mandubratius adolescens*] Cambdenus, aliique ajunt Mandubratium hunc Orosio vocari Androgorium: quia ait Orosius lib. VI. cap. IX. *Interea Trinobantum firmissima civitas cum Androgorio duce, datis XL obsidibus, Cæsari sese dedidit.* Sed ego hinc affirmare non ausim eundem esse Androgorium & Mandubratium. Nam inquit Cæsar Mandubratium in continentem ad se venisse, rogasseque Trinobantes postea, ut eum cum imperio ad se mitteret Cæsar. Orosius verò ait Androgorium tunc ducem fuisse Trinobantibus. Sed quis hinc colligat eundem utrumque esse? Mihi non videtur. Potuit Androgorius absente Mandubratio Trinobantibus imperare. *D. Vossius.*

2. *In continentem Galliam*] Injuriam mihi facere simplicitati Cæsaris videntur & Ciacconius, in notis suis, & Scaliger in editione sua, cum vocem *Galliam* suspectam habent, atque expungi volunt. *Idem.*

*Ibid.*] Ultimam vocem expungendam censuere *Fr. Hotomannus*, *P. Ciacconius* & *Jos. Scaliger.* Sed nihil opus est, ut eorum calculis nostrum adjiciamus, cum *Livius* lib. XXXI. cap. XLV. *continentem Atticam* dixerit, & *continentem terram*, *Corn. Nepos* Themist. cap. III. & *Eumenius* Paneg. IV. c. VII. *Davies.*

injuria prohibitis, [1] Cenimagni, Segontiaci, Ancalites, Bibroci, Cassi, legationibus missis sese Cæsari dediderunt. Ab his cognoscit non longe ex eo loco [2] op- 2
pidum Cassivellauni abesse, silvis, paludibusque munitum, quo satis magnus hominum pecorisque numerus convenerit. [3] Oppidum autem Britanni vocant, 3
quum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt, quo, incursionis hostium vitandæ caussa, convenire consueverunt. Eo proficiscitur cum legionibus: locum repe- 4
rit egregie natura atque opere munitum: tamen hunc duabus ex partibus oppugnare contendit. Hostes paul- 5
lisper morati, militum nostrorum impetum non tulerunt; seseque ex alia parte oppidi ejecerunt. magnus ibi 6
numerus pecoris repertus: multique in fuga sunt comprehensi, atque interfecti.

XXII.

1. *Cenimagni* ] Tametsi temere & sine autoritate veteris codicis mutandum nihil putem, est tamen cur paullum corruptum esse hoc nomen arbitror. Ait Cæsar eodem hocce libro: *Maritima pars ab iis, qui prædæ, ac belli inferendi caussa ex Belgio* (scilicet in Britanniam) *transierant, qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt, & bello illato ibi remanserunt*, &c. Sunt autem non in Belgio quidem, verùm in Celtica Gallia Aulerci Cenomani, unde mihi illud Cenimagni depravatum videtur, sane Græcus interpres habet Κιάμαγνι: quam levis autem mutatio, i in e. Itaque fere legam *Cenomani*. Sane mox quoque video vestigia alterius Gallici nominis in *Cassi*: nam in Belgica sunt Velocasses, vicini Veromanduis. Etiam *Ancalites* non abhorret ab *Ambialites*. Sed potuerunt etiam Cæsaris tempore nomina illa paululum degeneravisse. Quare nihil muto. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Alibi factam hujusce populi mentionem non reperies, qua de caussa *J. Lipsius* ad *Taciti* lib. XII. cap. XXXII. *Icenos* & *Cangos* intelligi existimat, quorum meminit Annalium scriptor. *Guil.* autem *Cambdenus* Britann. p. 329. edit. Lond. 1607. hanc vocem ex *Icenis* & *Regnis* conflatam arbitratur, præsertim quod MS. quem inspexerat, diviso vocabulo exhibebat *Ceni Agni*. Præstat autem vulgatam lectionem retinere; fieri enim potest, ut horum, quia ignobilis esset populus, nulla apud scriptores alios supersit memoria; quod etiam ceteris hoc in loco memoratis contigit. *Davies.*

2. *Oppidum Cassivellauni* ] Beda libro I. cap. II. Historiæ Anglicæ oppidum hoc Cassibellaum vocat. Errore an recte, non dijudicaverim. Prius tamen facilius credam. *D. Vossius.*

3. *Oppidum autem Britanni vocant &c.*] Usi sunt voce *Caer*; hæc autem radicem habet verbum קרא, quod *convocare* significat, quia eo convocati ex agris conveniebant, ut notavit vir doctissimus *Joan. Clericus* Art. Crit. P. II. S. II. cap. III. 9. *Davies.*

1 XXII. Dum hæc in his locis geruntur, Cassivellau-
nus ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstravi-
mus, quibus regionibus IV reges præerant, Cingeto-
rix, Carnilius, Taximagulus, Segonax, nuncios mit-
tit: atque his imperat, ut coactis omnibus copiis, ca-
stra navalia de improviso adoriantur, atque oppugnent.
2 Hi quum ad castra venissent, nostri, eruptione facta,
multis eorum interfectis, capto etiam [1] nobili duce Lu-
3 gotorige, suos incolumes reduxerunt. Cassivellaunus,
hoc prœlio nunciato, tot detrimentis acceptis, vastatis
finibus, maxime etiam permotus defectione civitatum,
legatos per Atrebatem Comium de deditione ad Cæsa-
4 rem mittit. Cæsar, quum statuisset hiemem in conti-
nente propter repentinos Galliæ motus agere, neque
multum æstatis superesset, atque id facile extrahi posse
intelligeret, obsides imperat; &, quid in annos singu-
los vectigalis populo R. Britannia penderet, constituit.
5 interdicit atque imperat Cassivellauno, ne Mandubra-
tio, neu Trinobantibus noceat.

1 XXIII Obsidibus acceptis, exercitum reducit ad
2 mare, naves invenit refectas. His deductis, quod &
captivorum magnum numerum habebat, & nonnullæ
tem-

1. *Nobili Duce Lugotorige*] Plerique MSS. & omnes antiquitus impressi cum Metaphraste, huic duci idem nomen attribuunt, ac Regulorum primo paullo ante memorato. MS. autem *Norv.* utrobique Lugotorigem exhibet; adeo ut nullus dubitem, quin unus idemque vir denotetur. Adversantur quidem *Fr. Hotomannus* & *Joan. Brantius*, quoniam hic *Ducis*, superius autem *Regis* fiat mentio; quasi scilicet Rex, nobilis Dux esse non potuerit! Et sane *Jul. Celsus* vit. Cæs. p. 87. diserte testatur *unum Regem esse captum, cui Lugotorix nomen erat.* Hinc medicina, ut videtur, fieri potest *Floro*, qui lib. III. cap. X. 18. ita loquitur. Cæsar *unum quoque è Regibus Cavelanis* (vel *Cavelianis*) *in vincula dedit.* At nullus Britannorum Rex captus est præter hunc sive Lugotorigem, sive Cingetorigem. Fidenter itaque scribo, *Unum quoque è Regibus* CANTIANIS *in vincula dedit.* Non me quidem fugit, à veteribus, Cantii incolas, *Cantios* fuisse vocatos, sed *Flori* ævo aliter se res habere potuit. *Joan. Freinshemius* & *J. G. Grævius* reposuerunt *è Regibus Cassivellauni*; sed præterquam quod hæc emendatio nimium recedat à lectionis receptæ vestigiis, mira est locutio *unus è Regibus Cassivellauni*, pro eo quod est, *unius è Regibus qui Cassivellauno suberant.* Davies.

tempestate deperierant naves, [1] duobus commeatibus
exercitum reportare constituit. ac sic accidit, ut, ex 3
tanto navium numero, tot navigationibus, neque hoc,
neque superiore anno ulla omnino navis, quæ milites
portaret, desideraretur: at ex iis, quæ inanes ex con- 4
tinente ad eum remitterentur, & prioris commeatus ex-
positis militibus, & quas postea Labienus faciendas cu-
raverat numero LX, perpaucæ [2] locum caperent, reli-
quæ fere omnes rejicerentur. quas quum aliquandiu Cæ- 5
sar frustra expectasset, ne anni tempore navigatione ex-
cluderetur, quod æquinoctium suberat, necessario an-
gustius milites collocavit: ac summam tranquillitatem 6
consecutus, secunda inita quum solvisset vigilia, prima
luce terram attigit, omnesque incolumes naves perduxit.

XXIV. Subductis navibus, concilioque Gallorum 1
Samarobrivæ peracto, quod eo anno frumentum in Gal-
lia, propter siccitates, angustius provenerat; coactus
est aliter, ac superioribus annis, exercitum in hibernis
collocare, legionesque in plures civitates distribuere:
ex quibus unam in Morinos ducendam C. Fabio legato 2
dedit; alteram in Nervios Q. Ciceroni: [3] tertiam in Essuos

1. *Duobus commeatibus exercitum reportare constituit*] *Commeatum* vocabant, & recte *Beroaldus*, cum plures una naves aliquo appulissent. Græcis πορευτικὸς στόλος, ut ex veteri inscriptione docet *Casaubonus* ad *Suetonii* Aug. cap. XCVIII. *Brant.* Hanc *commeatus* significationem multis exemplis adstruxit *Phil. Rubenius* Elect. lib. II. c. XIII. *Davies.*

2. *Locum caperent*] Ad locum destinatum pervenirent. Sic supra lib. IV. cap. XXVI. dixit *insulam capere.* Et tamen *Hotomannus Cæsarem* non intellexit; ait enim obscuram sibi esse sententiam, nisi forte *locum capere* dicantur naves, quæ cursum tenent; cum is sit sensus, quem supra dixi. *Idem.*

3. *Tertiam in Essuos L. Roscio*] Essuorum Cæsar nusquam alibi, nec, quod sciam, ullus veterum Geographorum meminit. Unde subit suspicari corruptum esse locum. Reponendum existimo *Æduos.* Nam plerumque Ædui & Rhemi junguntur. Accedit quod Cæsar hanc pacatissimam esse partem dicit, quod de nulla alia terra æquè dici poterat. Inquit etiam autor hæc hiberna contenta fuisse centum passuum millibus, exceptis Roscii hibernis: At verò Geographorum fœdus mihi hac parte error videtur, qui Essuos juxta Nervios collocavere. Nam ita medii sint inter omnes illas nationes quas Cæsar statim nominavit. Præterea cum Cæsar legiones accivit, jussit Crassum ex Bellovacis venire qui passuum millibus circiter XXV à Sa-

suos L. Roscio: quartam in Rhemis cum T. Labien[illegible]
3 in confinio Trevirorum, hiemare jussit: [1] tres in Bel
gio collocavit. His M. Crassum quæstorem, & L. Mu
natium

Samarobriva aberat. Dein Labienum ex Rhemis, Fabium ex Morinis accivit, qui multo longius aberant. Cur non potius usurus fuisset Roscii legione, quæ & propior, & in pacatiori parte? Mihi sane τὸ *Æduis* rectum videtur. Putabam antea *Suessionibus* legendum, sed hoc penitus damno. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Eo probabilior est *D. Vossii* conjectura, quod etiam apud *Plinium* H. N. lib. IV. cap. XVIII. *Ædui* in vet. Cod. corrupte legantur *Esui*. *Ciacconius* scribit *Itesuos*, qui etiam sunt Celticæ populus ab eodem *Plinio* memoratus. *Davies.*

1. *Tres in Belgio collocavit*] Cum omnes fere hæ legiones de quibus hic Cæsar loquitur in Belgica Gallia positæ fuerint, nec verisimile sit Cæsarem de solis his dicturum fuisse separatim, quod de omnibus dici poterat. Commentatorum nonnulli Belgium hic esse nomen urbis putaverunt, quæ caput fuerit Bellovacorum. Quorum opinionem vel solum id convincat quod Cæsar hic dicit in Belgio, & postea ex Belgio qualia de urbibus dici nequaquam solita. Sed & ipsa repugnat historia. Nam Cæsar ait anguste hoc anno frumentum provenisse eoque dividendas fuisse legiones in plura hiberna: quomodo igitur in urbem unam compulerit? Absurdum sane id ut jampridem observatum magno Geographo Philippo Cluvero. Sed quæri possit ubi & quibus terminis clausa fuerit regio illa: Cluverus claudit eam Sequana, Esiaque fluminibus, hinc linea ab Esia ad Samarim flumen, & Samari inde Oceano ac postremum linea recta Belgas, à Caletibus ac Vellocassibus discernit: sane non arbitror accuratius describi potuisse. Itaque in Belgio fuerunt Bellovaci, ut satis Cæsar ipse ostendit, cum infra Crassum ex Bellovacis revocat, quem hi[c] in Belgio collocatum dicit. Se[d] fortassis tamen haud peccet qui la[-]tius Belgium extendat, nimirum a[b] ea parte qua jacent Vellocasses. Nam Cæsar superius de Britannia loquens dixit: *Maritima pars ab iis incolitur qui prædæ ac belli inferendi caussa ex Belgio transierant, qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt.* Erant autem Vellocasses contermini illi tractibus, & in Britannia Cassos fuisse ex Cæsare discimus. Unde suspicari possimus nomen hoc ex illo factum, & Vellocasses etiam in Belgica fuisse. Scio equidem supra dixisse me arbitrari *Cenimagni* corruptum ex *Cenomani*. Sed illi Celtica populi, & hucusque Belgium extensum fuisse nemo puto tam insipidu[s] est qui arbitretur, aut me putare existimet. De Vellocassibus verisimilior res est. Aut dicendum, cum Cæsa[r] ait ex Belgio nationes in Britanniam transiisse, id dictum non quia e[x] solo Belgio sed vicinis etiam tra[-]ctibus, omnique adeo maritima or[a] eo transgressas in Britanniam fuisse. Quod facile crediderim; præsertim cum sciam Venetis quoque commercia cum Britannis fuisse. Sed illu[d] magis miror, in nemine alio veterum autorum hujus Belgii mentionem invenir. Nisi quod Servius obiter a[d] Georgic. lib. III. vs. 204.

*Belgica vel molli melius feret essed[a] collo.*

*Belgica esseda*, inquit, *Gallicana vehicula. Nam Belgæ civitas est Galliæ in qua hujusmodi vehiculi repertus e[st] usus.* Ubi Belgium ab eo intellig[i] dubium non est, nam omnem Belgicam Galliam nemo ejusdem ci[-]vi[-]

natium Plancum, & C. Trebonium legatos præfecit.
Unam legionem, quam proxime trans Padum conscri- 4
pserat, & cohortes v in Eburones, quorum pars maxi-
ma est inter Mosam & Rhenum, qui sub imperio Am-
biorigis & Cativulci erant, misit. His militibus Q. Ti- 5
turium Sabinum, & L. Aurunculeium Cottam, lega-
tos præesse jussit. Ad hunc modum distributis legioni- 6
bus, facillime inopiæ frumentariæ sese mederi posse exi-
stimavit. Atque harum tamen omnium legionum hi- 7
berna (præter eam, quam L. Roscio in pacatissimam
& quietissimam partem ducendam dederat) [1] millibus
passuum c continebantur. Ipse interea, quoad [2] legio- 8
nes collocatas, munitaque hiberna cognovisset, in Gal-
lia morari constituit.

XXV. Erat in Carnutibus summo loco natus Tasge- 1
tius; cujus majores in sua civitate regnum obtinuerant.
Huic Cæsar, pro ejus virtute, atque in se benevolentia, 2
quod in omnibus bellis singulari ejus opera fuerat usus,
majorum locum restituerat. Tertium jam hunc annum 3
regnantem inimici palam, multis etiam ex civitate au-
ctoribus, interfecerunt. Defertur ea res ad Cæsarem. Il- 4
le,

vitatis nomine complexus est. *D. Vossius.*

*Ibid.* ] Cum pleræque legiones, de quibus antea locutus est *Cæsar*, in Gallia Belgica fuerint collocatæ, *Ph. Cluverius* Germ. lib. II. cap. II. asserit Belgium proprie dictum Galliæ Belgicæ fuisse partem, quæ Bellovacos, paucosque alios populos contineret. Et sane ita se res habeat oportet, cum & *Lucanus* de B. C. lib. I. 426. postquam Leucos & alios Galliæ Belgicæ populos memoravit, aiat

*Et docilis rector rostrati Belga Covini.*

Vide *Hadr. Valesium* not. Gall. p. 79, 80. *Davies.*

1. *Millibus passuum* c. ] Aut nota numeralis excidit, aut lapsus est *Cæsar*, nam ab Atuatica Eburonum castello, ad Crassi hiberna circiter CLXXX. millia passuum. Vide *Ph. Cluverium* Germ. lib. II. cap. II. Sed ut *Cæsar* aut Librarii *defectu*, Metaphrastes *excessu* peccavit, habet enim *ἐν ὀγδοήκοντα σαδίων μυριάσι περιείχετο*, cum millia passuum C. à stadiis DCCC. conficiantur. *Davies.*

2. *Legiones collocatas*] Sic reposuimus MStorum *Ciaccon.* & *Norvic.* ac editt. *Flor. Steph. Gryph.* fidem secuti; quæ quidem lectio confirmatur ex cap. XXV. hujusce libri, ubi sic loquitur. *Certior factus in hiberna perventum, locumque hibernis esse munitum.* In Vulgg. *collocasset*, quasi ipse Cæsar collocandis legionibus operam dedisset. *Idem.*

le, veritus, quod ad plures res pertinebat, ne civita
eorum impulſu deficeret, L. Plancum cum legione e:
Belgio celeriter in Carnutes proficiſci jubet, ibique hie
mare; quorumque opera cognoverit Taſgetium inter
5 fectum, hos comprehenſos ad ſe mittere. Interim ab o
mnibus legatis, quæſtoribuſque, quibus legiones tranſ
diderat, certior factus eſt, in hiberna perventum, lo
cumque hibernis eſſe munitum.

1 XXVI. Diebus circiter xv, quibus in hiberna ven-
tum eſt, initium repentini tumultus ac defectionis or-
2 tum eſt ab Ambiorige & Cativulco: qui, quum ad fi-
nes regni ſui Sabino Cottæque præſto fuiſſent, frumen-
tumque in hiberna comportaviſſent, Indutiomari Tre-
viri nunciis impulſi, ſuos concitaverunt; ſubitoque op-
preſſis lignatoribus, magna manu caſtra oppugnatum
3 venerunt. Quum celeriter noſtri arma cepiſſent, val-
lumque adſcendiſſent; atque una ex parte Hiſpanis e-
quitibus emiſſis, equeſtri prœlio ſuperiores fuiſſent;
deſperata re, hoſtes ſuos ab oppugnatione reduxerunt.
Tum ſuo more conclamaverunt, uti aliqui ex noſtris
ad colloquium prodirent: habere ſeſe, quæ de re com-
muni dicere vellent, quibus controverſias minui poſſe
ſperarent.

1 XXVII. Mittitur ad eos colloquendi cauſſa C. Ar-
pinius eques Romanus, familiaris Q. Titurii, & Q.
Junius ex Hiſpania quidam, qui jam ante, miſſu Cæ-
ſaris, ad Ambiorigem ventitare conſueverat: apud quos
2 Ambiorix in hunc modum locutus eſt: *Seſe, pro Cæſa-
ris in ſe beneficiis, plurimum ei confiteri debere, quod ejus
opera ſtipendio liberatus eſſet, quod Atuaticis finitimis ſuis
pendere conſueſſet; quodque ei & filius, & fratris filius,
ab Cæſare remiſſi eſſent, quos Atuatici obſidum numero miſſos
3 apud ſe in ſervitute & catenis tenuiſſent. neque id, quod fe-
cerat de oppugnatione caſtrorum, aut judicio, aut voluntate
ſua feciſſe, ſed coactu civitatis: ſuaque eſſe ejuſmodi impe-
ria,*

*ria, ut non minus haberet in se juris multitudo, quam ipse
in multitudinem. civitati porro hanc fuisse belli caussam, quod* 4
*repentinæ Gallorum conjurationi resistere non potuerit; id se
facile ex humilitate sua probare posse; quod non adeo sit im-
peritus rerum, ut suis copiis populum R. se superare posse con-
fidat. sed esse Galliæ commune consilium; omnibus hibernis* 5
*Cæsaris oppugnandis hunc esse dictum diem, ne qua legio al-
teri legioni subsidio venire posset. non facile Gallos Gallis ne-
gare potuisse: præsertim quum de recuperanda communi liber-* 6
*tate consilium initum videretur. quibus quoniam* [1] *pro pietate* 7
*satisfecerit, habere se nunc rationem officii: pro beneficiis Cæ-
sarem monere, orare Titurium pro hospitio, ut suæ ac mili-
tum saluti consulat. magnam manum Germanorum condu-* 8
*ctam Rhenum transisse; hanc affore biduo: ipsorum esse con-* 9
*silium, velintne prius, quam finitimi sentiant, eductos ex
hibernis milites aut ad Ciceronem, aut ad Labienum deduce-
re, quorum alter millia passuum circiter* L, *alter paullo am-
plius absit. illud se polliceri, & jurejurando confirmare, tu-* 10
*tum se iter per fines suos daturum. quod cum faciat, & ci-* 11
*vitati sese consulere, quod hibernis levetur, & Cæsari pro
ejus meritis gratiam referre.* Hac oratione habita discedit
Ambiorix.

XXVIII. C. Arpinius, & Junius, quæ audierant, 1
ad legatos deferunt. Illi repentina re perturbati, etsi ab
hoste ea dicebantur, non tamen negligenda existimabant: maximeque hac re permovebantur, quod civitatem ignobilem atque humilem Eburonum sua sponte populo Rom. [2] bellum facere ausam vix erat credendum.

1. *Pro pietate satisfecerit*] *Pietas* hic amorem patriæ significat. *Cicero* de Invent. lib. II. cap. XXII. *Pietas erga patriam — officium conservare monet.* *Silius* Italicus lib. IV. 398.

*Felices leti*, pietas *quos addidit umbris.*

Vide etiam lib. VIII. 329. & X. 593. *Davies.*

2. *Bellum facere*] Hunc loquendi modum inter *Sallustii* raros & insolentes ponit *Seneca* Epist. CXIV. Sed perperam. *Corn. Nepos* Ages. cap. II. *Persuasit Lacedæmoniis, ut exercitum in Asiam emitterent*, bellumque Regi facerent. Sic etiam loquuntur præstantissimi linguæ Latinæ auctores, ut ostendit *Ch. Cellarius* Cur. Poster. pag. 91. seq. *Idem.*

2 dum. Itaque [1] ad consilium rem deferunt. magnaqu
3 inter eos existit controversia. L. Aurunculeius, com
pluresque tribuni mil. & primorum ordinum centurio
nes, *nihil temere agendum*, *neque ex hibernis injussu Cæsari*
4 *discedendum* existimabant. [2] *quantasvis magnas copias etian*
5 *Germanorum sustineri posse*, *munitis hibernis*, docebant. *ren*
*esse testimonio*, *quod primum hostium impetum*, *multis ultr*
6 *vulneribus illatis*, *fortissime sustinuerint. re frumentaria nor*
*premi. interea & ex proximis hibernis*, *& à Cæsare con-*
7 *ventura subsidia.* postremo *quid esse levius aut turpius*, *quam*
*auctore hoste de summis rebus capere consilium*?

1 XXIX. Contra ea Titurius, *sero facturos* clamitabat:
*quum majores manus hostium*, *adjunctis Germanis*, *conve-*
*nissent*; *aut quum aliquid calamitatis in proximis hibernis es-*
2 *set acceptum*, *brevem consulendi esse occasionem. Cæsarem ar-*
*bitrari profectum in Italiam: nec aliter Carnutes interficien-*
*di Tasgetii consilium fuisse capturos*, *neque Eburones*, *si ille*
*adesset*, *tanta cum contemptione nostri ad castra venturos es-*
3 *se. non hostem auctorem*, [3] *sed rem*, *spectare. subesse Rhe-*
*num.* [4] *magno esse Germanis dolori Ariovisti mortem*, *&*
*su-*

1. *Ad consilium rem deferunt*] Sic restitui ex MS. *Norv.* & ita legit Græcus interpres; vertit enim, τῦτο τῇ βυλῇ ἀνακοινώσαντες. Vulgg. *ad Concilium.* Male omnino. De vocum *consilii* & *concilii* differentia videndus *J. F. Gronovius* ad *Livii* lib. XLIV. cap. II. *Davies.*

2. *Quantasvis magnas copias*] Recte notavit *Fr. Hotomannus* vulgo dici *quantumvis magnas*, vel *quantasvis copias.* Nihil tamen mutarim, cum hujusmodi πλεονασμῶν non desint exempla. *Livius* lib. XLIV. cap. XXVII. Ut quanta maxima *posset præda ex victo Romanis reservaretur. Curtius* lib. V. cap. IX. I. Quanto maximo *possumus cultu. Minucius Felix* Octav. pag. II. *Certum aliquod de summa rerum ac Majestate decernere*, *de qua* tot omnibus *seculis* —— *Philosophia deliberat.* Davies.

3. *Sed rem spectare*] MSS. nonnulli & vett. cusi *Rem exspectare*, unde forte legendum *se spectare*, licet aliquando subintelligatur Pronomen. Idem mendum occurrit apud *Petronium* Satir. cap. XVII. ubi de Quartilla. *Diu flevit*, *ac ne tum quidem nos ullum adjecimus verbum*, *sed taciti* exspectavimus *lacrimas ad ostentationem doloris paratas.* Lege *Spectavimus*, loquitur enim de Quartillæ lacrimis. *Idem.*

4. *Magno esse Germanis dolori Ariovisti mortem*] Nihil Cæsar usquam de morte Ariovisti nisi hoc loco scripsit. Unde Cluverius malebat *sortem* legere. Sed audax hæc conjectura. Nam quid attinebat mortem memorare, cum Cæsari post unum illud prœlium nihil cum Ariovisto res fuerit. Nec solet ille extra gesta sua evagari. Sane & Græcus θάνατον vertit,

*superiores nostras victorias. ardere Galliam tot contumeliis* 4
*acceptis sub populi R. imperium redactam, superiore gloria*
*rei militaris exstincta.* Postremo *quis hoc sibi persuaderet,* 5
*sine certa re Ambiorigem ad ejusmodi consilium descendisse?*
*suam sententiam in utramque partem esse tutam: si nil sit du-* 6
*rius, nullo periculo ad proximam legionem perventuros; si*
*Gallia omnis cum Germanis consentiat,* [1] *unam esse in celeri-*
*tate positam salutem. Cottæ quidem, atque eorum, qui dis-* 7
*sentirent, consilium quem haberet exitum? in quo si non præ-*
*sens periculum, at certe* [2] *longinqua obsidione fames esset*
*pertimescenda.*

XXX. Hac in utramque partem habita disputatio- 1
ne, quum à Cotta, primisque ordinibus acriter resiste-
retur, *Vincite*, inquit, *si ita vultis*, Sabinus; & id cla-
riore voce, ut magna pars militum exaudiret: *neque* 2
*is sum*, inquit, *qui gravissime ex vobis mortis periculo ter-*
*rear: hi sapient, & si gravius quid acciderit, abs te ratio-*
*nem reposcent; qui, si per te liceat, perendino die cum proxi-* 3
*mis hibernis conjuncti, communem cum reliquis casum susti-*
*neant: ne rejecti & relegati longe ab cæteris, aut ferro, aut*
*fame intereant.*

XXXI. Consurgitur ex consilio: [3] comprehendunt 1
utrumque, & orant, *ne sua dissensione & pertinacia rem*
*in*

tis, & in Anonymo eandem vocem invenio, & retineo. *D. Vossius.*

1. *Unam esse in celeritate positam salutem*] Sic *Virgilius* Æn. 11. 354. *Una salus victis.* Et infra: *tamen unum communis salutis auxilium in celeritate ponebat.* Et *Corn. Tacitus* annal. 1. *Temporis ac necessitatis monet. Unam in armis salutem*, &c. Ciaccon. Frustra igitur est *Fr. Hotomannus*, cui placet *una* sexto casu. *Davies.*

2. *Longinqua obsidione*] Longinquum pro diuturno poni multis exemplis docuit elegantissimi ingenii vir *Janus Broukhusius* ad *Propertii* lib. 1. Eleg. VI, 27. Vide etiam not. ad lib. 1. B. G. cap. XLVII. Hoc cum fugeret nuperos editores, *longa* hic loci intruserant; Nos autem ex MSto. *Norvic.* & antiquitus excusis suum *Cæsari* verbum restituimus. *Idem.*

3. *Comprehendunt utrumque, & orant*] Comprehendunt, hoc est, prensant, amplectuntur. Videtur historiam hanc vetus nummus exprimere, cui inscriptum Titurii nomen. Nam nisi fallor & hic Cotta & Sabinus contendentes sculpti, & miles diffidentes dirimere conatur. Ecce autem. *D. Vossius.*

2 *in summum periculum deducant: facilem esse rem, seu maneant, seu proficiscantur, si modo unum omnes sentiant, ac probent: contra in dissensione nullam se salutem perspicere.*
3 Res disputatione ad mediam noctem perducitur. [1] Tandem dat Cotta permotus manus. superat sententia Sabini.
4 ni. Pronunciatur, prima luce ituros. Consumitur vigiliis reliqua pars noctis, quum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset, quid ex in-
5 strumento hibernorum relinquere cogeretur. [1] Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur, & lan-
6 guore militum, & vigiliis periculum augeatur. Prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut, quibus esset persuasum, non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum, longissimo agmine, magnisque impedimentis.

1 XXXII. At hostes, postea quam ex nocturno fremitu, vigiliisque de profectione eorum senserunt, collocatis insidiis bipartito in silvis, opportuno atque occulto

1. *Tandem dat Cotta permotus manus*] Hoc est cedit, victorum instar. Sic Arnobius lib. I. pag. 26. *Sed concedamus interdum, manum vestris opinionibus dantes*, &c. Usurpavit & Cicero cum ait de amicitia: *Qui litigare se simulans blandiatur atque ad extremum det manus.* Erat autem ille mos deditiorum, sed de illis propriè dicitur *tendere manus*. Unde Cæsar lib. VII. cap. XL. *Litavici fraude perspecta Ædui manus tendere, & deditionem significare, & projectis armis mortem deprecari incipiunt.* Zosimus lib. II. πολλοὺς δὲ ζωγρίᾳ ἑλὼν τὸ περιλειφθὲν πλῆθος χεῖρας ἀνατείνειν ἐδέξατο. D. Vossius.

*Ibid.*] Si hujusce phraseως plura desideres exempla, adeundæ *Ch. Cellarii* notæ ad *Corn. Nepotis* Hamilc. cap. I, 4. *Davies.*

2. *Omnia excogitantur, quare nec sine periculo*] Hoc est, ita se gerunt, quasi id operam dent, ne sine periculo &c. Contrarium sensum procudit Metaphrastes, qui hoc modo locum vertit: παντὶ τρόπῳ δὲ ἐφρόντισαν ὁμῶς, ὅπως μήτε μένοντες κινδυνεύωσι, μήτε καμνόντων τῇ ἀγρυπνίᾳ τῶν στρατιωτῶν ὁ κοινὸς κίνδυνος αὐξηθῇ. Tanquam in suo Codice legisset *Quare & sine periculo maneatur, nec languore militum* &c. Contra rem ipsam: adeo ut vel libro vitioso usus sit, vel auctoris mentem non intellexerit. *Idem.*

culto loco, à millibus passuum circiter II Romano-
rum adventum expectabant: &, quum se major pars 2
agminis in magnam convallem demisisset, ex utraque
parte ejus vallis subito sese ostenderunt: novissimosque
premere, & primos prohibere adscensu, atque iniquis-
simo nostris loco prœlium committere cœperunt.

XXXIII. Tum demum Titurius, uti qui nihil an- 1
te providisset, trepidare & concursare, cohortesque
disponere: hæc tamen ipsa timide, atque ut eum omnia
deficere viderentur: quod plerumque iis accidere con-
suevit, qui in ipso negotio consilium capere cogun-
tur. At Cotta, qui cogitasset hæc posse in itinere acci- 2
dere, atque ob eam caussam profectionis auctor non
fuisset, nulla in re communi saluti deerat, &, in appel-
landis cohortandisque militibus, imperatoris; &, in
pugna, militis officia præstabat. quumque propter lon- 3
gitudinem agminis minus facile per se omnia obire, &
quid quoque loco faciendum esset, providere possent;
jusserunt pronunciari, ut impedimenta relinquerent,
[1] atque in orbem consisterent: quod consilium, etsi 4
in ejusmodi casu reprehendendum non est, tamen in-
commode accidit. nam & nostris militibus spem mi- 5
nuit, & hostes ad pugnandum alacriores effecit; quod
non sine summo timore & desperatione id factum vide-
batur. Præterea accidit, quod fieri necesse erat, ut vul- 6
go milites ab signis discederent; quæque quisque eorum
carissima haberet, ab impedimentis petere, atque ar-
ripere properaret, & clamore ac fletu omnia comple-
rentur.

XXXIV. At barbaris consilium non defuit. nam du- 1
ces eorum tota acie pronunciari jusserunt, *ne quis ab lo-
co discederet: illorum esse prædam, atque illis reservari,
quæcumque Romani reliquissent. proinde omnia in victoria po-
sita*

1. *Atque in orbem consisterent*] Vide Joan. *Brantium* ad lib. IV. cap. XXXVII. *Davies.*

2 *ſita exiſtimarent*. [1] Erant & virtute, & numero pugnan-
do pares noſtri: tametſi à duce, & à fortuna deſereban-
tur: tamen omnem ſpem ſalutis in virtute ponebant;
&, quoties [2] quæque cohors procurreret, ab ea parte
3 magnus hoſtium numerus cadebat. Qua re animadver-
ſa, Ambiorix pronunciari jubet, ut procul tela conji-
ciant, neu propius accedant: &, quam in partem Ro-
mani impetum fecerint, cedant; levitate armorum, &
quotidiana exercitatione nihil iis noceri poſſe: rurſus ſe
ad ſigna recipientes inſequantur.

1 XXXV. Quo præcepto ab iis diligentiſſime obſerva-
to, quum quæpiam cohors ex orbe exceſſerat, atque
2 impetum fecerat, hoſtes velociſſime refugiebant. [3] In-
terim ea parte nudari neceſſe erat, & ab latere aperto te-
3 la recipi. Rurſus, quum in eum locum, unde erant
egreſſi, reverti cœperant, & ab iis, qui ceſſerant; &
4 ab iis, qui proximi ſteterant, circumveniebantur: ſin
autem locum tenere vellent, neque virtuti locus relin-
quebatur, neque à tanta multitudine conjecta tela con-
5 ferti vitare poterant. Tamen [4] tot incommodis confli-
ctati,

1. *Erant & virtute & numero pugnando pares*] Sic recte emendavit *Joſ. Scaliger*, cum MSSti. & editt. vett. habeant *numero pugnandi pares*, unde *Gabr Faërnus* ex ingenio legebat *numero pugnantium pares*. *Poſt.* autem *Beroaldus*, omiſſa voce, ſcribit *Erant & virtute & numero pares*, cujus conjecturam probat *Joan. Brantius*. Fruſtra omnes: non enim tradere voluit noſter Romanos Eburonibus fuiſſe numero æquales, nec id ex hoc loco conficitur, quod tamen arbitratus eſt *P. Ciacconius*, cui propterea placet, *Erant* (Eburones) *& loco & numero ſuperiores: noſtri tametſi à Duce* &c. notat ſolummodo, Romanis ſat fuiſſe & virtutis & numeri, quo æquis conditionibus iniri poſſet prœlium: tantam enim de ſua virtute opinionem conceperant, ut, ob fortitudinem, pugnæ ſe pares exiſtimarent, licet inferiores fuerint hominum multitudine. *Davies.*

2. *Quæque cohors procurreret*] Ita legitur in MSto. *Norvic.* & recte quidem; reſpicit enim *noſter* ad id, quod factum eſt, poſtquam in orbem conſtiterant Romani. Vulgg. *procurrerat* vel *procucurrerat*. MS. *Carrar. procurrebat*, quæ lectio ob *κακοφωνίαν* à me eſt repudiata; ſequitur enim *magnus hoſtium numerus cadebat*. *Idem.*

3. *Interim ea parte*] MS. *Norvic.* ac editt. antiquiſſimæ *Rom. Ven. Beroald.* & *Steph.* exhibent *eam partem*, hoc eſt, κατὰ eam partem: quæ quidem lectio eſt recipienda, ſic enim loqui amat *Cæſar*. Vide notat. ad lib. IV. B. G. cap. I. *Idem.*

4. *Tot incommodis*] Sic legimus cum MS. *Norvic.* & veteribus cuſis, non

tam

stati, multis vulneribus acceptis, resistebant; & ma-
gna parte diei consumpta, quum à prima luce ad horam
VIII pugnaretur, nihil, quod ipsis esset indignum,
committebant. Tum T. Balventio, qui superiore an- 6
no [1] primum pilum duxerat, viro forti, & magnæ au-
ctoritatis, utrumque femur tragula transjicitur. Q. 7
Lucanius ejusdem ordinis fortissime pugnans, dum cir-
cumvento filio subvenit, interficitur. L. Cotta lega- 8
tus omnes cohortes ordinesque adhortans in adversum
os funda vulneratur.

XXXVI. His rebus permotus Q Titurius, quum 1
procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset,
[2] interpretem suum Cn. Pompejum ad eum mittit, ro-
gatum, ut sibi, militibusque parcat. Ille, appellatus 2
respondit: *si velit secum colloqui, licere; sperare à mul-
titudine impetrari posse, quod ad militum salutem pertineat;
ipsi vero nihil nocitum iri; inque eam rem se suam fidem in-
terponere.* [3] Ille cum Cotta saucio communicat, *si vi-* 3
*deatur, pugna ut excedant, & cum Ambiorige una collo-
quantur. sperare se ab eo de sua ac militum salute impetrari
posse.* Cotta se ad armatum hostem iturum negat, atque 4
in eo perseverat.

XXXVII. Sabinus, quos in præsentia tribunos mil. 1
circum se habebat, & primorum ordinum centuriones,
se

*tam multis incommodis*, ut habent recentiores: Eadem enim vox paullo post repetita insuaviorem reddit orationem. *Idem.*

1. *Primum pilum duxerat*] Primi pili erat centurio. De hac dignitate videndus *Justus Lipsius* Mil. Rom. lib. II. Dial. VIII. *Davies.*

2. *Interpretem suum Cn. Pompeium*] Supra dixit C. Arpinium ad Ambiorigem missum, sed non vocat interpretem. Ut non ausim hunc locum suspectum habere, quod Ciacconium fecisse video. Meminit Cicero in epistolis ad Atticum Cn. Pompeii interpretis, sed incertum an hunc designet. *D. Vossius.*

3. *Ille cum Cotta saucio communicat &c.*] Multiplex est in hisce gestis referendis *Dionis* error. Κόττας, inquit ille, παραχρῆμα μετὰ πολλῶν ἀπώλετο, καὶ τὸν Σαβῖνον ὁ Ἀμβιόριξ μετεπέμψατο μὲν, ὡς καὶ σώσων. οὔτε γὰρ τοῖς γιγνομένοις παρῆν, καὶ πιστὸς αὐτῷ καὶ τότε ἔτ' ἐδόκει εἶναι. Vide lib. XL. p. 123. D. ed. Hanov. Sed hæc omnia redarguit *Cæsaris* narratio. *Davies.*

ſe ſequi jubet: & quum propius Ambiorigem acceſſiſ-
ſet, juſſus arma abjicere, imperatum facit: ſuiſque
2 ut idem faciant, imperat. Interim, dum de conditio-
nibus inter ſe agunt, longiorque conſulto ab Ambio-
rige inſtituitur ſermo, paullatim circumventus, inter-
3 ficitur. Tum vero, ſuo more, victoriam conclamant,
atque ululatum tollunt; impetuque in noſtros facto,
4 ordines perturbant. Ibi L. Cotta pugnans [1] interfici-
tur cum maxima parte militum. reliqui ſe in caſtra re-
5 cipiunt, unde erant egreſſi. ex quibus L. Petroſidius
aquilifer, quum magna multitudine hoſtium premere-
tur, aquilam intra vallum projecit. ipſe pro caſtris for-
6 tiſſime pugnans occiditur. Alii ægre ad noctem oppu-
gnationem ſuſtinent: noctu ad unum omnes, deſperata
7 ſalute, ſe ipſi interficiunt. Pauci ex prœlio elapſi incer-
tis itineribus per ſilvas ad T. Labienum legatum in hi-
berna perveniunt; atque eum de rebus geſtis certio-
rem faciunt.

1 XXXVIII. Hac victoria ſublatus Ambiorix, ſtatim
cum equitatu in Atuaticos, qui erant ejus regno finiti-
mi, proficiſcitur; neque diem, neque noctem intermit-
2 tit; peditatumque ſe ſubſequi jubet. Re demonſtrata,
Atuaticiſque concitatis, poſtero die in Nervios perve-
nit: *hortaturque, ne ſui in perpetuum liberandi, atque ul-*
*ciſcendi Romanos, pro iis, quas acceperint, injuriis, occa-*
3 *ſionem dimittant:* [2] *interfectos eſſe legatos duos, magnamque*
4 *partem exercitus interiſſe demonſtrat: nihil eſſe negotii, ſubi-*
*to oppreſſam legionem, quæ cum Cicerone hiemet, interfici:*
*ſe*

1. *Interficitur cum maxima parte militum*] Narrat *Suetonius* in Julio cap. xxv. caſum hunc adverſum *in Germanorum finibus* Cæſari contigiſſe, quod cum *Cæſaris* relatione in concordiam redigere nequiit. *Julius Celſus* vit. Cæſ. pag. 94. ed. Lond. Sed res erat facilis: Eburones nimirum *Germani* vocabantur. Vide lib. II. B. G. capp. III. & IV. *Davies.*

2. *Interfectos eſſe legatos duos*] In MS. Andino *legatos duo* reperit *Joan. Fr. Gronovius*, qui ita legendum ſtatuit: conſtat enim *caſum Accuſativum maſculini Generis* hoc vel illo modo enunciatum. Vide viri doctiſſimi notas ad *Livii* lib. XXXV. cap. XXI. *Idem.*

*se ad eam rem profitetur adjutorem.* Facile hac oratione
Nerviis persuadet.

XXXIX. Itaque, confestim dimissis nunciis ad Cen- 1
trones, Grudios, Levacos, Pleumosios, Gordunos,
qui omnes sub eorum imperio sunt, quam maximas ma-
nus possunt, cogunt; & de improviso ad Ciceronis hi-
berna advolant, nondum ad eum fama de Titurii mor-
te perlata. [1] Huic quoque accidit, quod fuit necesse, 2
ut nonnulli milites, qui lignationis munitionisque causs-
sa in silvas discessissent, repentino equitum adventu in-
terciperentur. His circumventis, magna manu Eburo- 3
nes, Atuatici, Nervii, atque horum omnium socii &
clientes legionem oppugnare incipiunt. Nostri celeriter
ad arma concurrunt; vallum conscendunt. Ægre is dies 4
sustentatur, quod omnem spem hostes in celeritate po-
nebant, [2] atque hanc adepti victoriam in perpetuum se
fore victores confidebant.

XL. Mittuntur ad Cæsarem confestim à Cicerone 1
litteræ, magnis propositis præmiis, si pertulissent. Ob-
sessis omnibus viis, missi intercipiuntur. Noctu ex ea 2
materia, quam munitionis caussa comportaverant,
[3] turres admodum cxx excitantur incredibili celeritate.
quæ deesse operi videbantur, perficiuntur. Hostes po- 3
stero die multo majoribus copiis coactis castra oppu-
gnant, fossam complent. A nostris eadem ratione, qua 4
pridie, resistitur. hoc idem deinceps reliquis fit diebus. 5
Nul-

1. *Huic quoque accidit*] MSS. & veteres impressi *hue quoque accidit*; scribo *huc*, quod & *Fr. Hotomanno* suboluit. Ita etiam legit Metaphrastes. *Davies.*

2. *Atque hanc adepti victoriam*] Hottomannus de mendo suspicatur, & Cæsarem scripsisse *hac adepta victoria*. Mallem siluisset. Sic Tacitus I Annalium: *neve occisus Augusti pronepos nocentiores vos faciat*. Non occiderant milites Germanici filium, sed metus erat ne facerent. *D. Vossius.*

3. *Turres admodum* cxx.] Sic exhibent Codices manu exarati cum antiquis impressis; Recentiores enim mediam vocem expunxerant. Frustra. *Curtius* lib. IV. cap. IX. 24. *Mille* admodum *equites præmiserat.* Et cap. XII. 6. *Bactriani ibant equites mille* admodum. *Justinus* lib. XI. cap. XIV, II. *Inter hæc* DCCC. admodum *Græci occurrunt Alexandro.* Vide & lib. XXIV. c. I. 6. *Davies,*

Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur
non ægris, non vulneratis facultas quietis datur. Quæ
cumque [1] ad proximi diei oppugnationem opus sunt
6 noctu comparantur. multæ præustæ sudes, magnu
muralium pilorum numerus instituitur: turres conta
bulantur; pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntu
7 Ipse Cicero, quum tenuissima valetudine esset, ne no
cturnum quidem sibi tempus ad quitem relinquebat
ut ultro militum concursu ac vocibus, sibi parcere co
geretur.

1 XLI. Tunc duces, principesque Nerviorum, qu
aliquem [2] sermonis aditum, caussamque amicitiæ cun
2 Cicerone habebant, colloqui sese velle dicunt. Fact
potestate, eadem, quæ Ambiorix cum Titurio egerat
3 commemorant: *omnem esse in armis Galliam: Germano*
*Rhenum transisse: Cæsaris, reliquorumque hiberna oppugna*
4 *ri. Addunt etiam de Sabini morte.* [3] *Ambiorigem ostentant*
5 *fidei faciundæ caussa. Errare eos dicunt, si quidquam ab ii*
*præsidii sperent, qui suis rebus diffidant: sese tamen hoc esse*
*in Ciceronem populumque R. animo, ut nihil, nisi hiberna*
*recusent, atque hanc inveterascere consuetudinem nolint:*
6 *licere illis incolumibus per se ex hibernis discedere, & in*
7 *quascumque partes velint, sine metu proficisci.* Cicero ad
hæc

1. *Ad proximi diei oppugnationem*] Propter oppugnationem. *Livius* lib. I. cap. VII. *Quum actæ boves quædam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent.* Licet igitur hic de Romanis loquatur *Cæsar*, non necesse est, ut cum *Fr. Hotomanno propugnationem* reponamus. *Davies.*

2. *Sermonis aditum*] Prius verbum Glossematis suspectum habet *Pet. Ciacconius.* At non est audiendus. *Eumenius* Paneg. IV. cap. I. 5. *Jampridem mihi — divinarum patris tui aurium aditus evenerit.* Sed & *noster* lib. I. B. C. cap. LXXIV. *aditum commendationis* dixit. *Idem.*

3. *Ambiorigem ostentant faciundæ fidei caussa*] Nimirum ut crederet Cicero omnem Galliam in armis esse, quando videret humilem Eburonum civitatem arma capere ausam. Ipsumque Ambiorigem, tantopere Cæsari devinctum hostilia sumsisse. Aut ut ostenderent interfisse Cottam & Sabinum: quod verisimile non videretur Eburones, quorum in ditione duæ legiones hiemabant, ausuros alia hiberna aggredi, priusquam Cottam & Sabinum ac legiones delevissent. Nam prorsus falli Ciacconium puto, qui *Arpinium* legebat. Præsertim cum nihil de capto Arpinio aut Carpineio Cæsar dixerit. *D. Vossius.*

hæc unum modo reſpondit. *Non eſſe conſuetudinem po-*
*puli Romani ullam accipere ab hoſte armato conditionem. Si* 8
*ab armis diſcedere velint, ſe adjutore utantur, legatoſque ad*
*Cæſarem mittant: ſperare ſe* [1] *pro ejus juſtitia, quæ petie-*
*rint, impetraturos.*

XLII. Ab hac ſpe repulſi Nervii, vallo pedum XI, 1
& foſſa pedum XV, hiberna cingunt. Hæc ſuperiorum 2
annorum conſuetudine à noſtris cognoverant; & quoſ-
dam de exercitu nacti captivos, ab his docebantur. ſed 3
nulla his ferramentorum copia, quæ eſſet ad hunc uſum
idonea; gladiis ceſpitem circumcidere, manibus, ſagu-
liſque terram exhaurire cogebantur. qua quidem ex re 4
hominum multitudo cognoſci potuit. nam minus horis
tribus, [2] millium paſſuum XV in circuitu munitionem
perfecerunt: reliquiſque diebus turres ad altitudinem 5
valli, falces teſtudineſque, quas iidem captivi docue-
rant, parare ac facere cœperunt.

XLIII. [3] Septimo oppugnationis die, maximo co- 1
orto vento, [4] ferventes fuſili ex argilla glandes, fun-
dis,

1. *Pro ejus juſtitia*] Juſtitia hic non denotat *voluntatem ſua cuique tribuendi*, ſed clementiam aut miſericordiam. Sic apud *Ciceronem* pro M. Marcello cap. IV. *Hæc tua* juſtitia *& lenitas animi floreſcet quotidie magis* &c. *Terentius* in Heaut. Act. I. Sc. I. 33. *Mea ſtultitia* in juſtitia *tua ſit aliquid præſidii*. Similiter voces Græcæ & Hebraicæ, quæ *juſtitiam* ſignificant, clementiam notant ſeu bonitatem, ut oſtendit *H. Grotius* ad *Matthæi* I. 19. *Davies.*

2. *Millium paſſuum XV in circuitu munitionem perfecerunt, reliquiſque diebus turres*, &c.] Addit Oroſius numerum, ſcilicet CXX. Ait enim lib. VI. cap. X. *Vix tribus horis vallum pedum X, foſſam pedum XV per millia paſſuum XV in circuitu perfecerunt. Præterea CXX turres mira altitudine extruxerunt.* Sed Oroſius confudit hiſtoriam Cæſaris, qui ſupra dixit Romanos tot turres una nocte extruxiſſe, incredibili celeritate. Et quia hic ait quoque Cæſar turres à Gallis extructas, ille numerum ſupra de Romanis poſitum adjecit. Tamen incredibilis illa legionis unæ celeritas fuerit ut CXX turres una nocte excitaret. An dicemus recte in Oroſio legi, & tranſpoſita in Cæſare verba? *D. Voſſius.*

3. *Septimo oppugnationis die*] Oroſius: *Et cum jam ſeptem dies noctesque ſuccidui hoſtium cunei pugnarent.* Mire uſurpavit vocem *ſuccidui* à ſuccedendo, ſed condonandum illud ævo Oroſii. Veteres Romani vocem illam à *ſuccidendo* derivaſſent, unde *ſuccidaneus.* Idem.

4. *Ferventes fuſili ex argilla glandes*] Hæret hic Hottomannus & primo ambigit an *arvina* pro *argilla* legat, ut per arvinam ſevum denotetur. Sed male. Poſtea reponit *ferventes ful-*

dis, [1] & fervefacta jacula [2] in casas, quæ more Galli-
2 co stramentis erant tectæ, jacere cœperunt. Hæc cele-
riter ignem comprehenderunt, &, venti magnitudine,
3 in omnem castrorum locum distulerunt. Hostes, ma-
ximo clamore insecuti, quasi parta jam atque explorata
victoria, turres, testudinesque agere, & scalis vallum
4 adscendere cœperunt. At tanta militum virtus, atque
ea præsentia animi fuit, ut, quum undique flamma tor-
rerentur, maximaque telorum multitudine premeren-
tur, suaque omnia impedimenta atque omnes fortunas
conflagrare intelligerent: non modo [3] demigrandi caus-
sa de vallo decederet nemo, sed [4] pene ne respiceret
qui-

*sulphure ex argilla glandes.* Vel sic *ferventes fictili ex argilla glandes.* Nescio an usquam legatur *fictilis argilla*: *fictilia* occurrere scio. Denique postremam addit conjecturam *Fusiles ferventi ex argilla glandes.* Sed nulla ex omnibus emendationibus placet. quantum ad ultimam idem dicit Hottomannus, quod Cæsar ait, nam si argilla funditur, an liceat dicere fusilis argilla. Ego recta esse Cæsaris verba arbitror; & innuere eum argillæ genus unde hodieque statuæ funduntur. Sane Græcus vertit: *διαπύρους σφαίρας ἐξ ἀργύλλης τετηγμένης κατεσκευασμένας.* Orosius habet; *testas fundis ferventes intorsere.* D. Vossius.

1. *Et fervefacta jacula*] Græcus *διάπυρα βέλη.* Si vim vocis fervefacta examines, videantur solum cuspides candentes fuisse. Sed non id voluit Cæsar, quem non dubito intelligere falaricas, aut simile teli genus, quod stuppa veteres circumligabant. Orosius illustrat cum ait, *flammataque tela focis, ac mox concepto igne rutilantia intra castra jecerunt.* Statius Papinius lib. v. Thebaidos, *crinitum missile* appellat:

*Spiculaque & multa crinitum missile flamma.*

Ubi commentator ejus Placidus Lactantius per stuppam ignem insertum fuisse demonstrat. Sed dubitari possit an temporibus illis, de quibus loquitur Papinius, inventum fuerit id teli genus. *Idem.*

*Ibid.*] Ignita tela, *διάπυρα βέλη*, ut recte Metaphrastes; qualia sunt malleoli & falaricæ, de quibus videndus *Lipsius* Poliorc. lib. v. Dial. v. *Davies.*

2. *In casas quæ more Gallico stramentis erant tecta*] Jornandes de Britannis: virgeas habitant casas ait, jam verò Britannorum ædificia Gallicis consimilia fuisse supra Cæsar retulit. Etiam scriptor de bello Hispaniensi: *ad casas, quæ stramentis ab nostris hibernorum caussa ædificatæ erant.* D. Vossius.

3. *Non modo demigrandi caussa*] Recte Græcus οὐχ ὅπως φυγῆς ἐμέμνητο. *Demigrare* hic idem Cæsari, quod aliis deserere castra aut fugere. *Idem.*

*Ibid.*] Animo loci sui relinquendi. *Plautus* Amphit. Act. 1. Sc. 1. 85. *Animam omittunt priusquam loco demigrent.* Cave *P. Ciacconio* fidem habeas, qui verbum *restinguendi* aptius judicat. *Davies.*

4. *Pene ne respiceret quidem*] Desiderio commotus earum rerum, quas erat perditurus. *Jul. Celsus* vit. Cæs. pag.

quidem quisquam; ac tum omnes acerrime fortissime-
que pugnarent. Hic dies nostris longe gravissimus fuit: 5
sed tamen hunc habuit eventum, ut eo die maximus nu-
merus hostium vulneraretur, atque interficeretur;
ut se sub ipso vallo constipaverant, recessumque pri-
mis ultimi non dabant. Paullum quidem intermissa flam- 6
ma, & quodam loco turri adacta, & contingente val-
lum, tertiæ cohortis centuriones, ex eo, quo stabant,
loco recesserunt, suosque omnes removerunt; nutu
vocibusque hostes, *si introire vellent*, vocare cœperunt:
quorum progredi ausus est nemo. Tum ex omni parte 7
lapidibus conjectis deturbati, turrisque succensa est.

XLIV. Erant in ea legione fortissimi viri centurio- 1
nes, qui jam primis ordinibus appropinquarent, T.
Pulfio, & L. Varenus. Ii perpetuas controversias inter 2
se habebant, uter alteri anteferretur, omnibusque an-
nis de loco summis simultatibus contendebant. Ex iis 3
Pulfio, quum acerrime ad munitiones pugnaretur,
*Quid dubitas*, inquit, *Varene? aut* [1] *quem locum proban-
dæ virtutis tuæ exspectas? hic dies, hic dies de nostris con-
troversiis judicabit*. Hæc quum dixisset, [2] procedit extra 4
munitiones; &, quæ pars hostium confertissima visa
est, in eam irrumpit. Ne Varenus quidem tum vallo 5
sese continet; sed omnium veritus existimationem, sub-
se-

pag. 96. de hac re sic loquitur: *Cum fortunæ eorum incendio omnes absumerentur, nunquam aliquis ad illas oculum retorqueret*. Multis hanc locutionem illustravit vir summus *Joan. Clericus* Art. Crit. Part. I. cap. 11. §. 11. *Davies.*

1. *Quem locum probandæ virtutis tuæ exspectas*] MSS. *Carrar.* & *Norvic.* cum editt. vetustissimis *Rom. Ven. Beroald.* à recepta lectione multum abeunt: In iis enim legitur *Quem locum tuæ pro laude virtutis exspectas.* Sed longe præstat vulgata, quam retinet Græcus. *Davies.*

2. *Procedit extra munitiones —— in eam irrumpit*] Hæc lectio non est à MSS. sed ab ingenio profluxit: MS. *Norv. Procedit ex castris, munitiones quæque parti confertissima visa est, irrumpit.* MS. *Carrar. Procedit ex castris, munitionesque, qua parte hostium confertissima visa est, irrumpit.* Sic & editt. *Rom. Ven. Beroald.* nisi quod in illis *erumpit*. Recte: locus enim hoc modo legendus videtur: *procedit ex castris, munitionemque* (ut habet ed. *Flor.*) *qua parte hostium confertissima visa est, erumpit.* Davies.

6 sequitur, mediocri spatio relicto. Pulsio pilum in ho
stes mittit, atque unum ex multitudine procurrentem
transjicit; [1] quo percusso & exanimato, hunc scuti
protegunt hostes, & in illum universi tela conjiciunt
7 neque dant regrediendi facultatem. Transfigitur scu
8 tum Pulsioni, & verutum in balteo defigitur. Averti
hic casus vaginam, & gladium educere conantis dex
tram moratur manum, impeditumque hostes circumsi·
9 stunt. Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti sub·
10 venit. Ad hunc se confestim à Pulsione omnis multitu·
11 do convertit. illum veruto transfixum arbitrantur. Illic
vero occursat ocius gladio, cominusque rem gerit Varenus: atque uno interfecto reliquos paullum propellit.
12 dum cupidius instat, in locum inferiorem dejectus concidit. Huic rursus circumvento fert subsidium Pulsio;
13 atque ambo incolumes, compluribus interfectis, sum-
14 ma cum laude sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna [2] in contentione, & certamine utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset; neque dijudicari posset, uter utri virtute anteferendus videretur.

1 XLV. Quanto erat in dies gravior atque asperior oppugnatio, & maxime quod, magna parte militum confecta vulneribus, res ad paucitatem defensorum pervenerat; tanto crebriores litteræ nunciique ad Cæsarem mittebantur: quorum pars deprehensa in conspectu
2 [3] nostrorum militum cum cruciatu necabatur. Erat

[1] unus

1. *Quo percusso & exanimato*] Mortuo. *Corn. Nepos* Epam. cap. XI, 4. *Tum, ferro extracto, confestim* exanimatus *est*. Noster lib. VI. cap. XV. *Circumventi flamma* exanimantur *homines*. Vide & lib. VII. cap. XXV. ac *Val. Maximum* lib. IX. c. XII, 2. *Davies*.

2. *In contentione & certamine*] Recentiores *certamen*. Nos autem lectionem omnium Codd. auctoritate suffultam restituimus. *Idem*.

3. *Nostrorum militum*] Ultimam vocem delendam censuit *Jos. Scaliger*. Sed unde factum sit, ut in hanc suspicionem inciderit vir doctissimus, plane nescio: constat enim *Cæsarem* hac loquendi formula non raro usum esse. Sic lib. VI. B. G. cap. XXXIX. *Nostri* milites *clamorem exaudiunt*. Et lib. VII. cap. LXII. *Neque nostrorum* militum *victorum impetum*

[1] unus intus Nervius, nomine Vertico, loco natus ho-
nesto, qui à prima obsidione ad Ciceronem profugerat,
suamque ei fidem præstiterat. Hic servo, spe libertatis, 3
magnisque persuadet præmiis, ut litteras ad Cæsarem
deferat. Has ille in jaculo illigatas affert; & Gallus in- 4
ter Gallos sine ulla suspicione versatus, ad Cæsarem
pervenit. Ab eo de periculo Ciceronis, legionisque
cognoscit.

XLVI. Cæsar, acceptis litteris circiter hora XI diei, 1
statim nuncium in Bellovacos ad M. Crassum quæsto-
rem mittit, cujus hiberna aberant ab eo millia passuum
XXV. Jubet media nocte legionem proficisci, celeriter- 2
que ad se venire. exiit cum nuncio Crassus. Alterum 3
ad C. Fabium legatum mittit, ut in Atrebatium fines
legionem adducat, qua sibi iter faciendum sciebat. Scri- 4
bit Labieno, si Reip. commodo facere posset, cum le-
gione ad fines Nerviorum veniat: reliquam partem ex-
ercitus, quod paullo aberat longius, non putat expectan-
dam: equites circiter CD ex proximis hibernis cogit.

XLVII. Hora circiter III ab antecursoribus de 1
Crassi adventu certior est factus: eo die millia passuum
XX progreditur. Crassum Samarobrivæ præficit, legio- 2
nemque ei attribuit, quod ibi impedimenta exercitus,
obsides civitatum, litteras publicas, frumentumque o-
mne, quod eo tolerandæ hiemis caussa devexerat, re-
linquebat. Fabius, ut imperatum erat, non ita multum 3
moratus, in itinere cum legione occurrit. Labienus, 4
in-

*tum sustinere potuerunt.* Vide & *Hirtium* lib. VIII. B. G. cap. XLII. seq. Non erat etiam, cur *Gabr. Faërnus* hunc locum sollicitaret, & *in conspectu nostrorum* multo *cum cruciatu* legeret. *Davies.*

1. *Unus intus Nervius*] *Unus* hoc in loco idem denotat ac *quidam*. Sic lib. II. B. G. cap. XXV. *Scuto ab novissimis uni militi detracto.* *Petronius* Sat. cap. XXVI. Unus *servus Agamemnonis interpellavit trepidantes*; ubi vide *Joan. Schefferum*. *Sulpicius Severus* vit. B. Martini cap. VIII. *Indicatur, unum è familia servulum laqueo sibi vitam extorsisse.* Eodem modo iterum locutus est ejusdem libri cap. XXI. Immerito igitur hanc *unius* potestatem repudiavit *G. J. Vossius* de vit. Serm. lib. I. cap. XXXIII. *Idem.*

interitu Sabini, & cæde cohortum cognita, quum o-
mnes ad eum Trevirorum copiæ venissent, [1] veritus, si
ex hibernis fugæ similem profectionem fecisset, ut ho-
stium impetum sustinere non posset, præsertim quos
recenti victoria efferri sciret, litteras Cæsari dimittit;
5 quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus
esset: rem gestam in Eburonibus perscribit: docet o-
mnes [2] peditatus, equitatusque copias Trevirorum III
millia passuum longe ab suis castris consedisse.
1 XLVIII. Cæsar, consilio ejus probato, etsi, opi-
nione III legionum dejectus, ad II redierat, tamen
unum communis salutis auxilium in celeritate ponebat.
2 Venit magnis itineribus in Nerviorum fines. Ibi ex ca-
ptivis cognoscit, quæ apud Ciceronem gerantur, quan-
3 toque in periculo res sit. Tum cuidam ex equitibus Gal-
lis magnis præmiis persuadet, uti ad Ciceronem episto-
4 lam deferat. [3] Hanc Græcis conscriptam literis mittit;
ne,

1. *Veritus* — *ut hostium impetum sustinere non posset* ] Meus liber habet, *ne hostium impetum.* Sed vereor, ne ab aliquo sit mutatum, qui non existimaret satis Latine dici, *vereor ut non*: cum *Cicero* sic loquatur in lib. II. de legibus: *quocirca vereor committere, ut non bene provisa principia ponantur.* Et in Tuscul. Quæst. lib. II. cap. XX. *Et tamen veremur, ut hoc natura non patiatur.* Ciaccon. Hujusce phraseωs plura collegit exempla *Fr. Sanctius* Min. lib. IV. cap. XV. quorum auctoritatem minuere conatur *Jac. Perizonius* in Addit. pag. 915. *Davies.*

2. *Peditatus equitatusque copias* ] Facit hoc subinde Cæsar ut quæ plerumque ἐλλειπτικῶς efferuntur plenè exprimat. Sic *ἁπλῶς copias* alii dixissent. Eodem modo alibi dixit, *movit in Arvernos versus.* quod alii *Arvernos versus.* Sed hæc levia. *D. Vossius.*

*Ibid.* ] Alii fere *ἁπλῶς copias* vel *peditatum equitatumque* dicunt; sed noster hanc loquendi formulam non infrequenter adhibet. Sic lib. VI. B. G. cap. VI. *Magnis coactis peditatus equitatusque copiis.* Et lib. VII. cap. V. *Copias equitatus peditatusque subsidio Biturigibus mittant. Curtius* etiam lib. IX. cap. II. 16. *Copias peditum equitumque* dixit. *Davies.*

3. *Hanc Græcis conscriptam literis* ] Robertus Titius legit *cæcis* literis, id est, obscuris literarum notis, quæ non nisi lumini admotæ legi possent, aut simile quid. Nugæ sunt, tametsi egregie ille de Villiomaro se triumphare putet. Hottomannus ait, Gallos vulgo Græcè nescivisse, sed peritioribus tantum notam hanc linguam. Fulvius Ursinus putat Græcè scriptam fuisse, sed Gallis ignaram linguam illam, solos autem characteres notos fuisse, atque id tradere Strabonem ait: Quod falsum, nam ait Strabo, *οὕτω φιλέλληνας εἶναι, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια ἑλληνιστὶ γράφειν.* Sane ἑλληνιστὶ γράφειν, quid aliud quàm lingua Græ-

ne, intercepta epistola, nostra ab hostibus consilia co-
gnoscantur: si adire non possit, monet, ut tragulam 5
[1] cum epistola ad amentum deligata, intra munitiones
castrorum abjiciat. In litteris scribit, se cum legioni- 6
bus profectum celeriter affore: hortatur, ut pristinam
virtutem retineat. Gallus periculum veritus, ut erat 7
præceptum, [2] tragulam mittit. Hæc casu ad turrim ad- 8
hæsit, neque ab nostris biduo animadversa. tertio die
à quodam milite conspicitur; dempta ad Ciceronem de-
fertur. Ille perlectam [3] in conventu militum recitat, 9
ma-

Græca? Fulvii errorem quodammodo etiam secutus Ciacconius. Sed uterque errat. Gallos Græcam didicisse linguam nullus sanior in dubium devocaverit, sed illos Gallos qui Massiliæ propiores. Quales Helvetii, Allobroges, aut his vicinæ gentes. Aut siquis longius sitis quoque notam fuisse linguam arbitretur; Gallis propriè dictis, sive Celtis. Nam Strabonem de his Gallis tantum loqui res ipsa clamat. At in Belgica Gallia nullus unquam veterum dixit floruisse Græcam linguam. Nedum apud Nervios, homines ferissimos, ad quos nullus aditus mercatoribus, sed omne studium in armis. Adversus Titium vero hoc solum adferam, etsi non aliunde constaret, non dubitaturum me quin Græce Cæsar hanc epistolam scripserit. ejus ipsissima verba hodieque exstare in Polyæno scio lib. VIII. Strategem. c. XXIII. Καῖσαρ Κικέρωνι θάῤῥει. Προσδέχου βοήθειαν. Quæ optime respondent Cæsaris verbis, nam paullo post ait: *In literis scribit, se cum legionibus profectum celeriter affore: hortatur ut pristinam virtutem retineat*. D. Vossius.

1. *Cum epistola ad amentum deligata*] Nota usum amenti: in literis ubi per castra hostilia penetrari nequit ad obsessos mittendis. Sed finis amentorum fuit ut validius contorquerentur. Unde Numidis noxium fuisse quod iis destituerentur discimus ex Orosio lib. V. cap. XV. ubi de pluvia loquitur: *Porro autem Numidis hastilia telorum, quæ manu intorquere sine amentis solent, lubrica, ac per hoc inutilia reddidit.* Idem.

2. *Tragulam mittit*] Tanquam unus ex hostibus. *Dion* lib. XL. p. 125. A. Ὥσας αὐτὸ (ἀκόντιον) ἐς τοὺς πολεμίους (lege ὡς ἐς τοὺς πολεμίους) πρὸς πύργον ἐξεπίτηδες προσέπηξε. Sed ex *Cæsare* liquet, non *de industria*, sed casu jaculum turri fuisse infixum. *Davies.*

3. *In conventu militum recitat*] Observandum arbitror verbum *Conventu*: non enim dixit *In concione*; quia Græce non omnes milites intelligebant: sed aliquam multis familiaribus, & Græcæ linguæ peritis coactis, qui deinceps ceteris exponerent. Erat ergo *Consilium*, *Concio*, & *Conventus*. Ad *consilium* adhibebantur, legati, tribuni, quæstores: ad *concionem*, omnes: ad *conventum*, proximus quisque. *Hotoman.*

*Ibid.*] Inanis videtur hæc inter *conventum & consilium* distinctio, quam tamen avide amplexus est *Joan. Godwinus.* Eæ certe voces in bonis auctoribus confunduntur. *Dictys* Cretensis lib. II. cap. XXIX. de omnium Græcorum concilio sic loquitur; *Tali modo* conventu *dissoluto.* & cap. XXXI. *defunctorum corpora miserandum in modum confecta, undique*

10 maximaque omnes lætitia afficit. Tum fumi incendiorum procul videbantur. quæ res omnem dubitationem adventus legionum expulit.

1 XLIX. Galli, recognita per exploratores, obſidionem relinquunt, ad Cæſarem omnibus copiis conten-
2 dunt. eæ erant armatorum circiter millia LX. Cicero data facultate Gallum ab eodem Verticone, quem ſupra demonſtravimus, repetit, qui litteras ad Cæſarem de-
3 ferat; hunc admonet, iter caute diligenterque faciat; perſcribit in litteris, hoſtes ab ſe diſceſſiſſe, [1] omnem-
4 que ad eum multitudinem convertiſſe. Quibus litteris circiter media nocte, [2] allatis, Cæſar ſuos facit certio-
5 res; eoſque ad dimicandum animo confirmat. Poſtero die luce prima movet caſtra; & circiter millia paſſuum IV progreſſus trans vallem magnam, & rivum, hoſtium
6 multitudinem conſpicatur. Erat magni periculi res, cum tantis copiis iniquo loco dimicare: tamen quoniam liberatum obſidione Ciceronem ſciebat, eoque omnino remittendum de celeritate exiſtimabat, conſedit, & quam æquiſſimo loco poteſt, caſtra communit: atque
7 hæc, etſi erant exigua per ſe, vix hominum millium VII, præſertim nullis cum impedimentis, tamen anguſtiis viarum, quam maxime poteſt, contrahit, eo conſilio, ut in ſummam contemptionem hoſtibus ve-
8 niat. Interim ſpeculatoribus in omnes partes dimiſſis, explorat, quo commodiſſime itinere vallem tranſire poſſet.

L. Eo

*in unum colligi jubet*, *atque* in conventu *ante ora omnium projici*. Sic *Claudianus* in Rufinum lib. I. 61. *conventum* furiarum dicit id, quod antea vſ. 28. *concilium* vocaverat. *Davies.*

1. *Omnemque ad eum multitudinem convertiſſe*] Converſam eſſe. *Silius* Italicus lib. IX. 646. *Convertit Varro. Symmachus* lib. I. Ep. I. *Nec mihi vitio vertat intermiſſio litterarum. Curtius* lib. IV. cap. VI. 29. *Ira deinde vertit in rabiem.* Neſcio enim quam ob cauſam *Joan. Freinshemius* arbitretur, primam vocem in ſexto caſu poſitam eſſe. Eodem modo loquuntur etiam alii, ut multis exemplis monſtravit *Aldus Manutius* ad *Salluſtii* Catil. cap. VI. *Davies.*

2. *Allatis*, *Cæſar*] Sic MS. *Norvic.* In editis voces erant tranſpoſitæ, adeo ut oratio dura fieret & confragoſa; quapropter, licet crebras *Cæſaris* μεταθέσεις non ignorarem, vetuſti Codicis fide nixus, ſitum verborum mutavi. *Idem.*

L. Eodie parvulis equestribus prœliis ad aquam fa- 1
ctis, utrique sese suo loco continent; Galli, quod am- 2
pliores copias, quæ nondum convenerant, exspecta-
bant, Cæsar, si forte timoris simulatione hostes in suum 3
locum elicere posset, citra vallem, ut pro castris prœ-
lio contenderet; si id efficere non posset, ut, explora-
tis itineribus, minore cum periculo vallem rivumque
transiret. Prima luce hostium equitatus ad castra acce- 4
dit, prœliumque cum nostris equitibus committit. Cæ- 5
sar consulto equites cedere, seque in castra recipere ju-
bet; simul, ex omnibus partibus castra altiore vallo
muniri, portasque obstrui, atque in iis administrandis
rebus quam maxime concursari, & cum simulatione ti-
moris agi jubet.

LI. Quibus omnibus rebus hostes invitati, copias 1
transducunt, aciemque iniquo loco constituunt: no- 2
stris vero etiam de vallo deductis, propius accedunt;
& tela intra munitionem ex omnibus partibus conjici-
unt; præconibusque circummissis, pronunciari jubent, 3
*seu quis Gallus, seu Romanus velit ante horam tertiam ad se
transire, sine periculo licere: post id tempus non fore pote-
statem.* ac sic nostros contempserunt, ut, obstructis in 4
speciem portis singulis ordinibus cespitum, quod ea non
posse introrumpere videbantur, alii [1] vallum manu
scandere, alii fossas complere, inciperent. Tunc Cæ- 5
sar, [2] omnibus portis eruptione facta, equitatuque e-
misso,

1. *Vallum manu scandere*] Scalarum ope non adjuti, quæ in hunc usum adhibebantur. Sic supra cap. XLII. *Scalis vallum adscendere cœperant.* In MSto *Brant.* nonnullisque impressis legitur *Vallum manu scindere.* Absurde. Hæc tamen vitiosa scriptio Græcum interpretem fefellit, qui habet τὸ ἔρυμα τῇ χειρὶ περιτέμνειν. *Vascos.* editio, cum aliis quibusdam, exhibet *vallum vi conscendere*; sed hæc etiam varietas ex librariis vulgatæ lectionis sensum non capientibus ortum duxit. *Daviet.*

2. *Omnibus portis eruptione facta*] Aliter hæc Polyænus lib. VIII. Strateg. c. XXIII. ait enim Cæsarem ipsum extra castra sublimem locum conscendisse; posteaque & simul è castris exercitum, & è superiore loco prorupisse Cæsarem, ut à fronte ac tergo hostes clauderentur. Et hac ratione victos Gallos. *D. Vossius.*

misso, celeriter hostes dat in fugam. sic, ut omnino pu-
gnandi caussa resisteret nemo: magnumque ex his nu-
merum occidit, atque omnes armis exuit.
1 LII. Longius prosequi veritus, quod silvæ paludes-
que intercedebant; [1] neque etiam parvulo detrimento
illorum, locum relinqui videbat; omnibus suis inco-
2 lumibus copiis, eodem die ad Ciceronem pervenit. In-
stitutas turres, testudines, munitionesque hostium ad-
miratur. Legione producta, cognoscit non decimum
3 quemque esse relictum militem sine vulnere. Ex his o-
mnibus judicat rebus, quanto cum periculo, & quanta
4 virtute, sint res administratæ: Ciceronem pro ejus me-
rito, legionemque collaudat: centuriones sigillatim,
tribunosque militum appellat, quorum egregiam fuisse
virtutem testimonio Ciceronis cognoverat. De casu Sa-
5 bini & Cottæ certius ex captivis cognoscit. Postero die,
concione habita, rem gestam proponit: milites conso-
6 latur, & confirmat: quod detrimentum culpa & teme-
ritate legati sit acceptum, hoc æquiore animo ferendum
docet, quod beneficio deorum immortalium, & [2] vir-
tute

1. *Neque etiam parvulo detrimento illorum locum relinqui videbat*] Acutè Lambinus legit, *locum ullum relinqui volebat*. Codices nonnulli habent: *neque etiam parvulo d. illorum, locum relinqui videbat*: quos secutus Græcus vertit: *ὅτι δὲ ἐπ' ὀλίγῃ βλάβῃ τὸν τόπον τοῦτον ἐκείνοις μὴ καταλείψασθαι ὁρῶν.* Sed prius placet: quam vellem vet. cod. lectionem firmaret. *D. Vossius.*

2. *Virtute eorum expiato incommodo*] Ait Suetonius in Jul. c. LXVII. *Cæsar milites diligebat usque adeo, ut audita clade Tituriana, barbam capillumque summiserit, nec ante demserit, quam vindicasset.* Ego nihil hic singulare video. Nam perbreve illud tempus fuit, quod intercessit inter cladem Titurianam, & cæsos Gallos. Ipse Cæsar affirmat prius Ambiorigem ad castra Ciceronis venisse, quam nuntii de morte Sabini ad eum allati essent. Itaque facile quis conjectet brevissimum fuisse intermedium illud tempus. Sed dicere possimus Cæsari eo tempore, quo cæsus Titurius, promissiorem barbam & capillos fuisse, nec voluisse demere (cujus rei alioqui observantissimum fuisse alibi Tranquillus ait) priusquam ultus esset. Sed notabile quod Polyænus lib. VIII. ait de Rhodogune femina, quæ capillos lavans cognovit subditos defecisse; itaque non abstersis illis, sed revinctis ut erant exercitum eduxit, juravitque non ante se crines purgaturam, quam rebelles vicisset: tandemque post longum tempus, victoria potita abluit crines & collegit: Unde Persarum Regum sigillum etiamnum imaginem impressam habet Rhodogunem disjectis capillis. In Græco est; *Τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι σφραγὶς βασιλικὴ*

tute eorum expiato incommodo, neque hostibus diutina lætitio, neque ipsis longior dolor relinquatur.

LIIII. Interim ad Labienum per Rhemos incredibili 1
celeritate de victoria Cæsaris fama perfertur; ut, quum ab hibernis Ciceronis millia passuum L abesset, eoque post horam IX diei Cæsar pervenisset, ante mediam noctem ad portas castrorum clamor oriretur; quo clamore significatio victoriæ, gratulatioque ab Rhemis Labieno fieret. Hac fama ad Treviros perlata, Indutioma- 2
rus, qui postero die castra Labieni oppugnare decreverat, noctu profugit, copiasque omnes in Treviros reducit. Cæsar Fabium cum legione in sua remittit hiber- 3
na. ipse cum III legionibus circum Samarobrivam trinis hibernis hiemare constituit; &, quod tanti motus Galliæ exstiterant, totam hiemem ipse ad exercitum manere decrevit. nam illo incommodo de Sabini morte per- 4
lato, omnes fere Galliæ civitates de bello consultabant, nuncios legationesque in omnes partes dimittebant; &, quid reliqui consilii caperent, atque unde initium belli fieret, explorabant; nocturnaque in locis desertis concilia habebant: [1] neque ullum fere totius hiemis tempus 5
sine sollicitudine Cæsaris intercessit, quin aliquem de conciliis & motu Gallorum nuncium acciperet. In his 6
ab L. Roscio legato, quem legioni XIII præfecerat, certior est factus, magnas Gallorum copias [2] earum civita-

καὶ εἰπὼν ἐστὶν ἀναδεδυμένην τὰς τρίχας ἔχουσα Ῥοδογύνην. In aliis legitur ἀποπλυνομένην, *abluentem*; ego malo ἀναδουμένην: nam dixit ante Polyænus, non occultasse eam capillos, sed ita ut demissi erant, celeriter colligasse. Est autem hæc Rhodogune filia Xerxis Persarum Regis, quemadmodum ex *Ctesia* discimus. *D. Vossius.*

1. *Neque ullum fere*] Ultimam vocem à Recentioribus omissam consensu veterum Codicum tam manu, quam typis descriptorum reduximus. Metaphrastes tamen eam in suo libro non invenit; locum enim sic interpretatur Οὐδὲν ΠΑΝΤΑΠΑΣΙ τοῦ χειμῶνος μέρος ἀφροντιστῶν ὁ Καῖσαρ διετέλεσε. Davies.

2. *Earum civitatum, quæ Armoricæ appellantur*] Armorica dicta est *Britannia*, Galliæ Celticæ provincia, quia ad mare erat sita. Vide *Guil. Cambdenum* Brit. pag. 14. Tradit quidem *Plinius* Hist. Nat. lib. IV. cap. XVII. totam Aquitaniam olim Aremoricam dictam. Sed hoc, si verum est, hic locum non habet. *Idem.*

vitatum, quæ Armoricæ appellantur, oppugnandi sui
7 caussa, convenisse. neque longius millia passuum VIII
ab hibernis suis absuisse: sed, nuncio allato de victoria
Cæsaris, discessisse, adeo ut fugæ similis discessus vi-
deretur.

1 LIV. At Cæsar, principibus cujusque civitatis ad se
vocatis, alias territando, quum se scire, quæ fierent,
denunciaret; alias cohortando, magnam partem Galliæ
2 in officio tenuit: tamen Senones, quæ est civitas impri-
mis firma, & magnæ inter Gallos auctoritatis, Cava-
rinum, quem Cæsar apud eos regem constituerat, [1] cu-
jus frater Moritasgus, adventu in Galliam Cæsaris, cu-
jusque majores regnum obtinuerant, interficere publi-
co consilio conati, cum ille præsensisset, ac profugis-
set, usque ad fines insecuti, regno, domoque expule-
3 runt; &, missis ad Cæsarem satisfaciundi caussa legatis,
quum is omnem ad se senatum venire jussisset, dicto au-
4 dientes non fuerunt. Tantum apud homines barbaros
valuit, esse repertos aliquos principes belli inferendi,
[2] tantamque omnium voluntatis commutationem attu-
lit; ut præter Æduos, & Rhemos, quos præcipuo sem-
per honore Cæsar habuit, alteros [3] pro vetere ac per-
petua erga populum R. fide; alteros, pro recentibus
belli Gallici officiis, nulla fere fuerit civitas non suspe-
cta

1. *Cujus frater Moritasgus*] Quidam Gallorum Deus huic fuit cognominis, ut ex multis inscriptionibus patet; unde conjecit *Th. Reinesius*, aliquem ὁμώνυμον è majoribus Moritasgi nostri, à suis ob merita pro Deo habitum: hic enim erat, ut recte *Plinius* Hist. Nat. lib. II. cap. VII. *vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos.* Adeunda est viri doctissimi Epist. LXVII. pag. 597. *Davies.*

2. *Tantamque omnium voluntatis commutationem attulit*] Editt. *Rom.* & *Beroald.* habent; *Tantamque omnibus voluntatum commutationem attulit*; quibus succinunt Mſ. *Norv.* & edit. *Ven.* nisi quod hæc Typographi errore *voluntatem*, ille librarii imperitia *voluptatum* repræsentet, nec in variarum Lectionum συλλογαῖς ullam Codicum discrepantiam invenio notatam. Non igitur intelligo, cur hanc lectionem mutarint nuperi editores, nisi forte *voluntatem* plurali numero carere perperam existimarint. Vide lib. VII. B. G. cap. X. & lib. I. B. C. cap. XI. *Idem.*

3. *Pro vetere ac perpetua erga populum R. fide*] Vide notata ad lib. I. B. G. c. XLIII. *Idem.*

ēta nobis. idque adeo haud ſcio mirandumne ſit; quum compluribus aliis de cauſſis, tum maxime, quod, qui virtute belli omnibus gentibus præferebantur, tantum ſe ejus opinionis deperdidiſſe, ut populi R. imperia perferrent, graviſſime dolebant. 5

LV. Treviri vero, atque Indutiomarus, totius hiemis nullum tempus intermiſerunt, quin trans Rhenum legatos mitterent; civitates ſollicitarent; pecunias pollicerentur: magna parte exercitus noſtri interfecta, multo minorem ſupereſſe dicerent partem. neque tamen ulli civitati Germanorum perſuaderi potuit, ut Rhenum tranſiret, *quum ſe bis expertos* dicerent, *Arioviſti bello, & Tenchtherorum tranſitu; non eſſe fortunam amplius tentaturos.* Hac ſpe lapſus Indutiomarus, nihilo minus copias cogere, exigere à finitimis, equos parare, [1] exules damnatoſque tota Gallia magnis præmiis ad ſe allicere cœpit; ac tantam ſibi jam iis rebus in Gallia auctoritatem comparaverat, ut undique ad eum legationes concurrerent; gratiam atque amicitiam publice privatimque peterent.

(margin: 1 beside "LV. Treviri vero", 2 beside "multo minorem", 3 beside "tentaturos. Hac ſpe", 4 beside "cœpit; ac tantam")

LVI. Ubi intellexit ultro ad ſe veniri; altera ex parte Senones Carnuteſque conſcientia facinoris inſtigari; altera Nervios Atuaticoſque bellum Romanis parare; neque ſibi voluntariorum copias defore, ſi ex finibus ſuis progredi cœpiſſet; armatum concilium indicit. Hoc more Gallorum eſt initium belli, quo, lege communi, omnes puberes armati convenire coguntur; &, qui ex iis

1. *Exules damnatoſque tota Gallia*] Sic edidi ex conſenſu vetuſtiorum Codicum; recentiores enim voce *tota* deleta, legunt *è Gallia*. Nimirum à Grammaticis decepti, regionum nominibus præpoſitiones ſemper addi debere cenſuerunt. *Julius Obſequens* de Prodig. cap. LXIII. *Adverſus Cæſarem Pompejus* Macedonia *cum ſenatu gentibus amicis inſtrueret aciem*, ubi abſque cauſa ſontica reponunt *in Macedonia*. *Cicero* Acad. Quæſt. lib. I. n. XII. *Sic Philoſophiam* (Brutus) *Latinis litteris perſequitur, nihil ut iiſdem de rebus* Græcia *deſideres*, ubi alii legunt *à Græcia*, alii *Græca*, alii *à Græcis*. Fruſtra omnes. *Silius* Italicus lib. IV. 372.

—— Auſonia *ſi te fortuna creaſſet*,
*Ad magnos venture Deos.* ——

Vide & *Fr. Sanctium* Min. lib. IV. cap. VI. *Davies.*

iis novissimus venit, in conspectu multitudinis omni-
3 bus cruciatibus affectus necatur. In eo concilio Cingeto-
rigem, alterius principem factionis, generum suum,
quem supra demonstravimus Cæsaris secutum fidem a
eo non discessisse, [1] hostem judicat, bonaque ejus pu-
4 blicat. His rebus confectis, in concilio pronunciat, ac-
cersitum se à Senonibus, & Carnutibus, aliisque com-
5 pluribus Galliæ civitatibus; huc iter facturum per fine
Rhemorum; eorumque agros populaturum; [2] ac prius
quam id faciat, Labieni castra oppugnaturum: quæque
fieri velit, præcipit.

1 LVII. Labienus, quum & loci natura, & [3] manu
munitissimis sese contineret castris, de suo ac legionis
periculo nihil timebat; sed ne quam occasionem rei bene
2 gerendæ dimitteret, cogitabat. Itaque à Cingetorige,
atque ejus propinquis oratione Indutiomari cognita,
quam in concilio habuerat, nuncios mittit ad finitimas
civitates, equitesque undique convocat. iis certam diem
3 conveniendi dicit. Interim prope quotidie cum omni e-
quitatu Indutiomarus sub castris ejus vagabatur, alias
ut situm castrorum cognosceret, alias colloquendi, aut
territandi caussa. equites plerumque omnes tela intra val-
4 lum conjiciebant. Labienus suos intra munitiones con-
tinebat: timorisque opinionem, quibuscumque poterat
rebus, augebat.

1 LVIII. Quum majore in dies contemptione Indutio-
marus ad castra accederet, nocte una intromissis equitibus
omnium finitimarum civitatum, quos accersendos cu-
ra-

1. *Hostem judicat*] Sic lego suffragante omnium Codicum consensu. Editores nuperi reposuerunt, *hostem judicandum curat*; quia, ut arbitror, id judicium, improbante concilio, peragi non potuerit. Sed ut hoc mali pateretur Cingetorix, Induciomari fiebat opera, cui propterea, pro solenni scriptorum consuetudine, factum imputatur. *Davies*,

2. *Ac prius, quam id faciat*] Reponendum arbitror *at prius*. Certe Metaphrastes habet πρόσθεν δὲ τούτων. Idem.

3. *Manu munitissimis*] Priorem voculam ex Glossa adjectam arbitratur *Fulv. Ursinus*: sed perperam, denotat enim id quod arte humana fit, & naturæ opponitur. *Idem*.

raverat, tanta diligentia omnes suos custodiis intra castra
continuit, ut nulla ratione ea res enunciari aut ad Tre-
viros perferri posset. Interim [1] ex consuetudine quoti- 2
diana, Indutiomarus ad castra accedit; atque ibi magnam
partem diei consumit; equites tela conjiciunt, & magna
contumelia verborum nostros ad pugnam evocant. Nul- 3
lo à nostris dato responso, ubi visum est, sub vesperum,
dispersi ac dissipati discedunt. Subito Labienus duabus 4
portis omnem equitatum emittit; præcipit atque inter-
dicit, perterritis hostibus atque in fugam conjectis, quod
fore, sicut accidit, videbat, omnes unum peterent In-
dutiomarum, neu quis quemquam prius vulneraret,
quam illum interfectum videret: quod, mora reliquo-
rum, illum, spatium nactum, effugere nolebat: ma- 5
gna proponit iis, qui occiderint, præmia: summittit co-
hortes equitibus subsidio. Comprobat hominis consilium 6
fortuna; &, quum unum omnes peterent, [2] in ipso flu-
minis vado deprehensus Indutiomarus interficitur; ca-
putque ejus refertur in castra. redeuntes equites, quos
possunt, consectantur atque occidunt. Hac re cognita, 7
omnes Eburonum, & Nerviorum, quæ convenerant,
copiæ discedunt; paulloque habuit post id factum Cæsar
quietiorem Galliam.

1. *Ex consuetudine quotidiana*] A Carrariensi Codice vetustissimo abesse præpositionem testatur *Joan. Mich. Brutus.*

2. *In ipso fluminis vado deprehensus Indutiomarus interficitur, caputque ejus refertur in castra*] De hac re gesta sic *Florus* lib. III. cap. X. *Induciomarus Treviros — convocavit: Ille fortiter à Dolabella summotus relatumque Regis caput.* Sed memoriæ vitio id Dolabellæ tribuit, quod T. Labieno acceptum erat ferendum. *Davies.*

LIBER

# LIBER VI.

## SUMMARIUM LIB. VI. DE BELLO GALLICO.

*Cæsar majorem Galliæ motum prævidens, copias adauget.* I. *Subitoque subactis Nerviis*, IV. *& Senonibus ac Carnu tibus in deditionem acceptis*, VI. *Menapios debellat* VIII. *atque interea Treviros T. Labienus.* IX. *Cæsar se cundum Rhenum transit.* XI. *Instituta per occasione Germanorum cum Gallis collatione, primo descripti horu mores consuetudinesque.* XXIX. *Cæsar ad Eburones frustra tentatis Suevis convertitur.* XXXV. *At dum pe eorum agros late vagatur, Sigambri, non sine cæde Roma norum, castra adoriuntur:* XLI. *Iis tamen non expugna tis, domum revertuntur.* XLIV. *& Cæsar, vastatis E buronum agris, concilioque peracto, in Italiam, ad agen dos conventus, proficiscitur.*

1 MUltis de caussis Cæsar majorem Galliæ motun
exspectans, per M. Silanum, C. Antistium Re
ginum, [1] T. Sextium, legatos, delectum ha
2 bere instituit: simul ab Cn. Pompejo proconsule petit
quoniam ipse ad urbem cum imperio Reipubl. causs
maneret, quos ex Cisalpina Gallia [2] consulis sacramen
t

1. *Titum Sextium*] Hæ voces absunt à MSto. *Norvic.* nec eas in suo Codice legit Græcus interpres. *Davies.*

2. *Consulis sacramento rogavisset*] Pompejus hoc anno, ut statim Cæsar dixit proconsul erat, superiore consul. Unde viri docti pro *consulis* legunt *consul.* Ut sit; *quos* (Pompejus) *consul sacramento rogaverat.* Sane conjectura bona est. Quid si tamen dicamus hic de Pompejo dici rogaverat eos consulis sacramento, ut III libro Cæsar dixit, *Titurius legato dimicandum non existimabat.* Nam ipse Ti turius legatus erat. Pro illa conje ctura est, quod facile potuit ex *Co* depravari *Consulis.* Quod si alteri con jecturæ nostræ locus est, lego, *qu consul is* (Sc. Pompejus) *sacramento r gaverat.* Sed nec damnare eo τὸ *consu lis* velim. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Cum consul fuerit Pompe jus eo tempore, quo milites hos jurejurando adstrinxit, *Petro Ciacc nio* legendum videtur *Consul sacra mento rogavisset.* Si qua opus est mu tatione, longe præstat *Ph. Ruben* con

to rogavisset, ad signa convenire, & ad se proficisci ju-
beret: magni interesse etiam in reliquum tempus, 1 ad 3
opinionem Galliæ, existimans, tantas videri Italiæ fa-
cultates, ut, si quid esset in bello detrimenti acceptum,
non modo id 2 brevi tempore sarciri, sed etiam majori-
bus adaugeri copiis posset. Quod quum Pompejus & 4
Reipubl. & amicitiæ tribuisset; celeriter confecto per
suos delectu, tribus ante exactam hiemem & constitu-
tis & adductis legionibus, duplicatoque earum cohor-
tium numero, 3 quas cum Q. Titurio amiserat, & ce-
leritate, & copiis docuit, quid populi Romani discipli-
na atque opes possent.

II. Interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad ejus 1
propinquos à Treviris imperium defertur. Illi finitimos
Germanos sollicitare & pecuniam polliceri, non desi-
stunt. Quum ab proximis impetrare non possent, ulte- 2
riores tentant: inventis nonnullis, civitates jurejuran-
do inter se confirmant, 4 obsidibusque de pecunia ca-
vent:

conjectura, cui *Consul is* divisim scriptus placet Elect. lib. I. cap. XV. *Davies.*

1. *Ad opinionem Galliæ*] Ultimam vocem ex imperiti hominis glossa ortum habere arbitratur *Fr. Hotomannus*, quia apud *Cæsarem* opinio existimationem aut auctoritatem passim denotat, ideoque, pro illius sententia, subscribendum fuit, non *Galliæ*, sed *populi R.* Verum locus medica manu non indiget, cum ea vox, etiam apud nostrum, id quod sentimus, aliquando significet. Vide lib. I. B. C. cap. LXIX. *idem.*

2. *Brevi tempore sarciri*] *Sarcire* est integrum præstare. Vox juris. Festus: *Sarcito in XII Servius Sulpitius ait significare damnum solvito, præstato.* Unde *sartus* pro integer. & hinc formula, SARTA TECTA conservare. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Reparari. *Festus* voce *sarte. Sarcire est integrum facere.* Eodem sensu adhibuit noster lib. I. B. C. cap. XLV. *Dum* sarcire *acceptum detrimentum volunt.* Vide & lib. III. B. C. cap. LXVII. Metaphora sumta est ab iis, qui laceras vestes reficiunt. *Davies.*

3. *Quas cum Q. Titurio amiserat*] Mendum perspicuum, inquit Hotomannus, & legendum, *quas Cotta & Titurius amiserant.* Nugæ sunt, ne quid gravius dicam. Cæsar cohortes, & cum iis Titurium amiserat. Titurii autem solius mentionem facit, quia illius, non Cottæ culpa acceptum detrimentum. *D. Vossius.*

4. *Obsidibusque de pecunia cavent*] Nequeo satis mirari adeo hallucinatos hic esse Ursinum & Ciacconium, ut putarent pro *de pecunia* scribendum *& pecunia*, vel utramque hanc vocem inducendam. Dixerat ante Cæsar Treviros pecuniam pollicitos; cujus spe cum gentes aliquas pertraxissent, cavent obsidibus de pecunia, id est, se daturos pecuniam. Nec Græcum curo qui vertit,

ἐμ-

vent: Ambiorigem ſibi ſocietate & fœdere adjungu
3 Quibus rebus cognitis, Cæſar, quum undique bellu
parari videret, Nervios, Atuaticos, ac Menapio
[1] adjunctis ciſrhenanis omnibus Germanis, eſſe in a
mis, [2] Senones ad imperatum non venire, & cum Ca
nutibus finitimiſque civitatibus conſilia communicar
à Treviris Germanos crebris legationibus ſollicitar
maturius ſibi de bello cogitandum putavit.
1 III. Itaque, nondum hieme confecta, proximis
legionibus coactis, de improviſo in fines Nerviorum
2 contendit; &, prius, quam illi aut convenire, a
profugere poſſent, magno pecoris atque hominum nu
mero capto, atque ea præda militibus conceſſa, vaſta
tiſque agris, in deditionem venire, atque obſides ſib
3 dare coëgit. Eo celeriter confecto negotio, rurſus le
4 giones in hiberna reduxit. Concilio Galliæ primo ve
re, ut inſtituerat, indicto, quum reliqui, præter Se
nones, Carnutes, Treviroſque, veniſſent; initium
belli, ac defectionis hoc eſſe arbitratus, ut omnia poſt-
ponere videretur, [3] concilium Lutetiam Pariſiorum
trans-

*ἀμήεγιε τι ϗ χρήμασιν ἀλλήλων ἐπισώσαντο*. Veritas & res ipſa reclamat. *D. Voſſius.*

1. *Adjunctis ciſrhenanis omnibus Germanis*] Licet plerique Belgæ orti ſint à Germanis, hoc tamen nomine *κατ' ἐξοχὴν* inſigniuntur cum paucis aliis Condruſi, Eburones, Cæræſi, & Pæmani, ut docet *noſter* lib. II. B. G. cap. IV. *Joan.* quidem *Goduinus* ex *Plinii* H. N. lib. IV. cap. XVII. Triboccos, Nemetes & Vangiones hic ingerit; Immodeſte prorſus; cum, præterquam quod noſtra ſententia ipſius *Cæſaris* teſtimonio nitatur, ſummopere dubitandum videtur, num Nemetes ſaltem & Vangiones tum temporis cis Rhenum ſedes habuerint. Certe eorum, tanquam Galliam Belgicam habitantium, nuſquam meminit *Cæſar*. Vide *Chr. Cellarium* Geogr. Ant. lib. II. cap. III. p 189. ſeq. *Davies.*

2. *Senones ad imperatum non venire*] Falluntur Urſinus & Ciacconius qui malebant *ad imperandum*. Quia Salluſtius dixit Iugurt. c. LXII. *Igitur Jugurtha ubi armis viriſque & pecunia ſpoliatus eſt, cum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur.* Imperabatur Senonibus ut accederent, illi ad imperatum non veniebant. Eodem modo quo dicitur, *ad præſcriptum facere*, ita & ad *imperatum venire*. Et vitavit Cæſar hac locutione ambiguitatem τοῦ *ad imperandum*. Quam & Tullius intellexit, cum ait: *Nunc ades ad imperandum, ſive ad parendum potius.* Nam *imperandum* activam & paſſivam ſignificationem habet, *imperatum* non item. *D. Voſſius.*

3. *Concilium Lutetiam Pariſiorum*

transfert. Confines erant hi Senonibus, civitatemque 5
patrum memoria conjunxerant: sed ab hoc consilio abfuisse existimabantur. Hac re pro suggestu pronuncia- 6
ta, eodem die cum legionibus in Senones proficiscitur,
magnisque itineribus eo pervenit.

IV. Cognito ejus adventu, Acco, qui princeps ejus 1
consilii fuerat, jubet in oppida multitudinem convenire: conantibus, prius quam id effici posset, adesse Romanos nunciatur. Necessario sententia desistunt, lega- 2
tosque [1] deprecandi caussa ad Cæsarem mittunt; adeunt
per Æduos, quorum antiquitus erat in fide civitas. Li- 3
benter Cæsar, petentibus Æduis, dat veniam: excusationemque accipit: quod [2] æstivum tempus instantis
belli, non quæstionis esse arbitrabatur. Obsidibus im- 4
peratis centum, hos Æduis custodiendos tradit. Eo- 5
dem Carnutes legatos obsidesque mittunt, usi deprecatoribus Rhemis, quorum erant in clientela, eadem ferunt responsa. Peragit concilium Cæsar, equitesque im- 6
perat civitatibus.

V. Hac parte Galliæ pacata, totus & mente & ani- 1
mo in bellum Trevirorum & Ambiorigis insistit. Cava- 2
rinum cum equitatu Senonum secum proficisci jubet,
ne quis aut ex hujus iracundia, aut [3] ex eo, quod meruerat

transfert] MS. *Norvic.* & editi veteres exhibent *concilium* in *Lutetiam*. Præpositio ab iis expuncta est, qui hoc modo Solœcismum fieri existimarunt, qua in sententia fuere nonnulli apud *Quintilianum* Inst. Orat. lib. I. cap. V. p. 33. ed. Oxon. Sed perperam. Vide *Fr. Sanctium* Min. lib. IV. cap. VI. & *Jac. Perizonii* addit. p. 758. *Davies.*

1. *Deprecandi caussa*] Cœpta sua excusandi, ut vel ex eo patet, quod *Cæsar* eorum excusationem accepisse se dixerit. Hujusce significationis exempla suppeditabit *A. Gellius* Noct. Attic. lib. VI. cap. XVI. *Davies.*

2. *Æstivum tempus instantis belli*] Penultima vox abest à MS. *Norvic.* nec, ut opinor, sententiæ est prorsus necessaria; ferri tamen potest, si cum metaphraste πόλεμον ἐγκείμενον intelligamus. *Joan. Sambucus* testatur Codicem veterem habuisse *Æstivo tempore instante, belli, non quæstionis rem esse arbitrantur*: sed huic lectioni omnes alii refragantur Codd. quapropter temere non est recipienda. *Hotomanno* placet *Æstivum tempus instans*; hæc enim vere contigisse ex cap. III. manifestum est. *Idem.*

3. *Ex eo, quod meruerat, odio civitatis, motus existat*] In aliis codicibus *meruerat*, unde *Gab. Faërnus* legendum

3 ruerat, odio civitatis, motus exiſtat. His rebus conſt
tutis, quod pro explorato habebat Ambiorigem pro
lio non eſſe certaturum, reliqua ejus conſilia animo ci
4 cumſpeciebat. Erant Menapii propinqui Eburonum f
nibus, perpetuis paludibus ſilviſque muniti, qui u
ex Gallia, de pace, ad Cæſarem legatos numquam m
ſerant. Cum iis eſſe hoſpitium Ambiorigi ſciebat: ite
per Treviros veniſſe Germanis in amicitiam cognov
5 rat. Hæc prius illi detrahenda auxilia exiſtimabat, qua
ipſum bello laceſſendum, ne deſperata ſalute, aut ſe i
Menapios abderet, aut cum tranſrhenanis congredi co
6 geretur. Hoc inito conſilio, totius exercitus imped
menta ad Labienum in Treviros mittit, duaſque legio
nes ad eum proficiſci jubet: ipſe cum legionibus expe
7 ditis v in Menapios proficiſcitur. Illi, nulla coacta ma
nu, loci præſidio freti, in ſilvas paludeſque confugiunt
ſuaque eodem conferunt.

1 VI. Cæſar, partitis copiis cum C. Fabio legato, &
M. Craſſo quæſtore, celeriterque effectis pontibus, a
diit tripartito, ædificia vicoſque incendit. magno pe
2 coris atque hominum numero potitur. quibus rebus co
acti Menapii, legatos ad eum, pacis petendæ cauſſa
3 mittunt. Ille, obſidibus acceptis, hoſtium ſe habitu
rum numero confirmat, ſi aut Ambiorigem, aut eju
4 legatos, finibus ſuis recepiſſent. His confirmatis rebu
Comium Atrebatem cum equitatu, cuſtodis loco, i
Menapiis relinquit; ipſe in Treviros proficiſcitur.

1 VII. Dum hæc a Cæſare geruntur, Treviri, magn
coactis peditatus equitatuſque copiis, Labienum cun
una legione, quæ in eorum finibus hiemaverat, adori
2 ri parabant. jamque ab eo [1] non longius bidui via abe
rant

dum conjecit *in eum erat*. Sed vulgata lectio eſt retinenda, non item interpunctio; orationem enim hoc modo rectius diſtinguas; *Ex eo, quod meruerat, odio, civitatis motus exiſtat.* Pro recepta tamen ſtat Metaphraſtes. *Davis.*

1. *Non longius bidui via aberant*] Expuncta voce *via*, legit *Pet. Ciacco-nius non longius bidui aberant*, quod *Ci-cero* Epiſt. ad Attic. lib. v. Ep. xvi dixit, *quæ aberant bidui*; & Epiſt. xvii. *à quibus aberam bidui*. Sed in hi locu-

rant, quum duas venisse legiones missu Cæsaris cognoscunt. Positis castris à millibus passuum xv, auxilia Germanorum expectare constituunt. 3 Labienus, hostium 4 cognito consilio, sperans temeritate eorum fore aliquam dimicandi facultatem, v cohortium præsidio impedimentis relicto, cum xxv cohortibus, magnoque equitatu, contra hostem proficiscitur; &, ∞ passuum intermisso spatio, castra communit. Erat inter Labie- 5
num, atque hostem, difficili transitu flumen, ripisque præruptis. Hoc neque ipse transire habebat in animo, neque hostes transituros existimabat. Augebatur auxiliorum quotidie spes. Loquitur in concilio palam; 6
*quoniam Germani appropinquare dicuntur, sese suas exercitusque fortunas* [1] *in dubium non devocaturum, & postero die prima luce castra moturum.* Celeriter hæc ad hostes defe- 7
runtur, ut ex magno Gallorum equitatus numero nonnullos Gallicis rebus favere natura cogebat. Labienus, 8
noctu tribunis mil. [2] primisque ordinibus [3] coactis, quid

locutionibus intelligitur *via*, & plus voce simplici animadvertimus *Cæsarem* ... aliis usitatas vitasse. Sic lib. I. B. G. cap. XXXVII. bis habemus *tridui viam*. Vide & lib. IV. cap. II. *Davies.*

1. *In dubium non devocaturum*] Nonnulli ultimam vocem in *revocaturum* mutant. Absque causa sontica. *Cicero* pro lege Manil. cap. XIV. *Non avaritia ab instituto cursu ad prædam* devocavit. *Phædrus* lib. I. Fab. XX. 2. *Ad perniciem quoque mortales devocat.* In quem locum vide Intt. & *Dionys. Lambinum* ad *Corn. Nepotis* Cimonem cap. IV. *Idem.*

2. *Primisque ordinibus*] Sunt quos alibi Cæsar primorum ordinum centuriones appellat. Eodem modo dixit lib. III. bell. civil. *Erat plena lictorum & imperiorum provincia.* Eodem modo B. Paullus, 12. cap. Epist. ad Romanos, Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. Ignoravit hoc Hottomannus, ideoque de mendo suspicabatur. Sed frustra. *D. Vossius.*

Ibid.] *Fr. Hotomanno* probabile non videtur, totos ordines evocatos, ideoque locum mendi suspectum habet. Vellem tacuisset; *primi* enim *ordines* pro primorum ordinum centurionibus hic ponuntur, & recte Græcus vertit τὰς πρώτας ταξιάρχας. Sic noster lib. V. B. G. cap. XXX. *Quum à Cotta* primisque ordinibus *acriter resisteretur. Vellejus Paterculus* lib. II. cap. CXII. *Non incruentis Centurionibus, quibus etiam* primi ordines *cecidere.* Vide & *Just. Lipsium* Mil. Rom. lib. II. Dial. VIII. pag. 91. *Davies.*

3. *Coactis*] Editi *convocatis*. Sed lectionem, quam recepimus, in Codice *Andino* reperit *Joan. Frid. Gronovius*, ut testatur ad *Livii* lib. XXXI cap. IV. Et sane vulgata scriptura hujusce Glossema fuisse videtur. *Davies.*

O 2

quid ſui conſilii ſit, proponit; &, quo facilius hoſti-
bus timoris det ſuſpicionem, majore ſtrepitu & tumul-
tu, quam populi Romani fert conſuetudo, caſtra mo-
veri jubet. His rebus fugæ ſimilem profectionem effi-
9 cit. Hæc quoque per exploratores ante lucem in tanta
propinquitate caſtrorum ad hoſtes deferuntur.

1 VIII. Vix agmen noviſſimum extra munitiones pro-
ceſſerat; cum Galli, cohortati inter ſe, [1] *ne ſperatam
prædam ex manibus dimitterent; longum eſſe, perterritis Ro-
manis, Germanorum auxilium exſpectare; neque ſuam pati
dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum, præſer-
tim fugientem, atque impeditam, adoriri non audeant;* flu-
men tranſire, & iniquo loco prœlium committere non
2 dubitant. Quæ fore ſuſpicatus Labienus, ut omnes ci-
tra flumen eliceret, [2] eadem uſus ſimulatione itineris,
3 placide progrediebatur. Tum præmiſſis paullum impe-
dimentis, atque in tumulo quodam collocatis; *Habe-
4 tis*, inquit, *milites, quam petiſtis, facultatem: hoſtem im-
pedito atque iniquo loco tenetis: præſtate eandem nobis duci-
bus virtutem, quam ſæpenumero Imperatori præſtitiſtis: eum
5 adeſſe, & hæc coram cernere, exiſtimate.* Simul, ſigna
ad hoſtem converti, aciemque dirigi jubet; &, paucis
turmis præſidio ad impedimenta dimiſſis, reliquos equi-
6 tes ad latera diſponit. Celeriter noſtri, clamore ſubla-
to, pila in hoſtes jaciunt. Illi, ubi præter ſpem, quos
fugere credebant, infeſtis ſignis, ad ſe ire viderunt, im-
petum modo ferre non potuerunt; ac primo concurſu
7 in fugam conjecti, proximas ſilvas petiverunt: quos
Labienus equitatu conſectatus, magno numero inter-
fecto,

1. *Ne ſperatam prædam*] Hanc lectionem retinent omnes Codices; etiam Græcus vertit ἐλπισθεῖσαν λείαν. *Petrus* tamen *Ciacconius*, ſolenni temeritate uſus, reſcribit *paratam*, vel *inſperatam prædam*. Peſſime! cur enim Labienum adorirentur, niſi præda potiri ſperarent. Vide cap. VII. *Davies.*

2. *Eadem uſus ſimulatione itineris*] Perperam Fulvius legebat *timoris*. Nam Labienus ſimulaverat ſe fugere velle. Et hic Cæſar intelligit iter fugæ ſimile. Unde infra, *quos fugere credebant*. D. Voſſius.

fecto, compluribus captis, paucis post diebus civitatem
recipit. nam Germani, qui auxilio veniebant, perce-
pta Trevirorum fuga, sese domum contulerunt. cum 8
iis propinqui Indutiomari, qui defectionis auctores fue-
rant, comitati eos, ex civitate excessere. Cingetori- 9
gi, quem ab initio permansisse in officio demonstravi-
mus, principatus, atque imperium est traditum.

IX. Cæsar, postquam ex Menapiis in Treviros ve- 1
nit, duabus de caussis Rhenum transire constituit. qua- 2
rum erat altera, [1] quod auxilia contra se Treviris mise-
rant: altera, ne Ambiorix receptum ad eos haberet.
His constitutis rebus, paullum supra eum locum, quo 3
antea exercitum transduxerat, facere pontem instituit.
Nota atque instituta ratione, magno militum studio, 4
paucis diebus, opus efficitur: Firmo in Treviris præ- 5
sidio ad pontem relicto, ne quis ab iis subito motus ori-
retur; reliquas copias, equitatumque transducit. Ubii, 6
qui ante obsides dederant, atque in deditionem vene-
rant, purgandi sui caussa ad eum legatos mittunt: qui
doceant, *neque ex sua civitate auxilia in Treviros missa*,
*neque ab se fidem læsam*. petunt, atque orant, *ut sibi par-* 7
*cat*, *ne communi odio Germanorum*, *innocentes pro nocen-*
*tibus pœnas pendant*. *si amplius obsidum velit*, *dare* polli-
centur. Cognita Cæsar caussa reperit, ab Suevis auxi- 8
lia missa esse; Ubiorum satisfactionem accepit: aditus
viasque in Suevos perquirit.

X. Interim, paucis post diebus fit ab Ubiis certior, 1
Sue-

1. *Quod auxilia contra se Treviris miserant*] Insere vocem *Germani*, ut recte etiam observatum Hottomanno. Nec dubitandum arbitror, quando & Græcus habet, βοήθειαν τοῖς Τρηουίροις ἐπιπέμψησαν οἱ Γερμανοί. D. Vossius.

*Ibid.*] Inserit vocem *Germani* *Fr. Hotomannus*, approbante *D. Vossio*, quandoquidem Græcus habeat Βοήθειαν τοῖς Τρηουίροις ἐπιπέμψησαν οἱ ΓΕΡΜΑΝΟΙ. Sed id verbum facile potest subintelligi, nec ita religiosus erat Metaphrastes, quin similia addiderit, cum perspicuitati inservirent. Sic lib. IV. B. G. cap. XXXII. ubi *Cæsar* habet *Pars hominum* (intelligit Britannos) *in agris remaneret*, Græcus expressit, μέρους τῶν Βρεττανῶν ἔτι ἐν τοῖς ἀγροῖς μενόντων. Davies.

Suevos omnes in unum locum copias cogere; atque iis nationibus, quæ sub eorum sunt imperio, denunciare
2 ut auxilia peditatus equitatusque mittant. His cognitis rebus, rem frumentariam providet, castris idoneum locum deligit: Ubiis imperat, ut pecora deducant; suaque omnia ex agris in oppida conferant; sperans, barbaros, atque imperitos homines, inopia cibariorum adductos, [1] ad iniquam pugnandi conditionem posse de-
3 duci. mandat, ut crebros exploratores in Suevos mit-
4 tant, quæque apud eos gerantur, cognoscant. Illi imperata faciunt; &, paucis diebus intermissis, referunt *Suevos omnes, posteaquam certiores nuncii de exercitu Romanorum venerant, cum omnibus suis sociorumque copiis, quas*
5 *coëgissent, penitus ad extremos fines sese recepisse. silvam esse ibi infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis: hanc longe introrsus pertinere, & pro nativo muro objectam, Cheruscos à Suevis, Suevosque à Cheruscis injuriis, incursionibusque prohibere: ad ejus initium silvæ Suevos adventum Romanorum expectare constituisse.*

1 XI. Quoniam ad hunc locum perventum est, non alienum esse videtur de Galliæ Germaniæque moribus,
2 & quo differant eæ nationes inter sese, proponere. *In* GALLIA *non solum* [2] *in omnibus civitatibus, atque pagis, parti-*

1. *Ad iniquam pugnandi conditionem*] Hottomannus *aliquam* malebat, &, si in v. c. reperisset haud dubie ita rescripturus erat. Atqui ego id in nostro v. c. invenio, nec tamen probo. Allegat Hottomannus quod supra Cæsar dixit, *aliquam pugnandi facultatem*. Ego recipio illud aliquam facultatem pugnandi, sed quis mihi dixerit quid sit illud *aliquam conditionem*. Sane non memini quemquam veterum ita locutum. Illud scio sæpe inveniri *iniquam conditionem*. Itaque & retineo hanc scriptionem, & retineri ipse sensus jubet. Etenim nihil mirum, si qui frumenti inopia pugnare coactus iniquiore utatur conditione. Retinet veram lectionem Celsi exscriptor Anonymus, cum ait p. 107. *Ubios jubet pecora omnia campis abducere, si forte barbaros coactos inedia (cujus impatientissimum genus est) ad iniquum certamen possit inducere.* D. Vossius.

2. *In omnibus civitatibus atque pagis partibusque*] Vertit Metaphrastes, ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι, καὶ ἐν πάσαις ταῖς φυλαῖς, adeo ut vocem ultimam in suo Codice non repererit, nec dubito, quin è Glossemate sit nata; Pagi enim apud *Cæsarem* dicuntur partes, in quas civitas quæque divisa est. Sic lib. 1. B. G. cap. XII. *Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa*

*partibusque, sed* [1] *pene etiam in singulis domibus, factiones sunt: earumque factionum sunt principes, qui summam au-* 3
*ctoritatem eorum judicio habere existimantur: quorum ad arbitrium judiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat. idque ejus rei caussa antiquitus institutum videtur,* [2] *ne* 4
*quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret. suos enim opprimi quisque, & circumveniri non patitur; neque, aliter si faciat, ullam inter suos habeat auctoritatem.* Hæc eadem ra- 5
tio est in summa totius Galliæ. namque omnes civitates in duas partes divisæ sunt.

XII. Quum Cæsar in Galliam venit, alterius factio- 1
nis principes erant Ædui, alterius Sequani. Ii quum per 2
se minus valerent, quod summa auctoritas antiquitus erat in Æduis, magnæque eorum erant clientelæ, Germanos, atque Ariovistum, sibi adjunxerant, [3] eosque ad se magnis jacturis, pollicitationibusque perduxerant. Prœliis vero compluribus factis secundis, atque omni 3
nobi-

*divisa est*, ubi editt. *Rom. Ven. Beroald. in quatuor partes* exhibent. *Davies.*

1. *Pene etiam in singulis domibus factiones sunt*] Interpretatur Hottomannus extra rem & Cæsaris mentem: ut nullæ domus fuerint, quæ non huic vel illi factioni faverent. Ait Cæsar adeo plenam factionibus Galliam fuisse: ut iisdem in domibus propinqui à propinquis diffiderent. Non multis probare opus, tantum repete quæ supra de Divitiaco & Dumnorige, infra de Vercingetorige & Gobanitione memorat Cæsar. Etiam apud Tacitum de Segeste & Arminio talia legere est. *D. Vossius.*

2. *Ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret*] Egregiè Sophocles in Ajace:

*Καί τοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς*
*Σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται.*
*Μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν,*
*Καὶ μέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικρῶν.*

Idem.

3. *Eosque ad se magnis jacturis*] Vir maximus Justus Lipsius lib. II. Elect. c. VII. putabat legendum *capturis*. Sed illum erroris ipse Cæsar arguit, cum lib. III. de bello civili cap. CXII. ait: *Magnis enim jacturis sibi quisque eorum animos conciliabat.* Jacturæ Cæsari sunt munera. Et puto metaphoricam locutionem esse, desumtam ab iis qui in periculo naufragii sunt. Nam jactura proprie dicitur de illis, qui merces, aut onera navium in fluctus abjiciunt. Igitur quemadmodum illi furorem Oceani injectis mercibus, ita homines aliorum animos muneribus sibi conciliant. *Idem.*

Ibid.] *Cl. Salmasius* ad jus Atticum & Romanum, cum hoc in loco tum alibi pro *jacturis* reponit *pacturis*. Sed hanc vocem pro *donis* etiam *Ciceroni* usitatam esse multis exemplis ostendit *J. Fr. Gronovius* de Pec. Vet. lib. IV. cap. IV. p. 627. *Davies.*

nobilitate Æduorum interfecta, tantum potentia ant
cesserant, ut magnam partem clientium ab Æduis ad
transducerent; obsidesque ab iis principum filios acc
4 perent; & publice jurare cogerent, nihil se contra S
quanos consilii inituros; & partem finitimi agri per vi
5 occupatam possiderent; Galliæque totius principatu
obtinerent. qua necessitate adductus Divitiacus, auxil
petendi caussa Romam ad Senatum profectus, [1] infe
6 cta re redierat. Adventu Cæsaris facta commutatione re
rum, obsidibus Æduis redditis, veteribus clientelis re
stitutis, novis per Cæsarem comparatis; quod ii, qu
se ad eorum amicitiam aggregaverant, meliore condi
tione, atque imperio æquiore se uti videbant, reliqui
rebus eorum, gratia, dignitateque amplificata, Se
7 quani principatum dimiserant. In eorum locum Rhem
successerant; quos quod adæquare apud Cæsarem gra
tia intelligebatur, ii, qui propter veteres inimicitias
nullo modo cum Æduis conjungi poterant, se Rhemis
8 [2] in clientelam dicabant. Hos illi diligenter tuebantur
Ita & novam, & repente collectam auctoritatem tene-
9 bant. Eo tum statu res erat, ut longe principes habe-
rentur Ædui, secundum locum dignitatis Rhemi ob-
tinerent.

1 XIII. *In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt
numero atque honore, genera sunt duo. nam plebs pene servo-
rum habetur loco, quæ per se nihil audet, & nulli adhibetur
2 consilio. Plerique, quum aut ære alieno, aut magnitudine tri-
buto-*

1. *Infecta re redierat*] De hac re sic *Eumenius* Pan. VII. cap. III. *Quum finitimæ nationes, ipsi illi Romanæ fraternitati, non gloriæ invidentes, & usque in perniciem sui odiis incitatæ, Germanos sibi auxiliarios invocassent, princeps Æduus in senatum venit, rem docuit —— Impetrata ope, Romanum exercitum Cæsaremque eis Rhodanum primus induxit.* Sed plane falsus est Rhetor, nam nec Divitiacus opem impetravit, ut diserte testatur noster, nec *Cæsar* Rhodanum primo transiit, ut Æduos à Germanis liberaret. Vide lib. I. B. G. cap. XI. *Davies.*

2. *In clientelam dicabant*] MS. *Carrar.* & impressi *Rom. Ven. Beroald. Gryph. Steph.* habent *in clientelam dederant*; & ita legi oportere existimo. Ita *dare in potestatem* Livius, *dare in quæstionem* Cicero, *dare in manum, nuptias, matrimonium* Terentius dixit. *J. M. Brutus.*

*butorum, aut injuria potentiorum premuntur, sese in servitu-*
*tem dicant nobilibus. in hos eadem omnia sunt jura, quæ do-*
*minis in servos. Sed de his duobus generibus [1] alterum est Drui-* 3
*dum, alterum Equitum. Illi [2] rebus divinis intersunt, sa-* 4
*crificia publica ac privata procurant, religiones interpretan-*
*tur: ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ caussa*
*concurrit; magnoque ii sunt apud eos honore. nam fere de omni-* 5
*bus controversiis, publicis privatisque, constituunt; &, si*
*quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hereditate,*
*[3] si de finibus controversia est, iidem decernunt; præmia pœ-*
*nasque constituunt: si quis aut privatus aut publicus eorum de-* 6
*creto*

1. *Alterum est Druidum*] Non arbitror absurdius fore, si Druidum nomen deducam ab Hebræis, quam cum Romani à Græco δρῦς deduxere. Nam potuit id nomen mansisse ex veteribus reliquiis primæ linguæ. Sane Druidas antiquissimos esse vel illud satis ostendat, quod nullus autorum prodit quando cœperint. Igitur derivarem illud vocabulum à דרש *daras* quod est *exquirere*, *sciscitari*, *consulere*. Unde דרוש *darous* est ille qui *consulitur*: sane congruit hæc vox nomini *Druis*. Et sic appellati fuerint, tanquam qui oracula reddebant. hinc sane דורשא *dourasa* Chaldæis quoque est *concionator*, *prædicator*. Sed hæc ut incerta mitto. *D. Vossius*.

Ibid.] *Elias Schedius* de Diis Germ. Syngr. II. cap. III. & *D. Vossius* Etymologiam *Druidum* à verbo Hebraico דרש petendam existimarunt. Sed admodum fit verisimile, nomen à voce Celtica *Deru* esse deducendum: hæc enim *quercum* significat, cui affinis est Græca δρῦς, à nonnullis ob soni similitudinem pro *Druidum* radice habita. Hoc verisimilium ex eo firmatur, quod robora singulari veneratione sint prosecuti. *Plinius* H. N. lib. XVI. cap. XLIV. *Nihil habent Druidæ* —— *visco & arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druidæ videri.* Ob eximium hunc cultum robori exhibitum, nonnulli putarunt, quercum ab iis pro simulacro Jovis habitam, *Maximus Tyrius* Dissert. XXXVIII. pag. 400. ed. Cantab. Κελτοὶ σέβουσι μὲν Δία, ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν δρῦς ὑψηλή. Quinetiam Græci eos Σαρωνίδας ἀπὸ τῶν Σαρωνίδων *a quercubus* vocarunt. *Diodorus* Siculus Bibl. lib. V. p. 308. ed. Rhodom. Φιλόσοφοί τέ τινες εἰσὶ καὶ θεολόγοι περιττῶς τιμώμενοι, οὓς Σαρωνίδας ὀνομάζουσι Vide *Guil. Cambdenum* Brit. p. 10. seq. & *Edm. Dickensonum* Delph. Phœniciss. p. 188. *Davies*.

2. *Rebus divinis intersunt*] Explicat Strabo Geogr. lib. IV, pag. 198. θύεται δ' οὐκ ἄνευ Δρυΐδων, quod ponere visum, ne cum Hottomanno de veritate hujus lectionis ambigas, aut *præsunt* pro *intersunt* emendes. *D. Vossius*. Vide & *Diodorum* Siculum Bibl. lib. V. pag. 308. *Davies*.

3. *Si de finibus*] Primam voculam à recentioribus prorsus omissam fide MS. *Norv.* & editt. vett. restituimus, quo modo, ut videtur, sententia longe est elegantior. *Davies*.

6 *creto non stetit, sacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos*
7 *est gravissima. quibus ita est interdictum, ii numero impiorum ac sceleratorum habentur; iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis petentibus jus redditur, neque honos*
8 *ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus præest u-*
9 *nus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo, si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit. At, si sunt plures pares, suffragio Druidum adlegitur; nonnunquam e-*
10 *tiam de principatu armis contendunt. Ii certo anni tempore in finibus Carnutum, [1] quæ regio totius Galliæ media habetur, [2] considunt, in loco consecrato. Huc omnes undique, qui controversias habent, conveniunt; eorumque judiciis decre-*
11 *tisque parent. Disciplina in Britannia reperta, atque inde in*
12 *Galliam translata esse existimatur. & nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo, discendi caussa, proficiscuntur.*

1 XIV. [3] *Druides à bello abesse consueverunt, neque tributa una cum reliquis pendunt, militiæ vacationem, omniumque*
2 *rerum habent immunitatem. Tantis excitati præmiis, & sua sponte multi in disciplinam conveniunt, & à propinquis paren-*

1. *Quæ regio totius Galliæ media habetur*] Delphi umbilicus terræ ubi oraculum Apollinis. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Hic situs in caussa erat, cur concilium eo in loco cogeretur, nullus enim alius Druidis ex omni Gallia confluentibus æque fuit commodus. Non aliam ob rationem Delphis conveniebant Amphictyones, quam quod illi in Græciæ meditullio fuerint collocati. Vide *Strabonem* Geogr. lib. IX. p. 419. & *Pausaniam* l. VII. p. 445. *Davies.*

2. *Considunt in loco consecrato*] Τόπῳ Græcus. Sed *luco* mallem legere, siquis vetus codex juvaret. Nam plerumque talia loca deligi ad sacros conventus solent. Sane Lucanus libro I. vs. 453. de Druidis ait,

*—— nemora alta remotis*
*Incolitis lucis.* D. Vossius.

3. *Druides à bello abesse consueverunt*] Joannes Baptista Pius Annot. cap. LXII. ait dicere Lucanum in bello Druidas esse solere. Verba Annæi. quibus id adstruere nititur hæc sunt lib. I. vs. 450.

*Et vos barbaricos ritus moremque sinistrum*
*Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis.*

Sed aliud voluit Lucanus: nimirum, quia Druidæ illum, qui sacrificandus erat, sagittis conficiebant, ut Strabo Geogr. l. IV. p. 198. tradit; & mos ille à Tiberio interdictus à Claudio sublatus erat, ideo dicit positis ab armis eos repetiisse fœdum morem. *Idem.*

*[...]isque mittuntur.* [1] *Magnum ibi numerum versuum e-* 3
*discere dicuntur. itaque nonnulli annos vicenos in disciplina*
*permanent; neque fas esse existimant ea literis mandare, quum*
*in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus,* [2] *Græ-*
*cis literis utantur. Id mihi duabus de caussis instituisse viden-* 4
*tur;*

1. *Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur* ] Ἐπῶν Græcus optime. Et fallitur mirum in modum Hottomannus, qui putat hic per versus intelligi involutos verborum sensus. Quem erroris vel solus arguat Lucanus cum libro 1. vs. 449. ait:

*Plurima securi fudistis carmina Bardi.*

Nam his gentibus, illud potissimum memoriæ genus, unde Tacitus de moribus Germanorum: *celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriæ & annalium genus est.* Adde quod antiquissima poësis sacra fuit aut parænetica, in honorem præstantium virorum, unde apud Xenoph. primo Cyropædiæ, φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται καὶ ᾄδεται ἔτι, καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων. quia augustius aliquid carmina spirant, quam prosa oratio. Itaque nihil mirum, si apud Gallos etiam versibus divina complecterentur. Sed de vetustissima poësi siquis plura scire velit, adeat opus patris mei de arte Poetica, ubi fuse cuncta disseruntur. Ad Cæsaris verba ut redeamus, ait ille, carmina ediscí ab iis, qui in disciplina Druidarum erant. Horum carminum autores Bardi. Nam ut Strabo ait lib. IV. p. 197. tria apud Gallos hominum genera, in honore erant, Bardi, Vates, Druidæ. Bardos ait fuisse ὑμνητὰς καὶ ποιητὰς, *hymnorum cantores & poëtas.* Vates ἱεροποιοὺς, καὶ φυσιολόγους, *sacerdotes, & naturam contemplantes.* Druidas verò moralem quoque philosophiam exposuisse. Cæsar tria hæc genera sub Druidarum nomine complectitur, nam cum ait, *illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant*, &c. intelligendi sunt vates: Eosdem quoque designat cum ait, *Multa præterea de sideribus, atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, &c. disputant.* Bardos notari diximus, ubi inquit, *magnum ibi numerum versuum ediscere coguntur.* Hoc quatenus ὑμνητικοὶ, alterum eorum studium respexit Lucanus; lib. 1. vs. 447.

*Vos quoque qui fortes animas belloque peremtas,*
*Laudibus in longum, vates, dimittitis ævum,*
*Plurima securi fudistis carmina Bardi.*

Ubi vates quoque appellat eos, id est, ποιητάς. Druidarum philosophiam spectant, quæ Cæsar memorat de æternitate animarum, aliaque, quæ ethica, nam talibus inquit Cæsar homines *maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto.* D. Vossius.

2. *Græcus literis utantur* ] Vocem Græcus non sine caussa videtur ejicere Hottomannus. Tamen retinuit Græcus, ego adulterinam censeo, aut si cui audacius id videtur, non temere admittendam. *Idem.*

Ibid.] *Jos. Scaliger* Epist. XVI. *Fr. Hotomannus* & *D. Vossius* primam vocem censent inducendam. *Rob. Titius* loc. Controv. lib. IV. reponit *cacis*, *Sam.* autem *Petitus* Observ. lib. 1. cap. VII. *crassis*, rudes intelligens, quæ Græcarum & Romanarum elegantiam non adæquabant. Sed cum omnes libri vulgatam lectionem exhibeant, mihi omnino videtur retinenda. Massiliam coloniam deduxerunt Asiatici Phocæenses, Græco sermone usi. *ab his autem Galli usum vitæ cultioris, deposita & mansuefacta barbaria — didicerunt,*

*tur; quod neque in vulgus disciplinam efferri velint;* ***nequ*** *eos, qui discunt, literis confisos, minus memoriæ* ***studer*** *quod fere plerisque accidit, ut præsidio literarum,* ***diligen***
5 *tiam in perdiscendo, ac memoriam remittant. In primis ho volunt persuadere,* [1] *Non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios; atque* [2] *hoc maxime ad virtuten*
6 *excitari putant, metu mortis neglecto. Multa præterea de si deribus, atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitu dine*

*runt*, ut tradit *Justinus* lib. XLIII. cap. IV. Omnino igitur crediderim, Gallis antea nullum fuisse litterarum usum, adeoque, cum eas à Massiliensibus acceperint, nihil mirum fuisse Græcas. Hinc factum est, ut *in castris Helvetiorum tabulæ repertæ sint Græcis litteris confectæ*, quemadmodum docet noster lib. I. B. G. cap. XXIX. Non enim ibi cum *Joan. Rhellicano* Græcum sermonem, sed litteras tantum Græcas intellexerim, nec Gallos ullis aliis tum temporis usos fuisse manifestum. Sed si tabulas illas Græco sermone confectas concedamus, fieri non potest, ut eadem significatio hic locum obtineat, cum omnes Druidæ linguam Græcam non callerent; Divitiacus enim, qui unus fuit è Druidis, veluti testatur *Cicero* de Divin. lib. I. cap. XLI. interprete opus habuit, ut cum Cæsare colloqueretur; qui Græce fuit peritissimus. Vide lib. I. B. G. cap. XIX. Non est etiam quod cum *Hotomanno* Francogall. cap. II. arbitreris, phrasin, quam adhibet *Cæsar*, non solum elementa, verum etiam sermonem ipsum necessario denotare: contrarium enim liquet ex *Plinii* Hist. Nat. lib. VII. cap. LVII. *Gentium*, inquit ille, *consensus tacitus primus omnium conspiravit*, *ut* Ionum litteris uterentur. Scio quidem, vocem *Ionum* viro doctissimo expungendam videri, sed vehementer erravit, ut pulchre ostendit vir summus *Jos. Scaliger* in Anim. Euseb. p. 104. *Davies.*

1. *Non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios*] Hæc Pythagoræ fuit sententia. *Diodorus* Siculus Bibl. lib. V. p. 306. Ἐνισχύει γ παρ' αὐτοῖς (Γαλάταις) ὁ Πυθαγόρ λόγος. ὅτι τὰς ψυχὰς τ̃ ἀνθρώπων ἀ θανάτους εἶναι συμβέβηκε, καὶ δι' ἐτῶν ὡ ρισμένων πάλιν βιοῦν, εἰς ἕτερον σῶμα τ̃ ψυχῆς εἰσδυομένης. Sed an à Pythagora Druides hauserint, an ipse potius ab illis, dubium videtur *Just. Lipsio* Physiol. Stoic. lib. III. Dissert. XII. *Alexander* sane apud *Clementem* Alexandrinum Strom. lib. I. p. 223. ed. Lugd. tradit Pythagoram ἀκηκοέναι Γαλατῶν. Sed magis accederem *Amm. Marcellino*, qui hac de re sic loquitur lib. XV. c. IX. *Druidæ ingeniis celsiores, ut auctoritas Pythagoræ decrevit, sodaliciis adstricti consortiis, quæstionibus occultarum rerum altarumque erecti sunt, ut despectantes humana, pronunciarint animas immortales.* Certe cum Galli litteris Massiliæ operam dederint, ut apparet ex *Strabonis* lib. IV. p. 181. non mirum, eos Pythagoricis dogmatibus fuisse imbutos. *Idem.*

2. *Hoc maxime ad virtutem*] Fortitudinem bellicam, nam, ut Galli *forent ad bella meliores, æternas esse animas vitamque alteram ad manes* Druidæ docuerunt, si *Pomp. Melæ* fides lib. III. cap. II. Vide & *Lucanum* lib. I. vs. 454. seq. *Idem.*

*dine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant, & juventuti tradunt.*

XV. *Alterum genus est Equitum. Ii, quum est usus, atque aliquod bellum incidit (quod ante Cæsaris adventum fere* 1
*quotannis accidere solebat, uti aut ipsi injurias inferrent, aut illatas propulsarent,) omnes in bello versantur; atque eorum,* 2
*ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita* [1] *plurimos circum se ambactos clientesque habet. Hanc unam gratiam potentiamque noverunt.*

XVI. *Natio est omnis Gallorum admodum dedita religio-* 1
*nibus; atque ob eam causam, qui sunt affecti gravioribus* 2
*morbis, quique in prœliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant, aut se immolaturos vovent, ad-*
*ministrisque ad ea sacrificia Druidibus utuntur; quod, pro* 3
*vita hominis nisi vita hominis reddatur, non posse aliter deo-*

1. *Plurimos circum se ambactos*] Merito dubitet quis Latinum vocabulum, an Gallicum sit. Illud certum hodieque nobis usurpari. Qui Latinum esse contendunt, citant Glossas vett. ubi legitur: *Ambactus*, δοῦλος μισθωτὸς ὡς Ἔννιος. Scaliger ad Festum vocem ambactus, quæ apud Ennium reperitur, ait Latinam esse: at hic apud Cæsarem Gallicam. Ego non frustra id recipiendum arbitror, præsertim cum sciam & Ennium annalibus suis voces exoticas inseruisse: qualis *bria*, aliæque. Cæsar sane pluribus locis peregrinis quoque vocibus utitur. Cujusmodi sunt, *Vergobretus*, *urus* (quam vocem Gallicam esse etiam Macrobius ait, & Germani hodieque *urochsz* appellant), item *alces*, &c. Sane ego arbitrer, vocem esse Gallicam, eo magis quod explicat eam Cæsar & addit *clientes*. At si ambacti vocabulum hic Latinum esse dicamus & notare μισθωτὸν, necessario dicendum, eum non esse clientem. Præterea nihil Cæsar hic ait de mercenariis, sed supra dixit, plebem egenam se nobilibus in servitutem dicare, & eadem illis jura esse in hos, quæ dominis in servos. At in mercenarios non id juris est. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Hac voce usus est *Ennius*: Glossæ vett. *Ambactus*, δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. *Jos. Scaliger* ad Festum, verbum *Cæsarianum* Gallicis vocabulis adscripsit, *Ennianum* autem Romana civitate donavit: nec forsan abs re; cum ita dici possint servi mercede conducti, quod *circumagantur*, quo lubet conducentibus, ut animadvertit *G. J. Vossius* in Etymol. qui tamen mire lapsus est in eo, quod dixerit *Cæsarem* hanc vocem usurpasse *pro viris dignitate præstantibus, mancipii alicujus aut agri præfectis*; nihil enim clarius est, quam solos Equitum *clientes* denotari, quæ vox ἑρμηνείας ἕνεκεν est adjecta; præterquam quod *Cæsar* cap. XIII. testatus est solos Druidas & Equites *aliquo esse numero atque honore*. Davies.

*deorum immortalium numen placari arbitrantur:* [1] *publice-*
4 *que ejusdem generis habent instituta sacrificia. Alii* [2] *imma-*
*ni magnitudine simulacra habent: quorum contexta vimi-*
*nibus membra vivis hominibus complent; quibus succensis*
5 *circumventi flamma exanimantur homines.* [3] *Supplicia eo-*
*rum, qui in furto aut latrocinio, aut aliqua noxa sint com-*
*prehensi, gratiora diis immortalibus esse arbitrantur. Sed*
*quum ejus generis copia deficit, etiam ad innocentium suppli-*
*cia descendunt.*

1 XVII. [4] *Deum maxime* [5] *Mercurium colunt: hujus sunt*

1. *Publiceque ejusdem generis habent instituta sacrificia*] Placidus Lactantius in lib. x. Thebaid. Statii pag. 368. *Lustrare civitatem humana hostia Gallicus mos est. Nam aliquis de egentissimis pelliciebatur præmiis, ut se ad hoc venderet: qui anno toto publicis sumtibus alebatur purioribus cibis, denique certo & solenni die, per totam civitatem ductus, ex urbe extra pomœria saxis occidebatur à populo.* Etiam Eryc. Olaus lib. 1. cap. 1. Hist. Suec. *Præter hæc autem*, inquit, *instituta, fuerat quædam solennitas generalis, de novennio in novennium exactissimè celebranda, ad quam omnis multitudo omnium provinciarum Gothicæ nationis venire, & donaria tenebatur offerre. Quando & viva offerebantur sacrificia de hominibus & brutis, quorum sanguine Deos placabant. Corpora verò in luco quodam proximo suspendebant, putantes arbores ipsas ex morte immolatorum divas & sacras, quibus idcirco plurimum deferebant.* Haud absimilem morem tempore Claudii legimus inductum Tarracinis à Firmino Pontifice. De quo quærenti Cæsario S. Martyri hunc in modum responderunt oppidi cives. *Ad sex vel octo menses nutritur hic quispiam pro illius voluntate. Iis exactis mensibus, armatus & ornatus ascendit in montem, & pro salute Reip. & principum civiumque salute, atque ut immortale sibi paret nomen, cum equo se agit è monte præcipitem. Ejus verò cadaver honorificè admodum colligitur, & ad templum Apollinis perductum concrematur, cinisque ejus in templo pro civium & Reip. salute reconditur.* Hæc Surius in vita Cæsarii. *D. Vossius.*

2. *Immani magnitudine simulacra*] Merito immani magnitudine, nam & Strabo lib. iv. pag. 197. κολοσσὸν vocat. *Idem.*

3. *Supplicia eorum qui in furto*] Ciacconius hic *supplicia* putat notare supplicationes, quemadmodum Sallustius & Varro ac Tacitus hanc vocem usurpavere. Sed Cæsaris dictio vix quidquam commune habet cum Sallustio, aut Tacito: ego supplicia prorsus statuo hic vulgari notione pro τιμωρία accipienda. Nam non memini *supplicia innocentium* legere me pro supplicationes quæ fiunt per mortem innocentium. Et mihi non recte Ciacconius σύνταξιν perpendisse videtur. *Idem.*

4. *Deûm maxime Mercurium*] Ita placuit Græco interpreti, Ciacconio, & Scaligero vocem. *Deûm* legere in genitivo plurali: quia eodem modo Tacitus dixerat *Deûm maximè Mercurium colunt.* Sed illud magis è more Taciti quam Cæsaris. Mihi prorsus rectum videtur illud *Deum* accusandi casu. Eodem modo sæpe in vett. lapp. reperias DEO MERCVRIO cum aliorum Deo-

*sunt plurima simulacra: hunc omnium inventorem artium ferunt:*

Deorum nomina plerumque simpliciter habebantur. Nimirum NEPTVNO. APOLLINI. Exemplum esto lapis iste,

DEO. MERCVRIO. SING
EX. VOTO. IVL. GALLICVS
ET. AVR. SIBVLLA. P. L. L

At aliis Diis sacratæ Inscriptiones sunt

L. ARVLENVS
ANOPTES
APOLLINI.

Et,

DIANAE
TITVS. MENIVS
F. V. S.

Atque tales sæpissime occurrunt,
*D. Vossius.*

5. *Mercurium colunt*] Minutius in Octavio: *Inde adeo per universa imperia, provincias, oppida, videmus singulas sacrorum ritus gentiles habere, & deos colere municipes, ut Eleusinios Cererem, Phrygas Martem, Epidaurios Æsculapium, Chaldæos Belum, Astartem Syros, Dianam Taurios, Gallos Mercurium, universa Romanos*, Quem *Wodam* appellatum iis & prodidit Paullus Diaconus lib. 1. de gestis Longob. & testatur hodie lingua nostra, cum *Wodensdach* diem Mercurii appellamus. Lipsius notis ad Tacitum putat, Mercurium non *Wodam*, dictum, sed *Wonsdam*, vel *Wondam*. Nempe à lucro quod Germanis *wondst*, vel *windst*, dicitur. Sed argumentum illud parum validum. Possimus similiter probare Wodam rectum esse, hoc modo. Ait Cæsar itinerum ducem à Germanis coli Mercurium. Et nostra lingua *wondt* apud Britannos quoque *wood*, saltum, sylvam aut agrum notat. Cur ergo non æque dicere liceat, Mercurium à *wondt* vel *wood* vocatum *Wodam*; quam à *wondst Wonsdam*? Imprimis cum veterum nullus tradiderit eum ita appellatum fuisse. Mihi sane & hoc argumentum & illud æque ridendum videtur. Si Erico Olao credimus, Suecis *Othinus*, aut *Oden* vocabatur. ait enim lib. 1. cap. 1. Hist. Suecicæ: *Secundum vero scilicet Othinum, pro danda & conservanda eis pace, & vita tranquilla colebant Sueci; Quando erant contra hostes pugnaturi, eum pro victoria invocabant, quartam feriam ei pro libaminis tempore deputantes, à quo dicta est dies illa Odensdach.* Sed Wodan (ita n. scribendum jam Cluver. ostendit) quoque *Teutanem*, aut ut alii volunt *Teutatem* appellatum fuisse discimus: Meminit Lucanus,

*Et quibus immitis placatur sanguine diro*
*Theutates.*

Et prodit Cicero III. de natur. Deorum pag. 341. Mercurium eum, qui Argum interemerat, ideo Ægyptiis præfuisse, ac leges & literas iis tradidisse. Eumque appellari Thoth apud Ægyptios, quo nomine & primus anni mensis vocetur. Prorsus autem congruere videntur illa nomina *Thoth* & *Teuth*, ac *Teuthates*. Unde suspicetur quis ab eadem origine esse. Sane id putabat Geographorum maximus Philippus Cluverus, qui in Germania sua ostendere conatur, omnes gentes in enunciando supremi Dei nomine propemodum congruisse. Sic qui Germanis & Ægyptiis *Theuth*, Græcis Θεὸς, vel Ζεὺς, vel Δεὺς, Latinis *Deus*, quæ voces valde similes sunt. Equidem ingeniosa imo acutissima esse, quæ magnus vir fusè disserit, ne invidia quidem negaverit. Et ut falsa dicere ea sit impudentis, nisi aliud probet, ita velim tamen scire à qua origine omnia hæc nomina defluxerint, nam id si sciretur, aut magnum ad conjecturam Cluveri momentum haberet, aut eum everteret. Cæterum ad Teutanem ut redeam præterire hic non libet Taciti locum qui 1. Annal. ait: *Profana simul & sacra, & celeberrimum illis gentibus templum, quod Tanfana vocabant, solo æquantur.* Ignorabat

*runt:* [1] *hunc viarum atque itinerum ducem,* [2] *hunc ad quæstus pecuniæ mercaturasque habere vim maximam arbitran-*
2 *tur.* [3] *post hunc, Apollinem,* & [4] *Martem,* & [5] *Jovem*

rabat Lipsius quis Deus signaretur. Aitque nonnullos ἐτυμολογίζειν, quasi esset à 't aenfang, quod nostra lingua principium rerum notat. Placuitque idem Philippo Cluverio viro summo. Mihi tamen aliter videtur, & vix dubito hic legendum *Teutanæ.* Sane Heda, quando eandem ex Tacito historiam narrat, habet *Taufana*, jam quam facile *t* in *f* mutatur? *A* vero pro *e* nihil novi in nostra lingua. Sane sæpe Germani ubi nos *e*, habent *a*, ut potuerit scripsisse Tacitus *Tautanæ.* Exemplum habemus apud eundem autorem eodem libro cum inquit: *Positoque castello super vestigia paterni præsidii in monte Tauno, expeditum exercitum in Chattos rapit.* Ubi non anxiè cum Lipsio inquiram, quis ille mons sit: quippe arbitror Taunum nihil aliud esse quam *duynen*: ut ex appellativo proprium Tacitus fecerit: aut si accuratior (ut existimo) autor ille, quam ut talem errorem impingat, dicere possumus altiores iis locis colles per excellentiam habuisse nomen *duynen.* D. Vossius.

1. *Hunc viarum atque itinerum ducem*] Ut & aliæ gentes, unde Græci ἐνόδιον, ut alii ὁδίον. Theocritus Idyll. XXV. 3.

> Ἔκ τοι ξεῖνε πρόφρων μυθήσομαι ὅσσ' ἐρεείνεις,
> Ἑρμέω ἁζόμενος δεινὴν ὄπιν εἰνοδίοιο,
> Τὸν γὰρ φασὶ μέγιστον ἐπουρανίων κεχολῶσθαι,
> Εἴ κεν ὁδοῦ χρείοντ' ἀνήνηταί τις ὁδίτην.
>
> *Tibi verò, hospes, libens aperiam quæcunque quæris,*
> *Mercurii gravem iram timens itinerum ducis.*
> *Hunc enim ferunt maxime è cœlestibus irasci,*
> *Siquis indigentem itineris aversetur viatorem.*

Recte etiam Græcus Cæsaris interpres transtulit ἡγέμονα, quomodo Mercurium quoque appellavit Aristophanes in Pluto, & alii. *Idem.*

2. *Hunc ad quæstus pecuniæ, mercaturasque*] Unde & negotiatorem appellavere. Hinc Inscriptio anno 1599. Metis reperta.

| |
|---|
| MERCVRIO. NEGOTIATORI. |
| SACRVM |
| NVMISIVS. ALBINVS |
| EX. VOTO |

*D. Vossius.*

*Ibid.*] Ipse Mercurius apud *Plautum* Amphit. Prol. vs. 11. *Id jam satis concessum & datum Mihi esse ab Diis aliis, nunciis præsim & lucro.* Hinc factum ut Mercurio lucra litarentur, teste *Eumenio* Paneg. III. cap. XVII. Quin & ejus nomen *à mercibus* est ductum, *hunc etenim negotiorum omnium existimabant esse Deum.* Vide *Festum* & *Isidorum* Hispalensem lib. VIII. cap. XI. *Davies.*

3. *Post hunc Apollinem*] Belenum nuncupabant, vel Belinum, ut satis notum: quin & Abellionem, ut ex Inscript. vett. & autoribus colligitur. Colebatur etiam ab Aquileiensibus, uti discere est non modo ex Capitolino in vita Maximin. verum & Herodiano, qui lib. VIII. cum vocat Βέλιν, non ut cæteri Belinum: verba sunt, Βέλιν δὲ καλοῦσι, τοῦτον σέβουσί τε ὑπερφυῶς· Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες. Sed vereor ut integer locus sit. Quid enim adeone incognitum Herodiano nomen Belini? præsertim quod pluribus

nibus saxis inscriptum Aquileiæ fuisse certo constat. Nam Aquileiæ & templum Beleni Apollinis, & Deum ipsum summo honore cultum fuisse colligo tum ex verbis Herodiani, ubi oraculo Apollinis Belini confirmantes ait oppidanorum animos, qui obsessi alio contendere nequibant ad consulendum, sed maxime quod eum nuncupat ἐπιχώριον illius urbis Deum: & denique etiam indicat hæc inscriptio Aquileiæ exstans:

BELENO
AVG. SACR.
L. CORNELIVS
L. FIL. VELL.
SECVNDINVS
AQVIL.
EVOC. AVG. N
QVOD. IN. VRB.
DONVM. VOV.
AQVIL.
PERLATVM
LIBENS. POSVIT
L. D. D. D.

Videmus hic donum, quod L. Cornelius Beleno voverat, cum ipse in Urbe, seu Romæ esset primo Aquileiam pertulisse. Nimirum quia mos olim, siquid votum Numini alicui, deferre id in oppidum ubi maxime colebatur. Sic dona Fortunæ vota Antium delata. Sed hoc notum. Ad Herodianum redeo, & affirmo vix verisimile videri, tam noto omnibus Belini nomine eum Βίλιν scriptum fuisse. Quare emendo Βέλιν καλοῦσι τοῦτον σέβουσί τε ὑπερφυῶς. Quam facile enim potuit ex ο fieri δ, et ι, ι Sane sæpissime eo modo depravata propria nomina apud Græcos scriptores esse, jam supra ostendi. Nunc demum video idem Salmasio placuisse. Cæterum *Beleni* nomen factum ex בעל *baal*, aut *bel*, unde pluribus gentium diis vocabula sunt. Neque enim adeo cum Pithœo errandum, ut credamus Belenum à jactu sive emissione radiorum id nomen accepisse. Nugæ sunt, & digna Græculis commenta, neque certius quidquam quam *Belenum*, ut dixi, venire à בעל. Unde & Hesychius: Βέλα, inquit, ἥλιος καὶ αὐγή. Hæc manifeste rei veritatem evincunt. Nunc video recte eadem observavisse doctum virum Seldenum, verum eadem à me cogitata, antequam ejus librum percurrerem, mihi conscius sum. Porro sacerdotes Beleni *Pateras* vocatos ex Ausonio discimus cùm ait, de Attio Patera:

*Béleni sacratum ducis è templó genus:*
*Et inde vobis nomina:*
*Tibi Patéræ: sic ministros nuncupant*
*Apollinaris mystici.*

Ubi moneo *Apollinaris*, vel si mavis *Apollinares* scribendum, & tamen aliter Vinetus ac Scaliger ediderunt: quod miror. *D. Vossius.*

4. *Martem*] Quem *Hesum* nuncupavere. Occurrit hoc nomen apud Lactant. lib. I. de falsa Sapient. cap. XXI. *Galli Esum atque Teutatem humano cruore placabant.* Quorum illum Martem esse hinc colligitur, quod Mercurio & Marti captivi litabantur. Nam ait Cæsar infra: *Martem bella regere arbitrantur, huic, quum prælio dimicare constituerunt, ea, quæ bello ceperint, plerumque devovent.* Quin & Tacitus, lib. XIII. Annal. *Sed Bellum Hermunduris prosperum: Cattis exitio fuit. quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur.* Deinde confirmantur eadem verbis Lucani:

*Ex quibus immitis placatur sanguine diro*
*Teutates; horrensque feris altaribus Hesus.*

Ubi utrumque conjungit, ut vix ambigam Lactantium sua ex Lucano sumsisse, cum paullo post hunc poëtam citet. Cluverus putat proprium Martis nomen fuisse *Thies.* Movet illum quod Martis dies qui nobis *Dynsdagh*, vel *Dyssendagh* est, magis Septentrionalibus vocetur *Titsdach*, atque illas nationes veterem dialectum maxime retinere ait. Sed mihi id non placet, neque enim arbi-

P trot

*vem, & Minervam.* [1] *De his eandem fere, quam reliquæ gentes, habent opinionem; Apollinem, morbos depellere;* [2] *Minervam, operum atque artificiorum initia transdere; Jo-*

tror in Martis nomine T literam fuisse, quæ quod occurrit in voce *Thiusdach* ex articulo factum, pro *De Hes dach:* nec dubito, quantum ad hanc vocem, propius nostram linguam ad veterem illam Gallorum linguam accedere, quàm Septentrionalium sermonem: dicimus enim nos *Dysdagh*, quasi dicas *d'Hesdach:* facile autem vocalis mutatur *e* in *i*. Sed ego arbitror proprium & genuinum Martis nomen fuisse *Cososus*, uti in veteri Inscriptione est, quæ inedita legitur in vico Leproso in finibus Biturigum:

FLAVIA. CVBA. FIRMANI
FILIA
COSOSO. DEO. MARTI. SVO
HOC. SIGNVM. DONAVIT
AVGVSTO.

Facile autem potuit depravari nomen illud ut ex *Cososo*, fieret *Chososus*, inde *Chosus* vel *Hosus* & *Hesus*. Porro quia antea Cæsar dixit Gallos maxime Mercurium coluisse, & alii autores prodidere Germanos Martem præ cæteris diis veneratos, idem Cluverus difficultatem hic esse putat, quasi non potuerint Galli summo honore coluisse Mercurium, Germani Martem. quod satis probant verba Procopii infra posita. *D. Vossius.*

5. *Jovem*] Nomen ei proprium *Thor*. 1. tonitru. Unde Ericus Olaus lib. 1. cap. 1. Hist. Suecic. *Thor tanquam potentissimus & summus Deorum, in medio & aliis altior residebat, imagine viri nudi, dextera quidem sceptrum, sinistra vero septem stellas praeferentis insignis.* Et mox: *Pro pluvia & aura necessaria invocabat Thorum, tanquam potentem in sublimi, cujus etiam patrocinio se sperabant ab incommodis impressionum, tonitruo ac tempestatibus, fulmine grandineque conservari; cui singulis hebdomadis quinta feria per deputatos sacerdotes sacrificia offerebat* (populus Suecorum) *a quo erat dies illa dicta Thorsdach.* Britannorum quibusdam *taran* tonitru est: unde & Lucano *Thòr* vocatur *Taranis.*

*Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.*

Dubitabam an idem Jupiter esset qui *Saranicus* appellatur in veteri inscriptione, quæ reperta in pago Mombach haud procul Maguntiaco, est autem talis:

I. O. M.
SARANICO
CONSERVA
TORI. HONO
RIVS. VII. AL
LEG. XXII. PR
P. F. M. AVR. GER
MANVS. D. E
MON

*Idem.*

1. *De his eandem fere, quam reliquæ gentes, habent opinionem*] Diversis plane nominibus Galli suos insignierunt Deos; nam quem Mercurium censuerunt Romani, iis dictus est Teutates, quem Martem, Hesus: Galli Belenum & Taranin nominarunt eos, quos Romani cum Apolline suo & Jove confuderunt. Vide *Eliam Schedium* de Diis Germ. Syngr. 1. cap. v. seqq. Cum autem Romani non absimilia utrisque Diis munia adsignari viderent, eadem esse numina facile credebant, quia Provinciales Deos cum universi Deo miscuerint. Egregia sunt, quæ hac de re disseruit acutissimus vir *Joan. Clericus* Art. Crit. Part. II. Sect. I. cap. XIII, 9 — 15. *Davies.*

2. *Minervam operum atque artificiorum initia transdere*] Hanc ob causam de capite Jovis nata dicitur, ut notat *Servius* ad *Virgilii* Eclog. II, 61. Hinc

*Jovem, imperium cœlestium tenere;* [1] *Martem, bella regere. Huic, quum prœlio dimicare constituerunt, ea,* [2] *quæ* 3
*bello ceperunt, plerumque devovent. Quæ superaverint, animalia capta immolant: reliquas res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos tumulos* 4
*locis consecratis conspicari licet. neque sæpe accidit, ut, ne-* 5
*glecta quispiam religione, aut capta apud se occultare, aut posita tollere auderet: gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.*

XVIII. [3] *Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædi-* 1
*cant: idque ab Druidibus proditum dicunt.* [4] *ob eam caussam* 2
*spa-*

Hinc etiam Ἐργάνη vocabatur, quemadmodum tradit *Pausanias* in Attic. pag. 42. *Davies.*

1. *Martem bella regere* ] In plerisque MSS. & impressis Codd. est *Martem bella gerere*, quam lectionem exhibuit Metaphrastes. Sed longè præstat recepta. *Lucretius* lib. I. 33.

— *Belli fera munera Mavors*
*Armipotens regit.*

Simili modo *Silius* Italicus lib. VI. 307. dixit *Martem regere.* Vide & lib. VII, 47. *Idem.*

2. *Quæ bello ceperunt plerumque devovent*] Athenæus lib. IX. cap. XVI. p. 160. Τοὺς Γαλάτας παρ' οἷς ἔθος ἐστὶν ἐπὰν ἐν εὐτυχήματι ἐν τοῖς πολέμοις λάβωσι θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς αἰχμαλώτους. Etiam Tacitus XIII. Annal. *Sed bellum Hermunduris prosperum, Cattis exitio fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere; quo voto equi, viri, cuncta victa, occidioni dantur.* Memorat Procopius lib. 2. Gothicor. p. 233. Thulitas i. Scandinavos eundem suis temporibus morem retinuisse. verba sunt: Θεοὺς μὲν τοι καὶ δαίμονας πολλοὺς σέβουσιν οὐρανίους τε καὶ ἀερίους ἐγγείους τε καὶ θαλασσίους· καὶ ἄλλ' ἄττα δαιμόνια, ἐν ὕδασι πηγῶν τε καὶ ποταμῶν εἶναι λεγόμενα. θύουσι δὲ ἐνδελεχέστατα ἱερεῖα πάντα καὶ ἐναγίζουσι. τῶν δὲ ἱερείων σφίσι τὸ κάλλιστον ἄνθρωπός ἐστιν, ὅνπερ ἂν δορυάλωτον ποιήσαιντο πρῶτον. τοῦτον γὰρ τῷ ἄρει θύουσιν, ἐπεὶ θεὸν αὐτὸν νομίζουσι μέγιστον εἶναι, ἱερεύονται δὲ τὸν αἰχμάλωτον, οὐ θύοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ξύλου κρεμῶντες, ἢ ἐς τὰς ἀκάνθας ῥιπτοῦντες, ταῖς ἄλλαις τε κτείναντες θανάτου ἰδέαις. D. Vossius.

3. *Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædicant*] Hunc Samothen fuisse dictum fide *Berosi* Anniani tradit *Edm. Dickensonus* Delph. Phœn. p. 184. sed miror virum eruditum supposititio illi libro, & turpissimo fabularum sterquilinio credidisse. Cum Pluto locis inferis præesse crederetur, putarim Gallos hunc generis sui auctorem fecisse, quia Druidæ memorarunt, *revera fuisse populi partem indigenam*, ut tradit *Amm. Marcellinus* lib. XV. cap. IX. adeoque è locis subterraneis prorepsisse. *Davies.*

4. *Ob eam caussam — finiunt*] Inepta est ratio, quam protulit noster, nec eam, ut opinor, adsignarunt Druidæ. Hujusce usus non alia fuit causa, quam quia diem ab occasu solis ad occasum esse statuerunt, quemadmodum etiam Athenienses aliique. Vide *Henr. Lindenbrogium* ad *Censorini* de Die Nat. cap. XXIII. *Davies.*

*ſpatia omnis temporis*, [1] *non numero dierum, ſed noctium*
*finiunt; & dies natales, & menſium, & annorum initi.*
3 *ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur. In reliquis vit.*
*inſtitutis hoc fere ab reliquis differunt, quod ſuos liberos, niſ*
*quum adoleverint, ut munus militiæ ſuſtinere poſſint, palam*
*ad ſe adire non patiantur; filiumque in puerili ætate in publi-*
*co, in conſpectu patris aſſiſtere, turpe ducunt.*

1 XIX. *Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine*
*acceperunt, tantas ex ſuis bonis, æſtimatione facta, cum*
2 *dotibus communicant. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio*
*habetur, fructuſque ſervantur. Uter eorum vita ſuperarit,*
*ad eum pars utriuſque cum fructibus ſuperiorum temporum*
3 *pervenit. Viri in uxores, ſicuti in liberos, vitæ neciſque ha-*
*bent poteſtatem; & quum paterfamilias illuſtriore loco natus*
*deceſſit, ejus propinqui conveniunt; & de more, ſi res in*
*ſuſpicionem venit, de uxoribus in ſervilem modum quæſtio-*
*nem habent; &, ſi compertum eſt, igni atque omnibus tor-*
4 *mentis excruciatas interficiunt.* [2] *Funera ſunt pro cultu Gal-*
*lorum magnifica, & ſumptuoſa; omniaque, quæ vivis cor-*
*di fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia;*
*ac, paullo ſupra hanc memoriam, ſervi, & clientes, quos*
*ab iis dilectos eſſe conſtabat,* [3] *juſtis funeribus confectis, una*
*cremabantur.*

XX. *Quæ*

1. *Non numero dierum ſed noctium finiunt*] Ab antiquiſſimis mortalium hoc acceptum. Sic & Arabes poſt occaſum ſolem initium diei ſtatuunt, quem ايل vel ايلة nuncupant. *D. Voſſius.*

2. *Funera ſunt pro cultu Gallorum*] Ita & mſ. noſter, ſed eadem manu, qua codex exaratus eſt, varia lectio in margine adſcripta eſt, *pro captu Gallorum*, quod non rejicio. Græcus ὡς κατ᾽ ἐκείνους γε, ut in ejus codice *pro captu* fuiſſe nullus dubitem: nam & ſupra ubi eſt, *ut captus eſt Germanorum*, eodem modo vertit. *Idem.*

3. *Juſtis funeribus confectis, una cremabantur*] Magna lux Cæſari ex Jornandis loco cap. XLIX. ubi deſcribit morem funeris Attilæ: *Cujus manes*, inquit, *quibus modis à ſua gente honorati ſunt, pauca de multis dicere non omittamus. In mediis ſiquidem campis, & intra tentoria ſerica cadavere collocato, ſpectaculum admirandum & ſolenniter exhibetur. Nam de tota gente Hunnorum electiſſimi equites in eo loco quo erat poſitus in modum Circenſium curſibus ambientes, funera ejus cantu funereo tali ordine referebant.* Exinde memorantur breviter geſta Attilæ, quibus recenſitis ſubdit: *Poſtquam talibus lamentis eſt defletus, ſtravam ſuper tumulum ejus, quam appellant ipſi,*

XX. *Quæ civitates commodius suam Remp. administrare existimantur, habent legibus sanctum, si quis quid de Rep. à finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magistratum defe-* 1

*gum comessatione concelebrant, & contra vicem sibi copulantes, luctum funerum mixto gaudio explicabant, noctu secreto cadaver est terra reconditum. Cujus fercula primum auro, secundo argento, tertio ferri rigore communiunt, significantes tali argumento potentissimo regi omnia convenisse: ferrum, quo gentes edomuit; aurum & argentum quod ornatum Reip. utriusque acceperit. Addunt arma hostium cædibus acquisita, phaleras vario gemmarum fulgore preciosas, & diversi generis insignia, quibus ornatur aulicum decus. Et ut tot & tantis divitiis humana curiositas arceretur, operis deputatos detestabili mercede trucidarunt, emersitque momentanea mors sepelientibus cum sepulto.* Habemus & simile exemplum congestorum. hostilium armorum & occisorum captivorum in Statio XII. Thebaid. ubi Menœcei rogum describit:

*At non plebejo fumare Menœcea busto,*
*Rex genitor Thebæque sinunt, nec robora vilem*
*Struxerunt de more rogum: sed bellicus agger*
*Curribus, & clypeis, Graiorumque omnibus armis*
*Sternitur. hostiles super ipse ut victor acervos,*
*Pacifera lauro crinem, vitisque decorus*
*Accubat.*

Paulo post addit:

*Spirantes super inferias captiva Pelasgum*
*Corpora, frenatosque pater solatia feris*
*Bellorum mactabat equos.*

Sed quod Vulcanius in priore Statii loco, ubi legitur

*hostiles super ipse ut victor acervos*

pro ut emendabat *it*, nugæ sunt: & si id recipias otiosum erit verbum quod post sequitur. Nam ait Statius, primo rogum exstructum fuisse, postea ipsum Menœcea, lauro, victoris instar, redimitum, rogo impositum fuisse. Porro ad hunc locum Statii Lactantius Scholiastes ait: *Exuviis enim hostium extruebatur regibus mortuis pyra; quem ritum sepulturæ hodie quoque barbari servare dicuntur, quem strabas dicunt lingua sua.* Vulcanius putat *straffe* veram vocem fuisse, ac notasse supplicium vel pœnam, quæ de ministris vel captivis sumebatur: mihi illud parum placet. Præsertim si Lactantii verba inspicias, qui ait *strabam* appellari acervum ex hostium exuviis: itaque malo ita nuncupatum ἀπὸ τῦ *stroopen*, quod nobis *prædari*. Aut si illud minus verum, possimus deducere à *streuven*, quod vetere Francorum lingua *sternere* notat: unde *streuve*, vel *struve*, acervus, constratus cumulus. Res incerta est, illud constat antiquissimum hunc esse morem captivos ad funera mactandi, unde Homerus Iliados ω.

Δώδεκα δ᾽ Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλὺς
Χαλκῷ δηϊόων.

D. Vossius.

Ibid.] *Theod. Marcilius* legendum putavit *mistis funeribus conserti cremantur*; Alii *justis funebribus confectis*, quemadmodum locutus est *Livius* lib. I. cap. XX. Nos lectionem Codicum auctoritate suffultam retinemus cum enim *funera* per Ellipsin post *justa* intelligantur, ut notavit *G. J. Vossius* de Construct. cap. VI. haud mirandum, si noster, more suo, extulerit. Smiliter etiam *Curtius* dixisset *justas exequias*, si per Criticos licuerat; nam lib. III. cap. XII, 15. ubi vulgo legitur *jamque justis defunctorum corporibus solutis*, MS. *Petrensis* & edit. *Merula* habent *jamque*

2 *deferat, neve cum quo alio communicet: quod ſæpe homines temerarios atque imperitos falſis rumoribus terreri, & ad facinus impelli, & de ſummis rebus conſilium capere cognitum*
3 *eſt. Magiſtratus, quæ viſa ſunt, occultant; quæque eſſe ex uſu judicaverint, multitudini produnt.* [1] *De Rep. niſi per concilium loqui non conceditur.*

1 XXI. GERMANI multum ab hac conſuetudine differunt. *nam neque Druides habent, qui rebus divinis præ-*
2 *ſint;* [2] *neque ſacrificiis ſtudent. Deorum numero eos ſolos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus aperte juvantur, Solem, & Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem*
3 *acceperunt. Vita omnis in venationibus, atque in ſtudiis rei*
4 *militaris conſiſtit: ab parvulis labori ac duritiæ ſtudent. Qui diutiſſime* [3] *impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem: hoc ali ſtaturam, ali vires, nervoſque confir-*
5 *mari putant.* [4] *intra annum vero* XX *feminæ notitiam habuiſſe,*

*que juſtis defunctorum corporibus ſolutis exequiis*, & ita reponendum arbitror. *Davies.*

1. *De Rep. niſi per concilium*] Tempore concilii, dum concilium celebretur. Sic apud *Suetonium* in Cæſ. cap. LXXX. *Cunctati utrumne illum in campo* per comitia ---- *è ponte dejicerent*, hoc eſt, dum comitia agerentur. Fruſtra igitur eſt *Fr. Hotomannus*, qui de hujuſce lectionis ſanitate dubitat. *Idem.*

2. *Neque ſacrificiis ſtudent* —— *reliquos ne fama quidem acceperunt*] Contrarium liquet ex *Taciti* de mor. German. cap. IX. *Deûm maxime*, inquit, *Mercurium colunt, cui, certis diebus, humanis quoque hoſtiis litare fas habent. Herculem & Martem conceſſis hoſtiis placant. Pars Suevorum & Iſidi ſacrificat.* Facile quidem fieri poteſt, ut falleretur *Cæſar*, qui paucos tantum dies in Germanorum finibus moratus eſt. Vide *Ph. Cluverium* Germ. lib. I. cap. XXII. *Idem.*

3. *Impuberes permanſerunt*] Neceſſe eſt, ut *Cæſar* his vocibus denotarit eos, qui cum mulieribus non conſueverunt, ab hominis enim arbitrio non pendet, ut pubes ſerius aut ocius compareat, nec ejus defectus vires auget vel minuit. Simili fere modo hanc Germanorum à Venere abſtinentiam, *longiſſimam pueritiam* vocavit *Pomp. Mela* lib. III. cap. III. Honeſto vocabulo idem hic loci ſignificavit Græcus interpres, vertit enim ἀγάμους διαμένοντας. Idem.

4. *Intra annum vero* XX *feminæ notitiam habuiſſe*] Rem turpiculam modeſte deſignat. Sic *Ovidius* in Epiſt. Hypſipyles Jaſoni vſ. 43.

*Non ego ſum furtim tibi* cognita ——
*Turpiter illa virum* cognovit *adultera Virgo.*

Ita & paſſim ſacri Scriptores. Ipſum autem Germanorum inſtitutum calculo ſuo probavit *Occellus Lucanus* de Univ. c. IV. Πρὸς τὴν, ait antiquiſſimus ille Philoſophus, τῆς ἀφροδισίου χρήσεως ἔτους ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν. Vide p. 534. ed. Galeanæ. *Idem.*

*se, in turpissimis habent rebus. cujus rei nulla est occultatio; quod & promiscue in fluminibus perluuntur,* [1] *& pellibus, aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.*

XXII. *Agri-*

1. *Et pellibus aut parvis rhenonum tegumentis utuntur*] Sic recte legitur neque audire te Hottomannum velim, qui renonum legebat: videtur illi inconcinna phrasis *parvis rhenonum tegumentis*, pro *parvis rhenonibus*. Sed nulla hic difficultas, nam quod ait *parvis sagorum tegumentis* parum recte dici, & eodem modo neque hoc idoneum esse, non admitto, nec prorsus eadem ratio est. Illud *tegumentis* hic ad explicandum adjectum est, quia *rhenonum* vox minus nota. Sic *fons Timavi*, sic alia dicuntur, at non eo tam facile reperias *fluvius Rhenones* (ait Isidorus lib. XIX. Orig. cap. XXIII.) *sunt velamina humerorum & pectoris usque ad umbilicum, atque* * *intortis villis adeo hispida, ut imbres respuant, quos vulgò reptos vocant, eò quod longitudo villorum quasi reptat: de quibus Sallustius, Germani intectum Rhenonibus corpus tegunt. Dicti autem rhenones a Rheno Germaniæ flumine, ubi iis frequenter utuntur.* Meminit eorundem & Varro, & Glossæ mss. *Rheno est pellicium, vel vestis facta de pellibus, pendens usque ad umbilicum.* Erant autem tunicæ illæ non, ut Cluverus vult, sine manicis, breviores habebant ut legimus apud Sidon. Apollinar. lib. IV. epist. XX. ubi describit habitum Sigismeri regii juvenis, & ait: *Præter hoc vestis alta, stricta, versicolor, vix appropinquans poplitibus exertis. Manicæ sola brachiorum principia velantes. Viridantia saga limbis marginata puniceis, penduli ex humero gladii, balteis supercurrentibus strinxerant clausa bullatis latera rhenonibus.* Unde simul discimus solitos etiam Germanos bullis ornare rhenones suos, ut hic Sigismerus qui sponsus erat. Porro rhenonum nomen ut bene observatum quoque Cluvero est non ἀπὸ τ῀ ῥηνῶν, seu *agninis pellibus*, multo minus à Rheno, quod dignum Isidoro figmentum est, sed à *rhen* quod animal cervi specie adhuc Septentrioni proximis gentibus pelles & habitum sufficit. Adeo ut damnandus minime sit Aimoinus, quem alii perstringunt, quia quo loco hæc Cæsaris verba describit, addiderat rhononem esse animalis genus. Quin & vulgatum hodieque animal, caprea, idem nomen habet: nec dubito Germanos vestes ex ejus pellibus paravisse. Sane illuc respexit Maro cum III Georg. ait: vs. 381.

*Talis Hyperboreo septem subjecta Trioni*
*Gens effrena virûm Riphæo tunditur Euro*
*Et pecudum fulvis velantur corpora setis.*

Ubi Servius, pecudum fulvis setis, explicat *rhenonibus. nam ut Sallustius dicit in historiis vestes de pellibus rhenones vocantur.* Nec quod capreis rubri pili sunt quis objectet, cum Maro fulvas setas nuncupat: nam ait Ælianus lib. XIV. cap. XIV. hist. animal. de capreæ genere quod κεμὰς appellatur, ξανθαί γε μὴν τὸ λοιπὸν σῶμά εἰσι. Sed verba Sallustii quæ à Servio adducuntur non usquequaque vera sunt, nam non omnes vestes de pellibus rhenones appellatas, id vero pro certo habeo: quare cautè & rectè Cæsar *pellibus* primum inquit, quod generale postea ad speciem venit, *vel parvis rhenonum tegumentis.* Postea autem ab animali factum vesti nomen: nam solitos Germanos vestium vocabula ab animalibus desumere vel nomen Bassaris indicet. Vett. Gloss. in Persii Sat. I. *Bassarides, Bacchæ: quibusdam videtur*

* an non melius *intonsis*?

1 XXII. *Agriculturæ non student; majorque pars victus*
2 *eorum lacte, & caseo, & carne consistit: neque quisquam agri modum certum, aut fines proprios habet; sed magistratus, ac principes in annos singulos gentibus, cognationibusque hominum, qui una coierunt, quantum eis, & quo loco visum est, attribuunt agri, atque anno post alio transire co-*
3 *gunt. Ejus rei multas afferunt caussas; ne assidua consuetudine capti studium belli gerendi agricultura commutent; ne latos fines parare studeant, potentioresque* [1] *humiliores possessionibus expellant; ne accuratius, ad frigora atque æstus vitandos, ædificent;* [2] *ne qua oriatur pecuniæ cupiditas; qua ex*
4 *re factiones, dissensionesque nascuntur: ut animi æquitate plebem contineant, quum suas quisque opes cum potentissimis æquari videat.*

1 XXIII. *Civitatibus maxima laus est, quam latissimas*
2 *circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quem-*
3 *quam prope se audere consistere. simul hoc se fore tutiores arbi-*

*detur à genere vestis, qua Liber Pater utitur demissa ad talos, quam Thraces Bassarin. Quidam a vulpibus, quarum pellibus Bacchæ succingebantur. Vulpes Thraces Bassares dicunt.* Quod verum. nam & hodieque vox illa levi mutatione τῦ *b* in *v* & *a* in *o*, *vos* dicitur nobis. *D. Vossius.*

1. *Humiliores possessionibus expellant*] Tenuiores aut infirmiores. Sic *Seneca* de ira lib. I. cap. III. *Nemo tam humilis est, qui pœnam vel summi hominis sperare non possit. Publius Syrus* in sentent. *Auxilia humilia, firma consensus facit:* ubi *Tan. Faber* perperam reposuit *infirma*, quod hanc vocis significationem in animum non revocaret. *Davies.*

2. *Ne qua oriatur pecuniæ cupiditas*] Verè dictum ex pecunia potentiæ cupido, hinc dissidia & factiones. Hottomanni acumen & ingenium laudo, qui ex pecunia non oriri factiones & dissidia putat, ac idcirco reponit *potentiæ*: quasi non habendi studium in scelera & nefaria quæque homines agat. Egregie Tacitus II. Historiar. *Ubi subacto orbe & æmulis urbibus regibusve excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter patres plebemque certamina exarsere.* Lucanus lib. I. vs. 158.

*—— sed publica belli*
*Semina, quæ populos semper mersere potentes.*
*Namque ut opes nimias mundo fortuna subacto*
*Intulit, & rebus mores cessere secundis,*
*Prædaque & hostiles luxum suasere rapinæ,*
*Non auro tectisve modus:* &
*Paupertas fugitur, totoque accersitur orbe,*
*Quo gens quæque perit.*

D. Vossius.

*bitantur, repentinæ incursionis timore sublato. Quum bellum civitas aut illatum defendit, aut infert; magistratus,* 4
*qui ei bello præsint, ut vitæ necisque habeant potestatem,*
*deliguntur. In pace, nullus communis est magistratus; sed* 5
*principes regionum atque pagorum inter suos jus dicunt, controversiasque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam,* 6
*quæ extra fines cujusque civitatis fiunt. atque ea juventutis exercendæ, ac* [1] *desidiæ minuendæ caussa fieri prædicant.*
*atque, ubi quis ex principibus in concilio se dixit ducem fo-* 7
*re, ut qui sequi velint, profiteantur; consurgunt ii, qui & caussam, & hominem probant, suumque auxilium pol-*
*licentur; atque ab multitudine collaudantur: qui ex iis se-* 8
*cuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur; omniumque rerum iis postea fides abrogatur.* [2] *Hospites*
*violare, fas non putant: qui, quaque de caussa, ad eos ve-* 9
*nerunt, ab injuria prohibent, sanctosque habent; iis omnium domus patent, victusque communicatur.*

XXIV. Ac fuit antea tempus, quum Germanos 1
Galli virtute superarent, & ultro bella inferrent, ac, propter hominum multitudinem, agrique inopiam, trans
Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quæ fertilissi- 2
ma sunt, Germaniæ loca circum Hercyniam silvam, quam [3] Eratostheni & quibusdam Græcis fama notam esse

1. *Desidiæ minuendæ*] Tollendæ prorsus & eradicandæ; hæc enim frequens est hujusce vocis potestas. *Horatius* Epist. lib. II. Epist. I. vs. 107.

*Crescere res posset*, minui *damnosa libido*.

Sic & noster paullo ante *controversias minuere* dixit, quod idem valet ac eas dirimere ac disceptare. Vide etiam not. ad lib. V. B. G. cap. XIV. Observandum porro est, Lacedæmonios ob eandem causam suis latrocinia permisisse, ut docet *Nic. Cragius* de Rep. Laced. lib. III. p. 111. *Davies*.

2. *Hospites violare fas non putant*] Hinc eos *hospitibus tantum bonos* nuncupavit *Pomp. Mela* lib. III. c. III. Hujusce φιλοξενίας insigne testimonium profert *Nicolaus Damascenus*, qui libr. de Mor. Gent. p. 8. notat, quod apud Celtas, quo nomine Germani continentur, μείζω ἐστὶν ἐπιτίμια κατὰ τοῦ ξένον ἀνελόντος, ἢ πολίτην· ὑπὲρ τοῦ μὲν γὰρ θάνατος ἡ ζημία, ὑπὲρ τοῦ δὲ πολίτου φυγή. Davies.

3. *Eratostheni*] Cyrenæo, qui geographiæ scriptor ultimus à Strabone nominatur: vide opus patris mei de Historicis Græcis lib. I. cap. XVII. *D. Vossius*.

esse video, quam illi Orciniam appellant, [1] Volcæ Te-
3 ctosages occuparunt, atque ibi consederunt. Quæ gens
ad hoc tempus iis sedibus se continet, summamque ha-
4 bet justitiæ & bellicæ laudis opinionem. nuncque in ea-
dem inopia, egestate, patientia, qua Germani, perma-
5 nent, eodem victu & cultu corporis utuntur. [2] Gallis
autem propinquitas, & transmarinarum rerum notitia,
6 multa ad copiam atque usus largitur. Paullatim assuefa-
cti

*Ibid.*] Reponit *Ph. Cluverius* Germ. lib. III. cap. XLVII. *Eratostheni & aliis quibusdam Græcis*, quoniam, ut censet, & ipse Eratosthenes fuerit Græcus. Sed memoria lapsus est vir eruditus; erat enim Cyrenæus, ut summo veterum consensu traditur. Vide *G. J. Vossium* de Hist. Græcis lib. I. cap. XVII. *Davies.*

1. *Vulgò Tectosages occuparunt*] In nonnullis codicibus legi *Volcæ Tectosages*, etiam Ciacconius observavit. Sed, inquit, nemo veterum populos illos in Germania posuit, verum in Narbonensi. Non magna difficultas est. Nam cum disertim Strabo lib. IV. memoret Volcas in ipsam Asiam colonias misisse atque ab iis nuncupatos, qui in Phrygia Tectosages vocabantur: quanto credibilius in propinquiora loca facile eos potuisse pervenire. Verùm quo propriè loco consederint non facile dixeris. Rhenanus in commentario rerum Germanicarum eos ad Nicri ripam locat, in Wirtenbergensi ditione, ubi hodieque arx *Teck* antiquissima visitur, quod vocabulum putat factum ex principe syllaba nominis Tectosages. In Cæsare nostro ms. margini adscriptum erat Tectosagum terram Franconiam postea dictam. quod si verum, an ab iis *Volkach*, quod nomen loco, in ea terra, ex *Volcarum* nomine permansit? Sane temere non adfirmaverim. Id modò dico, mirari me, quid caussæ Scaligero fuerit quod in sua etiam editione depravatam illam vocem *vulgò* reliquerit, cum reperiantur mss. qui disertim habent *Volcæ*. Quin & Græcus vertit Βόλκαι καὶ οἱ Τεκτόσαγες ἄποικοι τῆς Γαλατίας ὄντες sed corruptus locus & perperam illud καὶ repetitur. scribe Βόλκαι οἱ Τεκτόσαγες. Nisi forte in depravatum codicem inciderat ille in quo legebatur *Volcae & Tectosages*: quod fieri potuit ut ex postrema litera vocis *Volcae*, & prima nominis *Tectosages* conflaretur particula *&* quæ perperam deinde inserta. At illud *vulgo* originem traxit ex *Volgæ* ita enim plerique Mssi habent, pro *Volcæ*; sic plerumque in iisdem codd. reperias *Bellovagi*, pro *Bellovaci*: ut sæpe *g* litera pro *c* ponatur: quod quamvis leve, notandum tamen; ut videamus quam sæpe minutæ caussæ originem erroribus præbeant. *D. Vossius.*

2. *Gallis autem propinquitas*] Nullus sensus est: insere vocem *provinciæ*. In ms. nostro (reperit idem in suo Ciacconius) est *provinciarum*, corruptè. & rectissimè in Græco hæc verba leguntur ἡ μετὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπαρχίας πλησιότης: itaque scribe *Gallis autem provinciæ propinquitas.* Nam duo Cæsar dicit, Gallos effeminatiores fuisse, partim quia propiores provinciæ, cujus cultum & humanitatem paulatim hauserant: partim ob transmarinarum rerum notitiam, id est, quia mercatoribus ad eos aditus erat, & tales plerumque important, quæ ad effeminandos animos pertinent. *Idem.*

ꝼti ſuperari, multiſque victi prœliis, ne ſe quidem ipſi
cum illis virtute comparant.

XXV. Hujus Hercyniæ ſilvæ, quæ ſupra demon- 1
ſtrata eſt, [1] latitudo IX dierum iter expedito patet.
[2] Non enim aliter finiri poteſt, neque menſuras itine-
rum noverunt. Oritur ab Helvetiorum, & Nemetum, 2
& Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii re-
gione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. hinc ſe 3
flectit ſiniſtrorſus, diverſis à flumine regionibus, mul-
tarumque gentium fines propter magnitudinem attin-
git. [3] neque quiſquam eſt hujus Germaniæ, qui ſe ad- 4
iſſe ad initium ejus ſilvæ dicat, quum dierum iter LX
proceſſerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Mul- 5
ta in ea genera ferarum naſci conſtat, quæ reliquis
in locis viſa non ſint: ex quibus quæ maxime diffe-
rant ab ceteris, & memoriæ prodenda videantur: hæc
ſunt.

XXVI. [4] *Eſt bos cervi figura: cujus à media fronte in-* 1
*ter*

1. *Latitudo* IX *dierum*] Dubitat *Ciacconius*, an reponi debeat latitudo LX *dierum*, quia *Cæſar* infra ait, *Neque quiſquam eſt hujus Germaniæ, qui ſe adiſſe ad initium ejus ſilvæ dicat, quum dierum iter* LX *proceſſerit, aut, quo ex loco oriatur, acceperit*. Sed illic intelligitur ſilvæ longitudo, ut cuivis obvium. *Davies*.

2. *Non enim aliter finiri poteſt*] *Finire* hic inſolentiore ſignificatu eſt *dimetiri* ſeu ſpatium à finibus ad fines cognoſcere. *D. Voſſius*.

3. *Neque quiſquam eſt hujus Germaniæ*] Neſcio quid abſonum ſonare mihi videntur verba illa *hujus Germaniæ*. Aliter ſcripta mallem. Et tamen ſic omnes codices habent. Græcus habet οὐδεὶς δ' ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκεῖ Omittit vocem *hujus*. Diſpiciendum, an tempore Cæſaris diviſa Germania fuerit. *Idem*.

*Ibid.*] Ulterioris illius partis, de qua proxime locutus eſt *Cæſar*. *Dionyſ.* tamen *Voſſio* hæc verba neſcio quid abſonum ſonare videntur, quapropter voculam priorem delendam cenſet. Abſurde: quis enim credat Germanos, qui prope Rhenum habitant, quum dierum iter LX proceſſerint, ad initium ejus ſilvæ non adiiſſe. *Davies*.

4. *Eſt bos cervi figura*] Nolim cum Hottomanno pro *bos* ſcribas *biſons*. Nam quamvis illi abſurda locutio videtur *bos cervi figura*, nihil tamen hic novi. Receptum Romanis ignota animalia, ſi majora eſſent, *boves* appellare, ut ſatis *boves Lucæ* innuant: quibus quid cum bove ſimile ſit, nullus ignorat. Sic ſane & Plin. lib. VIII. cap. XV. *Pauciſſima animalia Scythia gignit, inopia fruticum: pauca contermina illi Germania; inſignia tamen boum ferorum genera, jubatos biſontes, excellentique vi & velocitate uros*, &c. Sed Geſnerus non biſontem hic à Cæſare deſcriptum putat, ve-

*ter aures unum cornu exiſtit excelſius, magiſque directum*
2 *his, quæ nobis nota ſunt, cornibus. Ab ejus ſummo ſicut pal-*
3 *ma, rami quam late diffunduntur.* [1] *Eadem eſt femina ma-*
*riſque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.*
1 XXVII. [2] *Sunt item, quæ appellantur Alces. Harum eſt*
*con-*

verùm rangiferum. Sane cætera facile huc aptaveris verba; de cornibus nullo modo. Rangifero eſt triplex cornu propè ad hanc formam. Cæſar ait hinc bovi eſſe cornu unum excelſius, & magis directum illis, quæ Romani noverant, cornibus, dein addit, ab ejus ſummo ſicut palmæ rami quam latè diffunduntur. Igitur neceſſario unum primo cornu directum, poſtea in ramos diffunditur hoc modo, quod quomodo de rangifero dici poſſit nulla ratione video. Si biſontem, ut alii voluere, hic à Cæſare deſignari putes, obſtat quod nihil hic de jubis Cæſar addit, quas omnes veteres memorant. Et Oppianus lib. II. de Venat. ait:

Φρικαλέην χαίτην μὲν ἐπωμαδὸν αἰθύσσουσιν

*Terribilem comam ſuper armos quatiunt.*

At rurſum quæ de cornibus biſontis tradit Oppianus vix dixeris quam congruant cum Cæſaris verbis quæ hic leguntur, nam ait,

Ὀξεῖαι κεράων δ᾽ πυριγλώχινες ἀκωκαί

Χαλκείοις γναμπτοῖσιν ἐοικότες ἀγκιστροῖσιν.

*Acuta ſunt cornuum & flammæ ſpecie acuminatæ cuſpides*

*Æneis & reflexu ſimiles hamis.*

Profectò non poterat commodius exprimere mentem Cæſaris, quando inquit, *cornua ab ejus ſummo ſicut palmæ rami quam late diffunduntur.* Nam palmæ folia ſunt ἐοικότα γναμπτοῖς ἀγκίστροις. Ob hæc ego ſtatuo vel diverſa biſontium genera veteribus fuiſſe, & aliam ſpeciem à Cæſare, aliam à Plinio deſcribi atque Oppiano: vel animal hoc, de quo Cæſar hic loquitur, incognitum nobis eſſe: aut non viſum Cæſari biſontem, eoque minus accuratè deſcriptum. *D. Voſſius.*

1. *Eadem eſt femina mariſque natura*] *Pet. Ciacconio* figura intelligi videtur; ac ſane eodem ſenſu dixit *Cæſar* lib. V. B. G. cap. XIII. *Inſula natura triquetra.* Quia tamen ſequentibus verbis formam memorat noſter, *naturam* hic poni pro *ſtatura* lubens crediderim. Sic *Macrobius* Saturn. lib. II. cap. III. de jocis *Ciceronis. Idem cum Lentulum generum ſuum exiguæ* naturæ *hominem longo gladio accinctum vidiſſet*, Quis, *inquit*, generum meum ad gladium alligavit. *Davies.*

2. *Sunt item quæ appellantur Alces*] Græcus interpres ἄλκις vertit, non ex more Græco, nam Pauſanias ἄλκη & ἄλκαὶ dicit. Latinis forſan in recto olim *alx* erat, nam Germanis *elch* erat, quæ terminatio inſolens Romanis. Sed pleraque, quæ de alce hic prodidit Cæſar, Plinius de machli memorat, quam beſtiam alci non abſimilem eſſe dicit. Locus eſt lib. VIII. cap. XV. *Item natam in Scandinavia inſula, nec unquam viſam, in hoc orbe multis tamen narratam machlin, haud diſſimilem alci.* Magnus Salmaſius legebat in *urbe*, pro *hoc orbe*: ſed puto defendi priorem lectionem poſſe, & Plinium orbem Romanum intellexiſſe, extra quem Scandinavia ſita eſt. Sane ſic orbem ſæpiſſime ſumſerunt vett. ut,

*Orbem jam totum victor Romanus habebat.*

Ubi

[1] *consimilis capris figura, & varietas pellium, sed magnitudine paullo antecedunt;* [2] *mutilaque sunt cornibus, & crura sine nodis articulisque habent; neque quietis caussa procumbant: neque, si quo afflictæ casu conciderunt, erigere sese, aut sublevare, possunt. His sunt arbores pro cubilibus. ad eas se applicant, atque ita paullum modo reclinatæ quietem capiunt: quarum ex vestigiis quum est animadversum à venatoribus, quo se recipere consueverint, omnes eo loco, aut a radicibus subruunt, aut accidunt arbores tantum, ut summa species earum stantium relinquatur. Huc quum* [3] *se ex consue-*

2

3

4

5

Ubi orbis ille intelligitur qui Romanis suberat. Neque ullus adeo delirer, ut Petronium putavisse existimet, Romanum imperium ad fines mundi pertinuisse. In libris nonnullis *achlin* legitur, unde subit suspicari ita ipsum Plinium scripsisse: errorem vero ortum ex *in* vocis, *narratam*, quæ proxime præcessit. nam ex talibus sæpissime oriri errores certum, & sæpius supra nobis probatum est. Illud autem *achlin* factum ex *elch*. ut sub diverso nomine eandem bestiam Plinius descripserit: sane sic apud Albertum Magnum quoque pro *Alce* scribitur *alches*. Potuit autem facile tantillum una gens ab altera variare, ut quod una *elch* efferebat, altera *echl*, vel *achel* pronuntiaret. Nam illud *in* prorsus ejiciendum puto ut adulterinum. *D. Vossius.*

1. *Consimilis capris figura & varietas pellium*] Optime magnus Salmasius emendabat *capreis*, quod mirum neminem docterum hactenus observasse, cum ratio ipsa reclamet: nec capris, sed capreis sint variæ pelles. In v. c. erat *consimilis capræ figura*: unde forsan *capreæ* rescribendum. Plinius lib. VIII. cap. XV. facit *alcen*, *ni proceritas aurium & cervicis distinguat, jumento similem*. quod pro *asino* accepit Solinus. Pausanias in Bœoticis inquit esse eam εἶδος ἐλάφου καὶ καμήλου μεταξύ. Quod de camelo ait ad collum referendum. nam & alii scriptores faciunt alcem mediam inter cervum & equum. Propriè tamen Cæsar & Plinius mihi descripsisse videntur. *Idem.*

*Ibid.*] Recte notavit vir summus *Cl. Salmasius* legendum *capreis*; non enim *capræ* sed *capreæ* variegatis pellibus sunt insignes. Vide Exercit. *Plin.* p. 232. B. *Davies.*

2. *Mutilæ cornibus*] Ne Plin. quidem cornuum facit mentionem, unde suspicor ratum, non esse ea alci. Contra Pausanias ἄλκαι μὲν γὰρ καὶ κέρατα ἐπὶ ταῖς ὀφρύσιν ἔχουσιν οἱ ἄρρενες, τὸ δὲ θῆλυ οὐ φύει τὸ παράπαν, ait maribus cornua in superciliis esse, fœminas carere: unde suspicabatur Gesnerus rangiferos, non alcem ab eo describi. Ut ut est sunt alci cornua; unde quis mirari possit, quid Cæsari in mentem venerit, cum mutilas alces cornibus scriberet. Defendi potest, nam sunt quidem alci cornua, sed non omni tempore, quotannis ea amittit. Testatur id quoque Erasmus Stella libro de origine Brussorum: *Alce autem*, inquit, *quasi medium genus inter equos & cervos cornua quotannis amittit.* Et forsan hoc Cæsari & Plinio imposuit: nisi aliud genus alces ii descripsere. *D. Vossius.*

3. *Se ex consuetudine reclinaverunt*] Voculam *ex* in v. c. non reperio. Et similiter Tacitus lib. v. Annal. *ex* qu*is*

*ſuetudine reclinaverint, infirmas arbores pondere affligunt atque una ipſæ concidunt.*

1 XXVIII. *Tertium eſt genus eorum, qui Uri appellantur Ii ſunt* [1] *magnitudine paullo infra elephantos; ſpecie, &*
2 *colore, & figura tauri. Magna vis eſt eorum, & magna velocitas, neque homini, neque feræ, quam conſpexerint, par-*
3 *cunt. Hos ſtudioſe foveis captos interficiunt. Hoc ſe labore durant adoleſcentes, atque hoc genere venationis exercent; & qui plurimos ex his interfecerunt,* [2] *relatis in publicum cor-*
4 *nibus, quæ ſint teſtimonio, magnam ferunt laudem. ſed aſſueſcere ad homines & manſuefieri ne parvuli quidem exce-*
5 *pti poſſunt. Amplitudo cornuum, & figura, & ſpecies mul-*
6 *tum à noſtrorum boum cornibus differt. Hæc ſtudioſe conquiſita ab labris argento circumcludunt, atque* [3] *in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur.*

1 XXIX. Cæſar, poſtquam per Ubios exploratores comperit, Suevos ſe in ſilvas recepiſſe; [4] inopiam frumen-

*quis ob metum paucæ, plures adſuetudine.* D. Voſſius.

1. *Magnitudine paullo infra elephantos*] Idem tradit Servius, ſed miror quod ait uros in Pyrenæis montibus naſci, quod non memini uſpiam proditum ad II Georg. Maronis verſum: 374.

*Sylveſtres uri aſſiduè, capreæque ſequaces.*

*Sylveſtres uri*, inquit, *id eſt boves agreſtes, qui in Pyrenæo monte naſcuntur inter Gallias & Hiſpanias poſito. Sunt autem, exceptis elephantis, majores animalibus cæteris: dicti uri ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id eſt, à montibus.* Hic nihil propè veri; confundit Servius ſaltum Hercynium & Pyrenæum. Quod de montibus ait meræ nugæ ſunt. Uri vox merè Germanica, nam & hodieque *urochſz* dicitur. *Idem.*

2. *Relatis in publicum cornibus*] Confirmat ἄδηλος autor, qui ait: *Ego Moguntiæ & Wormaciæ, Germaniæ ad Rhenum civitatibus, ingentia boum ſylveſtrium capita, duplo (ut mihi videbantur) domeſticis majora, cum reliquiis quibuſdam cornuum, ædificiis publicis affixa* (ante ſæcula aliquot, ut fertur) *olim cum admiratione inſpexi.* Citat hunc autorem Geſnerus. *Idem.*

3. *In ampliſſimis epulis pro poculis utuntur*] Iſidorus Orig. lib. XII. cap. 1. *Uri agreſtes boves ſunt in Germania, habentes cornua in tantum protenſa, ut regiis menſis inſigni capacitate ex eis gerulæ fiant.* Legerat Iſidorus verba Solini dicentis, *cornua in tantum protenduntur, ut dempta ob inſignem capacitatem inter regias menſas potuum gerula fiant.* Unde ille pro *cornua potuum gerula*, novam & barbaram vocem *gerulæ* effinxit, & pro vaſe aut poculo utitur. *Idem.*

*Ibid.*] Vide *Cl. Salmaſium* Exercit. Plin. p. 230. B. *Davies.*

4. *Inopiam frumenti veritus*] Aliam reditus cauſam affert *Dion* lib. XL. p. 135. Ἐπεὶ δ' οὖν, inquit, τοὺς Κελτοὺς, ὡς καὶ τοῖς Τρηουήροις βοηθήσοντας ἐθελήσαντας ἐστράτευσε καὶ ἔπραξε μὲν οὐδὲ τότε οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ διὰ ταχέων φόβῳ τῶν Σουή-

βων

menti veritus, quod, ut supra demonstravimus, minime omnes Germani agriculturæ student, constituit non progredi longius: sed, ne omnino metum reditus 2
sui barbaris tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu, partem ultimam pontis, quæ ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum CC, rescindit; atque in extremo ponte turrim tabulatorum IV 3
constituit, præsidiumque cohortium XII pontis tuendi caussa ponit; magnisque eum locum munitionibus firmat.
Ei loco præsidioque C. Volcatium Tullum adolescentem 4
præfecit: ipse, quum maturescere frumenta inciperent, [1] ad bellum Ambiorigis profectus, [2] per Arduennam sil-

ἐν ἐπιτυχόντι *Cæsaris* tamen narrationi potius crediderim, is enim, si quis alius, intrepidi & audacis erat animi. *Davies.*

1. *Ad bellum Ambiorigis profectus*] Vocem *profectus*, quæ & in nostro & in aliorum codicib. legebatur, expunxit in sua editione Scaliger, aliorum commentatorum opinionem secutus. Movit eos quod Cæsar ipse profectus non est, sed Basilum præmisit. Verum quam argumentum hoc ficulnum sit ostendimus libro primo, ubi Cæsar concisos à se Tigurinos narrat, quod à Labieno factum: nam recte sibi ipsi adscribit imperator, quod per minores duces facit. Sane & Græcus interpres vocem *profectus* agnoscit, nam transtulit, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν τοῦ Ἀμβιόριγος ἰθύνωσε πόλεμον. Sed oggerat quispiam quod Cæsar ait infra *sese confectum subsequi dicit.* respondeo, potuisse Cæsarem partem itineris conficere, & postea subsistere, dein iterum sequi. Et infra dicit: *Cæsar ad vexandos hostes rursus profectus.* Illud tamen negare nolim, si *proficiscens* pro *profectus* scriptum esset, magis me probaturum esse hanc lectionem. Et quis scit, an non id reperiatur in quibusdam codicibus. Sane Anonymus Celsi exscriptor ita habet: *Ipse verò adversus Ambiorigem proficiscens*, &c. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Sic omnes Codices. *Gabr.* tamen *Faërnus*, *Pet. Ciacconius*, & *Fr. Hotomannus* ultimam vocem sustulerunt, quorum judicia secutus *Jos. Scaliger* in sua editione prorsus expunxit. Ipse retinendam censeo; fieri enim potest, ut Cæsar, confecta itineris parte, substiterit, Minutiumque præmiserit. Hoc *D. Vossium* non penitus latuit; quam ob causam legit *ad bellum Ambiorigis proficiscens*. Sed nulla opus est mutatione. *Pomp. Mela* lib. I. cap. XIII. de specu Corycio. *Ubi contemplati duravere*, hoc est, contemplantes. Similiter & *Minucius Felix* Octav. p. 8. dixit *eandem emensi viam*, pro ea, quam tum temporis emetiebantur. *Davies.*

2. *Per Arduennam silvam, quæ est totius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni, finibusque Trevirorum ad Nervios pertinet, millibusque amplius quingentis in longitudinem patet*] Omnia hæc verba in Græco non leguntur, unde suspicari quis possit ab alio inserta ex Orosio: malo tamen credere ipsius Cæsaris esse, certe stylum ejus hic agnosco. Illud miror, fœdum adeò errorem in omnibus Cæsaris exempla.

silvam, *quæ est totius Galliæ maxima, atque ab ripis R. ni finibusque Trevirorum ad Nervios pertinet, millibusq amplius* D *in longitudinem patet*, L. Minucium Basilu cum omni equitatu præmittit, si quid celeritate itin

5 ris, atque opportunitate temporis proficere possit; m net, ut ignes fieri in castris prohibeat; ne qua ejus a ventus procul significatio fiat: sese confestim subseq. dicit.

1 XXX. Basilus, ut imperatum est, facit; celerite contraque omnium opinionem confecto itinere, mu tos in agris inopinantes deprehendit: eorum indicio a ipsum Ambiorigem contendit, quo in loco cum pauci

2 equitibus esse dicebatur. Multum quum in omnibus re bus, tum in re militari fortuna potest. Nam sicut magn accidit casu, ut in ipsum incautum atque imparatum in cideret: [1] priusque ejus adventus ab hominibus vide retur, quam fama ac nunciis afferretur: sic magnæ fui fortunæ, omni militari instrumento, quod circum se habebat, erepto, rhedis equisque comprehensis, ipsum

3 [2] effugere mortem. sed hoc eo factum est, quod, ædificio circumdato silva (*ut sunt fere domicilia Gallorum, qui, vitandi æstus caussa, plerumque silvarum ac fluminum petunt propinquitates*,) comites familiaresque ejus an-

emplaribus mansisse, & pro passuum millibus quinquaginta scribi quingentis: omnino emenda ex Orosio, qui quinquaginta habet, & ipse locorum situs evincit. *D. Vossius.*

1. *Priusque ejus adventus ab hominibus videretur, quam fama ac nunciis afferretur*] Mʃ. noster pro *hominibus* habet *omnibus*: ut sunt confundi nata hæc vocabula: ego tamen prius malim. Græcus hæc verba omisit aut in codice suo non reperit. *Idem.*

2. *Effugere mortem*] Posterior vox expungenda, quam haud dubie imperitus quispiam librarius adscripsit. Legitur tamen in Græco etiam. *Idem.*

Ibid.] *Pet. Ciacconius, Jos. Scaliger* & *D. Vossius* posteriorem vocem expungunt. Cum vero eam constanter exhibeant Codices, loco non est movenda, non enim dubito, quin Cæsar in mandatis dederit, ut Ambiorigem seditionis auctorem interficerent, si in potestatem veniret; quemadmodum & erga Indutiomarum se gessit Labienus. Vide lib. v. B. G. cap. LVIII. Nec vituperari potest loquendi ratio; nam *effugere invidiam* dixit *Corn. Nepos* Them. cap. VIII. & *effugere casus, livorem, morbum Seneca* de Tranq. cap. XV. *Davies.*

angusto in loco equitum nostrorum vim paullisper sustinuerunt. Iis pugnantibus, illum in equum quidam ex suis intulit: fugientem silvæ texerunt. Sic ad subeundum periculum, & ad vitandum, multum fortuna valuit. 4

XXXI. Ambiorix copias suas judicione non conduxerit, quod prœlio dimicandum non existimaverit; an tempore exclusus, & repentino equitum adventu prohibitus fuerit, quum reliquum exercitum subsequi crederet, dubium est. sed certe, clam dimissis per agros nunciis, sibi quemque consulere jussit: quorum pars in Arduennam silvam, pars in [1] continentes paludes profugit. qui [2] proximi Oceanum fuerunt, ii in insulis sese occultaverunt, quas æstus efficere consuerunt. multi, ex suis finibus egressi, se, suaque omnia alienissimis crediderunt. [3] Cativulcus rex dimidiæ partis Eburonum, qui una cum Ambiorige consilium inierat; ætate jam confectus, quum laborem aut belli aut fugæ sustinere non posset, [4] omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui ejus consilii auctor fuisset, taxo,

(Margin numbers beside this chapter: 1 at "XXXI. Ambiorix…"; 2 at "…dimissis per agros"; 3 at "…ii in insulis"; 4 at "…consuerunt. mul-"; 5 at "…dimidiæ partis E-".)

1. *Continentes paludes*] Græcus εἰς τὰ [illegible]. Non rectè expressit. *Continentes*, Cæsari est, quod aliis *continuæ*. Ut alibi Cæsar lib. I. *quibuscum continenter bellum gerunt*. pro assidue. & sub finem lib. III. *continentesque sylvas ac paludes habebant*. i. continuas, ac si diceret plena omnia paludum esse. *D. Vossius.*

2. *Proximi Oceanum*] Vulgg. *proximi Oceano*; sed nos secuti sumus lectionem, quam in optimis membranis invenit *J. F. Gronovius*, ut testatur ad *Livii* lib. VIII cap. XXXII. *Davies.*

3. *Cativulcus*] V. c. *Catovolcus* Mſ. noster *Catovicus* quod non displicet. *D. Vossius.*

4. *Omnibus precibus detestatus Ambiorigem*] Familiare Cæsari ita loqui, sic libro VII. *Omnibus precibus petierunt, ne se & communes liberos hostibus ad supplicium dederet*. Et iterum eodem libro, de Mandubiis: *flentes omnibus precibus orabant, ut se, in servitutem receptos cibo juvarent*. Hic preces sunt imprecationes, ut & Græcis *ἀρᾶμαι*, & Hebræis בָּרַךְ *barach* (unde Latinorum *precari*) est diras vel bona alicui precari. Caussa est quia tam ille qui bona alicui apprecatur, quam qui eum detestatur preces Numini suscipit. *Idem.*

*Ibid.* Diris & imprecationibus. Sic *Lactantius* Div. Inst. lib. I. cap. VII. *Cum preces in Apollinem Smyntheum rogatus exprimeret*. Hujusmodi exsecrationes, *preces iratas* vocavit *Horatius* lib. II. Satir. VI. 30. *Davies.*

xo, cujus magna in Gallia Germaniaque copia est, exanimavit.

1 XXXII. Segni, Condrusique, ex gente & nume Germanorum, qui sunt inter Eburones, Trevirosqu legatos ad Cæsarem miserunt, oratum, ne se in h stium numero duceret, neve omnium Germanorun qui essent citra Rhenum, caussam esse unam judicare nihil se de bello cogitasse; nulla Ambiorigi auxilia m
2 sisse. Cæsar, explorata re quæstione captivorum, qui ad eos Eburones ex fuga convenissent, ad se reducerentur, imperavit: si ita fecissent, fines eoru
3 se violaturum negavit. Tum copiis in tres partes distr butis impedimenta omnium legionum [1] Atuatucar
4 contulit. Id castelli nomen est. Hoc fere est in medii Eburonum finibus, ubi Titurius, atque Aurunculе
5 ius, hiemandi caussa consederant. Hunc quum reli quis rebus locum probabat Cæsar, tum quod superio ris anni munitiones integræ manebant, ut militum la borem sublevaret; præsidio impedimentis legionem xi reliquit, unam ex iis III, quas proxime conscriptas e Italia transduxerat. Ei legioni castrisque Q. Tullium Ci ceronem præfecit, ducentosque equites attribuit.

1 XXXIII. Partito exercitu, T. Labienum cum le gionibus III [2] ad Oceanum versus in eas partes, qua
2 Menapios attingunt, proficisci jubet. C. Treboniu cum pari legionum numero ad eam regionem, quæ A tua-

1. *Atuatucam contulit*] Hanc lectionem *F. Ursini* conjecturæ debemus, quam firmat *Ptolemaus*. Vett. Codd. habent *ad Vatucam*, unde frustra *Lamb. Paschalis* legit *ad Ratucam*. *Hubertus* autem *Thomas Leodius ad Varucam*. Multo felicior *Hadr. Valesius*, qui, nulla mutata littera, *Aduaticam* reposuit. Vide notit. Galliæ p. 566. *Davies*.

2. *Ad Oceanum versus*] Hæc plena locutio. alii τὸ *ad* omitterent. similiter antea dixit *movet in Arvernos versus*. D. Vossius.

*Ibid.*] Alii fere simpliciter dicunt *Oceanum versus*, sed hæc plena est locutio, cujus exempla non desunt apud optimos Auctores. *Sallustius* Jugurth. cap. LVIII. *Animadvertit fugam ad se versum fieri*. Sic & iterum loquitur cap. LXIX. *Hirtius* Bell. Afr. cap. XXIII. *Classemque* ad insulas Baleares versus *convertit*. Vide etiam *Velleium Paterculum* lib. I. cap. XV. *Davies*.

tuaticis adjacet, depopulandam mittit: [1] ipse cum re- 3
liquis tribus [2] ad flumen Scaldim, quod influit in Mo-
sam, extremasque Arduennæ partes, ire constituit, quo
cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat.
Discedens [3] post diem VII sese reversurum confirmat: 4
quam

1. *Ipse cum reliquis tribus* ] Ursini codex vetustissimus habebat VIII. unde ille emendabat IV. nam inquit, *Cæsar X legionibus in Gallia rem gessit, ut intelligitur ex lib. VII. in quo est: Exercitum in duas partes divisit: IV legiones in Senones, Parisiosque Labieno ducendas dedit: VI in Arvernos, &c. & lib. VI. duas legiones in finibus Trevirorum, duas in Lingonibus, sex reliquas in Senonum finibus, &c.* Magnus Scaliger margini codicis notarum Ursini, quem habemus, hæc verba adscripserat: *Magnas admovet machinas ut se deridendum propinet. Nam infra diserte scribitur de Q. Cicerone: nullum ejusmodi casum exspectans, quo IX oppositis legionibus, maximoque equitatu, &c. IX igitur, non X legiones tum Cæsar habebat.* Hæc Scaliger, qui meritò Ursinum reprehendit: verum & ipse lapsus est. Nam perperam quidem Ursinus pro *tribus* scribebat *quatuor*. Perperam & Scaliger IX tantum legiones tunc fuisse Cæsari ait. Ipse Cæsar hoc loco dicit Labienum cum tribus legionibus ad Oceanum profectum: Parem numerum habuit Trebonius. Tres reliquas ipse Cæsar. Ergo novem hic legiones. Decimam Cicero habuit, ut diserte hic affirmatur. Itaque vere Ursinus X legiones tunc fuisse Cæsari ait, sed quando pro III emendat quatuor, tum non decem sed XI legiones, facit, annumerata illa cui Cicero præerat. Quod verò Cæsar ait *quo novem oppositis legionibus* ita accipiendum. Cicero quum Cæsar cum IX legionibus ad vexandos hostes profectus esset, non putabat objectis IX illis legionibus hostes ad decimam, quam ipse habebat, pervenire posse. *D. Vossius.*

2. *Ad flumen Scaldim* ] In Græco codice *Sabin* fuit, & in aliis nonnullis. Vide Cluverum, & dispice quod nomen verius. *Idem.*

Ibid.] *Hubertus Thomas* locum hunc depravatum esse censet, & pro *Scalde* legendum *Sabin*, quod hic juxta Namurram, & in finibus *Arduennæ* sylvæ, in Mosam influat. Huic sententiæ etsi non palam accedit *Henricus Glareanus*, fatetur tamen, in tabulis Geographicis hodie nequaquam cerni posse, ut Scaldis in Mosam se exoneret. At *Gerardus Noviomagus*, vir doctissimus, vulgatam lectionem tuetur, recteque *Cæsarem* scripsisse asserit, *Scaldim in Mosam influere*, id quod fiat non procul à *Brilenio* oppido, ubi ante aliquot annos terra pagis & arcibus florens exstiterit: sed hodie vastum ibi mare cerni, eoque fieri, ut fluviorum ostia ad veterum præscripta internosci vix queant. *Gland.* Hoc affirmavit *Cæsar*, quia flumina hæc inter se æstuariis jungerentur, ut docet *Ph. Cluverius* Germ. lib. II. pag. 135. *Davies.*

3. *Post diem septimum sese reversurum confirmat* ] Id est, post diem septimum inchoatum, ut ante diem septimum est ante diem exactum. Nam disertim ait Cæsar ea die debitum legioni frumentum. Itaque redeundum erat, antequam ille dies septimus expiraret. Et ne dubites, ait infra ipse Cæsar; *diesque appetebat VII, quem ad diem Cæsar ad impedimenta legionemque reverti constituerat.* Anonymus Celsi exscriptor: *Et digrediens*, inquit, *se ad diem septimum rediturum spondet.* Porro *confirmat* Cæsari hoc loco est *adfirmat*, ut promiscuè eæ voces scriptoribus usurpantur: Tacitus

quam ad diem ei legioni, quæ in præsidio relinqueba-
5 tur, deberi frumentum sciebat. Labienum Trebon-
umque hortatur, si Reipubl. commodo facere possint
ad eam diem revertantur; ut, rursus communicato con-
silio, exploratisque hostium rationibus, aliud initium
belli capere possint.

1 XXXIV. Erat, ut supra demonstravimus, manu
certa nulla, non præsidium, non oppidum, quod
armis defenderet, sed in omnes partes dispersa multitu-
2 do. Ubi cuique aut vallis abdita, aut locus silvestris, au
palus impedita spem præsidii aut salutis aliquam offere-
3 bat, consederat. [1] Hæc loca vicinitatibus erant nota
magnamque res diligentiam requirebat, non in summ
exercitus tuenda (nullum enim [2] poterat universis, a
perterritis ac dispersis, periculum accidere,) sed in sin-
gulis militibus conservandis; quæ tamen ex parte re
4 ad salutem exercitus pertinebat. nam & prædæ cupi-
ditas multos longius evocabat, ac silvæ incertis occu-
ti

citus etiam *firmare* dixit: ait enim; *neque frustra præstantissimus sapientiæ firmare solitus.* D. Vossius.

*Ibid.*] Hasce voces in designando tempore idem significare, insigni exemplo monstravit *Joan. Clericus* Art. Crit. P. II. Sect. I. cap. x, 5. *Davies.*

1. *Hæc loca vicinitatibus erant nota*] Græcus τούτων αὐτοὶ τῶν τόπων ἔμπειροι ἦσαν. Vicinitates Cæsar appellat eos, qui vicinis locis degebant. ut imperia, pro imperantibus; primores ordines, pro eorum centurionibus. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Arbitratur *D. Vossius* eos *Cæsari vicinitates* hic appellatos, qui vicinis locis degebant. Sed me non habet adsentientem; denotat enim hæc vox *propter vicinitates.* Sic lib. v. B. G. cap. XXXIV. *Levitate armorum, & quotidiana exercitatione nihil iis noceri posse.* Et lib. VII. cap. X. *Ne ab re frumentaria duris subvectionibus labora-ret.* *Minucius Felix* Octav. p. 5. *Re-cta domo, conjuge, liberis, &, qu- est in liberis amabilius, adhuc* annis i- *nocentibus.* Vocem penultimam ma- omnino delevit *F. Ursinus*, quo hanc *sexti casus* significationem m- moria non teneret. *Davies.*

2. *Poterat universis, ab perterritis disperfis*] Sic restitui ex Codice *F. U- sini*, & ita conjecit *Joan. Glando- pius*, nec aliter legit Metaphraste- vertit enim, οὐ μὲν γὰρ ἄν ποτε ἀ- θρόοι πορευόμενοι, ὑπὸ τῶν πολεμίων δι- σπαρμένων, καὶ καταπεπληγμένων δεινὸν ἄν τι ἔπαθον. Vulgg. *poterat, univer- sis perterritis ac dispersis*; sed hoc mo- do aliquid deesse manifestum: un- de *Fr. Hotomannus* reposuit *universis perterritis ac dispersis hostibus.* Nos au- tem vidimus MSti fide & mino- mutatione locum sanari posse. *I- dem.*

tisque itineribus, confertos adire prohibebant. Si nego- 5
tium confici, stirpemque hominum sceleratorum [1] in-
terfici vellet, dimittendæ plures manus, diducendique
erant milites. si continere ad signa manipulos vellet, ut 6
instituta ratio & consuetudo exercitus Romani postu-
labat, locus ipse erat præsidio barbaris; neque ex oc-
culto insidiandi, & dispersos circumveniendi singulis
deerat audacia. At in ejusmodi difficultatibus, quan- 7
tum diligentia provideri poterat, providebatur: ut po-
tius in nocendo aliquid omitteretur, etsi omnium ani-
mi ad ulciscendum ardebant, quam cum aliquo detri-
mento militum noceretur. Cæsar ad finitimas civitates 8
nuncios dimittit. omnes evocat spe prædæ, ad diripien-
dos Eburones; ut potius in silvis Gallorum vita, [2] quam
legionariorum, periclitaretur; simul ut, magna mul-
titudine circumfusa, pro tali facinore, stirps ac nomen
civitatis tollatur. Magnus undique numerus celeriter 9
convenit.

XXXV. Hæc in omnibus Eburonum partibus ge- 1
rebantur; diesque appetebat VII, quem ad diem Cæsar
ad impedimenta legionemque reverti constituerat. Hic, 2
quantum in bello fortuna possit, & quantos afferat ca-
sus, cognosci potuit. Dissipatis ac perterritis hostibus, 3
ut demonstravimus, manus erat nulla, quæ parvam mo-
do timoris caussam afferret. Trans Rhenum ad Germa- 4
nos pervenit fama, diripi Eburones, atque ultro omnes
ad prædam evocari. cogunt equitum II millia Sigam- 5
bri, qui sunt proximi Rheno, à quibus receptos ex fu-
ga Tenchtheros atque Usipetes, supra docuimus. Trans- 6
eun-

1. *Interfici vellet*] Vox *Cæsar* aut abest, aut subintelligenda est, ut recte notavit *Fr. Hotomannus*, & res ipsa clamat. In MS. tamen *Norvic.* & editt. antiquissimis est *interfici vellent*, nimirum Romani. Insulse. Græcum tamen in fraudem duxit hæc vitiosa lectio; habet enim ἀνασπᾶσθαι ἐπίτρεπτον γένος οἱ Ῥωμαῖοι θέλουσιν. Davies.

2. *Quam legionariorum*] In aliis *quam legionarius miles*, quæ quidem lectio *F. Ursino* & *Fr. Hotomanno* videtur in textum recipienda. *Idem.*

euntes Rhenum navibus, ratibusque, XXX millibu passuum infra eum locum, [1] ubi pons erat imperfectu præsidiumque ab Cæsare relictum, primos Eburonu fines adeunt: multos ex fuga dispersos excipiunt: m gno pecoris numero, cujus sunt cupidissimi barbari
7 potiuntur. Invitati præda longius procedunt. Non hc palus in bello latrociniisque natos, non silvæ morantur quibus in locis sit Cæsar, ex captivis quærunt: profe ctum longius reperiunt, omnemque exercitum discei
8 sisse cognoscunt. Atque unus ex captivis: *Quid vos*, in quit, *hanc miseram ac tenuem sectamini prædam, quibus jan licet esse fortunatissimis?* III *horis* [2] *Atuatucam venire po testis: huc omnes suas fortunas exercitus Romanorum contu*
9 *lit. Præsidii tantum est, ut ne murus quidem cingi possit, ne*
10 *que quisquam egredi extra munitiones audeat.* Oblata spe Germani, quam nacti erant prædam, in occulto relin quunt: ipsi Atuatucam contendunt, usi eodem duce cujus hæc indicio cognoverant.

1 XXXVI. Cicero, qui [3] per omnes superiores die præceptis Cæsaris summa diligentia milites in castris con tinuisset, ac ne calonem quidem quemquam extra mu nitionem egredi passus esset, VII die diffidens Cæsa rem de numero dierum fidem servaturum, quod lon gius eum progressum audiebat, neque ulla de ejus re ditu

1. *Ubi pons erat imperfectus*] In Codice *Carrar.* scribitur *ubi pons erat perfectus*; & hanc varietatem animadversione dignam, nec oscitanter prætereundam censet *J. M. Brutus.* Sed nihil opus est, ut multum temporis in hanc disquisitionem absumamus; prima enim fronte patet, lectionem illam ex sola Librarii ignorantia profluxisse: imperfectum enim *Cæsar* vocat pontem, quia, *reducto exercitu, partem ultimam pontis, quæ ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum* CC, *resciderat*, ut ipse docuit supra cap. XXIX. *Davies.*

2. *Atuatucam venire potestis*] Optimæ *Cl. Menardi* membranæ habeban *Atuaticam veniri potest*; quam lectionem probat *J. F. Gronovius* ad *Livi* lib. VIII. cap. XXXIV. *Idem.*

3. *Per omnes superiores dies*] Exula præpositio à MSS. *Brant. Norvic.* & editt. antiquissimis *Rom. Ven. Beroald* nec consuetudo *Cæsaris* postulat, ut retineatur. Sic lib. I. B. G. cap. III. *Cujus pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat.* Et cap. XVIII Complures annos *portoria* —— *parvo pretio redempta habere.* Eodem modo persæpe loquitur noster. *Idem.*

ditu fama afferebatur; simul eorum permotus vocibus, 2
qui illius patientiam, pene obsessionem appellabant;
siquidem ex castris egredi non liceret; nullum hujus-
modi casum exspectans, quo, IX oppositis legionibus,
maximoque equitatu, dispersis ac pene deletis hosti-
bus, in millibus passuum III offendi posset; V co-
hortes frumentatum in proximas segetes misit, quas in-
ter & castra unus omnino collis intererat. Complures e- 3
rant in castris ex legionibus ægri relicti, ex quibus qui
hoc spatio dierum convaluerant, [1] circiter CCC sub
vexillo una mittuntur: magna præterea multitudo ca-
lonum, magna vis jumentorum, quæ in castris subse-
derat, facta potestate, sequitur.

XXXVII. Hoc ipso tempore & casu Germani equi- 1
tes interveniunt, protinusque eodem illo, quo vene-
rant, cursu ab Decumana porta in castra irrumpere co-
nantur: nec prius sunt visi, objectis ab ea parte silvis, 2
quam castris appropinquarent, usque eo, [2] ut, qui sub
vallo tenderent mercatores, recipiendi sui non habe-
rent facultatem. Inopinantes nostri re nova perturban- 3
tur: ac vix primum impetum cohors in statione susti-
net. Circumfunduntur hostes ex reliquis partibus, si 4
quem aditum reperire possent. Ægre nostri portas tuen- 5
tur. reliquos aditus locus ipse per se, munitioque de-
fendit. Totis trepidatur castris, *atque alius ex alio cauf-* 6
*sam tumultus quærit: neque quo signa ferantur, neque quam*
*in partem quisque conveniat, provident. Alius jam capta ca-* 7
*stra pronunciat: alius deleto exercitu atque Imperatore, vi-*
*ctores barbaros venisse contendit: plerique* [3] *novas sibi ex loco* 8
*re-*

1. *Circiter* CCC] In Metaphraste *Διακόσιοι*, *ducenti*. Sed ex ejus Codice nota numeralis excidit; constanter enim vulgatam lectionem retinent alii. *Davies*

2. *Ut qui sub vallo tenderent mercatores*] *Tendere*, tentoria habere est, unde

— *hic sævus tendebat Achilles.*

At cum abitus paratur *detendi tentoria* dicuntur. Sed notandus his mos Romanorum, ut mercatores non intra castra morarentur, sed extra ea sua haberent tentoria. *D. Vossius.*

3. *Novas sibi religiones fingunt*] Id est metum. Nam religio pro metu po-

*religiones fingunt: Cottæque & Titurii calamitatem, qui in eo-*
9 *dem occiderint castello, ante oculos ponunt.* Tali timore omni-
bus perterritis, confirmatur opinio barbaris, ut ex ca-
10 ptivo audierant, nullum esse intus præsidium. Perrum-
pere nituntur, seque ipsi adhortantur, ne tantam for-
tunam ex manibus dimittant.

1 XXXVIII. Erat æger in præsidio relictus [1] P.
Sextius Baculus, qui primum pilum apud Cæsarem
duxerat, cujus mentionem superioribus prœliis feci-
2 mus; ad diem jam v cibo caruerat. Hic, diffisus suæ,
ac omnium saluti, inermis ex tabernaculo prodit: vi-
det imminere hostes, atque in summo esse rem discri-
mine: capit arma à proximis, atque in porta consistit.
3 Sequuntur hunc centuriones ejus cohortis, quæ in sta-
4 tione erat. paullisper prœlium una sustinent. [2] Relinquit
ani-

ponitur. Sic Maro lib. VIII. vs. 349.

*Jam tum religio pavidos terrebat agrestes*
*Dira loci.*

Sic reciprocè *metus* pro religione. Maro VII. de lauro: vs. 60.

*—— multosque metu servata per annos.*

Ubi Servius: *Metu, id est, religione; qua nascitur per timorem.* Hinc Petronius:

*Primus in orbe deos fecit timor ardua cœlo*
*Fulmina cum caderent.*

Id est, metus produxit religionem. Sic quoque apud Romanos, ut Gellius docet lib. IV. cap. IX. *religiosi dies dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum est. Quos multitudo imperitorum prave & perperam nefastos appellant.* Inde Alliensis cladis dies religiosus Romanis fuit. Et sic ob Titurii cladem, illis in locis acceptam, quisque infausta quæque sibi ominabatur. *D. Vossius.*

1. *P. Sextius Baculus —— cujus mentionem superioribus prœliis fecimus*] Hujusce Bibaculi (sic enim legendum censemus) Nervico & Sedunico prœlio meminit *Cæsar.* Vide lib. II. B. G. cap. XXV. & lib. III. cap. V. Licet autem multæ pugnæ sint postea factæ, & in his libris commemoratæ, in quibus nulla Bibaculi mentio, non necesse est, ut cum *Fr. Hotomanno* reponamus *superioribus libris* vel *commentariis.* Præterquam enim quod *superiora* sunt, quæcunque præcedant, si, pro viri eruditi sententia, hoc nomen restringatur ad ea, quæ ἀμέσως sunt priora, ne illius quidem emendatio locum habebit. *Davies.*

2. *Relinquit animus Sextium gravibus acceptis vulneribus. Ægre per manus &c.*] Moritur, vita decedit. *Vitruvius* archit. lib. I. cap. IV. *cum ad terram producuntur* (pisces) animam *cum aqua* relinquunt. *Terentius* Adelph. Act. III. Sc. V. 52. Animam relinquam *potius quam illam deseram.* Sic & in Sacris litteris ψυχὴ *vitam* passim

animus Sextium gravibus acceptis vulneribus. Ægre per
manus tractus, servatur. Hoc spatio interposito, reli- 5
qui sese confirmant, tantum ut in munitionibus consi-
stere audeant, speciemque defensorum præbeant.

XXXIX. Interim, confecta frumentatione, mili- 1
tes nostri clamorem exaudiunt, præcurrunt equites;
quanto res sit in periculo, cognoscunt. Hic vero nul- 2
la munitio est, quæ perterritos recipiat. modo conscri-
pti, atque usus militaris imperiti, ad tribunum mil. cen-
turionesque ora convertunt: quid ab his præcipiatur,
exspectant. Nemo est tam fortis, quin rei novitate per- 3
turbetur. Barbari, signa procul conspicati, ab oppu- 4
gnatione desistunt, rediisse primo legiones credunt,
quas longius discessisse, ex captivis cognoverant. Po-
stea, despecta paucitate, ex omnibus partibus impe-
tum faciunt.

XL. Calones in proximum tumulum procurrunt. 1
hinc celeriter dejecti se in signa manipulosque conji-
ciunt: eo magis timidos perterrent milites. Alii, cu- 2
neo facto ut celeriter perrumpant, censent; quoniam
tam propinqua sint castra: etsi pars aliqua circumven-
ta ceciderit, at reliquos servari posse confidunt; alii, 3
ut in jugo consistant, atque eundem omnes ferant ca-
sum. Hoc veteres non probant milites, quos sub vexil- 4
lo una profectos docuimus: itaque inter se cohortati,
duce C. Trebonio, equite R. qui eis erat præpositus,
per medios hostes perrumpunt, incolumesque ad unum
in castra perveniunt omnes. Hos subsecuti calones, e- 5
quitesque, eodem impetu, militum virtute servantur.
Alii, qui in jugo constiterant, [1] nullo etiam nunc usu 6
rei

passim denotat. Vide *Matthæi* cap. xxi, 25. 26. Plurimi quidem MSS. & editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *relinquit animus sextium gravibus acceptis vulneribus.* deficiens *ægre per manus* &c. Sed vox *deficiens* ab imperito oræ Codicis adscripta videtur, ut explicaret, quid sit animum relinquere; dein, ut fit, à Librariis in textum fuit recepta. *Davies.*

1. *Nullo etiam nunc usu rei militaris percepto*] Illud *percepto* expungendum

rei militaris percepto, neque in eo, quod probaverant consilio permanere, ut se loco superiore defenderent neque eam, quam profuisse aliis vim, celeritatemque viderant, imitari potuerunt; sed se in castra recipere
7 conati, iniquum in locum demiserant. Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum, caussa virtutis, in superiores erant ordines hujus legionis transducti, ne ante partam rei militaris laudem amitterent, fortissime pugnantes conciderunt.
8 Militum pars, horum virtute summotis hostibus, præter spem incolumis in castra pervenit: pars, à barbaris circumventa, periit.

1 XLI. Germani, desperata expugnatione castrorum, quod nostros jam constitisse in munitionibus videbant, cum ea præda, quam in silvis deposuerant, trans Rhe-
2 num sese receperunt. [1] Ac tantus fuit etiam post discessum hostium terror, ut ea nocte, quum C. Volusenus missus cum equitatu ad castra venisset, fidem non
3 faceret, adesse cum incolumi Cæsarem exercitu. Sic omnium animos timor præoccupaverat, ut, pene [2] alienata mente, deletis omnibus copiis, equitatum tantum

& Scaliger & Ciacconius putabat. Ego nescio an accedere illis ausim. sic l. VII. *ut aliquando pro tantis laboribus fructum victoriæ perciperent.* Scio hic paullo aliam rationem esse, sed mihi nec prius damnandum videtur. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Respicit ad tempus, quod præsens fuit, cum ista gererentur. *Minucius Felix* Octav. p. 4. *Cæcilium superstitiosis vanitatibus* etiamnunc *inhærentem disputatione gravissima ad veram religionem reformavit.* Vide & *Sulpicium Severum* Hist. Sacr. lib. I. cap. XXXIV, 2. Miror, unde factum, ut *Jos. Scaliger* vocem ultimam expungendam censuerit, cum *Cæsar* ipse lib. III. B. C. cap. LXXXIV. ajat: *qui quotidiana consuetudine* usum *quoque ejus generis præliorum* perciperent. *Vegetius* etiam lib. I. cap. IV. *velocitas enim est, quæ percepto exercitio strenuum efficit bellatorem.* Vetus igitur lectio, Codicum auctoritate suffulta, omnino est retinenda. *Davies.*

1. *Ac tantus fuit*] Adversativa particula huic loco melius videtur convenire. Repono itaque ex MS. *Norvic.* & edit. *Rom. At tantus fuit &c.* Idem.

2. *Alienata mente* ] Id est, adeo commota ut vix compotes sui essent. Sic Celsus dixit lib. IV. cap. II. *Oculorum caligo, alienatio mentis, vomitus*, &c. sic ff. lib. XLVII. Tit. X. 15. *Item apud Labeonem quæritur, siquis mentem medicamento, aliove quo alienaverit, an injuriarum actio locum haberet.* Alii *emotam*, vel *commotam* mentem

tum se ex fuga recepisse dicerent; neque, incolumi exercitu, Germanos castra oppugnaturos fuisse contenderent. quem timorem Cæsaris adventus sustulit. 4

XLII. Reversus ille, eventus belli non ignarus, 1
unum, quod cohortes ex statione & præsidio essent emissæ, questus, [1] ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse, multum fortunam in repentino hostium
adventu [2] potuisse indicavit: multo etiam amplius, 2
quod pene ab ipso vallo portisque castrorum barbaros
avertissent. Quarum omnium rerum maxime admiran- 3
dum videbatur, quod Germani, qui eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur, ad castra Romanorum delati, optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerant.

XLIII. Cæsar, ad vexandos rursus hostes profe- 1
ctus, magno coacto numero ex finitimis civitatibus,
in omnes partes dimittit. Omnes vici, atque omnia æ- 2
dificia, quæ quisque conspexerat, incendebantur: præ-
da ex omnibus locis agebatur: frumenta non solum à 3
tanta multitudine jumentorum atque hominum consumebantur, sed etiam anni tempore, atque imbribus procubuerant: ut, si qui etiam in præsentia se occultassent; tamen iis, deducto exercitu, rerum omnium inopia
pereundum videretur. Ac sæpe in eum locum ventum 4
est, tanto in omnes partes diviso equitatu, ut non modo visum ab se Ambiorigem in fuga captivi, sed nec plane

tem dicunt, ni fallor. *D. Vossius.*

1. *Ne minimo quidem casu*] Sic omnes præter *Ursin.* & *Vatic.* in iis enim legitur *casui*, quod longe rectius videtur *Fr. Hotomanno.* Mallem tacuisset, cum notum sit veteres Dativis quartæ declinationis hanc vel illam terminationem dedisse. Vide *G. J. Vossium* de Anal. lib. II. cap. XVIII. Quin & noster *libris Analogicis omnia istiusmodi sine i littera dicenda censet*, ut tradit *A. Gellius* Noct. Attic. lib. IV. cap. XVI. *Davies.*

2. *Potuisse indicavit*] Editi omnes *judicavit*; sed nos MS. *Norvic.* secuti sumus, postulante, ut videtur, sententia. Similiter apud *Arnobium* lib. II. p. 53. ed. *Plant.* ubi legimus *Quibus* (argumentis) *ipse si Christus* —— *populorum in conventibus uteretur, quis acquiesceret, quis audiret, quis cum promitteret aperte aliquid* judicare; scribendum arbitror *indicare.* Idem.

plane etiam abiisse ex conspectu contenderent, ut,
5 spe consequendi illata, atque infinito labore suscepto, qui se summam à Cæsare gratiam inituros putarent, pene naturam studio vincerent; semperque paullum ad summam felicitatem defuisse videretur; atque ille latebris, ac silvis, aut saltibus se eriperet; & [1] noctu occultatus, alias regiones, partesque peteret, non majore equitum præsidio, quam IV, quibus solis vitam suam committere audebat.

1 XLIV. Tali modo vastatis regionibus, exercitum Cæsar, duarum cohortium damno, Durocortorum Rhemorum reducit; concilioque in eum locum Galliæ indicto, de conjuratione Senonum & Carnutum
2 quæstionem habere instituit: & de Accone, qui princeps ejus consilii fuerat, graviore sententia pronun-
3 ciata, [2] more majorum supplicium sumpsit. Nonnulli, judicium veriti, profugerunt: quibus quum aqua atque igni interdixisset, II legiones ad fines Trevirorum, II in Lingonibus, VI reliquas in Senonum finibus Agendici in hibernis collocavit; frumentoque exercitui proviso, [3] ut instituerat, in Ita-

1. *Noctu occultatus*] Beneficio noctis; quod monendum duxi, ne cum *Pet. Ciacconio* ultimam vocem deleamus, quia Ambiorix noctis tempore se non inclusum teneret, sed alias regiones tum peteret. Hic enim sensus ex vulgata lectione manat. *Davies.*

2. *More majorum supplicium sumsit*] Suet. refert in Nerone, c. XLIX. solitam tunc *nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi.* Ejusdem supplicii meminit Hirtius lib. VIII. cap. XXXVII. cum ait de Guturvato, *adeo ut veteribus exanimatum corpus securi feriretur.* At Græcus intellexisse non videtur cum transtulit, κατὰ τὸ τῆς πόλεως ἀρχαῖον ἔθος, nisi dicas per πόλιν ab eo Romam intelligi, quod non arbitror. nam & paullo post ait ἐν πόλει τῶν Σενόνων. D. Vossius.

3. *Ut instituerat in Italiam ad conventus agendos profectus est*] Recte lib. V. initio dixit: *discedens ab hibernis Cæsar in Italiam, ut quotannis facere instituerat*, id est solebat. Initio lib. VII. inquit: *Quieta Gallia, Cæsar, ut constituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiscitur.* Sed cum superiore commentario non dixerit Cæsar se constituisse id facere, putabat Ciacconius legendum ut *consueverat*, vel *constituerat*, hic significare consueverat. Neutrum placet. Nam Cæsar

taliam ad conventus agendos profectus est.

sar, quia quotannis id facere soli tus, constituerat & hoc anno profecti. Locus vero ex tertio de bello Civili, quem Ciacconius allegat, non minus malè ab eo exponitur. Ait Crastinus ad milites suos: *Sequimini me manipulares mei, qui fuistis, & vestro Imperatori quam constituistis operam date.* Inquit Ciacconius constituistis hic esse consuevistis. Nugæ. Potuerunt Crastini milites semet obstringere promissis aliquibus non excedendi prœlio ante victoriam. Sed cesso tam levia, in quibus tamen vir doctiss. erravit, admonere. *D. Vossius.*



LIBER

# LIBER VII.

## SUMMARIUM LIB. VII. DE BELLO GALLICO.

*Multæ Gallorum gentes de recuperanda libertate conspirant*. IV. *ducemque eligunt Vercingetorigem Æduum*. VIII. *Cæsar de improviso Arvernos invadit*. X. *Bojis subsidio adest*. XI. *Vellaunodunum, Genabum* XII. *&* *Noviodunum oppida occupat*. XV. *Galli, firmis minus Biturigum oppidis incensis, Avarico, quod obsidebat Cæsar, præsidium injiciunt*. XX. *Interea Vercingetorix, proditionis apud suos insimulatus, se purgat*. XXII. *Avaricum, aliquamdiu probe defensum*, XXVIII. *vi expugnatur*. XXXII. *Æduorum turbæ Cæsarem à bello avocant*. XXXIV. *Iis compositis, ad Gergoviam cum exercitu proficiscitur*. XXXVII. *Dum ad eam bellum gerit, iterum in Æduis turbæ*. XLVI. *Romani trinis ad Gergoviam hostium castris occupatis*, XLVII. *avidius oppidum invadentes*, LI. *magna cum clade repelluntur*. LIII. *Desperata expugnatione, in Æduos castra movet Cæsar*. LVIII. *Labienus, re prospere apud Parisios gesta*, LXII. *se ipsi conjungit*. LXIII. *Omnes Galli, (perpaucis exceptis) exemplo Æduorum deficiunt*. LXVI. *In Sequanos iter facientem Cæsarem, Duce Vercingetorige, adgressi cæduntur*. LXVIII. *Ille ad Alesiam usque insequutus oppidum ipsosque circumvallat*. LXXV. *Galli, convocatis auxiliis, socios obsidione liberare conati*, LXXXVIII. *prorsus profligantur*. LXXXIX. *Alesia & Vercingetorix deduntur. item Ædui, & plures alii*.

I. QUieta Gallia, Cæsar, ut constituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiscitur. [1] Ubi cognoscit de P. Clodii cæde, de Senatusque

que consulto certior factus, [2] ut omnes Italiæ juniores conjurarent, delectum tota provincia habere instituit. Eæ res in Galliam Transalpinam celeriter perferuntur. 2
[3] addunt ipsi & affingunt rumoribus Galli, quod res posce-

1. *Ubi cognoscit de P. Clodii cæde* ] MS. noster: *Ibi cognoscit de Claudii nece, Senatusque consulto certior factus, ut omnes minores Italiæ conjurarent.* Quin & Græcus similem codicem secutus ἐνταῦθα μὲν τὸν Κλαύδιον φονευθέντα ἔγνω. Perperam uterque, nisi ut olim pro *codex*, *caudex* & similia dixere, ita hic, pro *Clodius*, *Claudius* scriptum dicamus. Quod non temere faciendum, cum Romæ & Claudii, & Clodii fuerint. Quorum illi ut Tacitus narrat, ab Atta Clauso nomen habuere, nec puto pro *Clausus*, posse *Closus* dici, itaque errorem in MS. & Græco esse omnino statuo. Etiam illud *minores* pro *juniores* depravatum est. Probo verò lectionem codicis mei, quatenus in eo non repetitur hæc particula *de*, sed legitur *de Claudii nece, Senatusque consulto.* D. Vossius.

2. *Ut omnes Italiæ juniores conjurarent*] Conjurare est, ut rectè Græcus vertit συνομνύειν. Unde *conjurati* illi qui simul juravere Maro *conjurati* vocem improprie usurpavit pro eo per quod juratur. Nam III. Georg. ait

*Aut conjurato descendens Dacus ab Istro.*

Quem ad locum Junius Philargyrius inquit, *Aufidius Modestus legisse se affirmabat, hunc morem esse Dacorum, ut cum ad bella proficiscerentur, non prius rem capesserent, quàm de Istro certum modum haurientes ore in modum sacri vini, jurarent non se ad patria sedem regressuros, nisi hostibus cæsis. Et idcirco Virgilium familiari sibi hypallage dixisse: Istrum conjuratum, apud quem Daci conjurare consueverunt.* Maronem haud dubie imitatus est Statius cum I. Thebaidos ait:

*— bis adactum legibus Istrum*
*Et conjurato dejectos vertice Dacos.*

Bernartius & Lipsius putabant illud *vertice* referri ad superstitionem Dacorum, quibus, ut ex Strabone discimus, mons sacer erat. Ego nullum nunc commodum satis sensum video. Malim pro *vertice* legere *vortice*, ut Danubium amnem notet Papinius, & dicat Dacos ab illo amne per quem jurare solebant à Vespasiano depulsos. Sed conjuratio de qua hic sermo, est ea, quam tangit Maro, cum ait,

*— Simul omne tumultu*
*Conjurat trepido Latium. —*

Nam solebat tum dicere dux, *qui Remp. salvam vult me sequatur.* Et tunc jurabant omnes simul, quia spatium non erat jusjurandum singulos adigendi. Solet autem hæc conjuratio per edictum institui, quo convenire jubentur juraturi in unum locum. Tangit morem non obscure Cæsar III. de bello civili c. CII. ubi ait: *Erat edictum Pompeji nomine Amphipoli propositum, uti omnes ejus provinciæ juniores Græci, civesque R. jurandi caussa convenirent.* Iidem, uti & Servius ait ad I. Æn. p. 239. *Tumultuarii milites vocati, quia talis conjuratio plerumque fieri solita tumultus tempore. Idem.*

3. *Addunt ipsi & affingunt rumoribus*] Cave cum *Pet. Ciacconio* reponas *Addunt ipsi & affingunt rumores Galli*: fama enim acceperant, motum esse urbanum ob Clodii cædem; hinc affinxerunt, eo Cæsarem retineri, nec ad exercitum venire posse. *Celsus* p. 116. *Ejus rei causa* (ob Clodium à Milone interfectum) *magni Romæ motus fuerant; nec fama finibus Italis contineri potuit, Alpesque transcenderat. Hinc rebellantibus occasio data erat historias*

poscere videbatur; *retineri urbano motu Cæsarem, neque*
3 *in tantis dissensionibus ad exercitum venire posse.* Hac impulsi occasione, qui jam ante se populi R. imperio subjectos dolerent, liberius atque audacius de bello consi-
4 lia inire incipiunt. Indictis inter se principes Galliæ conciliis, silvestribus ac remotis locis, queruntur de Acconis morte: hunc casum ad ipsos recidere posse, de-
5 monstrant: miserantur communem Galliæ fortunam: omnibus pollicitationibus, ac præmiis deposcunt, qui belli initium faciant, & sui capitis periculo Galliam in
6 libertatem vindicent. Ejus in primis rationem habendam esse dicunt, prius quam eorum clandestina consi-
7 lia efferantur, ut Cæsar ab exercitu intercludatur: [1] id esse facile, quod neque legiones, absente Imperatore, audeant ex hibernis egredi; neque Imperator sine præ-
8 sidio ad legiones pervenire possit. postremo in acie præstare interfici, quam non veterem belli gloriam libertatemque, quam à majoribus acceperint, recuperare.

1 II. His rebus agitatis, profitentur Carnutes, *se nullum periculum, communis salutis caussa, recusare; principes-*
2 *que se ex omnibus bellum facturos pollicentur; &, quoniam in præsentia obsidibus cavere inter se non possent, ne res efferatur, ut jurejurando ac fide sanciatur, petunt,* [2] *collatis militari-*

*rias novas in Cæsarem fingendi. Dicebant, vulgoque percrebuerat, Urbanis detentum simultatibus non posse deinceps in provinciam reverti.* Hinc vulgata lectio mire confirmatur. *Davies.*

1. *Id esse facile, quod neque legiones*] Aliam hujusce incœpti rationem reddit *Florus* lib. III. cap. x, 22. sic inquiens. *Aberat tunc Cæsar, Ravennæ delectum agens; & hieme excreverant Alpes; sic interclusum putabant iter.* Falsus est, ut solet: si enim hoc in causa fuit, cur rebellarent, quam ob causam tumultus Urbanos præ se ferrent, aut, ne consilia efferantur, curarent? Sed scriptor iste Alpibus id refert, quod de Cebennæ erat dicendum, ut apparet ex cap. VIII. hujusce libri. *Idem.*

2. *Collatis militaribus signis, quo more eorum gravissima cærimonia continentur*] MS. noster *quod more eorum gravissima cærimonia continetur.* Græcus τὰ στρατιωτικὰ σημεῖα συναθροίσαντες, ὃς ὅρκος παρὰ τοῖς γάλλοις ὁσίως διαφυλάττεται. Sed vulgata lectio præstat. Græcus verò mentem Cæsaris non intellexit, qui ait, Gallos in gravissimis rebus, quas enunciari nollent, hoc more usos. Nam *cærimoniæ* sunt sacra omnia, quemadmodum apud Græcos ὄργια, uti ex Servio discimus. Et si glossis standum, *cærimoniæ* δυμη-

*taribus signis, quo more eorum gravissimæ cerimoniæ continen-*
*tur, ne facto initio belli à reliquis deserantur.* Tunc, col- 3
laudatis Carnutibus, dato jurejurando ab omnibus,
qui aderant, tempore ejus rei constituto, ab concilio
disceditur.

III. Ubi ea dies venit, Carnutes, Cotuato & Conc- 1
toduno ducibus, desperatis hominibus, [1] Genabum
dato signo concurrunt; civesque Romanos, [2] qui ne-
gotiandi caussâ ibi constiterant, in iis C. Fusium Cot-
tam, honestum equitem Romanum, qui rei frumen-
tariæ, jussu Cæsaris, præerat, interficiunt; bonaque
eorum diripiunt. Celeriter ad omnes Galliæ civitates 2
fama perfertur. *nam, ubi major atque illustrior incidit res,*
*clamore per agros regionesque significant. hunc alii deinceps*
*excipiunt, & proximis tradunt; ut tunc accidit.* nam, 3
quæ Genabi oriente Sole gesta essent, [3] ante primam
confectam vigiliam in finibus Arvernorum audita sunt:
quod

*δημόσια* propriè sunt: quæ sacra quam curiose soleant occultari cuivis notum est. Igitur cærimoniæ pro rebus sacris hic; & Cæsar inquit quando Galli signa militaria conferrent, tunc summa taciturnitate omnia semper cohibita. Nam hoc indicat vox illa *continentur*. Porro illud quod ait per collata signa Carnutes petivisse ne ab cæteris desererentur, simile est Romano mori; nam quando conjurabant milites, imperator exercitus, prolatis duobus vexillis dicebat: *qui vult salvam Remp. me sequatur.* Autor Servius est in VIII. Æneidos: qui ait conjurationem talem fieri non solitam, nisi tempore Italici vel Gallici belli. *D. Vossius.*

1. *Genabum*] *Γήναβον* Strabo nuncupat: Ptolomæus *Κήναβον*: Orosius *Cenapum*. In itinerario Antonini constanter omnibus locis est *Cenabum*. D. Vossius.

2. *Qui negotiandi caussa ibi constiterant*] Quorum varia genera fuisse, & collegia indicant vett. inscriptiones. sic NEGOTIATORES FRUMENTARII, aliique fuere. *Constiterant* hic est morabantur, degebant. Usus eadem voce infra Cæsar cap. XLII. *Idem facere cogunt eos, qui negotiandi caussa ibi constiterant.* Reperitur eodem modo in veteri lapide qui inventus apud forum Segusianorum:

NVMINI. AVO
DEO. SILVANO
FABRI. TIGNVAR
QVI. FORO. SECVS
CONSISTVNT
D. S. P. P.

*Idem.*

3. *Ante primam confectam vigiliam*] Penultimam vocem in suo Codice non invenit, aut inventam neglexit *Jul. Celsus*; habet enim p. 117. ed. Lond. *ante primam noctis proximæ vigiliam.* Alii tamen omnes verbum, de quo agitur, repræsentant, quamobrem retineo. *Davies.*

R

quod ſpatium eſt [1] millium paſſuum circiter CLX.

1 IV. Simili ratione ibi Vercingetorix, [2] Celtilli filius, Arvernus, ſummæ potentiæ adoleſcens, cujus pater [3] principatum Galliæ totius obtinuerat, & ob eam cauſſam, quod regnum appetebat, ab civitate erat interfectus, convocatis ſuis clientibus, facile eos
2 incendit. Cognito ejus conſilio, ad arma concurritur: [4] ab Gobanitione, patruo ſuo, reliquiſque principibus, qui hanc tentandam fortunam non exiſtimabant, expellitur ex oppido Gergovia. non tamen deſiſtit, atque
3 in agris habet delectum egentium ac perditorum. Hac coacta manu, quoſcumque adit ex civitate, in ſuam
4 ſententiam perducit. hortatur, ut, communis libertatis cauſſa, arma capiant: magniſque coactis copiis, adverſarios ſuos, à quibus paullo ante erat ejectus, [5] expellit

1. *Millium paſſuum circiter* CLX] In Anonymo Celſi exſcriptore invenio, per LX millia paſſuum. Græcus habet ſtadia ασο. Confer locorum ſitum. *D. Voſſius.*

2. *Celtilli filius*] Anonymus Celſi exſcriptor habet *Cebali*. in Græco eſt Κερτίλλ. *Idem.*

3. *Principatum Galliæ totius obtinuerat*] Diſtingue, Galliæ Celticæ, ſeu Galliæ propriè dictæ, de qua Cæſar ait initio operis, *tertiam partem incolunt, qui ipſorum lingua Celtæ, noſtra Galli appellantur.* Nam Celtillum trium Galliarum principatum obtinuiſſe nullus ſanæ mentis crediderit. Propriè autem hic locutus Cæſar: qui quando de tribus Galliis loquitur, dicit *omnis Gallia.* Nam (inquit Placidus Lactantius ad I Thebaid. Statii) *cum numerum ſignificare volumus, omnes dicimus, cum corpus totum.* Gallia Celtica corpus unum erat, at tres numero Galliæ ſunt. Papinius, libertate poëtarum uſus I Thebaidos unum pro altero poſuit, cum ait:

*Totos in pœnam ordire nepotes,*

pro eo, quod eſt, ordire pœnam quæ ad omnes nepôtes pertingat. *Idem.*

4. *Ab Gobanitione* —— *expellitur ex oppido Gergovia*] MS. *Norv.* & editt. vetuſtiſſimæ *Rom. Ven. Beroald.* hic exhibent *prohibetur à Gobanitione*, nec video, cur primam vocem expunxerint recentiores, ſententia enim hoc modo videtur diſtinguenda; *Prohibetur à Gobanitione, patruo ſuo, reliquiſque principibus, qui hanc tentandam fortunam non exiſtimabant; expellitur ex oppido Gergovia.* Eſt ἀσύνδετον, cujus Schematis exempla congeſſit *G. J. Voſſius* Inſt. Orat. lib. V. cap. 11. *Davies.*

5. *Expellit ex civitate*] Ex regione Arvernorum, nam in hiſce de Bello Gallico libris *civitas* nunquam urbem ſignificat. Sic *Velleius Paterculus* lib. I. cap. III. *Eam regionem armis occupavit, quæ nunc ab ejus nomine Theſſalia appellatur, antea Myrmidonum vocitata civitas.* Similiter apud Græcos eandem poteſtatem interdum πόλις obtinet. *Strabo* Geogr. lib. VIII. pag. 356. ed. Pariſ. Στησίχορος δὲ καλεῖ πόλιν, τὴν χώραν Πίσαν λεγομένην

pellit ex civitate. Rex ab suis appellatur. dimittit quo- 5
quo versus legationes. obtestatur, ut in fide maneant.
Celeriter sibi Senones, Parisios, Pictones, Cadurcos, 6
Turones, Aulercos, Lemovices, Andes, reliquosque
omnes, qui Oceanum attingunt, adjungit. omnium
consensu ad eum defertur imperium. Qua oblata pote- 7
state, omnibus iis civitatibus obsides imperat, [1] cer-
tum numerum militum celeriter ad se adduci jubet. ar- 8
morum quantum quæque civitas domi, quodque an-
te tempus efficiat, constituit. In primis equitatui stu- 9
det: summæ diligentiæ summam imperii severitatem
addit: magnitudine supplicii dubitantes cogit. nam, 10
majore commisso delicto, igni, atque omnibus tor-
mentis necat: leviore de caussa, auribus desectis, aut
singulis effossis oculis, domum remittit; ut sint reli-
quis documento, & magnitudine pœnæ perterreant
alios.

V. His suppliciis celeriter coacto exercitu, [2] Lucte- 1
rium Cadurcum summæ hominem audaciæ cum parte
copiarum in Ruthenos mittit, ipse in Bituriges profi-
ciscitur. Ejus adventu Bituriges ad Æduos, quorum 2
erant in fide, legatos mittunt, subsidium rogatum, quo
facilius hostium copias sustinere possint. Ædui de con- 3
silio legatorum, quos Cæsar ad exercitum reliquerat,
copias equitatus peditatusque subsidio Biturigibus mit-
tunt: qui quum ad flumen Ligerim venissent, quod 4
Bituriges ab Æduis dividit; paucos dies ibi morati, ne-
que

τὴν, ὡς ὁ Ποιητὴς τὴν Λέσβον, Μάκαρος πόλιν. Ex *Euripide* dein & *Sophocle* idem confirmatur. *Davies.*

1. *Certum numerum militum celeriter ad se adduci jubet*] Narrat *Strabo* Geograph. lib. IV. p. 191. Vercingetorigem ccc hominum millia huic bello coegisse. Sed hoc plane fidem superat, & in eo graviter errat doctissimus scriptor, cum tantum numerum ex solis Arvernis confectum statuat, quandoquidem ex *Cæsare* constet plures in hanc rebellionem consensisse nationes. Vide & *Plutarchum* in *Cæs.* p. 720. *Idem.*

2. *Lucterium Cadurcum*] Infra lib. VIII. crebertimè *Luterius* reperias. Etiam in Livio *Lutarii* nomen reperitur. Nec dubito ita melius scribi, cum hodieque exstet id nomen *Luther* vel *Lothar*. D. Vossius. Et sane Anonymus *Celsi* exscriptor p. 119 hunc nominat Lutherium. *Davies.*

R 2

5 que flumen transire ausi, domum revertunt: legatis-
que nostris renunciant, se Biturigum perfidiam veritos
revertisse: quibus id consilii fuisse cognoverint, ut si
flumen transissent, una ex parte ipsi, altera Arverni se
6 circumsisterent. Id eane de caussa, quam legatis pro-
nunciarunt, an perfidia adducti fecerint, quod ni-
hil nobis constat, non videtur pro certo esse ponen-
7 dum. Bituriges eorum discessu statim se cum Arvernis
conjungunt.

1 VI. His rebus in Italiam Cæsari nunciatis, quum jam
ille virtute Cn. Pompeii urbanas res commodiorem in
statum pervenisse intelligeret, in Transalpinam Gal-
2 liam profectus est. Eo quum venisset, magna difficul-
tate afficiebatur, qua ratione ad exercitum pervenire
3 posset. nam, si legiones in provinciam accerseret, se
4 absente in itinere prœlio dimicaturas intelligebat. si ipse
ad exercitum contenderet, ne iis quidem, qui [1] eo
tempore pacati viderentur, suam salutem recte com-
mitti videbat.

1 VII. Interim Lucterius Cadurcus in Ruthenos mis-
2 sus eam civitatem Arvernis conciliat. Progressus in Ni-
tiobriges, [2] & Gabalos, ab utrisque obsides accipit;
&, magna coacta manu, in provinciam Narbonem ver-
3 sus, eruptionem facere contendit. Qua re nunciata,
Cæsar omnibus consiliis antevertendum existimavit, ut
4 Narbonem proficisceretur. Eo quum venisset, timen-
tes confirmat, præsidia in [3] Ruthenis Provincialibus,
[1] Vol-

1. *Eo tempore pacati viderentur*] Fieri enim poterat, ut inimico essent in Cæsarem animo, nec hanc ejus intercipiendi occasionem prætermitterent. Hoc non vidit *Fr. Hotomannus*, qui locum mendi suspectum habuit, qua de causa reponebat *eo tempore* non satis *pacati*; temere prorsus & inconsulte. *Davies.*

2. *Et Gabalos*] Straboni Γαβαλεῖς. Plinio lib. IV. cap. XIX. *Gabales* nuncupantur. Quin & in v. c. Cæsaris lego *Gabales*. Ptolemæus Γάβαλεις habet. *D. Vossius.*

3. *Ruthenis, Provincialibus*] Tolle distinctionem, ut recte observatum Ciacconio. Græcus quoque habet, *Τῶν Ῥουθήνων ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ οἰκούντων.* Sunt autem duplices Rutheni, alii in Aquitania, in Provincia alii. Et fortasse non male statuamus regionem conjunctam fuisse, sed cujus in Aqui-

[1] Volcis, Arecomicis, Tolosatibus, circumque Narbonem, quæ loca erant hostibus finitima, constituit;
partem copiarum ex provincia, supplementumque, 5
quod ex Italia adduxerat, [2] in Helvios, qui fines Arvernorum contingunt, convenire jubet.

VIII. His rebus comparatis, represso jam Lucterio 1
& remoto, quod intrare intra præsidia periculosum putabat, in Helvios proficiscitur. etsi [3] mons Cebenna, 2
qui Arvernos ab Helviis discludit, durissimo tempore anni, altissima nive iter impediebat: tamen discussa nive VI in altitudinem pedum, atque ita viis patefactis, summo militum labore ad fines Arvernorum pervenit.
quibus oppressis inopinantibus, quod se Cebenna, ut 3
muro, munitos existimabant, ac ne singulari quidem homini unquam eo tempore anni semitæ patuerant; equitibus imperat, ut, quam latissime possent, vagentur, & quam maximum hostibus terrorem inferant.
Celeriter hæc fama ac nunciis ad Vercingetorigem per- 4
ferun-

Aquitania pars, pars in Narbonensi Gallia esset. Sane in Strabone est Ῥουθηνοί τε καὶ Γαβαλεῖς τῇ Ναρβωνίτιδι πλησιάζουσι Et Plinius lib. IV. cap. XIX. Ruthenos facit *Narbonensi provinciæ conterminos*. Rursum lib. II. cap. IV. eos in Narbonensi provincia locat. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Editi *Ruthenis*, *Provincialibus*. Sed nos distinctionem induximus fide MS. *Norvic.* Græci Interpretis, ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* observarunt enim viri eruditi, duplices fuisse Ruthenos, alios in Provincia, alios in Aquitania sitos. Vide *Plinium* Hist. Nat. lib. III. cap. IV. & lib. IV. cap. IX. *Davies.*

1. *Volcis Arecomicis*] Veteres libri typis excusi *Volcis*, *Artomicis*; quæ quidem vitiosa lectio Græcum interpretem fefellit, habet enim ἐν τῇ (χώρᾳ) τῶν Ἀρηκομικῶν —— καὶ τῶν Βόλκων, quasi Volcæ & Arecomici populus essent diversus. Inepte, ut docuit *Is. Casaubonus* ad *Strabonis* lib. IV. p. 186. *Idem.*

2. *Helvios*] Ita & MS. noster. Strabo Ἐλουοὺς vocat. Notat etiam Ciacconius in scripto codice legisse *Iluos*. Dubium quæ scriptura præstet. *D. Vossius.*

*Ibid.*] MSS. *Brant. Norvic.* ac edit. *Rom.* hic & infra exhibent *Helvetios*; vitiose: Cebenna enim non Avernos ab *Helvetiis*, sed ab *Helviis* discludit. De hujusce tamen nominis Orthographia lis est inter Eruditos; *Ciacconius* enim in suo Codice invenit *Iluos*, & *Strabo* Geogr. lib. IV. p. 190. Ἐλουοὺς nominat. *Davies.*

3. *Mons Cebenna*] Hic assidue Straboni Κέμμενος. In MS. nostro est *Cenenna*, sed corruptum hoc ex *Cevenna*, quomodo in v. c. alio invenitur. Jam vero *v* pro *b* usurpari usitatum. Sic in veteri lap. *Transdanuviani*, & alia innumera. *D. Vossius.*

feruntur : quem perterriti omnes Arverni circumsi-
stunt, atque obsecrant, ut suis fortunis consulat, neu
se ab hostibus diripi patiatur ; præsertim quum vi-
5 deat omne ad se bellum translatum. Quorum ille pre-
cibus permotus castra ex Biturigibus movet in Arver-
nos versus.

1 IX. At Cæsar biduum in iis locis moratus, quod hæc
de Vercingetorige usu ventura, opinione præceperat,
per caussam supplementi, equitatusque cogendi, ab ex-
2 ercitu discedit : Brutum adolescentem iis copiis præ-
ficit : hunc monet, ut in omnes partes equites quam la-
tissime pervagentur ; daturum se operam, ne longius
3 triduo ab castris absit. His constitutis rebus, suis ino-
pinantibus, [1] quam maximis potest itineribus Viennam
4 pervenit. Ibi nactus recentem equitatum, quem multis
ante diebus eo præmiserat, neque diurno, neque no-
cturno itinere intermisso, per fines Æduorum in Lin-
gones contendit ; ubi II legiones hiemabant ; ut, si
quid etiam de sua salute ab Æduis iniretur consilii, ce-
5 leritate præcurreret. Eo quum pervenisset, ad reliquas
legiones mittit, priusque in unum locum omnes cogit,
6 quam de ejus adventu Arvernis nunciari posset. Hac
re cognita, Vercingetorix rursus in Bituriges exerci-
tum reducit, atque inde profectus [2] Gergoviam Bojo-
rum

1. *Quam maximis potest*] Sic veteres cusi. Recentiores autem *qua maximis* ; quæ quidem lectio Typographorum vitio, ut opinor, in *Lipsianam* editionem irrepsit, ex qua eam bona fide repræsentarunt nuperi editores. *Davies.*

2. *Gergoviam Bojorum oppidum*] MS. noster *Gergoniam*, dein suprascriptum est *Gergobinnam*. Etiam Græcus habet Γεργοβίναν. In alio v. c. est *Gortonam*. Contendunt tamen viri docti nullum Boiis oppidum fuisse Gergoviæ nomine. Equidem multum obniti nolim, sed falli nihilominus puto, qui totam vocem hanc irrepsisse à librario putant. Et dicere malo corruptum mihi nomen videri. Sane veterem errorem esse satis ostendit, quod in multis codicibus legitur. Non omittenda sunt verba Anonymi, qui Celsum exscripsit. Ait autem : *Vercingetorix audito Cæsaris digressu, retro in Bituriges reversus, atque hinc profectus in Boios transalpinos, oppidum illorum, sub Helvetica victoriæ tempus ædificatum à Cæsare, Æduisque traditum, oppugnare disposuit (oppido nomen Gergovia) gloriosum sibi existimans, si Æduorum receptaculum, simulque Cæsareum opus everteret.* Et postea iterum ait : *Quo cum venisset, Vercingetorix*

rum oppidum, quos ibi Helvetico prœlio victos Cæsar collocaverat, Æduisque attribuerat, oppugnare instituit.

X. Magnam hæc res Cæsari difficultatem ad consilium capiendum afferebat, si reliquam partem hiemis 1
uno in loco legiones contineret, ne, stipendiariis Æduorum expugnatis, cuncta Gallia deficeret, quod nullum in eo amicis præsidium videretur positum esse; sin maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria duris subvectionibus laboraret. Præstare visum est ta- 2
men omnes difficultates perpeti, quam tanta contumelia accepta, omnium suorum voluntates alienare. itaque 3
cohortatus Æduos de supportando commeatu, præmittit ad Bojos, qui de suo adventu doceant, hortenturque ut in fide maneant, atque hostium impetum magno animo sustineant. Duabus Agendici legionibus, atque 4
impedimentis totius exercitus relictis, ad Bojos proficiscitur.

XI. Altero die quum ad oppidum Senonum Vellau- 1
nodunum venisset, ne quem post se hostem relinqueret, quo expeditiore re frumentaria uteretur, oppugnare instituit. idque biduo circumvallavit. tertio die mis- 2
sis ex oppido legatis de deditione, arma proferri, jumenta produci, DC obsides dari jubet. Ea qui conficeret, C. Trebonium legatum relinquit. [1] Ipse, ut 3
quam-

*rix ubi id sensit, Gergovia obsidione derelicta, contra eum pergit.* Nolim stare solius Anonymi verbis, sed quid prohibet, quominus duæ in Gallia Gergoviæ fuerint, cum Novioduni nomine etiam tres diversæ urbes reperiantur. *D. Vossius.*

1. *Ipse ut quamprimum iter faceret Genabum Carnutum proficiscitur*] Mirus loquendi modus: proficiscitur ut quamprimum iter faciat. Tamen nullus commentatorum (miror tam purgatas aures) hac locutione offensus est. Lego *ut quamprimum iter perficeret*; vel *ipse quam primum iter facit & Genabum Carnutum proficiscitur.* Græcus transtulit, *αὐτὸς δὲ ὅτι τάχιστα πορεύεσθαι βουλόμενος, ἐπὶ τὴν Γένναβον, πόλιν τῶν Καρνύτων ὥρμησεν.* Si nulla ex prioribus emendationibus placet, scribe, *ut quamprimum iter perficeret.* D. Vossius.

Ibid.] *D. Vossio* mirus videtur loquendi modus *ipse proficiscitur, ut quamprimum iter faceret*, qua de causa reponit *ut quamprimum iter perficeret*, vel *ipse quamprimum iter facit & Genabum Carnutum proficiscitur.* Nobis neutra harum emenda-

 tio-

quamprimum iter faceret, Genabum Carnutum profi-
4 ciſcitur; qui tunc primum, allato nuncio de oppugna-
tione Vellaunoduni, [1] quum longius eam rem ductum
iri exiſtimarent, præſidium Genabi tuendi cauſſa, quod
5 eo mitterent, comparabant. Huc biduo Cæſar perve-
nit; &, caſtris ante oppidum poſitis, diei tempore ex-
6 cluſus, in poſterum oppugnationem differt; quæque
ad eam rem uſui ſint militibus imperat; &, quod op-
pidum Genabum [2] pons fluminis Ligeris continebat,
veritus, ne noctu ex oppido profugerent, II legiones
7 in armis excubare jubet. Genabenſes paullo ante mediam
noctem ſilentio ex oppido egreſſi flumen tranſire cœpe-
8 runt. Qua re per exploratores nunciata, Cæſar legio-
nes, quas expeditas eſſe juſſerat, portis incenſis, intro-
mittit;

tionum placet, &, niſi vehementer fallor, hicce locus mutata interpunctione poteſt ſanari. Sic igitur diſtingue: *C. Trebonium legatum relinquit, ipſe ut quamprimum iter faceret. Genabum Carnutum proficiſcitur.* Certe ſenſus hinc commodus exſurgit, qui in vulgatis nullus eſt. *Davies.*

1. *Quum longius eam rem ductum iri exiſtimarent* ] Corruptiſſimus eſt *Jul. Celſus*, ubi hæc refert; legitur enim p. 121. *Ad hujus loci* (Genabi) *defenſionem Carnutes conſilia conquirebant; eo tamen lentius, quo diutius bellandum crederent rem haſuram, & ſimillimum viri eſſet morem impigerrimi Ducis ignorantibus.* Omnes vident ulcus eſſe in verbis, cui tamen ſanando medicinam non invenit *J. G. Grævius.* Reſcribendum credo *Ad hujus loci defenſionem Carnutes* auxilia *conquirebant; eo tamen lentius, quo diutius* Vellendini (ſic enim nomen hoc ſupra extulit *Celſus*) *crederent rem haſuram, & ſimillimum* veri *eſſet morem &c.* Davies.

2. *Pons fluminis Ligeris continebat* ] Ita placuit reponere viris doctis, etiam Scaligero: ſane ſic noſter quoque MS. habet. Similiter dixit 1. de Bell. Gall. *ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet.* pro *pertingit.* ſic *continet* pro *contingit.* Sed Cæſar *continere* alio ſignificatu plerumque uſurpat. Et in v v. l l. legitur etiam *contingebat* quod temerè mutare nolim. Hirtius de bello Alex. *magnis arboribus exciſis, quæ longitudine utramque ripam contingeret.* Niſi forte hic *continet* explicare velimus, urbem adverſæ fluminis ripæ adjungit, aut quaſi unum cum illa continentem facit. Sed jam retineo illud *continebat.* Sic Cæſar lib. 1. de bello Civili 223. ed. Plant. *Continentemque ripæ collem improviſo occupat.* Ubi *continens* eſt *adhærens*, vel *contingens.* D. Voſſius.

*Ibid.* ] Sic edidit *Joſ. Scaliger*: In aliis *contingebat*, quæ quidem lectio ex Gloſſemate eſt orta, nec tamen eam non probabit *J. M. Brutus.* Perperam. *Vellejus Paterculus* lib. 1. cap. III. *Corinthum —— clauſtra Peloponneſi* continentem *in Iſthmo condidit.* *Latinus Pacatus* Pan. XII. cap. XXXVI, 1. *Quos curſu non poterant* continere, *jaculis occupare.* Davies.

mittit; atque oppido potitur, perpaucis ex hostium nu-
mero desideratis, quin cuncti caperentur; quod pontis
atque itinerum angustiæ multitudinis fugam interclu-
serant. Oppidum diripit, atque incendit, prædam mi- 9
litibus donat: exercitum Ligerim transducit, atque in
Biturigum fines pervenit.

XII. Vercingetorix, ubi de Cæsaris adventu cogno- 1
vit, oppugnatione desistit, atque obviam Cæsari profi-
ciscitur. Ille oppidum Biturigum, positum in via, No- 2
viodunum oppugnare instituerat. quo ex oppido quum 3
legati ad eum venissent, oratum, ut sibi ignosceret,
suæque vitæ consuleret; ut celeritate reliquas res con-
ficeret, qua pleraque erat consecutus, arma proferri,
equos produci, obsides dari jubet. Parte jam obsidum 4
transdita, quum reliqua administrarentur, centurioni-
bus & paucis militibus intromissis, qui arma jumenta-
que conquirerent, equitatus hostium procul visus est,
qui agmen Vercingetorigis antecesserat: quem simulat- 5
que oppidani conspexerunt, atque in spem auxilii vene-
runt, clamore sublato, arma capere, portas claudere,
murum complere cœperunt. Centuriones in oppido, 6
quum ex significatione Gallorum novi aliquid ab iis ini-
ri consilii intellexissent, gladiis districtis portas occupa-
verunt, suosque omnes incolumes receperunt.

XIII. Cæsar ex castris equitatum educi jubet, [1] prœ- 1
liumque equestre committit: laborantibus jam suis Ger-
manos equites circiter CD submittit, quos ab initio se-
cum habere instituerat. Eorum impetum Galli sustine- 2
re non potuerunt, atque in fugam conjecti, multis a-
missis,

1. *Prœliumque equestre committit*] *Fr. Hotomannus* mavult *prœliumque equestre committi*, quia Cæsar nondum pugnabat, ut apparet ex eo quod Germanos equites postea submitteret. Sed hoc non impedit, quo minus vulgata lectio possit defendi: nam, cum jussu Cæsaris prœlium erat commissum, ipse, pro solenni scriptorum usu, pugnam facere dicitur. Sic apud *Sallustium* Jugurth. cap. XXVI. *Jugurtha —— omnes puberes Numidas atque negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat, interfecit*, quod idem valet ac *interfici jussit*. Vide & lib. V. B. G. cap. LVI. *Davies.*

missis, sese ad agmen receperunt: quibus profligatis, rursus oppidani perterriti, comprehensos eos, quorum opera plebem concitatam existimabant, ad Cæsarem
3 perduxerunt, seseque ei dediderunt. Quibus rebus confectis, Cæsar ad oppidum Avaricum, quod erat maximum munitissimumque in finibus Biturigum, atque agri fertilissima regione, profectus est: quod, eo oppido recepto, civitatem Biturigum se in potestatem redacturum confidebat.

1 XIV. Vercingetorix, tot continuis incommodis Vellaunoduni, Genabi, Novioduni acceptis, suos ad con-
2 cilium convocat. *docet longe alia ratione esse bellum gerendum, atque antea sit gestum: omnibus modis huic rei studen-*
3 *dum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. id*
4 *esse facile, quod equitatu ipsi abundent: & quod anni tempore subleventur, pabulum secari non posse, necessario dispersos hostes ex ædificiis petere: hos omnes quotidie ab equitibus*
5 *deleri posse. præterea, salutis caussa, rei familiaris commoda negligenda. vicos atque ædificia incendi oportere, hoc est, spatio* [1] *a Boja quoquo versus, quo pabulandi caussa adire posse*
6 *videantur. harum ipsis rerum copiam suppetere, quod, quorum in finibus bellum geratur, eorum opibus subleventur.*
7 *Romanos aut inopiam non laturos, aut magno cum periculo lon-*

1. *A Boia quoquoversus*] Locus corruptus quem sanare Ursinus & Ciacconius tentavere, pro *a Boia* reponentes *ab hoste*. Quod mihi displicet. Græcus habet τοσοῦτον ἀπὸ τῆς Βοΐας καίειν, ἔξω τοὺς Ῥωμαίους τοῦ προνομεύειν ἕνεκα, &c. Illud certe *a Boiá* omnino mihi suspectum est, nec è more Cæsaris, qui dixisset *a Boiis*. Alioqui usitatum id Celsi exscriptori, qui non raro tales ipse voces usurpat. sic *Arverna princeps* ait. sic & *Æduum* appellat *Æduos*, cum inquit: *Nulloque hostium insequente, Æduum versus, ubi maximè metuebat, institutum iter arripuit.* Nisi *Æduam* legere malis. postea tamen rursus ait: *petunt ut Æduum accedat.* D. Vossius.

*Ibid.*] Pro his vocibus *Pet. Ciacconius* & *Fulv. Ursinus* reposuerunt *ab hoste*, eas autem uncis inclusit *Jos. Scaliger*; omnes tamen retinent Codices, etiam Græcus habet ἀπὸ τῆς Βοΐας, ut Boiorum regio forte sit intelligenda, eodem modo ac lib. III. cap. IX. *Venetiam* dixit Venetorum terram; Boiorum enim urbes & pabula non esse incensa patet ex cap. XVII. Ut tamen verum fatear, me non infensum haberet, cui hæc verba, *hoc est, spatio à Boia quoquo versus*, è margine in textum irrepsisse viderentur. *Davies.*


A. Avaricum, maximum muni-
tissimumque in finibus
Biturigum, oppidum.
B. Muri veteres Biturigum,
tempore Iulii Cæsaris.
Avaricum.
C. Duæ turres à Cæsare consti-
tutæ. D. Vallum cratibus vi-
minibusque contextum atque
munitum. E. Plutei &
cuniculi. F. Cervi.
B
A
C
C
F
E
D

*longius a castris progressuros. neque interesse, ipsosne interfi-* 8
*ciant, impedimentisve exuant, quibus amissis bellum geri non*
*possit;* praeterea, *oppida incendi oportere, quae non munitio-* 9
*ne, & loci natura, ab omni sint periculo tuta: neu suis sint*
*ad detrectandam militiam receptacula, neu Romanis proposi-*
*ta ad copiam commeatus, praedamque tollendam. haec si gra-* 10
*via, aut acerba videantur, multo illa gravius aestimari de-*
*bere, liberos, conjuges in servitutem abstrahi, ipsos interfi-*
*ci; quae sit necesse accidere victis.*

XV. Omnium consensu hac sententia probata, uno 1
die amplius xx urbes Biturigum incenduntur. hoc idem
fit in reliquis civitatibus. In omnibus partibus incendia 2
conspiciuntur: quae etsi magno cum dolore omnes fe-
rebant, tamen hoc sibi solatii proponebant, quod se,
prope explorata victoria, celeriter amissa recuperaturos
confidebant. Deliberatur de Avarico in communi con- 3
cilio, incendi placeret, an defendi. Procumbunt Gal- 4
lis omnibus ad pedes Bituriges, *ne pulcherrimam prope*
*totius Galliae urbem, quae & praesidio & ornamento sit civi-*
*tati, suis manibus succendere cogerentur: facile se loci natu-* 5
*ra defensuros dicunt, quod prope ex omnibus partibus flumi-*
*ne & palude circumdata, unum habeat & perangustum a-*
*ditum.* Datur petentibus venia, dissuadente primo Ver- 6
cingetorige, post concedente, & precibus ipsorum,
& misericordia vulgi. Defensores idonei oppido deli-
guntur.

XVI. Vercingetorix minoribus Caesarem itineribus 1
subsequitur, & locum castris deligit, paludibus silvis-
que munitum, ab Avarico longe millia passuum xv. I- 2
bi per certos exploratores [1] in singula diei tempora,
quae

1. *In singula diei tempora*] Sic recte, & male codex qui *opera* habebat. *Tempora* idem hic Caesari, quod aliis momenta, vel horae. Familiaris autem Caesari haec vox; sic supra: castris ante opidum positis, diei *tempore exclusus*. & saepe alibi. sic *anni tempore* sub finem lib. VI. & hoc libro, *durissimo tempore anni*. D. Vossius.

*Ibid.*] Per singulas horas, ut habet *Jul. Celsus* p. 124. Metaphrastes etiam καθ' ἑκάστην ὥραν, qui tamen interpunxit *exploratores, in singula diei tem-*

quæ ad Avaricum agerentur, cognoſcebat; &, qui
3 fieri vellet, imperabat. Omnes noſtras pabulatione frumentationeſque obſervabat, diſperſoſque, quum longius neceſſario procederent, adoriebatur, magno que incommodo afficiebat; etſi, quantum ratione pro videri poterat, ab noſtris occurrebatur, ut incertis tem poribus, diverſiſque itineribus iretur.

1 XVII. Caſtris ad eam partem oppidi poſitis, Cæſar, quæ intermiſſa à flumine & palude aditum, ut ſupra diximus, anguſtum habebat, aggerem apparare vineas agere, turres duas conſtituere cœpit: nam cir-
2 cumvallare loci natura prohibebat. De re frumentaria Bojos, atque Æduos, adhortari non deſtitit: quorum alteri, quod nullo ſtudio agebant, non multum adjuvabant; alteri non magnis facultatibus, quod civitas erat exigua & infirma, celeriter, quod habuerunt, con-
3 ſumpſerunt. Summa difficultate rei frumentariæ affecto exercitu, tenuitate Bojorum, indiligentia Æduorum, incendiis ædificiorum, uſque eo, ut complures dies milites frumento caruerint, &, [1] pecore è longinquioribus vicis adacto, extremam famem ſuſtentarent: nulla tamen vox eſt ab iis audita populi R. maje-
4 ſtate & ſuperioribus victoriis indigna. Quin etiam Cæſar, quum in opere ſingulas legiones appellaret, &, ſi acerbius inopiam ferrent, ſe dimiſſurum oppugnatio-
5 nem diceret; univerſi ab eo, *ne id faceret*, petebant: *ſic ſe complures annos, illo imperante meruiſſe, ut nullam igno-*
6 *miniam acciperent, nunquam infecta re diſcederent: hoc ſe ignominiæ laturos loco, ſi inceptam oppugnationem reliquiſſent:*

*tempora quæ* &c. at placet vulgata ratio. *Davies.*

1. *Pecore è longinquioribus vicis adacto*] Ciacconius & Urſinus legebant *abacto*, quia proprium illud vocabulum: unde & *abactores* dicti. Sed falluntur. Nam ut *telum intra caſtra adigere* alibi Cæſar dixit, ita hic pecora: quæ è longinquioribus vicis intra caſtra adacta ait. Sic locutus quoque Plautus Bacchid. Act. v. ſcena II.

*Nam amabo, quis has huc oves adegit.* Itaque propriè hic Cæſar locutus. *Adigere* eſt compellere, cogere, & quemadmodum dicimus *cogere armenta*

*sent: præstare omnes perferre acerbitates*, [1] *quam non civi-* 7
*bus R.*, *qui Genabi perfidia Gallorum interissent*, *parentarent*.
Hæc eadem centurionibus tribunisque mil. mandabant,
ut per eos ad Cæsarem deferrentur.

XVIII. Quum jam muro appropinquassent turres, 1
ex captivis Cæsar cognovit, Vercingetorigem consum-
pto pabulo castra movisse propius Avaricum, atque
ipsum, cum equitatu, expeditisque, qui inter equites
prœliari consuessent, insidiarum caussa eo profectum,
quo nostros postero die pabulatum venturos arbitraba-
tur. Quibus rebus cognitis, media nocte silentio pro- 2
fectus, ad hostium castra mane pervenit. Illi, celeriter 3
per exploratores adventu Cæsaris cognito, carros im-
pedimentaque sua, in [2] arctiores silvas abdiderunt, co-
pias omnes, in loco edito atque aperto, instruxerunt.
qua re nunciata, Cæsar celeriter sarcinas conferri, ar- 4
ma expediri jussit.

XIX. Collis erat leniter ab infimo acclivis. Hunc 1
ex omnibus fere partibus palus difficilis atque impedita
cingebat, non latior pedibus L. Hoc se colle, interruptis 2
pontibus, Galli fiducia loci continebant, generatimque
distributi in civitates, omnia vada ac saltus ejus paludis
certis custodiis obtinebant, sic animo parati, ut, si
eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæsi-
tantes premerent ex loco superiore: ut, qui propinqui- 3
tatem loci viderent, paratos prope æquo Marte ad di-
mican-

*... in locum aliquem*, ita & *adigere*. D. Vossius.

1. *Quam non civibus Romanis — parentarent*] Malim, *quam ut non*, vel si id displicet Ciacconium sequere, qui *parentare* emendabat. *Idem.*

Ibid. ] *Ciacconius* legit *parentare*; D. autem *Vossio* placet *quam* ut *non civibus Romanis parentarent*. Sed fortasse sana est lectio vulgata, & vox, quam addendam censuit, potest subintelligi. Nisi ita se res habeat, minore mutatione scribendum crediderim *quam ne civibus Rom.* — *parentarent*. Certe *Celsus* p. 125. ubi hanc Cæsaris orationem refert, *omnia*, inquit, *pati malumus* quam ne *nostra mollicie manibus Rom. civium* — *satisfiat*. Davies.

2. *Arctiores silvas*] Ita vocat densiores, quia crebris arboribus *arcebatur* hominum aditus. Locum recte cepit Græcus interpres, vertit enim *δασύτατα δρυμά*. Idem.

micandum exiſtimarent: qui iniquitatem conditionis
perſpicerent, inani ſimulatione ſeſe oſtentare cogno-
4 ſcerent. Indignantes milites Cæſar, quod conſpectum
ſuum hoſtes ferre poſſent, tantulo ſpatio interjecto, &
ſignum prœlii expoſcentes, edocet, *quanto detrimento,*
*& quot virorum fortium morte neceſſe eſſet conſtare victoriam:*
5 *quos quum ſic animo paratos videret, ut nullum pro ſua laude*
*periculum recuſarent, ſummæ ſe iniquitatis condemnari debe-*
6 *re, niſi eorum vitam* [1] *ſua ſalute habeat cariorem.* Sic mi-
lites conſolatus eodem die reducit in caſtra: reliquaque,
quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, admini-
ſtrare inſtituit.

1 XX. Vercingetorix, quum ad ſuos rediſſet, pro-
ditionis inſimulatus, quod caſtra propius Romanos
moviſſet, quod cum omni equitatu diſceſſiſſet, quod
ſine imperio tantas copias reliquiſſet, quod ejus diſceſ-
ſu Romani tanta opportunitate & celeritate veniſſent:
2 non hæc omnia fortuito aut ſine conſilio accidere potuiſ-
ſe: regnum illum Galliæ malle Cæſaris conceſſu, quam
ipſorum habere beneficio. Tali modo accuſatus ad hæc
3 reſpondit: *Quod caſtra moviſſet, factum inopia pabuli, e-*
*tiam ipſis hortantibus: quod propius Romanos acceſſiſſet, per-*
*ſuaſum loci opportunitate, qui ſe ipſum munitione defenderet:*
4 *equitum vero operam neque in loco paluſtri deſiderari debuiſſe,*
5 *& illic fuiſſe utilem, quo ſint profecti: ſummam imperii ſe*
*conſulto nulli diſcedentem tradidiſſe, ne is multitudinis ſtudio*
*ad dimicandum impelleretur: cui rei, propter animi molli-*
*tiem, ſtudere omnes videret, quod diutius laborem ferre non*
6 *poſſent: Romani ſi caſu intervenerint, fortunæ; ſi alicujus*
*indicio vocati, huic habendam gratiam, quod & paucita-*
*tem*

1. *Sua ſalute habeat cariorem*] Sic omnes Codd. nec aliter legit *Jul. Celſus*, qui pag. 126. ita loquitur, *niſi veſtram vitam mea præferam ſaluti.* Cum autem de *Cæſaris* ſalute non agatur, ſed tantum de gloria, quam, omiſſo prœlio, non reciperet, omnino legendum crediderim, *ſua laude habeat cariorem.* Favet Græcus, qui habet ἢν μὴ τῆ ἑαυτοῦ ἘΠΑΙΝΟΥ τὴν αὐτῶν ζωὴν περὶ πλείονος ποιῆται. Davies.

*tem eorum ex loco superiore cognoscere, & virtutem despi-
cere potuerint; qui dimicare non ausi turpiter se in castra re-
ceperint. imperium se à Cæsare per proditionem nullum de-* 7
*siderare, quod habere victoria posset, quæ jam esset sibi ac
omnibus Gallis explorata: quin etiam ipsis remittere, si sibi
magis honorem tribuere, quam ab se salutem accipere videan-
tur. quod ut intelligatis*, inquit, *sincere à me pronuncia-* 8
*ri, audite Romanos milites.* Producit servos, quos in pa- 9
bulatione paucis ante diebus exceperat, & fame vincu-
lisque excruciaverat. Ii jam ante edocti, quæ interro- 10
gati pronunciarent, *milites se esse legionarios* dicunt; *fa-
me & inopia adductos, clam ex castris exisse, si quid fru-
menti, aut pecoris in agris reperire possent: simili omnem* 11
*exercitum inopia premi, nec jam vires sufficere cujusquam,
nec ferre operis laborem posse. itaque statuisse Imperatorem, si
nihil in oppugnatione oppidi profecisset, triduo exercitum de-
ducere. Hæc à me*, inquit Vercingetorix, *beneficia habe-* 12
*tis, quem proditionis insimulatis: cujus opera, sine vestro san-
guine, tantum exercitum victorem fame pene consumptum vi-
detis: quem turpiter* [1] *se ex hac fuga recipientem, ne qua ci-
vitas suis finibus recipiat, à me provisum est.*

XXI. Conclamat omnis multitudo, & suo more ar- 1
mis concrepat: quod facere in eo consueverunt, cu-
jus orationem approbant: summum esse Vercingetori-
gem ducem, nec de ejus fide dubitandum, nec majo-
ri ratione bellum administrari posse. Statuunt, ut de- 2
cem millia hominum delecta ex omnibus copiis in op-
pidum submittantur: nec solis Biturigibus communem 3
salutem committendam censent; quod penes eos, si
oppidum retinuissent, summam victoriæ constare in-
telligebant.

XXII. [2] Singulari militum nostrorum virtuti consi- 1
lia

1. *Se ex hac fuga recipientem*] Simili fere modo dixit *Seneca* Consf. ad Helviam cap. XVII. *Huic parem virtutem exhibeas oportet, & animum à luctu recipias.* Non erat igitur, cur *Franc. Hotomannus* hanc locutionem suspectam haberet. *Davies.*

2. *Singulari militum nostrorum virtuti*]

lia cujusquemodi Gallorum occurrebant, *ut est summ*
*genus sollertiæ, atque ad omnia imitanda, atque efficien*
2 *quæ ab quoque traduntur, aptissimum.* nam & laqueis fa
ces avertebant, [1] quas quum destinaverant, tormen
introrsus reducebant, & aggerem cuniculis subtrah
bant, eo scientius, quod apud eos magnæ sunt ferrariæ
atque omne genus cuniculorum notum atque usitatu
3 est. Totum autem murum ex omni parte turribus con
4 tabulaverant, atque has coriis intexerant. tum crebr
diurnis nocturnisque eruptionibus aut aggeri ignem in
ferebant, aut milites occupatos in opere adoriebantur
& nostrarum turrium altitudinem, [2] quantum has quo
tidianus agger expresserat, [3] commissis suarum turrium
ma-

*tuti*] Ante hæc verba lacunam esse plerique hactenus docti, ipseque Scaliger sensit. Ego, (quod pace magni viri dixerim) nullum hic hiatum agnosco, nec vel in MSS. aut Græco ullum ejus vestigium reperio. Anonymus quoque Celsi exscriptor eodem omnia ordine prosequitur, nulla re addita. Et si recte historiam perpendamus cuncta cohærere videbimus. Nam primo refert Cæsar frumentariæ rei angustias suis in castris; exinde digreditur ad discessum Vercingetorigis, accusationem ejus, & quæ alia eam secuta, quibus relatis ad institutum redit. *D. Vossius.*

1. *Quas cum destinaverant*] Alii *distinuerant* legunt, & in his Justus Lipsius. Sed vide quæ disseruimus ad librum III. *Idem.*

2. *Quantum has quotidianus agger expresserat*] Usus Cæsar verbo artis. *Deprimere* & *exprimere* duo contraria, quorum illud demittere, hoc sursum attolere. Sic usus Vitruvius lib. VIII. cap. VII. *expressum* vocat violentum aquarum adscensum per fistulas. Ait enim, *Ita per fistulas plumbeas aquam qui ducent, his rationibus bellissime poterunt efficere, & decursus, & circumductiones, & ventres & expressus.* Quin eodem capite, *expressiones* vocat eminentia loca. *Sed ea castella neque in decursu, neque in ventris planitie, neque in expressionibus, neque omnino in vallibus, sed in perpetua fiant æqualitate.* Eidem lib. IV. cap. IV. *Eminentes expressiones* in lapide quadrato, non aliud sunt quam, ut Galli dicunt, *enleuvres, taillure en point de diamant.* Idem.

3. *Commissis suarum turrium malis*] Nec Ciacconio fidas, qui *alis*, nec Lipsio qui *aliis* emendabat. illud si recipias dicendum per *alas* intelligi vacua spatia, quæ inter turres erant completa esse. Sive *interturria* novis asseribus obducta. Sed tum dixisset Cæsar connexas inter se turres fuisse: sed minime id vult, neque opus erat. Nec alterum placet *turrium suarum aliis*, quomodo Lipsius emendabat. Nam præterquam quod rara in Cæsare talis locutio, quo fine novas turres exstruxissent oppidani, cum jam haberent turres Romanorum turribus oppositas? Vera & genuina lectio in vulgatis est: illud autem *committere malos*, Cæsari nihil aliud, quam ut hodie in tabulatis fieri videmus, transversariis tignis conjungere malos, seu facies exteriores turris, & novum iis tabulatum superstruere. *Idem.*


Muri Vegetiani.


Muri Gallicani.

malis, adæquabant; & [1] apertos cuniculos præusta & præacuta materia, & pice fervefacta, & maximi ponderis saxis morabantur, mœnibusque appropinquare prohibebant. 5

XXIII. *Muris autem omnibus Gallicis hæc fere forma est. [2] Trabes directæ perpetuæ in longitudinem, paribus intervallis, distantes inter se binos pedes, in solo collocantur.* 1
*[3] hæ revinciuntur introrsus, & multo aggere vestiuntur.* 2
*Ea autem, quæ diximus, intervalla grandibus in fronte saxis effarciuntur; iis collocatis & coagmentatis, [4] alius insuper ordo adjicitur, ut idem illud intervallum servetur, neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissæ spatiis,* 3
*singulæ singulis saxis interjectis, arte contineantur. sic deinceps omne opus contexitur, dum justa muri altitudo expleatur.* 4

1. *Apertos cuniculos*] Nota duplices cuniculos tectos & apertos. Quorum hi similes intestinis itineribus, quæ hodie *approches* vocamus: nisi quod nunc per anfractus itur, quod an olim fecerint incertum. Tectorum cuniculorum meminit Hirtius lib. VIII. *Tectos cuniculos agunt ad capita fontis, quod genus operis sine ullo periculo, & sine suspicione hostium facere licebat.* Sed quæri possit, quo fine aperti cuniculi acti sint. Ego nisi, ut hodie fit, sinuati per artem, & objecto aggere defensi fuerint, fateor me nullum usum videre. Hoc ipsum autem ex veteribus ægre comprobari possit. Itaque videndum an non velit Cæsar cuniculos more solito à Romanis actos, sed ab oppidanis saxorum jactu humum, sub quam agebantur, perfractam esse, ita ut, cùm viderent quo loco hostes mœnibus appropinquarent, tali arte eorum opera morarentur. Certe deliberandum amplius censeo. *D. Vossius.*

2. *Trabes directæ perpetuæ in longitudinem*] Hoc dicit, trabes directas in solo positas in longum, non in altum; id est, planas jacentesque, & quidem *perpetuas* solidasque, non è partibus factas, tot pedum. Quod autem sic accipere oporteat, non de ordine trabium recto & alto, verba sequentia mox evincunt, qui opus aggeratum fuisse, & crevisse, *dum justa muri altitudo expleretur.* Atqui si trabes rectæ positæ, jam à principio altitudo justa fuisset. *Lipsius* Poliorc. lib. III. Dial. V. *Davies.*

3. *Hæ revinciuntur introrsus*] Alii *extrorsus*; sed libris melioribus adhæremus. Revinctio illa sub caudam facta; id est, transversis trabibus series quæque ligata contra motum, & ne ab ariete percussæ emoverentur. In quibusdam etiam libris est, *are revinciuntur*: sed falsum putamus, nec hic admittimus. *Lipsius.*

4. *Alius insuper ordo adjicitur*] Saxorum. Duæ trabes, distantes inter se binos pedes, initio ponuntur; intervallum complent saxa: post istarum trabium secundam alius ordo saxorum adjicitur, *ne contingant trabes*, seu ut alternatim trabes sint & saxa. Nihil hic vidit *Just. Lipsius*, qui hæc verba de trabibus accepit. *Davies.*

5 *tur. Hoc quum in ſpeciem varietatemque opus deforme n*
*eſt, alternis trabibus, aut ſaxis, quæ rectis lineis ſuos or*
*nes ſervant: tum, ad utilitatem, & defenſionem urbiun*
*ſummam habet opportunitatem, quod & ab incendio lap*
*& ab ariete materia defendit, quæ, perpetuis trabibus pe*
*quadragenos plerumque introrſus revincta, neque perrump*
*neque diſtrahi poteſt.*

1 XXIV. Iis tot rebus impedita oppugnatione, mil
tes quum toto tempore luto, frigore, & aſſiduis imbr
bus tardarentur, tamen continenti labore omnia ha
ſuperaverunt, & diebus XXV aggerem latum ped
2 CCCXXX, altum pedes LXXX, exſtruxerunt. Quum
murum hoſtium pene contingeret, & Cæſar ad op
conſuetudine excubaret, militeſque cohortaretur, n
quod omnino tempus ab opere intermitteretur; paul
ante III vigiliam eſt animadverſum, fumare aggerem
3 quem cuniculo hoſtes ſuccenderant; eodemque temp
re toto muro clamore ſublato, duabus portis ab utro
4 que latere turrium eruptio fiebat. Alii faces, atque ar
dam materiem de muro in aggerem eminus jaciebant
picem alii reliquaſque res, quibus ignis excitari poteſt
fundebant; ut, quo primum occurreretur, aut cui re
5 ferretur auxilium, vix ratio iniri poſſet. Tamen, quo
inſtituto Cæſaris duæ ſemper legiones pro caſtris excu
babant, pluresque partitis temporibus in opere erant
celerite factum eſt, ut alii eruptionibus reſiſterent
alii turres reducerent, aggeremque interſcinderent
omnis vero ex caſtris multitudo ad reſtinguendun
concurreret.

1 XXV. Quum in omnibus locis, conſumpta jam re
liqua parte noctis, pugnaretur, ſemperque hoſtibu
ſpes victoriæ redintegraretur, eo magis, quod deu
ſtos turrium pluteos videbant, nec facile adire aperto
ad auxiliandum animadvertebant, ſemperque ipſi re
centes defeſſis ſuccederent, omnemque Galliæ ſalutem

1 in

[1] in illo vestigio temporis positam arbitrarentur; acci-
dit inspectantibus nobis, quod, dignum memoria vi-
sum, prætermittendum non existimavimus. Quidam 2
ante portam oppidi Gallus, qui per manus sevi ac pi-
cis transditas glebas in ignem è regione turris projicie-
bat, scorpione ab latere dextro transjectus, exanima-
tusque concidit: hunc ex proximis unus jacentem trans- 3
gressus, eodem illo munere fungebatur: eadem ratione
ictu scorpionis exanimato altero, successit tertius, &
tertio quartus: nec ille prius est à propugnatoribus va- 4
cuus relictus locus, quam restincto aggere, atque omni
parte submotis hostibus, finis est pugnandi factus.

XXVI. Omnia experti Galli, quod res nulla succes- 1
serat, postero die, [2] consilium ceperunt ex oppido
profugere, hortante & jubente Vercingetorige. Id si- 2
lentio noctis conati non magna jactura suorum sese ef-
fecturos sperabant: propterea quod neque longe ab op-
pido castra Vercingetorigis aberant; & palus, quæ per-
petua intercedebat, Romanos ad insequendum tarda-
bat. jamque hoc facere noctu apparabant, [3] quum ma- 3
tresfamilias repente in publicum procurrerunt, flentes-
que projectæ ad pedes suorum, omnibus precibus pe-
tierunt, ne se, & communes liberos hostibus ad suppli-
cium

1. *In illo vestigio temporis*] Sic lib. II. de bello Civili c. XXVI. *& vestigio temporis primum agmen erat in conspectu.* Usus & Cicero in Pisonem: *Atque eodem in templo, eodem & loci vestigio, & temporis.* Est autem metaphora ab euntibus, qui vestigiis iisdem diu non insistunt. Curtius l. IV. c. V. *Nunquam diu eodem vestigio stare fortunam.* Alibi Cæsar dixit *punctum temporis.* lib. II. de bello Civili c. XIV. *Ita multorum mensium labor, hostium perfidia, & vi tempestatis puncto temporis interiit.* D. Vossius.

2. *Consilium ceperunt ex oppido profugere*] Infinitivus est pro Gerundio, qui quidem loquendi modus Poetis ex Hellenismo est usitatissimus, nec tamen eum refugerunt optimi prosæ orationis scriptores. *Sallustius* Catil. cap. XVII. *Quibus in otio vel magnifice vel molliter* vivere *copia erat.* *Corn. Nepos* Lysandr. cap. III. *Iniit consilia, reges Lacedæmoniorum* tollere. *Justinus* lib. XXXVI. cap. I, 3. Pellere *ipsum regno consilium cepit.* Vide & *Hirtium* de Bell. Afric. cap. LXXVIII. *Davies.*

3. *Cum matresfamilias*] In V. C. *matresfamiliæ.* Et ita II de bello Civili c. IV. inquit: *Omnium seniorum, matrumfamiliæ, virginum precibus.* D. Vossius.

cium dederent, quos ad capiendam fugam [1] natura &
4 virium infirmitas impediret. Ubi eos perstare in senten
tia viderunt, quod plerumque in summo periculo t
mor misericordiam non recipit, conclamare, & sign
5 ficare de fuga Romanis cœperunt. Quo timore perter
riti Galli, ne ab equitatu Romanorum viæ præoccupa
rentur, consilio destiterunt.

1 XXVII. Postero die Cæsar promota turri, dire
ctisque operibus, quæ facere instituerat, magno coor
to imbri, non inutilem hanc ad capiendum consilium
tempestatem arbitratus est, [2] quod paullo incautius cu
stodias in muro dispositas videbat: [3] suosque languidiu
in opere versari jussit, & quid fieri vellet, ostendit
2 Legiones intra vineas in occulto expeditas cohortatus
ut aliquando pro tantis laboribus fructum victoriæ per
ciperent, [4] iis, qui primi murum escendissent, [5] præ
3 mia proposuit, militibusque signum dedit. Illi subito
ex omnibus partibus evolaverunt, murumque celeri
ter complerunt.

XXVIII

1. *Natura & virium infirmitas*] Pro naturalis virium infirmitas. ἀσθένεια τῆς φύσεως Græcus. Poëtis mos loquendi familiarissimus. In v. c. est *naturæ & virium infirmitas*. D. Vossius.

Ibid.] *Virium infirmitatem* dixit etiam *Lactantius* Div. Inst. lib. I. cap. IX. Hic autem est ἓν διὰ δυοῖν, *natura* enim *& virium infirmitas*, idem denotat ac naturalis virium infirmitas. Sic apud *Justinum* lib. II. cap. II. *Lanæ iis usus ac vestium ignotus est*, pro eo quod est, *lanearum vestium*. Vide *Joan. Georg. Gravium* ad *Ciceronis* Offic. lib. I. cap. XLIV. *Davies*.

2. *Quod paullo incautius custodias in muro dispositas*] In Orosio est, *cum hostilium machinarum amenta nervique languerent*. D. Vossius.

3. *Suosque languidius in opere*] Vet. cod. *Suos quoque*, quod rectum esse nullus ambigo. *Idem*.

4. *Iis qui primi murum escendissent*] Vulgg. *adscendissent*, sed lectio à nobis recepta est in Cod. *Andino*, & eam propugnat *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* lib. II. cap. XXVIII. Eadem vox *Silio* Italico videtur restituenda; in quo lib. II. vs. III. ita legitur

— *Gelidosne scandere tecum*
*Deficiam montes* —

Repono *escendere*. Sic *Sallustius* Jugurth. cap. XCVII. dixit *pars equos escendere*. Davies.

5. *Præmia proposuit*] Pecuniam. Sic *Cæsar* ob virtutem turmæ Cassianæ donavit millia XIII. ut narrat auctor de Bell. Hisp. cap. XXVI. *Joan.* quidem *Brantius* præmium, quod hic pollicetur Imperator, muralem fuisse coronam censet. Perperam; hæc enim ei soli, qui primus murum subiit, erat donata, *Cæsar* autem pluribus præmia, de quibus hic agitur, proponit. Vide *A. Gellium* Noct. Attic. lib. V. cap. VI. *Idem*.

XXVIII. Hostes re nova perterriti, muro turribusque dejecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt, hoc animo, ut, si qua ex parte obviam contra veniretur, acie instructa depugnarent. Ubi neminem in æquum locum sese demittere, sed toto undique muro circumfundi viderunt, veriti, ne omnino spes fugæ tolleretur, abjectis armis, ultimas oppidi partes continenti impetu petiverunt; parsque ibi, quum angusto exitu portarum se ipsi premerent, à militibus; pars jam egressa portis ab equitibus est interfecta. nec fuit quisquam, qui prædæ studeret. Sic, & Genabensi cæde, & labore operis incitati, non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. Denique ex omni eo numero, qui fuit circiter XL millium, vix DCCC, qui primo clamore audito se ex oppido ejecerant, incolumes ad Vercingetorigem pervenerunt. quos ille, multa jam nocte, silentio sic ex fuga excepit (veritus, ne qua in castris ex eorum concursu & misericordia vulgi seditio oriretur) ut procul in via dispositis familiaribus suis, principibusque civitatum, disparandos, deducendosque ad suos curaret, quæ cuique civitati pars castrorum ab initio obvenerat.

1 2 3 4 5 6

XXIX. Postero die concilio convocato, consolatus cohortatusque est, *ne se admodum animo demitterent, neve perturbarentur incommodo; non virtute, neque acie vicisse Romanos, sed artificio quodam & scientia oppugnationis; cujus rei fuerint ipsi imperiti: errare, si qui in bello omnes* [1] *secundos rerum eventus exspectent: sibi nunquam placuisse Avaricum defendi, cujus rei testes ipsos haberet; sed factum imprudentia Biturigum, & nimia obsequentia reliquorum,*

1 2 3 4

1. *Secundos rerum eventus*] MSS. *Carrar.* & *Norvic.* cum editt. *Rom. Beroald.* exhibent *secundos rerum proventus*, quæ quidem lectio mihi videtur recipienda. Sic lib. II. B. G. cap. XXXVIII. *superioris temporis proventum* pro successu posuit, nec aliter *rebus feliciter provenientibus* dixit *Justinus* lib. VII. cap. VI. Ita & *Apuleius* Metam. lib. IX. p. 204. & lib. X. p. 210. ed. *Pricaan.* adeo ut vulgatam lectionem è Glossemate ortum habuisse nullus dubitem. *Davies.*

5 *rum, uti hoc incommodum acciperetur: id tamen se celerite*
6 *majoribus commodis sanaturum. nam quæ ab reliquis Galli*
*civitates dissentirent, has sua diligentia adjuncturum; atqu*
*unum consilium totius Galliæ effecturum; cujus consensu n*
7 *orbis quidem terrarum possit obsistere: idque se prope jam effe*
*ctum habere. interea æquum esse, ab iis communis salutis causs*
*impetrari, ut castra munire instituerent, quo facilius hostiun*
*repentinos impetus sustinere possent.*

1 XXX. Fuit hæc oratio non ingrata Gallis, maxime
quod ipse animo non defecerat, tanto accepto incom
modo, neque se in occultum abdiderat, neque conspe
2 ctum multitudinis fugerat: plusque animo providere &
præsentire existimabatur, quod re integra primo incen-
3 dendum Avaricum, post deserendum censuerat. Itaque
ut reliquorum Imperatorum res adversæ auctoritatem
minuunt, sic hujus ex contrario dignitas, incommodo
4 accepto, in dies augebatur. Simul in spem veniebant,
ejus affirmatione de reliquis adjungendis civitatibus:
primumque eo tempore Galli castra munire instituerunt
& sic sunt animo consternati, [1] homines insueti labo-
ris, ut omnia, quæ imperarentur, sibi patienda existi-
marent.

1 XXXI. Nec minus, quam est pollicitus, Vercinge-
torix animo laborabat, ut reliquas civitates adjungeret,
atque earum principes donis pollicitationibusque allicie-
2 bat. Huic rei idoneos homines deligebat: quorum quis-
que [2] aut oratione subdola, aut amicitia facillime capi
posset.

1. *Homines insueti laboris*] MS. *Norvic. laboribus*, quod probum est; sed altera loquendi ratio *Cæsari* magis usitata. Sed lib. v. B. G. cap. vi. *Insuetus navigandi*; ac lib. i. B. C. cap. xliv. *Insuetos hujus generis pugnæ*. Vide & lib. iii. B. C. cap. xlix. Non autem necesse est, ut verba hoc modo transponamus *sic sunt animo consternati, ut homines insueti laboris* &c. quod tamen, adversantibus libris, *P. Ciacconio* faciendum videbatur. *Davies.*

2. *Aut oratione subdola, aut amicitia facillime capi posset*] MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* penultimam vocem omittunt; sed eam Græcus in suo Codice invenit, & retinendam censeo. In vulgg. erat *& oratione subdola, aut amicitia*, in aliis corruptius *& ratione*; nos autem ex Codicibus memoratis *Cæsarem* emendavimus. *Davies.*

possit. Qui Avarico expugnato refugerant, armandos 3
vestiendosque curat, simul ut deminutæ copiæ redinte-
grarentur, imperat certum numerum militum civitati-
bus; quem, & quam ante diem in castra adduci velit; 4
sagittariosque omnes, quorum erat permagnus nume-
rus in Gallia, conquiri, & ad se mitti, jubet. His re-
bus celeriter id, quod Avarici deperierat, expletur. In- 5
terim Theutomatus Olloviconis filius rex Nitiobrigum,
cujus pater ab senatu nostro amicus erat appellatus, cum
magno equitum suorum numero, & quos ex Aquitania
conduxerat, ad eum pervenit.

XXXII. Cæsar Avarici complures dies commora- 1
tus, summamque ibi copiam frumenti, & reliqui com-
meatus nactus, exercitum ex labore atque inopia refe-
cit. Jam prope hieme confecta, quum ipso anni tempo- 2
re ad gerendum bellum vocaretur, & ad hostem pro-
ficisci constituisset; sive eum ex paludibus silvisque e-
licere, sive obsidione premere posset; legati ad eum prin-
cipes Æduorum veniunt, oratum, *ut maxime necessario*
*tempore civitati subveniat: summo esse in periculo rem; quod*, 3
*quum singuli magistratus antiquitus creari, atque regiam po-*
*testatem annum obtinere consuessent, duo magistratum ge-*
*rant; & se uterque eorum legibus creatum esse dicat. horum* 4
*esse alterum Convictolitanem, florentem & illustrem adole-*
*scentem; alterum Cotum, antiquissima familia natum, at-*
*que ipsum hominem summæ potentiæ, & magnæ cognatio-*
*nis, cujus frater* [1] *Vedeliacus proximo anno eundem magi-*
*stratum gesserit: civitatem omnem esse in armis, divisum se-* 5
*natum, divisum populum in suas cujusque eorum clientelas.*
*quod si diutius alatur controversia, fore, uti pars cum civita-* 6
*tis parte confligat: id ne accidat, positum in ejus diligentia*
*atque auctoritate.*

XXXIII. Cæsar, etsi à bello atque hoste discedere, 1
detri-

1. *Vedeliacus*] V. c. *Valetiacus*, habet. in Græco etiam est Βαλητιακὶς. mſ. noster *Valetiatus*. D. Vossius.

detrimentosum esse existimabat: tamen non ignorans,
quanta ex dissensionibus incommoda oriri consuessent;
ne tanta, & tam conjuncta populo R. civitas, quam
ipse semper aluisset, omnibusque rebus ornasset, ad
vim, atque ad arma, descenderet; atque ea pars, quæ
minus sibi confideret, auxilia à Vercingetorige accerse-
2 ret, huic rei prævertendum existimavit: &, quod, le-
gibus Æduorum, iis, qui summum magistratum ob-
tinerent, excedere ex finibus non liceret, ne quid de
jure aut legibus eorum deminuisse videretur, ipse in Æ-
duos proficisci statuit, senatumque omnem, & quos in-
3 ter controversia esset, Decetiam ad se evocavit. Quum
prope omnis civitas eo convenisset, doceretur que, pau-
cis clam vocatis, alio loco, alio tempore, atque opor-
tuerit, fratrem à fratre renunciatum; quum leges,
[1] duos ex una familia, vivo utroque, non solum magi-
stratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse prohi-
4 berent; Cotum magistratum deponere coëgit; Convi-
ctolitanem, qui per sacerdotes, more civitatis, [2] in-
termissis magistratibus, esset creatus, potestatem obti-
nere jussit.
1 XXXIV. Hoc decreto interposito, cohortatus Æ-
duos, ut controversiarum ac dissensionum oblivisce-
rentur, atque omnibus omissis rebus, huic bello servi-
rent, eaque, quæ meruissent, præmia ab se, devicta
Gallia, expectarent, equitatumque omnem, & pedi-
tum millia x sibi celeriter mitterent, quæ in præsidiis
rei frumentariæ caussa disponeret; exercitum in duas
partes

1. *Duos ex una familia*] MS. *Norv.* habet *duo ex una familia*; ἀρχαικῶς, quemadmodum ex Cod. *Andin.* legendum existimavit *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* lib. XXXV. cap. XXI. *Davies.*

2. *Intermissis magistratibus*] His verbis denotari existimant *Fr. Hotomannus* & *Joan. Goduinus* magistratum in eadem familia non fuisse continuatum; sed talis sententia ex iis vocibus deduci non potest. Legendum crediderim *intromissis magistratibus*, inferioribus videlicet, quibus omnibus præerat Vergobretus. Favet Græcus, qui habet παρέντων τῶν ἀρχόντων. Idem.

partes divisit. IV legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dedit: VI ipse in Arvernos, ad oppidum Gergoviam secundum flumen Elaver duxit. Equitatus partem illi attribuit, partem sibi reliquit. Qua 2
re cognita, Vercingetorix, omnibus interruptis ejus fluminis pontibus, [1] ab altera Elaveris parte iter facere cœpit. 3

XXXV. Quum uterque utrique esset exercitus in conspectu, fereque è regione castris castra poneret; dispositis exploratoribus, necubi effecto ponte Romani copias transducerent; erat in magnis Cæsari difficultatibus res, ne majorem æstatis partem flumine impediretur; [2] quod non fere ante autumnum Elaver vado 1
transiri soleat. Itaque, ne id accideret, silvestri loco castris positis, e regione unius eorum pontium, quos Vercingetorix rescindendos curaverat, postero die 2
[3] cum II legionibus in occulto restitit; reliquas copias cum 3

1. *Ab altera Elaveris parte*] Græcus Interpres, MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* legunt *ab altera fluminis parte*, adeo at lectio recepta ex Glossemate nata videatur. *Davies.*

2. *Quod non fere ante Autumnum Elaver vado transiri soleat*] Æstate igitur major erat Elaver, quod non aliunde factum, quam ex nivibus, quæ eo anni tempore in montibus liquefiunt, ac dein in flumina deferuntur. Sic noster infra cap. LV. narrat *Ligerim ex nivibus crevisse, ut omnino vado transiri non posse videatur.* Similem ob causam Rhodanus & lacus Lemannus æstate semper augentur, ut observavit *Joan. Clericus* Phys. lib. II. cap. VII, 31. *Idem.*

3. *Cum duabus legionibus in occulto restitit*] Non plenis duabus legionibus: XV tantum cohortes erant; quod ipse Cæsar docet: nam sex illi legiones erant; ex his quartam quamque cohortem desumsit, qui numerus efficit XV cohortes. In Fulvii & nostro codice est *captis quibusdam cohortibus.* malè. Etiam Fulvius nugatur cùm emendat *demptis quaternis è quibus cohortibus.* Dein subdit. *Quaternis autem cohortibus detractis ex quatuor legionibus efficiebantur* XVI *cohortes, quæ speciem duarum penè legionum præbere satis poterant; ut scilicet numerus* VI *legionum constare videretur, & Vercingetorix Cæsarem in occulto restitisse non suspicaretur.* Idem & Ciacconius sensit, mihi omnino displicet. Caussam errori dedit, quod Fulvius & Ciacconius ordinem verborum Cæsaris secuti, putaverunt primo Cæsarem cum duabus legionibus restitisse: postea ex quaque legione quatuor cohortes detraxisse, ut IV legiones sex legionum speciem præberent. Sed ego aliter accipio. Cæsar cum VI legionibus in Arvernos profectus est, & cum Elaverim non nisi astu transire posset, ipse cum duabus legionibus restitit. Dein ut ostendat qua ratione illas duas legiones detrahere de exercitu potuerit, ut nihilominus VI legionum spe-

cum omnibus impedimentis, ut consueverat, misit,
demptis quartis quibusque cohortibus, uti numerus le-
4 gionum constare videretur. His quam longissime pos-
sent progredi jussis; quum jam ex diei tempore conje-
cturam caperet, in castra perventum; iisdem sublicis,
quarum pars inferior integra remanebat, pontem refi-
5 cere cœpit. Celeriter effecto opere, legionibusque trans-
ductis, & loco castris idoneo delecto, reliquas copias
6 revocavit. Vercingetorix, re cognita, ne contra suam
voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus an-
tecessit.

1 XXXVI. Cæsar ex eo loco quintis castris Gergo-
viam pervenit; equestrique prœlio eo die levi facto,
perspecto urbis situ, quæ posita in altissimo monte o-
mnes aditus difficiles habebat, de expugnatione despe-
ravit: de obsessione non prius agendum constituit,
2 quam rem frumentariam expedisset. At Vercingetorix,
castris prope oppidum in monte positis, mediocribus
circum se intervallis, separatim singularum civitatum
copias collocaverat; atque omnibus ejus jugi collibus
occupatis, qua despici poterat, horribilem speciem
3 præbebat; principesque earum civitatum, quos sibi ad
consilium capiendum delegerat, prima luce ad se quo-
tidie convenire jubebat; seu quid communicandum,
4 seu quid administrandum videretur: neque ullum fe-
re diem intermittebat, quin, equestri prœlio, interje-
ctis sagittariis, quid in quoque esset animi ac virtutis
5 suorum, periclitaretur. Erat è regione oppidi collis
sub ipsis radicibus montis egregie munitus. atque ex
omni parte circumcisus: (quem si tenerent nostri, &
aquæ

species maneret, ait, se quartam quamque cohortem sumsisse. Jam LX cohortes ubi numerantur, necessario quarta pars est XV. Fulvius *demtas* cohortes putat una cum reliquis legionibus profectas: Cæsar per *demtas cohortes* intelligit duas illas legiones, vel propriè loquendo, unam & dimidiam quam apud se retinuit. Ego miror vocem *quartis* Scaligero quoque adeo suspectam esse potuisse ut eam παρενθέτως in sua editione includeret. *D. Vossius.*

aquæ magna parte, & pabulatione libera prohibituri hostes videbantur) sed is locus [1] præsidio ab iis non ni- 6
mis firmo tenebatur. Tamen silentio noctis Cæsar ex 7
castris egressus, prius quam subsidium ex oppido venire posset, dejecto præsidio, potitus loco, duas ibi legiones collocavit; fossamque duplicem duodenum pedum à majoribus castris ad minora perduxit: ut tuto ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent.

XXXVII. Dum hæc ad Gergoviam geruntur, Con- 1
victolitanis Æduus, cui magistratum adjudicatum à Cæsare demonstravimus, sollicitatus ab Arvernis pecunia, cum quibusdam adolescentibus colloquitur: quorum erat princeps Litavicus, atque ejus fratres, amplissima familia nati adolescentes. [2] Cum iis præmium com- 2
mu-

1. *Præsidio ab iis non nimis firmo*] Recte jam olim Ursinus monuit inducendum τὸ *non*. Canterus lib. 2. Var. Lect. cap. 28. *non minus firmo* legebat. Quod damno. Celsi tamen exscriptor. *Is collis*, inquit, *quod cæteris omnibus difficilior atque præruptior, negligentius servabatur.* Quin & Græcus ὀλιγώρως φρουρούμενον vocat. Itaque dubium quomodo legi præstet. si hoc retineamus, offendit me vox *tamen.* & nihilominus ut verum fateamur, Cæsar ait captum à se collem, priusquam subsidio venire oppidani possent, quod omnino videtur præsidii paucitatem innuere. *D. Vossius.*

Ibid.] *Fulv. Ursinus* & *Pet. Ciacconius*, deleta particula negativa, legunt *præsidio ab iis nimis firmo*: eodem sensu *Gulielmus Canterus* Nov. Lect. lib. II. cap. XXVIII. reponit *non minus firmo*; & sane sic exhibet MS. *Norvic.* sed nec hanc nec illam conjecturam admitto; si enim mons ille firmissimo præsidio tenetur, quomodo fieri potuit, ut *Cæsar* eum occuparet, *priusquam subsidium ex oppido venire posset.* Sana omnino hic est lectio vulgata; at in seqq. reponi debet *Tum silentio noctis*, ut est in ed. *Steph.* Davies.

2. *Cum iis præmium communicat*] In v. c. erat *primum*, placuit tamen Scaligero & aliis reponere *præmium*, quæ vox in quibusdam codicibus reperiebatur. Ego illud *præmium* prorsus hoc loco alienum esse contendo. Ne Græcus quidem agnoscit, qui habet, ἐκείνοις πρώτοις τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀνακοινωσάμενος. Non prætermittenda Anonymi verba qui ait. *Ille siquidem beneficio obstrictum Cæsaris* (lego *Cæsari se*) *fassus, quod sibi, injustissima tamen favisset in caussa, omissa mentione pecuniæ, quam, ut Romanis fidem frangeret, ab Arvernis acceperat, cum nulla sit perfidia turpior, quam cui avaritia caussam dedit, fœdoque proposito velum caussæ honestioris obtendens, & plus se libertati patriæque asserens debere, quam Cæsari, nonnullis adolescentibus nobilibus ac superbis facile persuasit, ut Romanæ amicitiæ vinculum leve discuterent, sequenon solum libertati natos, sed imperio meminissent.* Nec videntur accepisse præmium adolescentes, illa enim verba quæ infra leguntur, *& ratione &c.* omnino depravata esse arbitror. *D. Vossius.*

*Ibid.*]

municat, hortaturque eos, *ut se liberos, & imperio na-*
3 *tos, meminerint: unam esse Æduorum civitatem, quæ cer-*
*tissimam Galliæ victoriam distineat: ejus auctoritate reliquas*
*contineri; qua transducta, locum consistendi Romanis in Gal-*
4 *lia non fore: esse nonnullo se Cæsaris beneficio affectum, sic*
5 *tamen, ut justissimam apud eum caussam obtinuerit; sed plus*
*communi libertati tribuere. Cur enim potius Ædui de suo ju-*
*re, & de legibus* [1] *ad Cæsarem disceptatorem, quam Roma-*
6 *ni ad Æduos, veniant?* Celeriter adolescentibus, [2] &
oratione magistratus, & præmio deductis, quum se vel
principes ejus consilii fore profiterentur, ratio perfi-
ciendi quærebatur; quod civitatem temere ad suscipien-
7 dum bellum adduci posse non confidebant. Placuit, ut
Litavicus decem illis millibus, quæ Cæsari ad bellum
mitterentur, præficeretur, atque ea ducenda curaret,
fratresque ejus ad Cæsarem præcurrerent: reliqua, qua
ratione agi placeat, constituunt.

1 XXXVIII. Litavicus, accepto exercitu, quum
millia passuum circiter XXX ab Gergovia abesset, con-
2 vocatis subito militibus, lacrimans: *Quo proficiscimur*,
inquit, *milites? Omnis noster equitatus, nobilitas omnis in-*
*teriit; principes civitatis Eporedorix & Virdumarus, insi-*
*mulati proditionis ab Romanis, indicta caussa, interfecti sunt.*
3 *Hæc ab iis cognoscite, qui ex ipsa cæde fugerunt. nam ego,*
*fratribus atque omnibus propinquis meis interfectis, dolore pro-*
*hibeor,*

*Ibid.*] Ita *Jos. Scaliger* ex Codd. antiquis, quibus accedit MS. *Norvic.* auctoritas. In aliis est *primum*; & hæc quidem scriptura *D. Vossio* placuit, mihi non item; *Cæsar* enim adolescentes præmio fuisse deductos postea confirmat. *Davies.*

1. *Ad Cæsarem disceptatorem*] Ita in quibusdam MSS. legi testatur *Pet. Ciacconius*, quod mecum probat *J. F. Gronovius*. In aliis *disceptaturi*, quod Librarii *disceptationem* partium esse putarent, non judicis. Sed hoc falsum est, ut ostendit vir doctissimus ad *Livii* lib. XXXVIII. c. XXXV. *Idem.*

2. *Et ratione magistratus, & præmio deductis*] Omnino depravata esse arbitror. Restituo *& oratione magistratus, & præmii spe ductis. Oratione* in V. C. legitur, *præmii spe ductis*, haud dubie in suo reperit Græcus, quando vertit τῇ τε τοῦ ἄρχοντος δημηγορίᾳ, καὶ χρημάτων ἐλπίδι. Nam illud *deductis* mihi omnino displicet. Faërnus legebat *adductis*: Judicent eruditiores. *D. Vossius.* Sic & in MS. *Norv.* ac edit. *Rom. Ven. Beroald Steph.* Davies.

*hibeor, quæ gesta sunt, pronunciare.* Producuntur ii, quos 4
ille edocuerat, quæ dici vellet: atque eadem, quæ Li-
tavicus pronunciaverat, multitudini exponunt: *multos* 5
*equites Æduorum interfectos, quod collocuti cum Arvernis*
*dicerentur; ipsos se inter multitudinem militum occultasse,*
*atque ex media cæde profugisse.* Conclamant Ædui, & Li- 6
tavicum obsecrant, ut sibi consulat. *Quasi vero*, inquit 7
ille, *consilii sit res, ac non necesse sit nobis Gergoviam con-*
*tendere, & cum Arvernis nosmet conjungere. An dubita-* 8
*mus, quin, nefario facinore admisso, Romani jam ad nos in-*
*terficiendos concurrant? Proinde, si quid in nobis animi est,*
*persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt; at-*
*que hos latrones interficiamus.* Ostendit cives Romanos, 9
qui ejus præsidii fiducia una erant. Continuo magnum
numerum frumenti, commeatusque diripit, ipsos cru-
deliter excruciatos interficit: nuncios tota civitate Æ-
duorum dimittit: eodem mendacio, de cæde equitum, 10
& principum, permovet: hortatur, ut simili ratione
atque ipse fecerit, [1] suas injurias persequantur.

XXXIX. Eporedorix Æduus summo loco natus 1
adolescens, & summæ domi potentiæ, & una Virdu-
marus, pari ætate & gratia, sed genere dispari, quem
Cæsar sibi ab Divitiaco transditum ex humili loco ad
summam dignitatem perduxerat, in equitum numero
convenerant, nominatim ab eo evocati. His erat inter 2
se de principatu contentio: & in illa magistratuum con-
troversia alter pro Convictolitane, alter pro Coto sum-
mis opibus pugnaverat. Ex iis Eporedorix, cognito 3
Litavici consilio, media fere nocte rem ad Cæsarem de-
fert; orat, *ne patiatur, civitatem pravis adolescentium con-*
*siliis, ab amicitia populi Rom. deficere: quod futurum provi-*
*deat, si se tot hominum millia cum hostibus conjunxerint, quo-*
*rum salutem neque propinqui negligere, neque civitas levi*
*momento æstimare posset.*

XL.

1. *Suas injurias persequantur*] Sibi illatas. *Injurias* enim *dicimus tam illorum qui patiuntur, quam qui faciunt*, ut notavit *A. Gellius* Noct. Attic. lib. IX. cap. XII. *Davies.*

1 XL. Magna affectus sollicitudine hoc nuncio Cæ-
sar, quod semper Æduorum civitati præcipue indulse-
rat, nulla interposita dubitatione, legiones expeditas
2 IV, equitatumque omnem ex castris educit. nec fuit spa-
tium tali tempore ad contrahenda castra; quod res in
3 celeritate posita esse videbatur. C. Fabium legatum
cum legionibus II castris præsidio relinquit. Fratres
Litavici, quum comprehendi jussisset, paullo ante re-
perit ad hostes profugisse. Adhortatus milites *ne necessa-*
4 *rio tempore itineris labore permoveantur*, cupidissimis omni-
bus progressus millia passuum XXV, agmen Æduorum
conspicatus, immisso equitatu, iter eorum moratur at-
que impedit: interdicitque omnibus, ne quemquam
5 interficiant. [1] Eporedorigem, & Virdumarum, quos
illi interfectos existimabant, inter equites versari, suos-
6 que appellare, jubet. Iis cognitis, & Litavici fraude
perspecta, Ædui manus tendere, & deditionem signi-
ficare, & projectis armis, mortem deprecari incipiunt.
7 Litavicus cum suis clientibus, *quibus nefas, more Gallo-*
*rum est, etiam in extrema fortuna deserere patronos*, Ger-
goviam profugit.

1 XLI. Cæsar nunciis ad civitatem Æduorum missis,
qui suo beneficio conservatos docerent, quos jure belli
interficere potuisset, tribusque horis noctis exercitui ad
2 quietem datis, castra ad Gergoviam movit. Medio fe-
re itinere, equites à Fabio missi, quanto res in pericu-
lo fuerit, exponunt: summis copiis castra oppugnata
demonstrant: quum crebro integri defessis succederent,
nostrosque assiduo labore defatigarent, quibus, propter
magnitudinem castrorum, perpetuo esset iisdem in val-
3 lo permanendum: multitudine sagittarum, atque omnis
generis telorum multos vulneratos: ad hæc sustinen-
da

1. *Eporedorigem* ] Sic supra hujusce viri nomen extulit. Editt. tamen nuperæ hic loci *Emporedorigem* exhibent, sed nos ex fide vett. Codicum veram lectionem reduximus. Illa, quæ obtinuit, errore Typographico primum admissa, posteriores omnes editt. ut fit, invaserat. *Davies.*

da [1] magno usui fuisse tormenta: Fabium discessu eo- 4
rum, duabus relictis portis, obstruere ceteras, [2] plu-
teosque vallo addere, & se in posterum diem similem ad
casum parare. Iis rebus cognitis, Cæsar, summo studio
militum, ante ortum solis in castra pervenit.

XLII. Dum hæc ad Gergoviam geruntur, Ædui, 1
primis nunciis à Litavico acceptis, nullum sibi ad co-
gnoscendum spatium relinquunt. Impellit alios avari- 2
tia, alios iracundia & temeritas, quæ maxime illi ho-
minum generi est innata, ut levem auditionem habeat
pro re comperta. Bona civium Romanorum diripiunt, 3
cædes faciunt, in servitutem abstrahunt. Adjuvat rem 4
proclinatam Convictolitanis, plebemque ad furorem
impellit, ut, facinore admisso, ad sanitatem reverti pu-
deat. M. Aristium tribunum mil. iter ad legionem fa- 5
cientem, fide data, ex oppido Cabillono educunt. idem
facere cogunt eos, qui negotiandi caussa ibi constiterant.
Hos continuo in itinere adorti, omnibus impedimentis 6
exuunt; repugnantes diem noctemque obsident: mul-
tis utrimque interfectis, majorem multitudinem ad ar-
ma concitant.

XLIII. Interim, nuncio allato, omnes eorum mi- 1
lites in potestate Cæsaris teneri, concurrunt ad Ari-
stium: nihil publico factum consilio demonstrant: quæ- 2
stionem de bonis direptis decernunt: Litavici fratrum-
que bona publicant: legatos ad Cæsarem, sui purgan-
di gratia mittunt: hæc faciunt, recuperandorum suo-
rum

1. *Magno usui fuisse tormenta*] Inepta sunt quæ de *tormentis* adfert Hotomannus, quomodo hic legendum putabat. Optime Græcus intellexit, qui habet ϗ τὰς μὲν μηχανὰς πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἀπείργειν ὁρμὴν μέγα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ συμβαλέσθαι. D. Vossius.

2. *Pluteosque vallo addere*] Nimirum ne transscenderent hostes: terram autem subito adeo aggerere nequibat. Plutei autem hic non accipiendi pro machina illa, qua tecti milites opus administrant: sed simpliciter sunt asseres, atque ita eam vocem acceptam veteribus autor Festus est: *Plutei crates corio crudo intentæ, quæ solebant opponi militibus opus facientibus, & appellabantur militares. Nunc etiam tabulæ, quibus quid præsepitur, eodem nomine dicuntur.* D. Vossius.

3 rum caussa: sed contaminati facinore, & capti compen-
dio ex direptis bonis, quod ea res ad multos pertine-
bat, & timore pœnæ exterriti, consilia clam de bello
inire incipiunt, civitatesque reliquas legationibus sol-
4 licitant. Quæ tametsi Cæsar intelligebat, tamen, quam
mitissime potest, legatos appellat: *nihil se, propter in-
scientiam levitatemque vulgi, gravius de civitate judicare,*
5 *neque de sua in Æduos benevolentia deminuere.* Ipse majo-
rem Galliæ motum exspectans, ne ab omnibus civita-
tibus circumsisteretur, consilia inibat, quemadmodum
à Gergovia discederet, [1] ac rursus omnem exercitum
contraheret; ne profectio nata à timore defectionis si-
milis fugæ videretur.

1 XLIV. Hæc cogitanti accidere visa est facultas be-
ne rei gerendæ. nam quum minora in castra, operis
perspiciendi caussa, venisset, animadvertit collem, qui
ab hostibus tenebatur, nudatum hominibus, qui supe-
2 rioribus diebus vix præ multitudine cerni poterat. Ad-
miratus, quærit ex perfugis caussam: quorum magnus
3 ad eum quotidie numerus confluebat. Constabat inter
omnes, quod jam ipse Cæsar per exploratores cogno-
verat, dorsum esse ejus jugi prope æquum, [2] sed silve-
stre, & angustum, qua esset aditus ad alteram par-
4 tem oppidi. vehementer huic illos loco timere, nec
jam

1. *Ac rursus omnem exercitum contraheret*] Locus *Fr. Hotomanno* subobscurus videtur, quia *Cæsar* exercitum antea non contraxerat, & de contrahendis tantum castris est locutus. Non aliam ob causam hic desudavit vir eruditus, quam quod phrasin *Cæsaris* non intellexerit. Vult noster se consilia iniisse; ut omnes copias in unum colligeret. Hoc sensit Græcus, qui recte vertit *ἐβουλεύετο πᾶσαν ὁμοῦ τὴν στρατιὰν συναλίζειν.* *Cæsar* enim *exercitum in duas partes diviserat: IV legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dederat; VI ipse duxit*, ut monuit hujusce libri cap. XXXIV. Has partes iterum conjungere &, ut loqui amat *Justinus*, adunare operam dabat. Pari modo locutus est *Frontinus* Strateg. lib. 1. cap. 1, 6. nec dubitari potest, quin hæc sit loci sententia. *Davies.*

2. *Sed silvestre & angustum, qua esset aditus*] MS. *Brant.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Sed hunc silvestrem & angustum*, quæ quidem lectio Grammaticæ repugnat. MS. *Norvic.* veræ scriptionis vestigia retinet, in eo enim est, *sed hoc silvestre & angustum*; omnino scribe *sed hac* (parte) *silvestre & angustum. Idem.*

jam aliter sentire, uno colle ab Romanis occupato, si alterum amisissent, quin pene circumvallati, atque omni exitu & pabulatione interclusi viderentur: ad hunc muniendum locum omnes à Vercingetorige evocatos.

XLV. Hac re cognita, Cæsar mittit complures e- 1
quitum turmas eo de media nocte. iis imperat, ut paullo tumultuosius omnibus in locis pervagarentur. Pri- 2
ma luce [1] magnum numerum impedimentorum ex castris mulorumque produci, éque iis stramenta detrahi, [2] mulionesque cum cassidibus, equitum specie ac simulatione, collibus circumvehi jubet. his paucos addit e- 3
quites, qui latius ostentationis caussâ vagarentur. longo circuitu easdem omnes jubet petere regiones. Hæc pro- 4
cul ex oppido videbantur; ut erat à Gergovia despectus in castra: neque tanto spatio, certi quid esset, explorari poterat. [3] Legionem unam eodem jugo mittit, & 5
paul-

1. *Magnum numerum impedimentorum mulorumque ex castris produci, éque iis stramenta detrahi*] Ita recte legitur in v. c. erat *neque iis stramenta*, pro quo Scaliger reposuit *éque iis*. Mallem cum Ciacconio emendasset *atque iis*. Nam *a* facile in *n*, *t* in *e* mutatur. Ego sane nusquam legi *detrahere ex aliquo*, sed sæpe, *detrahere alicui*. Non tamen Ciacconio adsentior, qui postea pro *impedimentorum* legendum putabat *jumentorum*. Constat impedimentorum nomine etiam mulos, & id genus animalia contineri. Unde Frontinus, *Petreius*, inquit, *in magna aquarum & pabuli inopia impedimenta interfecit*. Sic & Græcis ἀποσκευὴ pro *jumenta*. Glossæ ἀποσκευὴ, σκευοφόρα, *sarcina*, *jumenta clitellaria*. Prudenter tamen hoc loco Græcus σκευοφόρα vertit, ut ostenderet non sarcinas, sed, quæ illas gestabant, animantes designari. *D. Vossius*.

*Ibid.*] Codex *Ursini*, *neque iis*, unde *Jos. Scaliger* edidit *eque iis*; *Pet.* autem *Ciacconius* legendum conjecit *atque iis*, cum quo facit *Dionys. Vossius*. Neutra placet emendatio. Melius multo & propius ad vestigia Codicis manu exarati repono *deque iis*. Sic locutus est *Cicero* de Orat. lib. I. cap. IX. *De hujus*, inquit, *genere, aut arte, aut gloria detraham*. *Corn. Nepos* Timol. cap. V. *De rebus gestis ejus detrahere cœpisset*. In hisce quidem locis tralaticius est significatus, sed qui proprii regimen satis ostendat. Sin minus audi *Ciceronem* pro Cælio p. 230. ed. Lambin. *Non virgo illa vestalis Claudia, quæ patrem complexa triumphantem, ab inimico trib. plebis* de curru detrahi *passa non est!* Et Offic. lib. III. cap. VI. *Suum cuique incommodum ferendum est potius, quam* de alterius commodis detrahendum. Sic & iterum loquitur eodem capite. *Davies*.

2. *Mulionesque cum cassidibus*] Polyænus lib. VIII. Strateg. cap. XXIII. *D. Vossius*.

3. *Legionem unam — silvisque occultat*]

paullum progressam inferiore loco constituit silvisque
6 occultat. Augetur Gallis suspicio, atque [1] omnes illo
7 munitionum copiæ transducuntur. Vacua castra hostium Cæsar conspicatus, [2] tectis insignibus suorum, occultatisque signis militaribus, raros milites, ne ex oppido animadverterentur, ex majoribus castris in mi-
8 nora transducit: legatisque, quos singulis legionibus præfecerat, quid fieri vellet, ostendit: in primis monet, ut contineant milites, ne studio pugnandi, aut spe præ-
9 dæ longius progrediantur. quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit. hoc una celeritate posse vitari. oc-
10 casionis esse rem, non prœlii. His rebus expositis, signum dat, & ab dextera parte alio adscensu eodem tempore Æduos mittit.

1 XLVI. Oppidi murus ab planitie, [3] atque initio adscensus, recta regione, si nullus anfractus intercede-
2 ret, ∞ CC passus aberat. quidquid huic circuitus ad molliendum clivum accesserat, id spatium itineris auge-
3 bat. At medio fere colle in longitudine, ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis VI pedum murum, qui nostrorum impetum tardaret, præduxerant Galli; atque, inferiore omni spatio vacuo relicto, superiorem par-

*tat*] Hoc Strategema memorat *Polyænus* lib. VIII. cap. XXIII. §. 10. ita tamen ut ea adsperserit, quorum nec vola nec vestigium apud *Cæsarem*. Sic non solum milites fortissimos silvis occultatos narrat, sed & ex jussu Imperatoris *ἔχειν ἀκόντια βραχέα, καὶ ξιφίδια σύμμετρα, ὅπως τὰς χαμαιπετεῖς ὕλας μὴ περιέχοιεν· ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὺς ὀρθοὺς βαδίζειν. εἰς γόνυ δὲ ὀκλάσαντας, ἠρέμα διαδύεσθαι* Davies.

1. *Omnes illo munitionum copiæ transducuntur*] Græcus ita accepit, ac si diceret Cæsar; omnium munitionum, quæ extra urbem erant, præsidia ad illum locum traducuntur. Non male: sed verba corrupta sunt. Emendo ex veteri codice *omnes illo ad munitionem copiæ transducuntur*. Nam ait Cæsar, vehementer Gallos alteri colli timuisse, ideoque omnes copias illo ad munitionem transductas: sive ad muniendum alium illum locum, de quo antea dixit: *ad hunc muniendum locum omnes a Vercingetorige evocatos*. D. Vossius.

2. *Tectis insignibus suorum, occultatisque signis militaribus*] Vide notata ad lib. I. B. G. cap. XXII. & lib. II. cap. XXI. *Davies*.

3. *Atque initio adscensus*] *Escensus* est in Cod. *Andino*; & eam vocem hic loci reponendam censuit *Joan. Frid. Gronovius* ad *Livii* lib. II cap. XXVIII. *Idem*.

partem collis usque ad murum oppidi [1] densissimis ca-
stris compleverant. Milites, signo dato, celeriter ad 4
munitionem perveniunt, [2] eamque transgressi trinis ca-
stris potiuntur. ac tanta fuit in capiendis castris celeri- 5
tas, ut Theutomatus rex Nitiobrigum subito in taber-
naculo oppressus, ut meridie conquieverat, [3] superiore
corporis parte nudata, vulnerato equo, vix se ex mani-
bus prædantium militum eriperet.

**XLVII.** Consecutus id, quod animo proposuerat, 1
Cæsar receptui cani jussit. [4] legionisque decimæ, qua-
cum erat concionatus, signa constitere. at reliquarum 2
milites legionum, non exaudito tubæ sono, quod satis
magna vallis intercedebat, tamen à tribunis militum,
legatisque, ut erat à Cæsare præceptum, retinebantur.
Sed elati spe celeris victoriæ, & hostium fuga, supe- 3
riorumque temporum secundis prœliis, nihil adeo ar-
duum sibi existimabant, quod non virtute consequi
possent: neque prius finem sequendi fecerunt, quam
muro oppidi portisque appropinquarunt. Tum vero ex 4
omni-

1. *Densissimis castris*] Aut vehementer fallor, aut nota numeralis hic excidit; persuasum enim habeo, rescribi debere III *densissimis castris*; nam *Cæsar* postea narrat suos *trinis castris potitos esse*; & *Jul. Celsus* pag. 141. *tria ibi hostium castra munitiones insedisse* memorat, quæ *corripuisse* Cæsarianos infra testatur: atque hoc vult *Polyænus* Strateg. lib. VIII. cap. XXIII. §. 10. cum docet eos κρατῆσαι τοῦ λόφου, posita enim in eo castra occupaverant. *Davies.*

2. *Eamque transgressi trinis castris potiuntur*] Quæ sunt hæc tria castra? nihil supra de iis Cæsar. Sed in Anonymo Celsi exscriptore invenio, ubi hunc collem describit, talia verba: *Erat autem natura & manu hominum aggestis perplexum iter saxis, & super duplicem difficultatem, tria ibi hostium castra munitiones insederant.* D. Vossius.

3. *Superiore corporis parte nudata*] Thorace deposito, quod pectoris munimentum erat, ut interpretatur *Hotomannus*. Nonnulla scripsit hoc de loco *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. XXXVI. cap. IV. sed quæ omnino sunt præter rem. *Davies.*

4. *Legionisque decimæ, qua cum erat concionatus*] Ita constanter omnes codd. Etiam Græcus habet ἐδημηγόρησεν. Gryphius primus edidit *qua tum erat comitatus*. Hanc quoque lectionem probat Justus Lipsius. Illud certum est, nequaquam solitos dicere probos autores *cum aliquo concionari*: sed *apud aliquem*. Addunt non concionandi sed pugnæ hic rem fuisse. Sed potuit paucis Cæsar ante prœlium X legionem adhortatus fuisse. In Stephani codice erat *concerronatus*, unde Hottomannus reponit *commoratus*. Noster codex habet *le-*



*gioni-*

omnibus urbis partibus, orto clamore, qui longius ab-
erant, repentino tumultu perterriti, quum hostes intra
5 portas esse existimarent, sese ex oppido ejecerunt. [1] Ma-
tresfamilias de muro vestem argentumque jactabant;
& pectore nudo prominentes, passis manibus obtesta-
bantur Romanos, ut sibi parcerent; neu, sicut Ava-
rici fecissent, ne mulieribus quidem atque infantibus
6 abstinerent. nonnullæ de muris per manus demissæ,
7 sese militibus transdebant. [2] L. Fabius centurio legio-
nis IIX, quem inter suos eo die dixisse constabat, exci-
tari se Avaricensibus præmiis, neque commissurum, ut
prius quisquam murum adscenderet, tres suos nactus
manipulares, atque ab iis sublevatus, murum adscendit.
eos ipse rursus singulos exceptans, in murum extulit.
1 XLVIII. Interim ii, qui ad alteram partem oppidi,
ut supra demonstravimus, munitionis caussa, conve-
nerant, primo exaudito clamore, inde etiam crebris
nunciis incitati, oppidum ab Romanis teneri, præmis-
2 sis equitibus, magno concursu eo contenderunt. Eo-
rum ut quisque primus venerat, sub muro consistebat,
3 suorumque pugnantium numerum augebat. quorum
quum magna multitudo convenisset, matresfamilias,
quæ paullo ante [3] Romanis de muro manus tendebant,
suos obtestari, &, more Gallico, passum capillum o-
stentare, liberosque in conspectum proferre cœperunt.
4 Erat Romanis nec loco, nec numero æqua contentio:
simul

*gionique decimæ, qua cum erat concionatus, signa constituit.* Ego illud *qua tum erat comitatus*, quia in Carrariensi codice repertum est, admitto, donec commodior se offerat scriptura. In Anonymo Celsi exscriptore invenio, *Substitit legio, quæ propinquior erat, altera vero remotior, &c.* D. Vossius.

1. *Matresfamilias de muro* ] MS. *Norv.* & ed. *Rom. Beroald.* hic exhibent *matres familiæ.* Sic & infra cap. XLVIII. ubi in vulgg. legitur *matres familias* —— *suos obtestari*, in iisdem Codd. est *matres familiæ*; & sane alibi hoc modo locutus est *noster*, ut observavit *D. Vossius* ad hujusce libri cap. XXVI. *Davies.*

2. *L. Fabius centurio* ] Anonymus Celsi exscriptor p. 142. *L. Sabinum* vocat, nescio unde hauserit, omnes enim MSS. vulgatam lectionem exhibent. *D. Vossius.*

3. *Romanis de muro* ] Duæ postre-

mæ

simul & cursu, & spatio pugnæ defatigati non facile re-
centes atque integros sustinebant.

XLIX. Cæsar, quum iniquo loco pugnari, hostium- 1
que augeri copias videret, [1] præmetuens suis, ad T.
Sextium legatum, quem minoribus castris præsidio re-
liquerat, mittit, ut cohortes ex castris celeriter educe-
ret, & sub infimo colle ab dextro latere hostium consti-
tueret: ut, si nostros depulsos loco vidisset, quo minus 2
libere hostes insequerentur, terreret. Ipse paullum ex
eo loco cum legione progressus, ubi constiterat, even-
tum pugnæ exspectabat.

L. Quum acerrime cominus pugnaretur; hostes lo- 1
co, & numero; nostri virtute confiderent; subito sunt
Ædui visi, ab latere nostris aperto; quos Cæsar ab dex-
tra parte alio adscensu, manus distinendæ caussâ mise-
rat. Ii similitudine armorum vehementer nostros per- 2
terruerunt: ac, tametsi [2] dextris humeris exertis ani-
mad-

mæ voces exulant à MS. *Norvic.* nec eas in suo Codice reperit Græcus; habet enim solummodo προέτεινον τὰς χεῖρας τοῖς Ῥωμαίοις ὀρέγουσαι. Retinendas tamen censeo, cum alii omnes repræsentent, & appareat ex cap. XLVII eas feminas de muro Romanos obtestatas esse. *Davies.*

1. *Præmetuens suis*] Eleganti hoc vocabulo utitur *Lucretius* lib. III. p. 403. ed. Lamb. ubi inquit

—— *At mens sibi conscia facti,*
*Præmetuens, adhibet stimulos, torretque flagellis.*

*Phædro* etiam lib. I. Fab. XVI. dicitur *Illa præmetuens dolum.* Græcus transtulit Περὶ τοῖς ἑαυτῶ δεδιὼς, adeo ut præpositionem abundare sit arbitratus, quod in ejusmodi compositis interdum accidit. *Davies.*

2. *Dextris humeris exertis*] Græcus ἀνεσταλμαι τὺς ὤμυς. Lipsius in Electis expungit vocem *humeris.* Idem tamen notis ad I. Annal. Taciti legit *dextris nudis exertis.* Apud Silium lib. VIII. legimus de Cethego:

*Ipse humero exertus gentili more parentum*
*Difficili gaudebat equo.*

Sed hoc non eò pacati signum; &, si recte Silii mentem adsequor, Cethegus humero exerto prœlium capessebat, ne arma brachio gladium aut tela vibranti impedimento essent. Statius lib. IV. Thebaid.

*Exerti ingentes humeros.*

Sed & hic de pugnaturis sermo. Quin potius dicere liceat, humeros exertos prœlii indicium fuisse, qui postea velabantur. Unde Stat. I. Achilleid.

*Sic ubi virgineis Hecate lassata pharetris,*
*Ad patrem fratremque redit, comes hæret eunti*
*Mater, & ipsa humeros, exertaque brachia velat.*

Ubi post venationem humeri velantur, quia tunc non amplius opus exerto humero vel brachio. Apud Xenophontem lib. VIII. de expedit. Cyri legas Persas adspectante se Rege



ge

madvertebantur, quod insigne pacatis esse consueverat, tamen id ipsum sui fallendi caussa milites ab hostibus fa-
3 ctum existimabant. Eodem tempore L. Fabius centurio, quique una murum adscenderant, circumventi atque
4 interfecti, de muro præcipitantur. [1] M. Petrejus ejusdem legionis centurio, quum portas exscindere conatus esset, à multitudine oppressus, ac sibi desperans, multis jam vulneribus acceptis, manipularibus suis, qui illum secuti erant, *Quoniam*, inquit, *me una vobiscum ser-*

ge Candye dextram exeruisse, *διερκότες*, inquit, *τὰς χεῖρας διὰ τ͂ κανδύων, ὥσπερ κ̓ νῦν ἔτι διείρουσι ὅταν ὁρᾷ βασιλεύς.* Fortassis hòc illis subjectionis signum fuit, & manum exerebant, quo pectori admoverent, qui venerantibus, aut ut ostenderent se ad nutum ejus paratos arma capere. Itaque frustra Lipsius quærit quomodo humeri exeri possint. Quod verò Cæsar ait, pacatis id insigne fuisse: possis dicere populos pacatos Romanis, quando eorum in exercitu depugnabant, solere dextris humeris exertis depugnare. Certe id Gallis usitatum fuisse nullus ambigo. nam ut Livius lib. XXII ait, ubi exercitum Annibalis describit: *Galli super umbilicum nudi erant.* Itaque quod Ædui dextris humeris exertis erant, id propter prœlium factum: sed simul inde agnoscebant Romani pacatos esse seu socios. Cæsar infra II. de bello Civili ait, *humerum apertum gladio appetit*, quod idem est quod exertum. De Heduis jam me explico: exertos gerebant humeros ante pugnam, quod non alio spectat, quam ut Romani admonerentur suos esse socios. *D. Vossius.*

Ibid.] *Humeros exertos* vocavit *noster* eos, qui vestibus sunt nudati, quemadmodum *Apuleius* Metam. l. II. p. 35. ed. *Pricaanæ exertos* nuncupavit *oculos*, quos palpebræ non tegunt. Græcus *ἀποπλοι τὰς ὤμους*. adeo ut vocem primam aut neglexerit, aut in suo Codice non invenerit. Mediam vero pro Glossemate habet *Just. Lipsius* Elect. lib. II. cap. VII, & nescire se profitetur, quomodo exeri possint humeri. Eo modo quo bellaturi suos exerebant. *Statius* Thebaid. lib. I, 413.

*Exertare humeros, nudamque lacessere pugnam.*

Multa hujusmodi collegit vir doctissimus *Janus Broukhusius* ad *Propertii* lib. I. El. XX, 44. Sed hoc non quæsiverat Electorum scriptor, si *exertos* idem denotare ac nudatos in mentem revocasset. Frustra etiam est, cum ad *Taciti* Hist. lib. I. cap. LV. reponat *dextris nudis exertis*, præterquam enim quod hoc deditionis & subjectionis est indicium, quid opus est ut vulgatam lectionem sollicitemus? Nam humeris exertis docebantur Romani suos esse socios, qui adscendebant, quia in Gallia pacatorum hoc erat insigne. Utramque conjecturam absurdam esse monstravit *Octavius Ferrarius* de re vest. lib. I. cap. IX. *Davies.*

1. *M. Petrejus*] Hanc lectionem retinet Græcus; at in vet. Cod. & MSS. nostro, *Brant. Norvic.* nec non impressis *Rom. Ven. Beroald.* est *Petronius*, & sic quoque Anonymus *Celsi* exscriptor habet p. 143. ed. Londin. *D. Vossius.*

*servare non possum, vestræ quidem certe saluti prospiciam,*
*quos cupiditate gloriæ adductus in periculum deduxi. Vos, da-* 5
*ta facultate, vobis consulite.* simul in medios hostes irru-
pit; duobusque interfectis, reliquos à porta paullum
submovit. Conantibus auxiliari suis, *Frustra*, inquit, 6
*meæ vitæ subvenire conanimi, quem jam sanguis viresque de-*
*ficiunt. Proinde hinc abite, dum est facultas, vosque ad le-*
*gionem recipite.* Ita pugnans post paullum concidit, ac
suis saluti fuit.

LI. Nostri, quum undique premerentur, XLVI cen- 1
turionibus amissis dejecti sunt loco. sed [1] intolerantius
Gallos insequentes legio X tardavit, quæ pro subsidio
paullo æquiore loco constiterat. Hanc rursus XIII le- 2
gionis cohortes exceperunt; quæ ex castris minoribus
eductæ, cum T. Sextio legato ceperant locum superio-
rem. Legiones, ubi primum planitiem attigerunt, in- 3
festis contra hostes signis constiterunt. Vercingetorix 4
ab radicibus collis suos intra munitiones reduxit. [2] Eo
die milites sunt paullo minus DCC desiderati.

LII. Postero die Cæsar, concione advocata, *temeri-* 1
*tatem, cupiditatemque militum reprehendit, quod sibi ipsi*
*judicavissent, quo procedendum, aut quid agendum videre-*
*tur, neque, signo recipiendi dato, constitissent, neque à tri-*
*bunis militum legatisque retineri potuissent,* [3] *exposito, quid* 2
*ini-*

1. *Intolerantius Gallos insequentes*] Cupidius: & apta vox huic rei est, est enim ejus qui nescit ipse cupidinem suam sistere. Sic *immoderate lætari* in Severo dixit Spartianus. *Septimium Severum immoderatissime, cum moreretur, lætatum.* D. Vossius.

2. *Eo die milites sunt paullo minus DCC desiderati*] Hanc cladem memorat *Suetonius* in Jul. cap. XXV. *Per tot successus*, inquit, *ter, nec amplius, adversum casum expertus; in Britannia classe vi tempestatis prope absumta; & in Gallia, ad Gergoviam legione fusa* &c. Vide *Jul. Celsum* pag. 144. *Davis.*

3. *Exposito, quid iniquitas loci posset*] Vulgg. *exposuit*; sed nos secuti sumus lectionem Codicis *Andini*, quam probavit *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* lib. I. cap. XLI. Eleganter enim participia hoc modo absolute ponuntur. *Curtius* lib. IV. cap XIII, 37. *Adservari transfuga jusso*, expositoque *quod nunciatum erat.* Idem lib. V. cap. XII, 7. *Darius Artabazum acciri jubet*, expositisque *quæ Patron detulerat.* Si pluribus opus est exemplis, adeas *G. J. Vossium* de Construct. capp. XLIX. pag. 179. & LX. pag. 230. *Idem.*

*iniquitas loci posset; quid ipse ad Avaricum sensisset, quum sine duce, & sine equitatu deprehensis hostibus, exploratam victoriam dimisisset, ne parvum modo detrimentum in con-*
3 *tentione propter iniquitatem loci acciperet; quantopere eorum animi magnitudinem admiraretur, quos non castrorum munitiones, non altitudo montis, non murus oppidi tardare potuisset: tantopere licentiam arrogantiamque reprehendere, quod plus se, quam imperatorem, de victoria atque exitu*
4 *rerum sentire existimarent: nec minus se in milite modestiam, & continentiam, quam virtutem, atque animi magnitudinem, desiderare.*

1 LIII. Hac habita concione, & ad extremum oratione confirmatis militibus, *ne ob hanc caussam animo permoverentur, neu, quod iniquitas loci attulisset, id virtuti hostium tribuerent:* eadem de profectione cogitans, quæ
2 ante senserat, legiones ex castris eduxit: aciemque idoneo loco constituit. Quum Vercingetorix nihilo magis in æquum locum descenderet, levi facto equestri prœlio, atque eo secundo, in castra exercitum redu-
3 xit. Quum hoc idem postero die fecisset, satis ad Gallicam ostentationem minuendam, militumque animos confirmandos factum existimans, in Æduos ca-
4 stra movit. Ne tum quidem insecutis hostibus, III die ad flumen Elaver pontem refecit, atque exercitum transduxit.

1 LIV. Ibi à Virdumaro atque Eporedorige Æduis appellatus, discit, cum omni equitatu Litavicum ad sollicitandos Æduos profectum: opus esse & ipsos præ-
2 cedere ad confirmandam civitatem. Etsi multis jam rebus perfidiam Æduorum Cæsar perspectam habebat, atque horum discessu admaturari defectionem civitatis existimabat; tamen retinendos eos non censuit; ne aut inferre injuriam videretur, aut dare timoris aliquam
3 suspicionem. Discedentibus his, breviter sua in Æduos merita exposuit, *quos & quam humiles accepisset, compulsos*

*pulsos in oppida, multatos agris,* [1] *omnibus ereptis copiis imposito stipendio, obsidibus summa cum contumelia extortis, quam in fortunam, quamque in amplitudinem deduxisset; ut non solum in pristinum statum redissent, sed omnium temporum dignitatem & gratiam antecessisse viderentur.* His datis mandatis, eos ab se dimisit.

LV. Noviodunum erat oppidum Æduorum, ad ri- 1
pas Ligeris opportuno loco positum. Huc Cæsar omnes 2
obsides Galliæ, frumentum, pecuniam publicam, suorum, atque exercitus impedimentorum magnam partem contulerat. huc magnum numerum equorum, hu- 3
jus belli caussa in Italia atque Hispania coëmptorum, miserat. Eo quum Eporedorix Virdumarusque venis- 4
sent, & de statu civitatis cognovissent, Litavicum Bibracte ab Æduis receptum, quod est oppidum apud eos maximæ auctoritatis, Convictolitanem magistratum, magnamque partem senatus ad eum convenisse, legatos ad Vercingetorigem de pace & amicitia concilianda publice missos; non prætermittendum tantum commodum existimaverunt. Itaque, interfectis Novio- 5
duni custodibus, quique eo negotiandi [2] aut itineris caussa convenerant, pecuniam atque equos inter se partiti sunt; obsides civitatum Bibracte ad magistratum 6
deducendos curaverunt; oppidum, quod ab se teneri 7
non posse judicabant, ne cui esset usui Romanis, in- 8
cenderunt; frumenti, quod subito potuerunt, navibus avexerunt; reliquum flumine, atque incendio corrupe-

1. *Omnibus ereptis copiis* ] Alii habent *omnibus ereptis sociis*, quæ quidem lectio non est aspernanda. Apparet enim ex lib. VI. B. G. cap. XII. Sequanos *magnam partem clientium ab Æduis ad se transduxisse.* Nec quisquam dicat alios esse clientes, alios socios, nam Metaphrastes lib. I. B. G. cap. XXXI. *clientes* interpretatur συμμάχους, & fidem superat, multas civitates Æduis se in servitutem ἑκουσίως dicasse. *Davies.*

2. *Aut itineris* ] Has voces non exhibent MSS. *Pinelli* & *Norvic.* quibuscum faciunt edd. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Gryph.* nec in suo Codice legit Græcus, habet enim solummodo πάντας πρὸς τούτοις ἐν τῇ πόλει ὄντας ἐμπόρους Ῥωμαίους. Idem.

9 ruperunt; ipsi ex finitimis regionibus copias cogere,
præsidia, custodiasque ad ripas Ligeris disponere, e-
quitatumque omnibus locis, injiciendi timoris caussa,
ostentare cœperunt; [1] si aut re frumentaria Romanos
excludere, aut adductos inopia ex Provincia expellere
10 possent. quam ad spem multum eos adjuvabat, quod
Liger ex nivibus creverat, ut omnino vado transiri non
posse videretur.

1 LVI. Quibus rebus cognitis Cæsar maturandum si-
bi censuit, si esset in perficiendis pontibus periclitan-
dum, ut prius, quam essent majores eo copiæ coactæ,
2 dimicaret. nam ut commutato consilio iter in Provin-
ciam converteret, [2] id ne tum quidem necessario fa-
ciendum existimabat, quum infamia atque indignitas
rei, & oppositus mons Cebenna, viarumque difficul-
tas impediebat; tum maxime, [3] quod adjungi Labie-
no,

1. *Si aut re frumentaria Romanos excludere, aut adductos inopia ex Provincia expellere possent*] Provinciam hic noli intelligere τὴν ἐπαρχίαν, seu Narbonensem, sed ditionem in qua tum Cæsar erat. Unde infra c. LXIV. ait: *His constitutis rebus, Æduis, Segusianisque qui sunt finitimi ei Provinciæ x millia peditum imperat.* Sed recte hoc loco vet. cod. non habet vocem *ei*; ita ut multum verear ne in eodem codice & hic locus rectius legatur. Verba sunt: *Si re frumentaria Romanos, aut adductos inopia ex Provincia excludere possent.* Duo dicit hostes agitasse, Romanos excludere frumento; vel quando illo carerent, reditu in Provinciam. Quam scripturam ut meliorem credam, facit quod infra c. LIX. Cæsar ait: *jam Cæsar a Gergovia discessisse audiebatur, jam de Æduorum defectione, & secundo Galliæ motu rumores afferebantur, Gallique in colloquiis, interclusum itinere & Ligere Cæsarem, inopia frumenti coactum in Provinciam contendisse confirmabant.* Itaque hoc prohibere volebant: alterum autem locum optime in veteri codice scribi *qui sunt finitimi Provinciæ*, vel illud ostendat, quod ait jussum illum militem Allobrogibus bellum inferre. Et paullo post subjicit Cæsar *quo facilius subsidium Provinciæ ferri posset.* Nimirum adversus eosdem milites. Denique nihil clarius loco Cæsaris quo ait: *Cæsar, quod hostes equitatu superiores esse intelligebat, & interclusis omnibus itineribus, nulla re ex Provincia, atque Italia sublevari poterat.* En hic dicit Cæsar jam perfectum illud, quod supra ajebat hostes in animo habuisse. Itaque audacter hunc locum hoc pacto mecum scribito: *Si aut re frumentaria Romanos, aut adductos inopia, ex Provincia, excludere possent.* D. Vossius.

2. *Id ne tum quidem necessario faciendum existimabat*] V. c. *Id ne metu quidem necessario.* Græcus, τῷ μὲν ποιεῖν ἀναγκαῖον ἡγήσατο εἶναι. Vulgatam lectionem præfero, & ait Cæsar, putasse id nequaquam necessarium esse. *D. Vossius.*

3. *Adjungi Labieno, atque iis legionibus, quas una miserat, vehementer cupiebat*] Nec alii codd. male, in qui-

no, atque iis legionibus, quas una miserat, vehementer cupiebat. Itaque, admodum magnis diurnis atque 3
nocturnis itineribus confectis, contra omnium opinionem, ad Ligerim pervenit; vadoque per equites in- 4
vento, pro rei necessitate, opportuno; ut brachia modo, atque humeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse possent, disposito equitatu, qui vim fluminis refringeret, atque hostibus primo adspectu perturbatis, incolumem exercitum transduxit: frumentumque in agris, 5
& copiam pecoris nactus, repleto iis rebus exercitu, iter in Senones facere instituit.

LVII. Dum hæc apud Cæsarem geruntur, Labie- 1
nus eo supplemento, quod nuper ex Italia venerat, relicto Agendici, ut esset impedimentis præsidio, cum IV legionibus Lutetiam proficiscitur. (id est oppidum
Parisiorum, positum in insula fluminis Sequanæ) cu- 2
jus adventu ab hostibus cognito, magnæ ex finitimis ci-
vitatibus copiæ convenerunt. Summa imperii trans- 3
ditur Camulogeno Aulerco; qui prope confectus ætate, tamen propter singularem scientiam rei militaris
ad eum est honorem evocatus. Is, quum animadver- 4
tisset, perpetuam esse paludem, quæ influeret in Sequanam, atque illum omnem locum magnopere impediret, hic consedit; nostrosque transitu prohibere instituit.

LVIII.

quibus est: *quod abjuncto Labieno, a. i. l. q. u. m. v. timebat.* Græcus περὶ ἀπόντι τοῦ Λαβιηνοῦ, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ τάγματι ἰσχυρῶς δεδιώς. Sane nullum adhuc codicem vidi in quo esset *cupiebat*, & ignoro unde illa irrepserit. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Editt. *Rom. Beroald. Quod abjuncto Labieno* &c. *vehementer timebat*, nec aliter MS. *Brant.* & edit. *Ven.* nisi quod in iis Librarii vitio sit *adjuncto*. Sane hæc lectio non est prorsus repudianda, magis tamen arridet vulgatæ sensus, quod copias suas adunare in animo habuerit *Cæsar*, ut patet ex cap. XLIII. In omnibus tamen Codd. est *vehementer timebat*, unde scribendum crediderim *vehementer avebat*, quæ minima est mutatio, ut qui MSS. inspexerunt, facile concedent. *Pet. Ciacconius* reponit *quod Agendico, Labieno, atque iis legionibus, quas una miserat, vehementer timebat*. Sed audacissimas adhibere conjecturas, illi perquam nimis est familiare. *Davies.*

1 LVIII. Labienus primo vineas agere, cratibus at-
que aggere paludem explere, atque iter munire cona-
2 batur. Poſtquam id difficilius confieri animadvertit, ſi-
lentio è caſtris III vigilia egreſſus, eodem, quo vene-
3 rat, itinere [1] Melodunum pervenit. Id eſt oppidum
Senonum in inſula Sequanæ poſitum, ut paullo ante
4 Lutetiam diximus. Deprehenſis navibus circiter L, ce-
leriterque conjunctis, [2] atque eo militibus impoſitis
& rei novitate perterritis oppidanis, quorum magna
pars erat ad bellum evocata, ſine contentione oppido
5 potitur. Refecto ponte, quem ſuperioribus diebus ho-
ſtes reſciderant, exercitum tranſducit, & ſecundo flu-
6 mine ad Lutetiam iter facere cœpit. Hoſtes re cognita
ab iis, qui à Meloduno profugerant, Lutetiam incen-
di, ponteſque ejus oppidi reſcindi jubent; [3] ipſi profe-
cti palude, in ripis Sequanæ, è regione Lutetiæ, con-
tra Labieni caſtra conſidunt.

1 LIX. Jam Cæſar à Gergovia diſceſſiſſe audiebatur:
jam de Æduorum defectione & ſecundo Galliæ motu
rumores afferebantur, Gallique in colloquiis, interclu-
ſum itinere & Ligere Cæſarem, inopia frumenti coa-
2 ctum, in Provinciam contendiſſe confirmabant. Bello-
vaci autem, defectione Æduorum cognita, [4] qui ante
erant

1. *Melodunum pervenit*] Sic repoſui fidem ſecutus Codicum MSS. & antiquitus cuſorum; ita & *Celſus* p. 148. *Nocturno*, inquit, *inde ſilentio digreſſus*, *Melodunum venit*. Metaphraſtes hic Νοβιόδουνον exhibet, ſed infra recte Μελόδουνον legitur, adeo ut Νοβιόδουνον omni procul dubio ex Librarii imperitia ſit ortum. *Joſ. Scaliger*, quem ſecuti ſunt recentiores, hic & alibi *Metioſedum* perperam receperat. Vide not. ad cap. LXI. *Davies.*

2. *Atque eo militibus impoſitis*] *Fulv. Urſinus* in ſuo Codice reperit *invectis*, unde *trajectis* reſcribendum exiſtimavit, ſed Librarius repræſentare debuit *injectis*, quemadmodum legitur in MS. *Norvic.* ac editt *Rom. Ven. Beroald.* Davies.

3. *Ipſi profecti palude*] Mſ. noſter *perſpecta palude*. Græcus τῆς λίμνης ἐξελθόντες. Ciacconius legebat *protecti palude*, quod non diſplicet. *D. Voſſius.*

4. *Qui ante erant per ſe infideles*] Eodem ſenſu ultimam vocem adhibet *Cicero* ad Fam. lib. XV. Epiſt. IV. *Ex alieniſſimis*, inquit, *ſociis amiciſſimos*, *ex infideliſſimis firmiſſimos redderem*. Sic & *Hirtius* Bell. Alex. cap. XLIII. *Davies.*

erant per se infideles, manus cogere, atque aperte bel-
lum parare cœperunt. Tum Labienus, tanta rerum 3
commutatione, longe aliud sibi capiendum consilium,
atque antea senserat, intelligebat. neque jam, ut ali- 4
quid acquireret, prœlioque hostes lacesseret, sed ut
incolumem exercitum Agendicum reduceret, cogita-
bat. namque altera ex parte Bellovaci, quæ civitas in 5
Gallia maximam habet opinionem virtutis, instabant:
[1] alteram Camulogenus parato atque instructo exerci-
tu tenebat. tum legiones à præsidio atque impedimen-
tis interclusas maximum flumen distinebat. Tantis subi- 6
to difficultatibus objectis, ab animi virtute auxilium pe-
tendum videbat.

LX. Itaque sub vesperum concilio convocato, cohor- 1
tatus, ut ea, quæ imperasset, diligenter industrieque
administrarent; naves, quas à Meloduno deduxerat,
singulas equitibus Romanis attribuit; &, prima con-
fecta vigilia, IV millia passuum [2] secundo flumine pro-
gredi silentio, ibique se exspectari, jubet. V cohortes, 2
quas minime firmas ad dimicandum esse existimabat,
castris præsidio relinquit. V ejusdem legionis reliquas 3
de media nocte cum omnibus impedimentis adverso flu-
mine magno tumultu proficisci imperat. Conquirit e- 4
tiam lintres. has magno sonitu remorum incitatas, in
eandem partem mittit. Ipse post paullo, silentio egres-
sus cum III legionibus, eum locum petit, quo naves
appelli jusserat.

LXI.

1. *Alteram Camulogenus*] Miror Anonymi verba p. 149. *Præposito omnibus Camulogeno quodam, cognomine Aurelio, alibi Aurelium invenio.* Lege *alibi Aulercum invenio.* D. Vossius.

2. *Secundo flumine*] *Secundum flumen* hic vocat eam partem, in quam aqua defertur. Sic *Virgilius* Georg. III, 447.

— *Missusque secundo defluit amne,*

hoc est, *cum aqua*, ut recte *Servius*. Huic opponitur *adversum flumen*. Noster tamen cap. LVIII. *secundo flumine ad Lutetiam iter facere* dixit Labienum, qui ad ripam fluvii juxta ejus decursum profectus est, unde MS. *Norvic.* ex Glossemate illic repræsentat *secundum flumen*. Non ita multo post *adversum flumen* adhibet, ut rem prorsus contrariam denotet. *Daviss.*

1 LXI. Eo quum esset ventum, exploratores hostium, ut omni fluminis parte erant dispositi, inopinantes, quod magna subito erat coorta tempestas, ab nostris
2 opprimuntur: [1] exercitus equitatusque, equitibus Romanis administrantibus, quos ei negotio præfecerat,
3 celeriter transmittitur. Uno fere tempore sub lucem hostibus nunciatur, in castris Romanorum [2] præter consuetudinem tumultuari, & magnum ire agmen adverso flumine, sonitumque remorum in eadem parte ex-
4 audiri, & paullo infra milites navibus transportari. Quibus rebus auditis, quod existimabant tribus locis transire legiones, atque omnes perturbatos defectione Æduorum fugam parare, suas quoque copias in tres par-
5 tes distribuerunt. nam & præsidio è regione castrorum relicto, & parva manu [3] Metiosedum versus missa, quæ

1. *Exercitus equitatusque*] In aliis *equitatus, peditatusque*. Huic varietati ortum dedit imperitia Librariorum, qui nescii fuerunt, *exercitus* nomine *pedites* denotari, quod apud veteres in prœliis primarius fuerit peditum usus. Hinc & pedites κατ' ἐξοχὴν *milites* vocabantur. *Cæsar* lib. v. B. G. cap. x. *Tripartito milites equitesque in expeditionem misit*, ad quem locum vide notata. *Vellejus Paterculus* lib. II. cap. XV. *Duplici numero se militum equitumque fungi*. *Sulpicius Severus* Hist. Sacr. lib. II. cap. XXIII. *Eupator cum centum millibus, & equitum viginti millibus suis subsidio venit*. Absque exscriptorum esset incuria, dixerat *cum centum millibus militum*. Similitudo vocum in causa fuit, cur earum altera omitteretur, quod in veterum monumentis non raro accidit, ut exemplis docui ad lib. I. B. G. cap. XV. Alii aliam emendandi viam iniere; sed mihi mea placet ratio. *Davies.*

2. *Præter consuetudinem tumultuari*] Ultima vox *passivam* significationem obtinet; nec enim raro accidit, ut verba, quæ vocantur *deponentia*, *passive* sumantur. Sic apud *Apulejum* Metam. lib. IV. pag. 71. *Magnanimi ducis vigore* venerato. Vide & lib. XI. p. 239. Infinita sunt hujusmodi, & mihi fit verisimile, omnia *deponentia* primitivo usu fuisse vere *passiva*, qua de re adeundus *Jac. Perizonius* ad *Sanctii* Minerv. lib. III. cap. II. pag. 318. seqq. Hinc *tumultuare* olim dicebant, ut exemplis docuit *G. J. Vossius* Anal. lib. III. cap. VII. qui cap. VI. *deponentium passive* acceptorum silvulam congessit. *Davies.*

3. *Metiosedum versus*] Erravit *Joan. Brantius*, qui hoc oppidum cum Meloduno confudit; gravissime vero hallucinatus est *Jos. Scaliger*, qui non solum in eadem fuit sententia, sed & ausu temerario *Metiosedum* ter substituit, ubi omnes Codd. *Melodunum* recte exhibebant; quippe Melodunum erat supra *Lutetiam* in Senonibus positum; Metiosedum autem IV millia passuum infra *Lutetiam*, ut, præeunte *Had. Valesio*, monuit *Chr. Cellarius* Geogr. Ant. lib. II. cap. II. pag. 133. seqq. *Davies.*

quæ tantum progrederetur, quantum naves proceſſiſ-
ſent. reliquas copias contra Labienum duxerunt.

LXII. Prima luce & noſtri omnes erant tranſporta- 1
ti, & hoſtium acies cernebatur. Labienus, milites co- 2
hortatus, *ut ſuæ priſtinæ virtutis, & tot ſecundiſſimorum
præliorum memoriam tenerent. atque ipſum Cæſarem, cujus
ductu ſæpenumero hoſtes ſuperaſſent, adeſſe præſentem exiſtima-
rent*; dat ſignum prœlii. Primo concurſu, ab dextero cor- 3
nu, ubi VII legio conſtiterat, hoſtes pelluntur, atque
in fugam conjiciuntur: ab ſiniſtro, quem locum XII le- 4
gio tenebat, quum primi ordines hoſtium transfixi pi-
lis concidiſſent; tamen acerrime reliqui reſiſtebant,
nec dabat ſuſpicionem fugæ quiſquam. Ipſe dux ho- 5
ſtium Camulogenus ſuis aderat, atque eos cohortaba-
tur. At, incerto etiam nunc exitu victoriæ, quum VII 6
legionis Tribunis eſſet nunciatum, quæ in ſiniſtro cor-
nu gererentur, poſt tergum hoſtium legionem oſten-
derunt; ſignaque intulerunt. Ne eo quidem tempore 7
quiſquam loco ceſſit, ſed circumventi omnes, inter-
fectique ſunt. eandem fortunam tulit Camulogenus. At 8
ii, qui præſidio contra caſtra Labieni erant relicti,
quum prœlium commiſſum audiſſent, ſubſidio ſuis ie-
runt, collemque ceperunt, neque noſtrorum militum
victorum impetum ſuſtinere potuerunt. Sic, cum ſuis 9
fugientibus permiſti, quos non ſilvæ monteſque texe-
runt, ab equitatu ſunt interfecti. Hoc negotio confe- 10
cto Labienus revertitur Agendicum: ubi impedimen-
ta totius exercitus relicta erant. inde, cum omnibus co-
piis, ad Cæſarem pervenit.

LXIII. Defectione Æduorum cognita, bellum au- 1
getur. legationes in omnes partes circummittuntur. 2
quantum gratia, auctoritate, pecunia valent, ad ſolli-
citandas civitates nituntur. [1] Nacti obſides, quos Cæſar 3
apud

1. *Nacti obſides — horum ſupplicio dubitantes territant*] Incredibile videtur *Fr. Hotomanno*, Æduos in obſides Gallos, ad eorum civitates terrendas, ſæviſſe. Diſerte tamen hoc teſtatur & *Jul. Celſus* p. 150. *Noviodũni*,

apud eos deposuerat, horum supplicio dubitantes ter-
4 ritant. Petunt à Vercingetorige Ædui, ut ad se ve-
5 niat, rationesque belli gerendi communicet. Re impetrata, contendunt, ut ipsis summa imperii transdatur: & re in controversiam deducta, totius Galliæ concilium
6 Bibracte indicitur. Eodem conveniunt undique frequentes. multitudinis suffragiis res permittitur. ad unum omnes Vercingetorigem probant Imperatorem.
7 Ab hoc concilio Rhemi, Lingones, Treviri abfuerunt: illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur: Treviri quod aberant longius, & ab Germanis premebantur: quæ fuit caussa, quare toto abessent bel-
8 lo, & neutris auxilia mitterent. Magno dolore Ædui ferunt se dejectos principatu, queruntur fortunæ commutationem; & Cæsaris indulgentiam in se requirunt: neque tamen, suscepto bello, suum consilium
9 ab reliquis separare audent. Inviti summæ spei adolescentes, Eporedorix & Virdumarus, Vercingetorigi parent.

1 LXIV. Ille imperat reliquis civitatibus obsides. Denique ei rei constituit diem: huc omnes equites XV millia
2 numero celeriter convenire jubet. Peditatu, quem ante habuerit, se fore contentum dicit; neque fortunam tentaturum, neque acie dimicaturum; sed quoniam abundet equitatu perfacile esse factu, frumentationibus
3 pabulationibusque Romanos prohibere: æquo modo animo sua ipsi frumenta corrumpant, ædificiaque incendant; qua rei familiaris jactura, perpetuum imperium,
4 libertatemque se consequi videant. His constitutis rebus, Æduis, Segusianisque, qui sunt finitimi provin-
5 ciæ, X millia peditum imperat. huc addit equites DCCC; his præficit fratrem Eporedorigis, bellumque inferre Al-

*duni*, inquit, *inventi erant omnium fere obsides populorum, quos ibidem Cæsar sub Æduorum fide reliquerat — Horum ergo suppliciis hæsitantes terrebant.* Inhumane quidem; nec tamen hic quidquam est, quod Barbaris non conveniat. *Davies.*

Allobrogibus jubet. Altera ex parte Gabalos, proxi- 6
mosque pagos Arvernorum in Helvios, item Ruthenos,
Cadurcosque ad fines [1] Volcarum Arecomicorum de-
populandos mittit. [2] Nihilo minus clandestinis nun- 7
ciis legationibusque Allobroges sollicitat, quorum men-
tes nondum [3] à superiore bello resedisse sperabat. Ho- 8
rum principibus pecunias, civitati autem imperium to-
tius provinciæ pollicetur.

LXV. Ad hos omnes casus provisa erant præsidia co- 1
hortium duarum & viginti, quæ ex ipsa coacta provin-
cia ab L. Cæsare legato ad omnes partes opponebantur.
Helvii sua sponte cum finitimis prœlio congressi pel- 2
luntur, & C. Valerio Donotauro Caburi filio principe
civitatis, compluribusque aliis interfectis, intra oppi-
da murosque compelluntur. Allobroges, crebris ad 3
Rhodanum dispositis præsidiis, magna cum cura, &
diligentia, suos tuentur. Cæsar, quod hostes equitatu 4
superiores esse intelligebat, &, interclusis omnibus i-
tineribus, nulla re ex Provincia atque Italia sublevari
poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas ci-
vitates, quas superioribus annis pacaverat; equitesque
ab his accersit; & levis armaturæ pedites, qui inter eos
prœliari consueverant. Eorum adventu, quod minus 5
idoneis equis utebantur, à tribunis mil. reliquisque,
sed

1. *Volcarum Arecomicorum* ] MS. Norvic. habet *ac Rhemorum*; absurde prorsus, cum Rhemi à locis, de quibus agitur, longissime sint dissiti. Hanc tamen lectionem repræsentat nupera editio Amstelodamensis. In impressis *Rom. Ven. Beroald.* est *Aremicorumque*, quæ sane scriptura Græcum interpretem fefellit, vertit enim Ἀρμωΐκων τε καὶ τῶν Βόλκων. Recte quidem fecerat, si verbulo notasset, qui populi fuerint *Aremici*. Certissime legendum *Volcarum Arecomicorum*, ut observavit *Pet. Ciacconius*, quem secutus est *Jos. Scaliger.* Vide not. ad hujusce libri cap. VII. *Davies.*

2. *Hic nihilominus*] Dele vocem *hic*, quæ abest à ms. nostro, & recte. *D. Vossius.*

*Ibid.* ] Vulgg. *hic nihilominus.* unde conjecit *Pet. Ciacconius* legendum *ac nihilominus.* Nos autem ex fide MSS. *Voss.* & *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* primam vocem, consentiente *D. Vossio*, induximus. Nemo sane non videt, eam plane fuisse supervacuam. *Davies.*

3. *A superiore bello* ] De eo vide not. ad lib. I. B. G. cap. VI. *Idem.*

ſed & equitibus Romanis, atque evocatis, equos ſu-
mit, Germaniſque diſtribuit.

1 LXVI. Interea dum hæc geruntur, hoſtium copiæ
ex Arvernis, equiteſque, qui toti Galliæ erant impe-
2 rati, conveniunt. Magno horum coacto numero, quum
Cæſar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter
faceret, quo facilius ſubſidium Provinciæ ferri poſ-
ſet, circiter millia paſſuum x ab Romanis trinis caſtris
3 Vercingetorix conſedit; convocatiſque ad concilium
præfectis equitum, *veniſſe tempus victoriæ* demonſtrat:
4 *fugere in Provinciam Romanos, Galliaque excedere: id ſibi
ad præſentem obtinendam libertatem ſatis eſſe: ad reliqui tem-
poris pacem atque otium, parum profici. majoribus enim co-
actis copiis reverſuros, neque finem bellandi facturos. proin-
5 de, agmine impeditos adoriantur. ſi pedites ſuis auxilium fe-
rant, atque in eo morentur, iter confici non poſſe: ſin, id
quod magis futurum confidat, relictis impedimentis, ſuæ ſa-
luti conſulant, & uſu rerum neceſſariarum & dignitate ſpo-
6 liatum iri. nam de equitibus hoſtium, quin nemo eorum pro-
gredi modo extra agmen audeat, ne ipſos quidem debere du-
7 bitare. id quo majore faciant animo, copias ſe omnes pro
caſtris habiturum, & terrori hoſtibus futurum.* Conclamant
equites *ſanctiſſimo jurejurando confirmari oportere, ne tecto
recipiatur, ne ad liberos, ne ad parentes, ne ad uxorem adi-
tum habeat, qui non bis per hoſtium agmen perequitaſſet.*

1 LXVII. Probata re, [1] atque omnibus ad jusjuran-
dum

1. *Atque omnibus ad jusjurandum adactis*] Alii *jurejurando adactis*, quæ proba eſt locutio. Vide *Juſtinum* lib. VIII. cap. IV. *Pet.* autem *Ciacconius*, deleta præpoſitione, legendum cenſet, *omnibus jusjurandum adactis*, & ſic edidit *Joſ. Scaliger.* Sane ita loqui ſolent boni auctores. *Seneca* Epiſt. XCVI. *Mandanturque jusjurandum adactis.* Noſter lib. II. B. C. cap. XVIII. *Provinciam omnem in ſua & Pompeji verba jusjurandum adigebat.* Et lib. I. B. C. cap. LXXVI. *Ipſe idem jusjurandum adigit Afranium*, ubi tamen editt. Vett. habent *ad idem jusjurandum*; nec ſane eſt cur eam lectionem loco moveamus. *Salluſtius* Catil. cap. XXII. *Cum ad jusjurandum populares ceteris ſui adigeret.* Hæc plena eſt loquendi ratio; altera enim non aliunde eſt orta, quam quod Latini interdum præpoſitionem ἐλλειπτικῶς omittebant, ſi jam eſſet in verbo compoſito; qua de re diximus ad lib. I. B. G. cap XII. *Davies.*



1. Alesia quidem in colle.
2. Fossa infra collem à Caesare ducta.

... tes contra ascensum.
... prendos
... minen-
9. Castella in orbem.
10. Turres ligneae.



dum adactis, postero die in tres partes destributo equi-
tatu, duæ se acies à duobus lateribus ostendunt: una à
primo agmine iter impedire cœpit. Qua re nunciata, 2
Cæsar suum quoque equitatum tripartito divisum ire
contra hostem jubet. Pugnatur una omnibus in parti- 3
bus. Consistit agmen. Impedimenta inter legiones re-
cipiuntur. Si qua in parte nostri laborare, aut gravius 4
premi videbantur, eo signa inferri Cæsar, aciemque
converti jubebat. quæ res hostes ad insequendum tar-
dabat, & nostros [1] spe auxilii confirmat. Tandem Ger- 5
mani ab dextro latere, summum jugum nacti, hostes
loco depellunt: fugientes usque ad flumen, ubi Ver-
cingetorix cum pedestribus copiis consederat, perse-
quuntur, compluresque interficiunt. Qua re animad- 6
versa, reliqui, ne circumvenirentur veriti, se fugæ
mandant. Omnibus locis fit cædes. Tres nobilissimi 7
Ædui capti ad Cæsarem perducuntur, Cotus præfectus
equitum, qui controversiam cum Convictolitane pro-
ximis comitiis habuerat; & Cavarillus, qui post defe-
ctionem Litavici pedestribus copiis præfuerat; & Epo-
redorix, quo duce ante adventum Cæsaris Ædui cum
Sequanis bello contenderunt.

LXVIII. Fugato omni equitatu, Vercingetorix co- 1
pias suas, ut pro castris collocaverat, reduxit, proti-
nusque [2] Alesiam, quod est oppidum Mandubiorum,
iter facere cœpit; celeriterque impedimenta ex castris
educi, & se subsequi jussit. Cæsar, impedimentis in 2
proximum collem deductis, duabusque legionibus præ-
sidio relictis, sequutus, quantum diei tempus est pas-
sum,

1. *Spe auxilii*] Quia probe norant, si gravius premerentur, Cæsarem iis opem laturum. Nihil vidit *Fr. Hotomannus*, qui ingenue fassus est, se non intelligere, quorsum hæ voces pertineant, & idcirco nescio quid mutandum existimavit. *Davies.*

2. *Alesiam*] Hoc oppidum *Velleius Paterculus* lib. II. cap. LVII. vocat *Alexiam*, nec aliter antiquissimæ *Cæsaris* editt. sed scribendi ratio, quæ nunc obtinet, procul dubio est vera, si *Diodoro* Siculo credas, qui narrat Bibl. lib. IV. Herculem κτίσαι πόλιν εὐμεγέθη, τὴν ὀνομαζομένην ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν στρατείαν ἄλης Ἀλησίαν. Idem.

ſum, [1] circiter III millibus hoſtium ex noviſſimo agmine interfectis, altero die ad Aleſiam caſtra fecit. Perſpecto urbis ſitu, perterritiſque hoſtibus, quod equitatu, qua maxime parte exercitus confidebant, erant pulſi; adhortatus ad laborem milites, [2] Aleſiam circumvallare inſtituit.

1 LXIX. *Ipſum erat oppidum in colle ſummo, admodum edito loco, ut niſi obſidione expugnari non poſſe videretur.*
2 *cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina ſublue-*
3 *bant. Ante oppidum planities circiter millia paſſuum* III *in*
4 *longitudinem patebat. reliquis ex omnibus partibus colles, mediocri interjecto ſpatio, pari altitudinis faſtigio oppidum*
5 *cingebant.* [3] Sub muro, quæ pars collis ad orientem ſpectabat, hunc omnem locum copiæ Gallorum compleverant; foſſamque, & maceriam ſex in altitudinem pe-
6 dum præduxerant. Ejus munitionis, quæ ab Romanis
7 inſtituebatur, circuitus XI ∞ paſſuum tenebat. Caſtra op-

1. *Circiter tribus millibus hoſtium*] Celſi exſcriptor p. 152. *inter eundem* (leg. eundum) *decem millibus hoſtium obtruncatis.* D. Voſſius.

2. *Aleſiam circumvallare inſtituit*] Oppidum id ab Hercule conditum ex Diodoro diſcimus, qui lib. IV. Bibl. ait: Ἡρακλῆς καταλυτήσας εἰς τὴν Κελτικὴν, καὶ πᾶσαν ἐπελθὼν, κατέλυσε μὲν τὰς συνήθεις παρανομίας καὶ ξενοκτονίας, πολλοῦ δὲ πλήθους ἀνθρώπων ἐκ παντὸς ἔθνους ἑκουσίως συστρατεύοντος, ἔκτισε πόλιν εὐμεγέθη, τὴν ὀνομαζομένην ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν στρατείαν ἄλης Ἀλησίαν. πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἐγχωρίων ἀνέμιξεν εἰς τὴν πόλιν· ὧν ἐπικρατησάντων τοῖς πλήθει, πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐκβαρβαρωθῆναι συνέβη. οἱ δὲ Κελτοὶ μέχρι τῶνδε τῶν καιρῶν ἐτίμων ταύτην τὴν πόλιν, ὡς ἁπάσης τῆς Κελτικῆς οὖσαν καὶ μητρόπολιν. διέμεινε δ' αὕτη πάντα τὸν ἀφ' Ἡρακλέους χρόνον ἐλευθέρα καὶ ἀπόρθητος, μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων· τὸ δὲ τελευταῖον ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος, τοῦ διὰ τὸ μέγεθος τῶν πράξεων θεοῦ προσαγορευθέντος, ἐκ βίας ἁλοῦσα, συνηναγκάσθη μετὰ τῶν ἄλλων Κελτῶν ὑποταγῆναι Ῥωμαίοις. D. Voſſius.

3. *Sub muro, quæ pars collis ad Orientem ſpectabat*] MS. *Brant.* cum impreſſis nonnullis *ad orientem ſpectabat ſolis*; at editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *ad orientem ſolem ſpectabat*; & ita reponendum videtur, ſic enim loqui amat *Cæſar.* Ita lib. I. B. G. cap. I. *Spectant in Septemtriones & Orientem ſolem.* Et lib. V. B. G. cap. XIII. *Hujus lateris alter angulus ad orientem Solem.* Miror *P. Ciacconii* audaciam, qui, nulla ductûs litterarum habita ratione, legendum ſuſpicatur *ſub muro, quæ pars collium in circuitu vacabat.* Nihil aliud voluit *Cæſar*, quam quod expreſſit Græcus. Ὑπὸ δὲ, inquit, τὸ τεῖχος, τὸ τοῦ ὄρους μέρος πρὸς ἀνατολὴν κείμενον οἱ Γάλλοι τῇ σφῶν στρατιᾷ ἀπεπλήρωσαν. Davies.

opportunis locis erant posita; ibique castella XXIII facta, [1] in quibus castellis interdiu stationes disponebantur, ne qua subito irruptio fieret, hæc eadem noctu excubitoribus, ac firmis præsidiis tenebantur.

LXX. Opere instituto, fit equestre prœlium in ea 1
planitie, quam intermissam collibus [2] III millium passuum in longitudinem patere supra demonstravimus.
Summa vi ab utrisque contenditur. Laborantibus no- 2
stris Cæsar Germanos submittit, legionesque pro castris constituit, ne qua subito irruptio ab hostium peditatu fiat. Præsidio legionum addito, nostris animus 3
augetur: hostes in fugam conjecti se ipsi multitudine impediunt; atque [3] angustioribus portis relictis coarctantur. Germani acrius usque ad munitiones sequun- 4
tur. Fit magna cædes, nonnulli, relictis equis, fossam 5
transire, & maceriam transcendere conantur. Paullum legiones Cæsar, quas pro vallo constituerat, promoveri jubet. Non minus, qui intra munitiones erant, Gal- 6
li perturbantur. veniri ad se confestim existimantes, ad arma conclamant. nonnulli perterriti in oppidum irrum- 7
punt. Vercingetorix jubet portas claudi, ne castra nudentur. Multis interfectis, compluribus equis captis, Germani sese recipiunt.

LXXI.

2. *In quibus castellis*] Sic rescripsi ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* nec aliter MS. *Norvic.* nisi quod in eo duæ primæ voces sint transpositæ. Vulgg. ultimam omittunt, quam expunxerunt ii, quos fugit *Cæsareus* loquendi modus. Sic lib. I. B. G. cap. VI. *Erant omnino* itinera *duo*, *quibus* itineribus *domo exire possent*. Et paullo post: Diem *dicunt*, *qua* die *ad ripam Rhodani omnes conveniant*. Apud nostrum & alios optimos auctores frequenter occurrit hæc verborum geminatio. *Idem.*

3. III *millium passuum in longitudinem*] Ultimam vocem cum penultima omittunt editt. *Rom. Ven. Beroald.* sed ratio sermonis Latini non sinit, ut exulent. *Fr. Hotomannus* mavult III *millia passuum.* Sane ita est in MS. *Norvic.* nec aliter locutus est noster hujusce libri capp. LXIX. & LXXIX. At ob plurium Codd. consensum vulgatam lectionem retineo. *Davies.*

1. *Angustioribus portis relictis coarctantur*] Expunge vocem *relictis*, quæ irrepsit incuria librarii, qui librum descripturus ex uno versu in alterum hanc vocem transtulit, hoc pacto. *Angustioribus portis relictis coarctantur. Germani acrius usque ad munitiones sequuntur, fit magna cædes, nonnulli relictis equis, fossam transire.* &c. *D. Vossius.*

1 LXXI. Vercingetorix, priusquam munitiones ab
Romanis perficiantur, [1] consilium capit, omnem à se
2 equitatum noctu dimittere. Discedentibus mandat, *ut*
*suam quisque eorum civitatem adeat, omnesque, qui per æ-*
3 *tatem arma ferre possint, ad bellum cogant. sua in illos me-*
*rita proponit; obtestaturque, ut suæ salutis rationem habeant,*
*neu se de communi libertate optime meritum in cruciatum ho-*
*stibus dedant: qui si indiligentiores fuerint, millia hominum*
4 LXXX *delecta secum interitura demonstrat: ratione inita,*
*frumentum se exigue dierum* XXX *habere, sed paullo etiam*
5 *longius tolerare posse parcendo.* His datis mandatis, qua
erat nostrum opus intermissum, secunda vigilia silen-
tio equitatum dimittit; frumentum omne ad se ferri
6 jubet: capitis pœnam iis, qui non paruerint, consti-
7 tuit: pecus, cujus magna erat ab Mandubiis compul-
8 sa copia, viritim distribuit: frumentum parce, & paul-
latim metiri instituit: copias omnes, quas pro oppido
9 collocaverat, in oppidum recipit. His rationibus auxi-
lia Galliæ exspectare, & bellum administrare parat.

1 LXXII. Quibus rebus cognitis ex perfugis & capti-
vis, Cæsar hæc genera munitionis instituit. *Fossam pe-*
*dum* XX *directis lateribus duxit; ut ejus solum tantundem*
*pateret, quantum summa labra distabant. reliquas omnes mu-*
2 *nitiones ab ea fossa pedibus* CD *reduxit: id hoc consilio, quo-*
*niam tantum esset necessario spatium complexus,* [2] *nec facile*
*totum opus corona militum cingeretur; ne de improviso, aut*
*noctu ad munitiones hostium multitudo advolaret, aut inter-*
3 *diu tela in nostros operi destinatos conjicere possent. Hoc in-*
*ter-*

1. *Consilium capit omnem à se equitatum noctu dimittere*] Dimittendi. *Corn. Nepos* Hannib. cap. XIII. *Nunc tempus est hujus libri facere finem. Phædrus* lib. III. Fab. XVI, 13. *Potare est animus nectar, quod Pallas mihi Nuper donavit.* Similium συντάξεων exempla sat multa congessi ad hujusce libri cap. XLVI. *Davies.*

2. *Nec facile totum opus militum corona cingeretur*] Explicat Hirtius cum lib. VIII. c. XI. ait, *nec locum munitionibus claudi nisi à majore exercitu posse.* Hinc *coronare* pro *cingere* Statius dixit II Thebaid.

—— *densaque nemus statione coronant.*

D. Vossius.

*termisso spatio*, [1] *duas fossas*, XV *pedes latas eadem altitudine*, *perduxit*: *quarum interiorem campestribus*, *ac demissis locis*, *aqua ex flumine derivata*, *complevit. post eas aggerem*, *& vallum* XII *pedum exstruxit.* [2] *huic loricam pinnasque adjecit*, *grandibus cervis eminentibus ad commissuras pluteorum*, *atque aggeris*, *qui adscensum hostium tardarent*: *& turres toto opere circumdedit*, *quae pedes* LXXX *inter se distarent.* 4

LXXIII. Erat uno tempore & materiari, & frumentari, [3] & tantas munitiones fieri necesse, deminutis nostris copiis, quæ longius ab castris progrediebantur: & nonnunquam opera nostra Galli tentare, atque eruptionem ex oppido pluribus portis facere summa vi conabantur. quare ad hæc rursus opera addendum Cæsar putavit, quo minore numero munitiones defendi pos- 1 2

1. *Duas fossas* —— *quarum interiorem*] Fuere palam duæ, non una, ut pravo acumine *Fr. Hotomannus* dixit; nam vult *duas* nominatas adspectu sectionis, quæ à flumine medio facta, atque ideo nec *interiorem* quidem legit, sed *inferiorem.* Quæ hæc mala libido innovandi est? Certe pro tutela, & reliqua dignitate operis, magis facit, fuisse duplices. *J. Lipsius* Poliorc. lib. II. Dial. II. *Davies.*

2. *Huic loricam pinnasque adjecit*, *grandibus cervis eminentibus*] *Pinnas* & *cervos* distinguit: accuratè, ut omnia in hoc autore. Nimirum *pinnæ* directæ stabant in supremo loricæ, ut hodieque sepibus aliisque id genus ferreas pinnas imponi videmus adversum transcensiones. Infra pinnas cervi erant, videlicet inter commissuras aggeris & pluteorum. Ubi primum hoc nota, *pluteos* hic (uti & supra notavimus) nihil aliud esse, quam ipsam loricam ex asseribus constructam; nam pluteos hic dicit aggeri impositos, & idem statim dixit de lorica. Inter hanc loricam & aggerem infixi erant cervi. Quo fine? etiam ut transcensum tardarent, ut ipse Cæsar ait. At cervi sunt, autore Servio, *furcæ*, *quæ figuntur ad casæ sustentationem*, *quæ dictæ sunt cervi ad similitudinem cornuum cervinorum.* Hi igitur cervi, & propriè magis illud nomen stipites hi, quos Cæsar dicit, gestare poterant, quàm furcæ quæ humo infiguntur; quia eodem modo quo cervus cornua alicui obvertens caput demittit, ita & hi cervi procumbebant ea ratione, qua hodieque videmus castellis infigi pinnas. Nam pinnis, quomodo veteres figebant eas, in summo loricæ erectis, hodie in bello haud utimur. *D. Vossius.*

3. *Et tantas munitiones fieri necesse*] Sic omnes nostri; at Codex *Andin.* ultimam vocem omittit, quæ, salva Latinitate, abesse potest. Sic *Seneca* Nat. Quæst. lib. VI. cap. XXX. *Quibus ad cadendum male stantibus*, *non erat impelli*, *sed agitari.* Pluribus optimi hujusce MS. lectionem tuetur *J. Fr. Gronovius* Observ. lib. IV. cap. VIII. *Davies.*

possent. *Itaque truncis arborum, aut admodum* [1] *firmis ramis abscisis, atque horum dolabratis, atque præacutis cacu-*
3 *minibus, perpetuæ fossæ quinos pedes alta, ducebantur.* ***Huc*** *illi stipites demissi, & ab infimo revincti, ne revelli possent,*
4 *ab ramis eminebant. Quini erant ordines conjuncti inter se, atque implicati; quo qui intraverant,* [2] *se ipsi acutissimis*
5 *vallis induebant,* [3] *hos Cippos appellabant. Ante hos, obliquis*

1. *Firmis ramis abscisis*] Alii *abscissis*; sed antiquissimi MSS. tam *Cæsaris*, quam aliorum auctorum, litteram sibilantem non geminant. Sic *Livius* lib. XLIV. cap. V. *Qua rupes* abscisæ *erant.* Vide & *Ger. Joan. Vossium* Anal. lib. III. cap. XXVI. p. 97. *Davies.*

2. *Se ipsi acutissimis vallis induebant*] Sic infra *se ipsi stimulis inopinantes induebant.* Ad verbum Græcus, ἑαυτοὺς εἰς τοὺς ὀξυτάτους ἐκείνους σταυροὺς ἐνέδυον. & infra, ἑαυτοὺς εἰς τοὺς σταυροὺς ἀπροσδόκητοι ἐνέδυον. Rectè. phrasis Græca est, & Xenophon sub finem lib. I. Cyropæd. de lepore: ἵνα ἐν τῷ σφόδρα φεύγειν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων ἐνέδυ. D. Vossius.

*Ibid.*] Antiqua est & elegans, loquendi ratio. Infra cap. LXXXII. *Se ipsi stimulis inopinantes induebant. Latinus Pacatus* Pan. XII. cap. XXXIV, 3. *Obviis sudibus induebantur. Virgilius* Æn. X, 681.

*An sese mucrone ob tantum dedecus amens*
*Induat.*

*Lucretius* lib. IV. pag. 509. editt. *Wechel.*

*Ac nos in fraudem induimus* —

Ad eum locum plura *Dionys. Lambinus*, unde patet, aures *Honorato Joanni* non esse præbendas, cui placuit *se ipsi acutissimis vallis inducebant*; cum eo tamen facere videtur *Achilles Statius*, qui hujusce facinoris memoriam servavit in notis ad *Tibulli* lib. I. Eleg. VI, I. *Davies.*

3. *Hos cippos appellabant*] Vet. cod. *cappos*, unde Lipsius faciebat *scapos*. Sed noli audire eum. Cippi sunt columnæ, quæ imponi solent sepulchris, Glossæ; *Cippus*, στήλη, κιονίσκος. Talibus insculpi solebant monumenta, & nomen sepulti, & quæ alia huc pertinent. Unde Horatius Sermonum lib. I. Sat. VIII.

*Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum*
*Hic dabat.*

Ubi cippus non tumulum, sed qualem dixi columnam notat. Hæ juxta vias publicas poni solitæ; eoque sæpe obnoxiæ jumentorum aut hominum injuriis. Lucillius apud Festum ait:

*Porro homines nequam malus ut quartariu' cippos*
*Collisere omnes.*

Magnus Turnebus in Adversariis cippos interpretatur eminentias, & devia asperaque loca. Et interpretatur hæc verba de imperitis mulionibus, qui mulos suos in cippos eminentes & inæquales, nec planam viam & æquatam sequuntur, ex eoque vel jumenta cespitare & cadere, vel everti vehicula ait, eoque dici illos, cippos collidere. Sed multum fallitur, nam cippos pro tali tumulo aut eminentia nullus scriptor dixit, præterea versus illi corrupte ita leguntur; & recte jam pridem emendavit Scaliger:

*Porto homines nequam, malus ut quartarius, cippos*
*Collisere homines.*

Ait se portare homines nequam & insolentes, qui cippos viæ publicæ ap-

*quis ordinibus in quincuncem dispositis, scrobes trium in altudinem pedum fodiebantur, paullatim* [1] *angustiore ad infimum fastigio. Huc teretes stipites feminis crassitudine, ab* 6
*summo praeacuti & praeusti, demittebantur; ita ut non amplius*

appositos collisissent, haud aliter atque mali quartarii solent, dum jumenta sua non bene regunt. Igitur cippi tales columnæ: sed & illæ, quæ in via solent poni ad sciendα itineris spatia. *Lapides* Romani vocavere. Unde illud toties repetitum, *ad primum ab urbe lapidem.* h. e. cippum. Valerius Probus de notis. cipp. *Cippus, id est terminus; ut cippum, seu Lapidem.* Denique admonebantur talibus cippis viatores, quà transire liceret, privatum ne an publicum iter esset, an currui, an equiti, an asini transitus deberetur. Talis Cippus est qui Romæ visitur, quà itur à Pantheo ad viam Flaminiam, qui hæc inscripta habet:

ID. QVOD. INTRA. CIPPOS
AD. CAMPVM. VERSVS. SOLI
EST. A. CÆS. AVGVST.
REDEMTVM
PRIVATO. PVBLICAVIT.

Item alter cippus Stimigliani in Sabinis:

PER. HANC
VIAM. FVNDO
C. MARCI. C. L.
PHILERONIS
ITER. ACTVS
DEBETVR.

In veteribus Glossis invenio. *Cippus*, Ἐνὸς λίθινος, Κορμὸς, ποδοκάκη. Diu cogitabam quid sibi vellet illud ἐνὸς λίθινος; locus haud dubiè depravatus. Martinius pro ἐνὸς legebat εἶδος, nimis audacter. Certe male distincta hæc verba certum habeo: itaque interpunge Ἐνεὸς; λίθινος κόρμος, ποδοκάκη. Ἐνεὸς *cippus*, quemadmodum mutum hominem *statuam* appellamus, stupidum, *stipitem*, omnino id arbitror voluisse Glossographum, tametsi nusquam reperiam ita veteres hac voce usos. Sed quemadmodum *Cippum* aliæ Glossæ ἀνδριάντα interpretantur, ita statua de homine muto. Jam λίθινος κορμός, illud vere cippus. Nam κορμὸς *truncum* notat cui abscinduntur ramuli, qui inde pullulant. Quod rectè congruit cum *cippis* Cæsaris, qui ait, *truncis arborum, aut admodum firmis ramis abscisis, atque horum dolabratis, atque praeacutis cacuminibus, perpetua fossa ducebantur.* Nisi forte Cæsar respexit ad alteram notionem vocis *cippus*, nimirum ποδοκάκην: quia inquit induebant se acutissimis vallis. Certum Ποδοκάκην quoque *cippum* notare, sive lignum bipatens, quo sontium pedes includuntur. Unde haud dubie hodieque vox *cippier* remansit, quæ carceris custodem notat. Sed non arbitror tamen hoc Cæsarem voluisse. *D. Vossius.*

1. *Paullatim angustiore ad summum fastigio*] Ita & Scaliger edidit vv. cc. *ad infimum.* Ursinus mire nugatur ad hunc locum; nam ita scribit: *Sed fortasse legendum ad imum, vel potius, in imum. Nam antiqui simum scribebant pro imum. Et ex duabus dictionibus in simum, cum unam fecerit librarius, insimum, alius postea addidit particulam ad.* Profecto pudet nugarum, & siluisse mallem. Quasi non *infimum* & *imum* idem sint. Scire etiam velim, quo autore Ursinus dicat veteres *simum*, pro *imum* scripsisse. Sed gaudeat ille conjectura sua. Magnus Lipsius putabat scribendum *infimum.* Nam alioqui, inquit, quomodo commode, quod subjicit Cæsar, exculcari terra poterat? Potuit, & commodè quidem. Nam etsi scrobes inferius latiores erant, quid prohibet suprema tantum patuisse, ut commode pes inseri, & exculcari terra posset? Præterea si arctius paul-

7 *plius* IV *digitis ex terra eminerent. simul confirmandi & stabiliendi caussa singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur: reliqua pars scrobis ad occultandas insidias viminibus*
8 *ac virgultis integebatur. Hujus generis octoni ordines ducti, ternos inter se pedes distabant. id* [2] *ex similitudine floris Li-*
9 *lium appellabant. Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur; mediocribusque intermissis spaciis, omnibus locis disserebantur, quos Stimulos nominabant.*

1 LXXIV. His rebus perfectis, regiones secutus, quam potuit, æquissimas pro loci natura, XIV millia passuum complexus, pares ejusdem generis munitiones, diversas ab his, contra exteriorem hostem perfecit, ut ne magna quidem multitudine, si ita accidat, ejus discessu, munitionum præsidia circumfundi possent. neu cum periculo ex castris egredi cogerentur, dierum XXX pabulum frumentumque habere omnes convectum jubet.

1 LXXV. Dum hæc ad Alesiam geruntur, Galli, con-

Paullatim ad imum coibant, minus profundæ fuissent. Atqui Cæsaris consilium fuit ut vel læderentur liliis milites, vel in scrobes deciderent, ex quibus minus commode extrahuntur pedes, quando suprema angustiora sunt. Ego contendo illud *summum* probum esse, & tantundem valere ac si diceret Cæsar, infima scrobis angustiora fuisse. Et melius hic dixit Cæsar *ad summum* quam ad infimum. Nam fastigii vox proprie summum notat: sed hic summum dicitur de scrobe, ut altum mare & cœlum vocatur. *D. Vossius.*

*Ad infimum*] Sic plures libri, quos probat *Just. Lipsius* Poliorc. l. II. Dial. II. p. 518. Et merito quidem; hos enim cippos *ex similitudine florum lilia appellabant*, ut paullo post testatur *Cæsar*; at liliis imum est angustius, summa vero magis patent. *Jos. Scaliger.* hoc, ut opinor, in animum non revocans, edidit *ad summum*. Longe autem abest, ut *D. Vossio* accedam, qui *summum* idem ac *infimum* denotare contendit; nec enim valet *ima summis mutare*. Davies.

1. *Ex similitudine floris lilium appellabant*] Acute, sed quod non facile quisquam intelligat. Fovea ipsa paullatim ad imum angustior, cujus medio insertum lignum paullum exstabat, ut è lilii medio exstant

quoque. Videmus hic magnam similitudinem, ut non potuerit commodius nomen imponi. *D. Vossius.*

concilio principum indicto, non omnes, qui arma ferre possent, ut censuit Vercingetorix, convocandos statuunt, sed certum numerum cuique civitati imperandum; ne, tanta multitudine confusa, nec moderari, nec discernere suos, nec frumentandi rationem habere possent. Imperant Æduis, atque eorum clientibus, 2
Segusianis, [1] Ambivaretis, [2] Aulercis Brannovicibus, Brannoviis millia xxxv; parem numerum Arvernis, adjunctis Eleutheris Cadurcis, Gabalis, [3] Velaunis, qui sub imperio Arvernorum esse consueverunt;
[4] Senonibus, Sequanis, Biturigibus, Xantonibus, 3
Ru-

1. *Ambivaretis*] Ita Scaliger edidit. in v. c. est *Ambularetis*. alius habet *Ambinaretis*, quod corruptum ex *Ambivaretis* non dubito. Alii legunt *Ambuaretis*, eosque prope Pyrenæos montes collocant. Sane magis id ex Cæsaris mente videtur, qui hoc loco populos minus dissitos plerumque conjungit. Certè ego non arbitror Cæsarem *Ambivaretis* scripsisse, quia illi in extremo Galliæ, hic gentes Æduis propinquiores pleræque memorantur. Fulvius legebat *Ambarri*, quod nescio an probare ausim, quia puto sub verbis illis *eorumque clientibus*, comprehendi Ambarros. Nam Segusianos, & Aulercos cæterasque nationes, quæ hic recensentur, fuisse in clientela Æduorum, nullus veterum, quod sciam, prodidit. Et male, reor, Græcus transfert: τοῖς Ἐδουοῦσι, καὶ τοῖς ἐκείνων συμμάχοις, τοῦτ' ἐστι Σεγουσιανοῖς, &c. *D. Vossius.*

2. *Aulercis Brannovicibus, Brannoviis*] Non alibi facta est *Aulercorum Brannovicum* mentio. Omnes Codd. interpungunt *Aulercis*, *Brannovicibus*, *Brannoviis*; etiam Græcus, τοῖς Αὐλέρκοις, τοῖς τε Βραννοουίξι, καὶ τοῖς Βραννοουίοις, adeo ut, si illos sequamur, tres sint populi. Sed in re tam obscura nihil potest ῥητῶς adfirmari; verum tamen libris adhærere multo satius, ne nova corruptione *Cæsarem* maculemus; quam etiam ob causam nolim cum *Jos. Scaligero* & *Pet. Ciacconio* ultimam vocem expungere. Fateor equidem *Brannovios* alibi non memorari, sed nec *Brannovices*; hoc tamen non impedit, quominus tales revera fuerint populi. *Davies.*

3. *Velaunis, qui sub imperio Arvernorum esse consueverunt*] Vv. cc. constanter *Velaviis* habent. Et sic Strabo Geogr. lib. IV. Οὐελλάιοι δὲ μετὰ τούτους, οἳ προσωρίζοντο ποτὲ Ἀρουέρνοις· νῦν δὲ τάττονται καθ' ἑαυτούς. Scaliger tamen maluit *Velauni*; credo quia sic in Ptolomæo legitur. Et esse codices Cæsaris, in quibus ita legatur, non dubito. Certè Græcus habet Βιλαυνίοις Plinius lib. IV. cap. 19. gentem eam *Vellates* vocat. *D. Vossius.*

4. *Senonibus, Sequanis, Biturigibus, Xantonibus, Ruthenis, Carnutibus* XII *millia*] *Hadr. Valesius* not. Gall. pag. 513. non solum legit XXII *millia*, sed & putat, singulas has gentes, ut erant frequentes ac validæ, hunc numerum contulisse, nec ob aliam causam à *Cæsare* simul esse commemoratas. Dein ut ejus conjecturæ summa conveniat, cap. LXXVI. reponit CCCLVIII. *millia*. Ei sane non assentior; cum enim eundem loquendi modum de omnibus

Ruthenis, Carnutibus XII millia; Bellovacis X; toti-
dem Lemovicibus; octona Pictonibus, & Turonis,
& Parisiis, & [1] Eleutheris Suessionibus, Ambianis,
Mediomatricis, Petrocoriis, Nerviis, Morinis, Ni-
tiobrigibus quina millia; Aulercis Cenomanis totidem;
Atrebatibus IV millia; Bellocassis, Lexoviis, Auler-
4 cis, Eburonibus terna; Rauracis, & Bojis XXX; uni-
versis civitatibus, quæ Oceanum attingunt, quæque
eorum consuetudine Armoricæ appellantur, quo sunt
in numero Curiosolites, Rhedones, Ambibari, Ca-
detes, Osismii, [2] Lemovices, Veneti, Unelli, sena.
5 Ex his Bellovaci suum numerum non contulerunt;
quod se suo nomine, atque arbitrio cum Romanis bel-
lum gesturos dicerent, neque cujusquam imperio ob-
temperaturos. rogati tamen à Comio, pro ejus hospitio
II millia miserunt.
1 LXXVI. Hujus opera Comii, ita ut antea demon-
stravimus, fideli atque utili superioribus annis erat usus
in Britannia Cæsar: pro quibus meritis civitatem ejus
immunem esse jusserat; jura legesque reddiderat: atque
ipsi

bus adhibeat *Cæsar*, non est, cur singulæ harum civitatum XXII millia contulisse videantur, dum reliquæ numerum imperatum conjunctim effecerint. N[illegible] obstat, quod hæ gentes in primis essent firmæ; pro viribus enim civitatum milites non erant imperati, nam si hanc rationem sequerentur principes, vix est ut arbitremur, eos ex Rauracis & Boiis XXX millia, tota vero Armorica V tantum, fuisse coacturos. *Davies.*

1. *Eleutheris Suessionibus*] Nescio cujus audacia hic *Eleutheri* supra memorati irrepserint. Stephanus ita impressit, sed quo autore? Multo minus scio qui sint *Eleutheri Suessiones*. Nusquam sane ita appellatos Suessiones invenio. Veteres codd. habent *Helviciis*, multo melius. Non quod hanc probam lectionem putem, sed altera minus corruptam. Lego confidenter *Helviis*: nam & supra quo loco Helviorum mentio à Cæsare facta, corrupte in veteri codice erat *Helviciis*. Tu itaque hoc modo distingue hæc verba: *Octona Pictonibus, & Turonis, & Parisiis, & Helviis. Suessionibus, Ambianis*, &c. *D. Vossius.*

2. *Lemovices*] Hanc vocem delent *Pet. Ciacconius* & *Jos. Scaliger*, quia *Cæsar* Lemovicum supra meminerit. Nihilominus, cum omnes MSS. & Græcus interpres retineant, inducendam non censuerim: ut enim tres erant Aulerci, ita duo poterant esse Lemovices, quorum hi in Armorica fuere siti, alii non item *Davies.*

ipsi Morinos attribuerat. Tanta tamen universæ Galliæ 2
consensio fuit libertatis vindicandæ, & pristinæ belli
laudis recuperandæ, ut neque beneficiis neque amici-
tiæ memoria moverentur; omnesque & animo, & o-
pibus in id bellum incumberent; [1] coactis equitum IIX
millibus, & peditum circiter CCXL. Hæc in Æduorum 3
finibus recensebantur; numerusque inibatur: præfe-
cti constituebantur: Comio Atrebati, Virdumaro, &
Eporedorigi Æduis, Vergasillauno Arverno consobri-
no Vercingetorigis summa imperii transditur. Iis dele- 4
cti ex civitatibus attribuuntur, quorum consilio bellum
administraretur. Omnes alacres, & fiduciæ pleni ad A- 5
lesiam proficiscuntur. nec erat omnium quisquam, qui 6
adspectum modo tantæ multitudinis sustineri posse ar-
bitraretur, [2] præsertim ancipiti prœlio; quum ex oppi-
do eruptione pugnaretur, & foris tantæ copiæ equita-
tus peditatusque cernerentur.

LXXVII. At ii, qui Alesiæ obsidebantur, præteri- 1
ta die, qua suorum auxilia exspectaverant, consumpto
omni frumento, inscii, quid in Æduis gereretur, con-
cilio coacto, de exitu fortunarum suarum consultabant.
ac variis dictis sententiis, quarum pars deditionem; 2
pars, dum vires suppeterent, eruptionem censebant,
non prætereunda videtur oratio Critognati, propter e-
jus singularem ac nefariam crudelitatem. Hic summo 3
in Arvernis natus loco, & magnæ habitus auctoritatis,
*Nihil*, inquit, *de eorum sententia dicturus sum*, *qui turpis-
simam*

1. *Coactis equitum* VIII *millibus*, *&* *peditum* CCXL.] Sic *Jul. Celsus* p. 154. sic & omnes Codd. nisi quod antiquitus impressi habeant *coactis equitum* VII *millibus*: at totus Gallorum numerus, si & eorum rationem habeas, qui cum Vercingetorige erant ad Alesiam, CCXXXII millia conficit, adeo ut vel ultra numerum imperatum miserint nonnullæ civitates, vel in notas numerales irrepserit vitium. *Davies.*

2. *Præsertim ancipiti prœlio*] *Anceps prœlium* hic denotat pugnam à tergo & à fronte instantem. Noster lib. III. B. C. cap. LXXII. *Non illi* — *ancipitem terrorem intra extraque munitiones* — *causa fuisse cogitabant*. *Curtius* lib. III. cap. VII, 9. *Ubi circumiri*, *ubi ancipiti acie premi possent*. Vide & *Corn. Nepotem* Datam. cap. VII, 3. *Idem.*

ſimam ſervitutem deditionis nomine appellant; neque hos ha-
bendos civium loco, [1] neque ad concilium adhibendos cenſeo.
4 Cum iis mihi res ſit, qui eruptionem probant: quorum in con-
ſilio omnium veſtrum conſenſu priſtinæ reſidere virtutis me-
5 moria videtur. Animi eſt iſta mollities, non virtus, ino-
piam paulliſper ferre non poſſe. [2] Qui ſe ultro morti offerant,
6 facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. At-
que ego hanc ſententiam probarem, nam apud me multum
dignitas poteſt; ſi nullam, præterquam vitæ noſtræ, jactu-
7 ram fieri viderem: ſed in conſilio capiendo omnem Galliam
8 reſpiciamus, quam ad noſtrum auxilium concitavimus. Quid,
hominum millibus LXXX uno loco interfectis, propinquis con-
ſanguineiſque animi fore exiſtimatis, ſi pene in ipſis cada-
9 veribus prœlio decertare cogentur? Nolite hos veſtro auxilio
ſpoliare, qui veſtræ ſalutis cauſſa ſuum periculum neglexe-
rint, [3] nec ſtultitia ac temeritate veſtra, aut imbecillitate
animi omnem Galliam proſternere, ac perpetuæ ſervituti ad-
10 dicere. An, quod ad diem non venerint, de eorum fide con-
ſtantiaque dubitatis? Quid ergo? Romanos in illis ulterio-
ribus munitionibus animine cauſſa quotidie exerceri putatis?
11 Si illorum nunciis confirmari non poteſtis, omni aditu præ-
ſepto, iis utimini teſtibus, appropinquare eorum adventum;
cujus

1. *Neque ad concilium*] Sic reſtituimus. In vulgatis erat *conſilium*. Male: concionem enim ſignificat, & recte Græcus utrobique habet ἐκκλησίαν. Davies.

2. *Qui ſe ultro morti offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant*] Conſciſcere ſibi mortem ignavi eſſe hominis proprium, non viri fortis, ut vulgo putatum eſt, ex *Ariſtotelis* ſententia, & D. *Aurelii Auguſtini* jam pridem docuit *M. Antonius Muretus* lib. IV. Variar. cap. II. Nabarzanes apud *Q. Curtium* lib. V. *Fortium*, inquit, *virorum eſt magis mortem contemnere, quam odiſſe vitam. Sæpe tædio laboris ad vilitatem ſui* (ut recte repoſuit *Pet. Faber* lib. I. Semeſt. cap. X. pro *utilitatem*) *compelluntur ignavi, at virtus nihil inexpertum relinquit. Itaque ultimum omnium mors eſt, ad quam non pigre ire, ſatis eſt.* Adde quæ graviter ſcribit *Seneca* epiſt. XXIV. lib. III. *Brant.*

3. *Nec ſtultitia ac temeritate veſtra — omnem Galliam proſternere*] Gemina eſt negatio pro una. *Terentius* Andr. Act. II. Sc. II. vſ. ult. *Neque tu haud dicas tibi non prædictum*; more Græcorum, apud quos duæ particulæ negativæ vehementius negant. *Minucius Felix* Octav. p. 88. *Hujuſmodi propudia nobis non licet nec audire.* Plura congeſſit Cl. *Janus Broukhuſius* ad *Propertii* lib. II. El. XV, 5. *Davies.*

*cujus rei timore exterriti, diem, noctemque in opere versan-*
*tur. Quid ergo mei consilii est? Facere, quod nostri majo-* 12
*res nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt;*
*qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum cor-*
*poribus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam to-*
*leraverunt, neque se hostibus transdiderunt. cujus rei exem-* 13
*plum si non haberemus, tamen libertatis caussa institui & po-*
*steris prodi pulcherrimum judicarem. Nam quid huic simile*
*bello fuit?* [1] *Depopulata Gallia, magnaque illata calamita-* 14
*te, Cimbri finibus nostris aliquando excesserunt, atque alias*
*terras petierunt: jura, leges, agros, libertatem nobis reliquе-*
*runt. Romani vero quid petunt aliud, aut quid volunt, nisi* 15
*invidia adducti, quos fama nobiles, potentesque bello cogno-*
*verunt, horum in agris civitatibusque considere, atque his æ-*
*ternam injungere servitutem? neque enim unquam alia con-*
*ditione bella gesserunt. Quod si ea, quæ in longinquis nationi-* 16
*bus geruntur, ignoratis; respicite finitimam Galliam, quæ*
*in provinciam redacta, jure, & legibus commutatis, securi-*
*bus subjecta, perpetua premitur servitute.*

LXXVIII. Sententiis dictis, constituunt, ut, qui 1
valetudine, aut ætate inutiles sunt bello, oppido exce-
dant, atque omnia prius experiantur, quam ad Crito-
gnati sententiam descendant: illo tamen potius uten- 2
dum consilio, si res cogat atque auxilia morentur, quam
deditionis aut pacis subeundam conditionem. Mandu- 3
bii, qui eos oppido receperant, cum liberis atque u-
xoribus exire coguntur. Ii, quum ad munitiones Ro- 4
manorum accessissent, flentes, omnibus precibus ora-
bant, ut se in servitutem receptos cibo juvarent. Hos 5
Cæ-

1. *Depopulata Gallia*] Verbum hoc, quod *deponens* censetur, *passivam* significationem hic obtinet. Sic lib. I. B. G. cap. XI. *Sese*, depopulatis *agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere. Horatius* lib. III. Od. V. vs. 24. *Arva Marte coli* populata *nostro.* Nec hoc mirum videatur, cum & *activa* terminatio in usu remanserit. Auctor de Bell. Hisp. cap. XLII. *Agros vestramque provinciam vestro impulsu* depopulavit. Vide & *Virgilium* Æn. I, 531. *Davies.*

Cæſar, [1] diſpoſitis in vallo cuſtodiis, recipi prohibebat.

1 LXXIX. Interea Comius, & reliqui duces, quibus ſumma imperii permiſſa erat, cum omnibus copiis
ad Aleſiam perveniunt, & colle exteriore occupato,
[2] non longius D paſſibus à noſtris munitionibus conſi-
2 dunt. Poſtero die equitatu ex caſtris educto, omnem
eam planitiem, quam in longitudinem III millia paſ-
ſuum patere demonſtravimus, complent; pedeſtreſque
copias, paullum ab eo loco, abditas, in locis ſuperio-
3 ribus conſtituunt. Erat ex oppido Aleſia deſpectus in
campum. Concurritur, his auxiliis viſis; fit gratula-
tio inter eos, atque omnium animi ad lætitiam excitan-
4 tur. Itaque, productis copiis ante oppidum conſi-
dunt; & proximam foſſam cratibus integunt, atque
aggere explent; ſeque ad eruptionem, atque omnes caſus comparant.

1 LXXX. Cæſar, omni exercitu ad utramque partem
munitionum diſpoſito, ut, ſi uſus veniat, ſuum quiſ-
que locum teneat, & noverit; equitatum ex caſtris e-
2 duci, & prœlium committi jubet. Erat ex omnibus ca-
ſtris, quæ ſummum undique jugum tenebant, deſpectus: atque [3] omnium militum intenti animi pugnæ even-

1. *Diſpoſitis in vallo cuſtodiis*] Alii *cuſtodibus*, quam lectionem intulere Librarii, neſcierunt enim *abſtractum* pro *concreto* apud optimos auctores inveniri. *Corn. Nepos* Epam. cap. VI, 4. *Coram frequentiſſimo* legationum *conventu*. *Val. Maximus* lib. I. cap. I, 9. *Non dubitaverunt ſacris* imperia *ſervire*. *Eumenius* Pan. IV. cap. VIII, 4. *Cum* conjugiis *& liberis cæteroque examine* neceſſitudinum — *ad loca olim deſerta tranſirent*. Hinc *Julii Firmici* vulgata lectio defendi poteſt; ait enim p. 23. de error. Prof. Rel. *Sicque tum ipſa* diſpenſatio (Ceres) *quod attulerat frumenta* — *ſepulta in eo loco eſt, pariter & conſecrata*. Vir ſummus *J. F. Gronovius* Obſerv. Eccleſ. cap. IX. reponit *diſpenſatrix*, vel *diſpenſata*, vel *diſpenſato frumento*. Sed locus recte ſe habet, nec medica manu eſt opus, ut ex exemplis allatis conſtat, quibus adde *Thomæ Munckeri* collectanea ad *Hygini* Fab. CXX. *Davies*.

2. *Non longius* D *paſſibus*] MSS. *Ciaccon.* & *Norvic.* cum edit. *Rom. Ven. Beroald.* habent *mille paſſibus*, quam etiam lectionem in ſuo Codice invenit Græcus interpres; vertit enim οὐ πλεῖον ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων ἢ ΟΚΤΩ ΣΤΑΔΙΑ, quæ mille paſſus conficiunt. *Idem*.

3. *Omnium militum intenti animi pugnæ eventum exſpectabant*] In aliis, *omnes*

eventum exſpectabant. Galli inter equites, raros ſagit- 3
tarios, expeditoſque levis armaturæ interjecerant, qui
ſuis cedentibus auxilio ſuccurrerent, & noſtrorum e-
quitum impetum ſuſtinerent. Ab his complures de im-
proviſo vulnerati, prœlio excedebant. Quum ſuos pu- 4
gna ſuperiores eſſe Galli confiderent, & noſtros premi
multitudine viderent; ex omnibus partibus, & ii, qui
munitionibus continebantur; & ii, qui ad auxilium
convenerant, clamore & ululatu ſuorum animos con-
firmabant. Quod in conſpectu omnium res gerebatur, 5
neque recte, aut turpiter factum celari poterat; utroſ-
que & laudis cupiditas, & timor ignominiæ ad virtu-
tem excitabat. Quum à meridie prope ad Solis occa- 6
ſum dubia victoria pugnaretur, Germani una in par-
te confertis turmis in hoſtes impetum fecerunt, eoſ-
que propulerunt. quibus in fugam conjectis, ſagitta- 7
rii circumventi, interfectique ſunt. Item ex reliquis 8
partibus noſtri cedentes uſque ad caſtra inſecuti, ſui
colligendi facultatem non dederunt. at ii, qui ab Ale- 9
ſia proceſſerant, mœſti, prope victoria deſperata, ſe
in oppidum receperunt.

LXXXI. Uno die intermiſſo, Galli, atque hoc ſpa- 1
tio, magno cratium, ſcalarum, harpagonum numero
effecto, media nocte ſilentio ex caſtris egreſſi, ad cam-
peſtres munitiones accedunt. Subito clamore ſublato, 2
qua ſignificatione, qui in oppido obſidebantur, de ſuo
adventu cognoſcere poſſent, crates projicere, fundis,
ſagittis, lapidibus noſtros de vallo deturbare, reliqua-
que, quæ ad oppugnationem pertinent, adminiſtrare.
Eodem tempore, clamore exaudito, dat tuba ſignum 3
ſuis

*omnes milites intenti pugna eventum exſpectabant*, ac ſic legit Metaphraſtes. MSS. autem *Carrar.* & *Norvic.* pro eventu exhibent *proventum*, quæ ſane vox (licet ejus uſus hoc in ſenſu ſit rarior) idem valet ac *eventus*; qua de cauſa vulgatam lectionem Gloſſematis ſuſpectam habeo. *Virgilius* Æn. XII, 427.

*Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra*
*Proveniunt.* —

Plura collegimus not. ad hujuſce libri cap. XXIX. *Davies.*

4 suis Vercingetorix, atque ex oppido educit. Nostri, ut superioribus diebus [1] suus cuique locus erat definitus, ad munitiones accedunt; [2] fundis librilibus sudibusque quas in opere disposuerant, ac glandibus Gallos
5 perterrent. Prospectu tenebris adempto, multa utrimque vulnera accipiuntur, complura tormentis tela con-
6 jiciuntur. At M. Antonius, & C. Trebonius, legati, quibus eæ partes ad defendendum obvenerant, qua ex parte premi nostros intellexerant, iis auxilio ex ulterioribus castellis deductos submittebant.

1 LXXXII. Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant: postea quam propius successerunt, aut se ipsi stimulis inopinantes inducebant; aut in scrobes delapsi transfodiebantur; aut ex vallo, & turribus transjecti pilis muralibus interi-
2 bant. Multis undique vulneribus acceptis, nulla munitione perpetua, quum lux appeteret; veriti, ne ab latere aperto ex superioribus castris eruptione circum-
3 venirentur, se ad suos receperunt. At interiores, dum ea, quæ à Vercingetorige ad eruptionem præparata e-
4 rant, proferunt, priores fossas explent: diutius in iis rebus administrandis morati prius suos discessisse cognoverunt, quam munitionibus appropinquarent. Ita re infecta in oppidum reverterunt.

1 LXXXIII. Bis magno cum detrimento repulsi Galli

1. *Suus cuique locus erat definitus*] Codicis *Andini* lectionem recepimus. *Noster* lib. III. B. C. cap. LXXXII. *Jamque inter se palam de præmiis ac sacerdotiis contendebant, in annosque consulatum* definiebant. *Justinus* lib. XIV. cap. I, 9. *Iis, qui Eumenis caput ad Antigonum detulissent, magna præmia* definiebantur. Vulgo erat *attributus*. Sed ea lectio ex interpretatione irrepserat, ut animadvertit *J. F. Gronovius*, quem vide ad *Livii* lib. XXXV. cap. VII. *Davies*.

2. *Fundis librilibus*] Nonnulli *libralibus*, quæ lectio firmari poterit ex *Vegetio*; is enim lib. II. cap. XXIII. *libralia saxa* memorat. Sed receptam tuetur *Festus*: nam ait *Librilia appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta*; unde distinguendum videtur, *fundis, librilibus*, quemadmodum etiam censuit *Just. Lipsius* Poliorc. lib. IV. Dial. III. Sane sic exhibent MS. *Brant.* & Græcus interpres, qui vertit, σφενδόναις, μεγάλοις τε λίθοις. Idem.

li quid agant, consulunt. locorum peritos adhibent. ab
his superiorum castrorum situs, munitionesque cogno-
scunt. Erat à Septemtrionibus collis, quem quia, pro- 2
pter magnitudinem circuitus, [1] opere circumplecti
non potuerant; nostri necessario pene iniquo loco, &
leniter declivi, castra fecerunt. Hæc C. Antistius Re- 3
ginus, & C. Caninius Rebilus, legati cum II legioni-
bus obtinebant. Cognitis per exploratores regionibus, 4
duces hostium LV millia ex omni numero deligunt ea-
rum civitatum, quæ maximam virtutis opinionem ha-
bebant: quid, quoque pacto, agi placeat, occulte in- 5
ter se constituunt. adeundi tempus definiunt, quum
meridies esse videatur. Iis copiis Vergasillaunum Arver- 6
num, unum ex IV ducibus, propinquum Vercingeto-
rigis, præficiunt. Ille ex castris prima vigilia egressus, 7
prope confecto sub lucem itinere, post montem se oc-
cultavit, militesque ex nocturno labore sese reficere
jussit. Quum jam meridies appropinquare videretur, 8
ad ea castra, quæ supra demonstravimus, contendit;
eodemque tempore equitatus ad campestres munitio-
nes accedere, & reliquæ copiæ sese pro castris ostende-
re cœperunt.

LXXXIV. Vercingetorix ex arce Alesiæ suos con- 1
spicatus, [2] ex oppido egreditur, * è castris longurios,
musculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis caussa
paraverat, profert. Pugnatur uno tempore omnibus 2
locis, atque omnia tentantur. quæ minime visa pars fir-
ma esse, huc concurritur. Romanorum manus tantis 3
mu-

1. *Opere circumplecti non potuerant, nostri necessario &c.*] Clarior multo & dilucidior erit sententia, si hoc modo interpungas *opere circumplecti non potuerant nostri, necessario &c.* Ita distinxit Græcus. Ὃ, inquit, οὐ δυνηθέντες οἱ Ῥωμαῖοι πάντοθεν περιχωρεῖν, ἀναγκαίως καὶ τὰ ἑξῆς. Davies.

2. *Ex oppido egreditur, * è castris longurios*] Ita plerique codices, ut nonnulla deesse videantur. Ursinus pro *è castris* legebat, *& crates*: alii *& rastros*. Græcus habet, ἐκ τῆς πόλεως ἐξήγαγε τὸ σὺν αὐτῷ στράτευμα. Incertum quæ vera lectio, & exspectandi meliores codices. *D. Vossius* Vide *Just. Lipsium* Poliorc. l. 1. dial: IX. *Davies.*

munitionibus diſtinetur, nec facile pluribus locis oc-
4 currit. Multum ad terrendos noſtros valuit clamor, qui
poſt tergum pugnantibus exſtitit, quod ſuum pericu-
5 lum in aliena vident virtute conſiſtere. omnia enim ple-
rumque quæ abſunt, vehementius hominum mentes
perturbant.

1 LXXXV. Cæſar idoneum locum nactus, quid
quaque in parte geratur, cognoſcit, [1] laborantibus ſub-
2 mittit. Utriſque ad animum occurrit, unum illud eſſe
3 tempus, quo maxime contendi conveniat. Galli ni-
ſi perfregerint munitiones, de omni ſalute deſperant.
4 Romani, ſi rem obtinuerint, finem laborum omnium
5 exſpectant. Maxime ad ſuperiores munitiones labo-
ratur, quo Vergaſillaunum miſſum demonſtravimus.
6 [2] Exiguum loci ad declivitatem faſtigium, magnum
7 habet momentum. Alii tela conjiciunt, alii teſtu-
dine facta ſubeunt, defatigatis invicem integri ſucce-
8 dunt. Agger ab univerſis in munitionem conjectus,
& adſcenſum dat Gallis, & quæ in terram occultave-
9 rant Romani, contegit. nec jam arma noſtris, nec vi-
res ſuppetunt.

1 LXXXVI. His rebus cognitis, Cæſar Labie-
num cum cohortibus VI ſubſidio laborantibus mittit.
2 Imperat, ſi ſuſtinere non poſſit, deductis cohortibus
3 eruptione pugnaret. id, niſi neceſſario, non faciat. I-
pſe adit reliquos: cohortatur, ne labori ſuccumbant:
omnium

1. *Laborantibus ſubmittit*] Nuſquam alibi ſic locutus eſt *Cæſar*, ſed *milites* aut *ſubſidia* aut aliquid iſtiuſmodi huic verbo ſemper ſubjicit. Ita lib. IV. B. G. cap. XXVI. *Iis ſubſidia ſubmittebat*. Et lib. VII. cap. XIII. *Equites circiter CD ſubmittit*. Ac iterum cap. LXX. *Laborantibus noſtris Cæſar Germanos ſubmittit*. Sic perpetuo apud noſtrum. Non malè igitur *Pet. Ciacconius* legendum conjecit *ſubſidia laborantibus ſubmittit*, ſed plus valet MS. *Brant.* auctoritas, in quo ſcribitur *Laborantibus auxilium ſubmittit* & ita reponendum arbitror. Græcus etiam, *βοήθειαν ἐπιπέμπει*. Davies.

2. *Exiguum loci ad declivitatem faſtigium*] Vv. cc. *Iniquum loci*, &c. Urſinus & Ciacconius vocem *loci* inducendam putabant. Quid ſi legamus *Exiguum loci, ob declivitatem, faſtigium*. Ut dicat Cæſar, loci faſtigium, quamvis exiguum, tamen ob declivitatem magnum habuiſſe momentum. *D. Voſſius.*

omnium ſuperiorum dimicationum fructum in eo die,
atque hora docet conſiſtere. Interiores , deſperatis 4
campeſtribus locis , propter magnitudinem munitio-
num , loca prærupta ex adſcenſu tentant. Huc ea , 5
quæ paraverant , conferunt : multitudine telorum ex
turribus propugnantes deturbant : [1] aggere, & crati- 6
bus , aditus expediunt : falcibus vallum , ac loricam,
reſcindunt.

LXXXVII. Cæſar mittit primo Brutum adole- 1
ſcentem cum cohortibus VI , poſt cum aliis VII Fa-
bium legatum. poſtremo ipſe, quum vehementius pu- 2
gnaretur, integros ſubſidio adducit. Reſtituto prœlio, 3
ac repulſis hoſtibus , eo, quo Labienum miſerat, con-
tendit. cohortes IV ex proximo caſtello educit. equi- 4
tum ſe partem ſequi ; partem circumire exteriores mu-
nitiones , & ab tergo hoſtes adoriri jubet. Labienus, 5
poſtquam neque aggeres , neque foſſæ vim hoſtium
ſuſtinere poterant, coactis una de quadraginta cohor-
tibus , quas ex proximis præſidiis deductas [2] fors ob-
tulit , Cæſarem per nuncios facit certiorem , quid fa-
ciendum exiſtimet. Accelerat Cæſar , ut prœlio in-
terſit.

LXXXVIII. Ejus adventu [3] ex colore veſtitus co- 1
gnito,

1. *Aggere & cratibus aditus expediunt*] In MSS. *Urſin. Brant. Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* legitur *aggere & cratibus foſſas explent*. Sic etiam in ſuo Codice reperit Græcus , habet enim *χώματί τε ϰ͵ ἰσχάδεσι τὰς τάφρους ἀναπληρῶσαι.* nec improbat *Juſt. Lipſius* Poliorc. lib. I. Dial. VII. Mihi vero dubium non videtur , quin illa lectio Gloſſemati debeatur , quo quis explicare voluit , qua ratione *aditus expedierint* Galli ; niſi forſan , utraque lectione recepta , cum *Fr. Hotomanno* ſcribas *Aggere & cratibus foſſas explent , aditus expediunt*. Sed hoc frigidum eſt ; quis enim neſcit , expletis foſſis , aditus expediri? Placet igitur prior ratio. *Davies.*

2. *Fors obtulit*] Sic recte edit. *Steph.* In aliis ſcriptum erat *ſors obtulit*. Perperam. Lib. II. B. G. cap. XXI. *Quam in partem fors obtulit* , ubi male *ſors* irrepſerat. Vide & lib. VIII. B. G. cap. XIX. *Idem.*

3. *Ex colore veſtitus cognito , quo inſigni in prœliis uti conſueverat* ] Imperatores aut albo aut purpureo ſagulo fuerunt induti. *Val. Maximus* lib. I. cap. VI, II. *Ducturus erat* (Craſſus) *a Carris adverſus Parthos exercitum ; Ei pullum traditum eſt paludamentum , cum in prœlium exeuntibus album , aut purpureum dari ſoleret.* Sed ſingularis cujuſdam , ut opinor , coloris

gnito, quo insigni in prœliis uti consueverat, turmisque equitum & cohortibus visis, quas se sequi jusserat, ut de locis superioribus hæc declivia & devexa cer-
2 nebantur, hostes committunt prœlium. Utrimque clamore sublato, excipit rursus ex vallo atque omnibus
3 munitionibus clamor. Nostri, emissis pilis, gladiis rem gerunt. Repente post tergum equitatus cernitur. Cohor-
4 tes aliæ appropinquant. hostes terga vertunt. fugienti-
5 bus equites occurrunt. fit magna cædes. Sedulius [1] dux & princeps Lemovicum occiditur: Vergasillaunus Arvernus vivus in fuga comprehenditur. signa militaria LXXIV ad Cæsarem referuntur. pauci, ex tanto nume-
6 ro se incolumes in castra recipiunt. Conspicati ex oppido cædem & fugam suorum, desperata salute, copias à munitionibus reducunt. Fit protinus, hac re au-
7 dita, ex castris Gallorum fuga. Quod nisi crebris subsidiis, ac totius diei labore milites fuissent defessi, o-
8 mnes hostium copiæ deleri potuissent. De media nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur. magnus numerus capitur, atque interficitur: reliqui ex fuga in civitates discedunt.

1 LXXXIX. Postero die Vercingetorix, concilio convocato, *id se bellum suscepisse non suarum necessitatum,*
2 *sed communis libertatis caussa* demonstrat; *&, quoniam sit fortunæ cedendum, ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere, seu vivum transdere velint.*
3 Mittuntur de his rebus ad Cæsarem legati. Jubet arma
4 transdi, principes produci. Ipse in munitione pro castris con-

vestitu usus est *Cæsar*: alioquin inepta forent illa verba, *quo insigni in prœliis uti consueverat*. Non enim *Just. Lipsio* adsentior, qui in Anal. ad Milit. Rom. lib. II. Dial. XII. eas voces expunxit, & *Julii Celsi* vibices parum κριτικῶς conquestus est. *Davies.*

1. *Dux & princeps Lemovicum*] Sic recte Metaphrastes ac nonnulli Codd. manu exarati: In Vett. impressis *Rom. Ven. Beroald.* absurde legitur *dux & princeps Germanorum*, cum nulli prorsus huic bello interfuerint Germani, nisi qui à Cæsare steterunt. In MSto. *Norvic.* pessime scribitur *dux & princeps Remorum*, cum Rhemi his motibus se non immiscuerint, ut testatus est *Cæsar* hujusce libri cap. LXIII. *Davies.*

confedit. eo duces producuntur. [1] Vercingetorix deditur, arma projiciuntur. Reservatis Æduis, atque Ar- 5
vernis, si per eos civitates recuperare posset, ex reliquis captivis toto exercitu capita singula, prædæ nomine, distribuit.

XC. His rebus confectis, in Æduos proficiscitur; 1
civitatem recipit. Eo legati ab Arvernis missi, quæ 2
imperaret, se facturos pollicentur. Imperat magnum numerum obsidum. Legiones in hiberna mittit, capti- 3
vorum circiter xx millia Æduis Arvernisque reddit. T. 4
Labienum cum II legionibus & equitatu in Sequanos proficisci jubet. [2] Huic M. Sempronium Rutilum at- 5
tribuit. C. Fabium, & L. Minucium Basilum cum II legionibus in Rhemis collocat, ne quam à finitimis Bellovacis calamitatem accipiant. C. Antistium Reginum 6
in Ambivaretos, T. Sextium in Bituriges, C. Caninium Rebilum in Rhutenos cum singulis legionibus mittit. Q. Tullium Ciceronem, & P. Sulpicium Cabi- 7
loni & Matiscone in Æduis ad Ararim, rei frumentariæ caussâ, collocat. ipse Bibracte hiemare constituit. 8
His rebus Cæsaris literis cognitis, Romæ [3] dierum 9
xx supplicatio indicitur. *

1. *Vercingetorix deditur*] Florus lib. III. cap. x. de Vercingetorige loquens: *Ipse ille rex, inquit, maximum victoriæ decus, cum in castra venisset, tum & phaleras & sua arma ante Cæsaris genua projecit. Habes, inquit, fortem virum, vir fortissime, vicisti.* Sed mira illa Flori ἀμνημοσύνη est, quod Gergoviam octoginta militum millibus defensam & subactam à Cæsare ait, cum ipse Cæsar dicat se à Gergovia discessisse. Sed confudit Gergoviam cum Alesia. Ait idem Alesiam à Cæsare flammis æquatam, quod nusquam legere memini. Credo Genabum voluit, quod à se incensum ipse Cæsar fatetur. *D. Vossius.*

2. *Huic M. Sempronium attribuit*] Celsi exscriptor p. 159. *collegam dat*, quod non placet: *attribuit* hic *Cæsari*, est, adjutorem, vel vicarium dat. Sic lib. VIII. c. VI. ait Hirtius: *Suessionum qui Rhemis erant attributi.* Ubi *attributi* sunt clientes. *D. Vossius.* Vide lib. VIII. B. G. cap. XLVIII. *Davies.*

3. *Dierum* XX *supplicatio indicitur*] V. c. *supplicatio redditur.* quasi dicas in grati animi testimonium supplicatio diis redditur pro victoriis quas concesserant. Quamquam nullus ita veterum, quod sciam, loquatur. Porro *supplicatio* hic idem est quod Valerius Max. *gratulationem* vocat. Nam lib. I. cap. I. inquit: *Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur, cùm aliquid commendandum est, precatione: cum exposcendum voto: cum sol-*

*vendum*, *gratulatione* : *cum inquirendum vel extis vel sortibus impetrito* : *cum solenni ritu peragendum*, *sacrificio.* Ubi *supplicatio* præteritur, & pro ea est *gratulatio.* Sic usus Cicero lib. XI. epist. XVIII. ad Brutum : *Sed tamen, tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus.* & de Provinc. Conf. *Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, qua ex maximis victoriis.* Quam vero *precationem* hic Maximus appellat, ea Livio est *obsecratio*, lib. XXXI. *Supplicationibus*, inquit, *habitis jam, & obsecratione circa omnia pulvinaria facta.* Nam de novo ibi bello loquitur Livius, & dicere vult commendatam iis rem Romanam, priusquam in provincias abirent consules. *D. Vossius.*

* Ad calcem hujusce libri legitur in Metaphraste ὃ ἐπ' ἄλλῳ οὐδενὶ οὐδέποτε ἐπεποιήκεσαν : quæ verba de proprio addidisse videtur ad imitationem *Cæsaris*, qui lib. II. B. G. cap. XXXV. ait *Dies XV supplicatio decreta est* ; quod ante id tempus acciderat nulli. Certe *Cæsarem Metaphrastes nonnunquam ducem deserit, & breves tentat excursus*, ut observavit vir doctissimus *P. D. Huetius* de Clar. Intt. pag. 219. *Davies.*



LIBER

# LIBER VIII,

## [1] Scriptore

# A. HIRTIO PANSA.

## SUMMARIUM LIB. VIII. DE BELLO GALLICO.

*Hirtii de continuandis Cæsaris Commentariis institutum.* I. *Galli bella renovant.* II. *Cæsar, vastatis Biturigum &* V. *Carnutum agris,* VI. *Bellovacos ac plerosque alios aliquot præliis subigit.* XXVI. *Novum interea a Pictonibus,* XXXI. *Carnutibus & Armoricis motum bellum, à C. Fabio Legato conficitur.* XXXII. *Caninius Legatus Lucterii Cadurci & Drapetis Senonis copias profligat:* XXXVII. *atque hunc capit.* XXXIX. *Cæsar, Caninio junctus,* XLIII. *Uxellodunum occupat.* XLVIII. *Comio Atrebati, equestri pugna victo, venia data.* XLIX. *Sequenti anno, pacata universa Gallia, Cæsar, ultro citroque commeans, res singulas disponit.* LIII. *Inimici ipsius Romæ interea contra eum conspirant.*

COactus assiduis tuis vocibus, Balbe, quum 1
quotidiana mea recusatio non difficultatis
excusationem, sed inertiæ videretur deprecationem
habere, difficillimam rem suscepi. Cæsaris no- 2
stri Commentarios [2] rerum gestarum Galliæ, non com-

1. SCRIPTORE A. HIRTIO PANSA.] Jam olim super autore hujus libri dubitatum fuisse, docuit nos Suetonius in Julio, cum ait c. LVI. *Nam Alexandrini, Africique & Hispaniensis incertus auctor est. Alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit.* Msc. noster habebat: *Abhinc Hirtii Pansæ incipit præfatio libri* VIII. In Petaviano cod. nulla inscriptio erat, sed à secunda manu adscriptum, *Pansæ rerum gestarum C. Cæsaris.* D. Vossius.

2. *Rerum gestarum Galliæ*] Hæ tres voces desiderabantur in cod. Petaviano, nisi quod recentiore manu adjectæ erant. Certe facile crediderim

comparandos ſuperioribus atque inſequentibus ejus ſcriptis, contexui, noviſſimeque imperfecta ab rebus geſtis Alexandriæ confeci, uſque ad exitum non quidem civilis diſſenſionis, cujus finem nullum videmus, ſed
3 vitæ Cæſaris. Quos utinam qui legent, ſcire poſſent, quam invitus ſuſceperim ſcribendos, quo facilius caream ſtultitiæ atque arrogantiæ crimine, qui me me-
4 diis interpoſuerim Cæſaris ſcriptis. conſtat enim inter omnes, nihil tam operoſe ab aliis eſſe perfectum, quod non horum elegantia Commentariorum ſuperetur: qui
5 ſunt editi, ne ſcientia tantarum rerum ſcriptoribus deeſſet: adeoque probantur omnium judicio, ut præreptа,
6 non præbita facultas ſcriptoribus videatur. cujus tamen rei major noſtra, quam reliquorum eſt admiratio. ceteri enim quam bene atque emendate; nos etiam quam
7 facile atque celeriter eos confecerit, ſcimus. Erat autem in Cæſare quum facultas, atque elegantia ſumma ſcribendi, tum veriſſima ſuorum ſcientia conſiliorum
8 explicandorum. Mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandrino atque Africano bello intereſſem. quæ bella quamquam ex parte nobis Cæſaris ſermone ſint nota; tamen aliter audimus ea, quæ rerum novitate, aut admiratione nos capiunt; aliter, quæ pro teſtimonio ſu-
9 mus dicturi. Sed ego nimirum, dum omnes excuſatio-
nis

derim à librario eſſe, nam quid illud *rerum geſtarum Galliæ*, niſi *Galliæ* pro *Gallis* poſitum. *D. Voſſius.*

*Ibid.*] Ultima vox *Dionyſ. Voſſium* offendit, quam ob cauſam repoſuit *rerum geſtarum Gallis*, quod idem valet ac *inter Gallos. Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. lib. II. cap. XIV. *Quis eo tempore* Perſis *regnaverit. Corn. Severus* in Ætn. vſ. 17.

*Ultima quis tacuit juvenum certamina* Colchis;

Sic enim legendum, non *Colchos*, ut habent editi, unde commoda interpretatio extundi non poteſt. At in *Cæſare* nihil opus eſt ut quidquam mutemus. Ipſe *Hirtius* hujuſce libri cap. XLVIII. *Nullus habet* Galliæ *magnopere res geſtas. Corn. Nepos* Chabr. cap. III. *Plurimum* Cypri *vixit. Lucanus* lib. VIII, 428.

*Et ſi* Theſſaliæ *bellum civile peractum eſt.*

Sic membranæ, nec erat neceſſe ut *H. Grotius* emendaret *Theſſalia. Cicero* Tuſc. Quæſt. lib. II. cap. XXII. *Cum* Cypri *in manus Nicocreontis Regis incidiſſet.* Vide & *Salluſtium* Jugurth. cap. XXXIII. *Davies.*

nis cauſſas colligo, ne cum Cæſare conferar, hoc ipſum
crimen arrogantiæ ſubeo, quod me judicio cujuſquam
exiſtimem poſſe cum Cæſare comparari. Vale.

I. OMni Gallia devicta, Cæſar quum à ſuperio- 1
re æſtate nullum bellandi tempus intermiſiſ-
ſet, militeſque hibernorum quiete reficere à tantis la-
boribus vellet; complures eodem tempore civitates re-
novare belli conſilia nunciabantur, conjurationeſque
facere. Cujus rei veriſimilis cauſſa afferebatur, quod 2
Gallis omnibus cognitum eſſet, neque ulla multitudi-
ne in unum locum coacta reſiſti poſſe Romanis; nec,
ſi diverſa bella complures eodem tempore intuliſſent ci-
vitates, ſatis auxilii, aut ſpatii, aut copiarum habitu-
rum exercitum populi Romani ad omnia perſequen-
da. non eſſe autem alicui civitati ſortem incommodi re- 3
cuſandam, ſi tali mora reliquæ poſſent ſe vindicare in
libertatem.

II. Quæ ne opinio Gallorum confirmaretur, Cæ- 1
ſar M. Antonium quæſtorem ſuis præfecit hibernis: i-
pſe, equitatus præſidio, pridie [1] Kal. Januarii ab op-
pido Bibracte proficiſcitur [2] ad legionem XII, quam
non longe à finibus Æduorum collocaverat in finibus
Biturigum, eique adjungit legionem XI, quæ proxima
fuerat. Binis cohortibus ad impedimenta tuenda reli- 2
ctis, reliquum exercitum in copioſiſſimos agros Bitu-
rigum inducit: qui quum latos fines, & complura op-
pida haberent, unius legionis hibernis non potuerant
contineri, quin bellum pararent, conjurationeſque fa-
cerent.

III. Repentino adventu Cæſaris, [3] accidit, quod 1
im-

1. *Kal. Januarii*] In Pet. cod. erat *Kall.* ſcriptum imperitia librarii: credo putavit Kalendæ, quoque ſingularem habere numerum, ideoque imitatus veterem morem, quo *coſſ.* pro conſules, *coſ.* pro conſul, ſcribebatur. *D. Voſſius.*

2. *Ad legionem* XII.] Legionem, quæ cum T. Sextio in Biturigibus hiemabat, hujuſce libri cap. XI. vocat XIII. adeo ut vel hic vel illic error ſit in numeris. *Davies.*

3. *Accidit quod fuit neceſſe*] Vocem *accidere* neſcio cujus audacia omiſſam repo-

[1] imparatis disjectisque fuit necesse, ut sine timore ullo rura colentes prius ab equitatu opprimerentur, quam
2 confugere in oppida possent. namque etiam [2] illud vulgare incursionis signum hostium, quod incendiis ædificiorum intelligi consuevit, [3] Cæsaris id erat interdicto sublatum: ne aut copia pabuli frumentique, si longius progredi vellet, [4] deficeretur; aut hostes incendiis
3 terrerentur. Multis hominum millibus captis, perterriti Bituriges, qui primum adventum effugere potuerant Romanorum, in finitimas civitates, aut privatis hospitiis confisi, aut societate consiliorum, confugerant.
4 Frustra: nam Cæsar magnis itineribus omnibus locis occurrit; nec dat ulli civitati spatium de aliena potius, quam de domestica salute cogitandi. qua celeritate, & fideles amicos retinebat; & dubitantes terrore ad con-
5 ditiones pacis adducebat. Tali conditione proposita, Bituriges, quum sibi viderent clementia Cæsaris reditum patere in ejus amicitiam, finitimasque civitates sine ulla pœna dedisse obsides, atque in fidem receptas esse, idem fecerunt.

1 IV. Cæsar militibus pro tanto labore ac patientia, qui brumalibus diebus, itineribus difficillimis, frigoribus

repono, quando constanter omnes manuscr. eam agnoscunt. Et Hirtius sæpe imitatur Cæsaris phrasin, qui II de bello civil. ait: *Accidisse igitur his, quod plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere soleat.* Quin infra ipse Hirtius: *Accidebat autem quotidianis pabulationibus, id quod accidere erat necesse*, &c. itaque & hic scribe *accidere fuit necesse.* D. Vossius.

1. *Imparatis disjectisque*] In primo & secundo & Petav. ac Palat. codd. erat *dejectisque* perperam. Nugatur Hottomannus, cum *defectis* veram lectionem putat: ipse sensus reclamat. *D. Vossius.*

2. *Illud vulgare incursionis signum hostium*] Trajecta verba ex primo Bongars. & Petav. codd. ita ordino *incursionis hostium signum*; pro *vulgare* in secundo est *fugare*. msf. nostr. *futura*. Idem.

3. *Cæsaris id erat*] Voculam *id* expungo, nixus autoritate quinque mss. prim. sec. tert. Pet. ac Palatini. *Idem.*

4. *Deficeretur*] Vulgg. *deficeret*; sed nos secuti sumus lectionem Codicis *Norv.* & locum ex aliis MSStis ita corrigendum esse vidit *Marquardus Gudius* ad *Phædri* lib. I. Fab. XXI. Sic lib. III. B. C. cap. LXIV. *Quum gravi vulnere esset affectus Aquilifer, & viribus* deficeretur. De hac voce nos multis agemus ad illius libri cap. XL. *Davies.*

bus intolerandis studiosissime permanserant in labore,
ducenos sestertios, centurionibus II millia nummum
[1] prædæ nomine condonanda pollicetur: legionibusque in hiberna remissis, ipse se recepit die XL Bibracte.
Ibi quum jus diceret, Bituriges ad eum legatos 2
mittunt, auxilium petitum contra Carnutes, quos intulisse bellum sibi querebantur. Qua re cognita, quum 3
non amplius X & IIX dies in hibernis esset commoratus,
legiones XIV, & VI, [2] ex hibernis ab Arare educit:
quas ibi collocatas, explicandæ rei frumentariæ caussa,
superiore Commentario demonstratum est. Ita cum II
legionibus ad persequendos Carnutes proficiscitur.

V. Quum fama exercitus ad hostes esset perlata, ca- 1
lamitate ceterorum ducti Carnutes, desertis vicis oppidisque, quæ tolerandæ hiemis caussa, constitutis repente exiguis ad necessitatem ædificiis, incolebant (nuper
enim devicti [3] complura oppida dimiserant) dispersi
profugiunt. Cæsar erumpentes eo maxime tempore a- 2
cerrimas tempestates quum subire milites nollet, in oppido Carnutum Genabo castra ponit, atque [4] in tecta
par-

1. *Prædæ nomine condonanda pollicetur*] *Condonata* in IV codd. est prim. sec. Pet. ac Pal. Ciacconius expungendam vocem putabat. Et integra sententia abesse profecto poterat. *D. Vossius.*

2. *Ex hybernis ab Arare educit*] Emendo ex pr. Pet. & Pal. *ducit.* Nam si retineas *educit*, scribendum erat *ex hybernis ad Ararim educit.* Sed Bong. habebat, *ab Ara reducit*, quod corruptum ex *Arare ducit.* Idem.

*Ibid.*] Ex pr. Pet. & Pal. *Dionys. Vossius* emendat *ex hibernis ab Arare ducit.* Sane ita exhibent editt. *Rom. Ven. Beroald.* Cum tamen Sec. *Bongars.* repræsentet *ab Ara reducit*, rescribendum crediderim *ab Arare reducit*; frequenter enim fit, ut eadem syllaba repetita in causa sit, cur earum altera omittatur. *Davies.*

3. *Complura oppida dimiserant*] Sic pr. sec. tert. Pet. Pal. sed Cujacii ms. *amiserant.* Prima locutio rarior est. tamen non rejicio. *D. Vossius.*

4. *In tecta partim Gallorum, partim quæ conjectis celeriter stramentis tentoriorum integendorum gratia, erant inædificata, militem contegit*] Mira profecto constructio, *contegit militem in tecta Gallorum.* Profecto vel dicendum est sui oblitum Hirtium subjecisse postremam hanc vocem, vel librariorum errore pro *conlegit* scriptum esse *contegit.* Sane ego hoc prope certum habeo: miror vero nemini doctorum hæc verba suspecta fuisse. At illa *tentoriorum integendorum gratia* Ciacconius putat glossema esse. Ego non arbitror. Tabernacula seu tentoria præter pelles, sua quoque fulcra (sive asseres ii, seu pali fuerint) habuere: quis deinde corium
in-

partim Gallorum, partim quæ conjectis celeriter stra-
mentis, tentoriorum integendorum gratia, erant inæ-
3 dificata, milites contegit. equites tamen, & auxiliarios
pedites, in omnes partes mittit, quascumque petisse
4 dicebantur hostes: nec frustra. nam plerumque magna
præda potiti nostri revertuntur. Oppressi Carnutes hie-
mis difficultate, terrore periculi, quum tectis expul-
si nullo loco diutius consistere auderent, nec silvarum
præsidio tempestatibus durissimis tegi possent; disper-
si, magna parte amissa suorum, dissipantur in finiti-
mas civitates.

1 VI. Cæsar, tempore anni difficillimo, quum satis
h beret convenientes manus dissipare, ne quod initium
belli nasceretur; quantumque in ratione esset, explo-
ratum haberet, [1] sub tempus æstivorum [2] nullum sum-
mum bellum posse conflari; C. Trebonium cum II le-
gionibus, quas secum habebat, in hibernis Genabi col-
2 locavit: ipse, quum crebris legationibus Rhemorum
certior fieret, Bellovacos, qui [3] belli gloria Gallos
omnes

insternebatur. Ita hic ait Hirtius, duplicis generis tecta fuisse, alia Gallorum, alia quæ Romani ipsi injectis celeriter stramentis exstruxerant, quo iis pelles insternerent. Vel dicere possimus propter truculentiam tempestatum extructas à Romanis casas fuisse, ac stramine contectas, & sub iis demum tensas pelles, quo tutiores adversus imbrium vim agitarent. Lib. de bello Africano c. XLVII. locus est qui huc pertineat: *reliqui ex vestimentis tentoriolis factis, atque arundinibus scopisque contextis permanebant.* Sed vide quæ ad illum locum notavimus. *D. Vossius.*

1. *Sub tempus æstivorum*] Ita omnes codd. mallem *æstivum*. sed & alterum tolero. tempus æstivorum est æstas. *Idem.*

2. *Nullum summum bellum posse conflari*] Sic mss. omnes, summum bellum, est quod vulgo *generale* dicerent. *Idem.*

3. *Belli gloria Gallos omnes Belgasque præstabant*] Confirmant hanc lectionem omnes Mssi codd. *Præstare* quando *antecellere* notat plerumque dativum regit. Construxit tamen cum accusandi casu quoque Livius lib. V. *Ut nuntiare domum possint, quantum Galli virtute ceteros mortales præstarent.* Nec alia mihi ratione locutus videtur Tacitus IV Annalium, quando *præsidere* cum accusandi casu dixit: *Et haud spernenda illic civium sociorumque manus litora Oceani præsidebat.* I-dem.

*Ibid.*] Observat *Dionys. Vossius* perrarum esse, ut hæc vox quando notat *antecellere*, accusativum regat. Id ne quis in posterum credat, exemplis, nisi fallor, efficiam. *Quintilianus* Instit. Orat. lib. I. cap. I. Præstat *tamen ingenio alius* alium. I-dem

omnes Belgasque præstabant, [1] finitimasque in ci-
vitates, duce [2] Correo Bellovaco, & Comio Atreba-
te, exercitum comparare, atque in unum locum coge-
re, ut omni multitudine [3] in fines Suessionum, qui
Rhemis erant attributi, facerent impressionem; perti-
nere autem non tantum ad dignitatem, sed etiam ad sa-
lutem suam judicaret, nullam calamitatem socios opti-
me de republ. meritos accipere; legionem ex hibernis 3
evocat rursus XI, literas autem ad C. Fabium mittit, ut
in fines Suessionum legiones II, quas habebat, addu-
ceret; alteramque ex duabus à T. Labieno accersit. Ita 4
quantum hibernorum opportunitas, bellique ratio po-
stulabat, perpetuo suo labore, invicem legionibus ex-
peditionum onus injungebat.

VII. His copiis coactis, ad Bellovacos proficiscitur; 1
castrisque in eorum finibus positis, equitum turmas di-
mittit in omnes partes ad aliquos excipiendos, ex qui-
bus hostium consilia cognosceret. Equites officio functi 2
renunciant paucos in ædificiis esse inventos; atque hos,
non qui [4] agrorum incolendorum caussa remansissent,
(nam-

dem lib. II. cap. XX. *Ea in quoque animalium est virtus, qua* præstat cetera *vel pleraque. Corn. Nepos* Epam. cap. VI. *Eloquentia* omnes *eo præstabat tempore.* Idem de Regibus cap. III. *Animi magnitudine & calliditate* omnes *in Africa natos* præstitisse *constat.* Et vit. Hannib. cap. I. *Non est inficiandum, Hannibalem* præstitisse ceteros Imperatores *prudentia.* Adi & vit. Attic. capp. III. & XVIII. *Davies.*

1. *Finitimasque in civitates*] Emenda *his civitates.* ut est in primo ac secundo Bongarsiano codice: aut cum Petaviano induce vocem *in.* Vulgata lectio absurda nec Latina est. *I. Vossius.*

2. *Correo*] Mss. omnes *Corbeum* nuncupant. noster codex stat pro vulgatis. *Idem.*

3. *In fines Suessionum, qui Rhemis erant attributi*] Miror equidem *Jul. Celsi* verba, qui p. 161. sic loquitur. *Rhemorum legatio querentium Bellovacos — exercitum comparare*, ut Suessionem suam urbem invaderent. Mira sane fuit hominis imperitia; quippe *Suessionem* pro urbis nomine habuit, nec intellexit Suessiones dici Rhemis attributos, quod eorum facti erant clientes. *Davies.*

4. *Agrorum incolendorum*] *Colendorum* mss. quinque, quod non minus placet. Aliud Celsus pag. 162. ait: *Comperit nullum fere præter rusticos in ædificiis inveniri. Demigrasse omnes Bellovacos armis idoneos*, &c. Fortasse vitioso codice Hirtii usus erat, qualis Palatinus qui hoc loco habet: *atque hos qui agrorum colendorum caussa remansissent, sed speculandi gratia essent remissi.* Ubi si pro *sed* legas *&* constabit sensus: verum vulgata lectio opti-

(namque esse undique diligenter demigratum) sed qu
3 speculandi gratia essent remissi. A quibus quum quære-
ret Cæsar, quo loco multitudo esset Bellovacorum,
quodque esset consilium eorum; inveniebat, *Bellova-
cos omnes, qui arma ferre possent, in unum locum convenis-*
4 *se. itemque Ambianos, Aulercos, Caletes, Vellocasses, A-
trebates* [1] *locum castris excelsum*, [2] *impedita circumdatum
palude, delegisse; omnia impedimenta in ulteriores silvas con-
tulisse; complures esse principes belli auctores, sed multitu-
dinem maxime Correo obtemperare, quod ei summo odio es-*
5 *se nomen populi R. intellexissent. paucis ante diebus ex his*
[3] *castris Comium discessisse ad auxilia Germanorum addu-
cenda, quorum & vicinitas propinqua, & multitudo esset*
6 *infinita. constituisse autem Bellovacos, omnium principum
consensu, summa plebis cupiditate, si, ut diceretur, Cæsar
cum* III *legionibus veniret, offerre se ad dimicandum; ne,
miseriore ac duriore postea conditione cum toto exercitu* [4] *de-*
7 *certare cogerentur: sin majores copias adduceret, in eo loco
per-*

optima est in Hirtio, & verissima. *D. Vossius.*

1. *Locum castris excelsum, impedita circumdatum palude*] In aliis Codd. omissa voce *impedita*, legitur *in silva, circumdatum palude*, quam lectionem *Fr. Hotomannus* recipiendam putavit, quia statim *Cæsar ulteriores silvas* memoret. Nos autem, utraque admissa, scribimus *Locum castris excelsum in silva, impedita circumdatum palude.* Sic cap. XIV. *paludem impeditam* dixit. Cum tamen plurimi MSS. & editt. vett. *Rom. Ven. Beroald.* exhibeant *circumdata*, potius legendum existimarim *locum castris excelsum in silva impedita, circumdata palude, delegisse.* Certe cap. XVIII. *silvas* vocavit *impeditissimas.* Davies.

2. *Impedita circumdatum palude*] *In silva circumdata palude.* Ms. Cujacii pr. sec. Pet. Pal. & v. c. noster. *in silva circumdatum palude.* tert. *in silva circumdata pelle.* ms. noster: quod damno. *D. Vossius.*

3. *Castris Comium*] *Castris Atrebatem Comium.* pr. sec. tert. Pet. Pal. & v. c. ac ms. noster. *D. Vossius.*

4. *Decertare cogerentur*] *Decertare*, si Bernartio (notis in Statium) credis, est *vehementer & pertinaciter certare.* Ut *deperire*, pro valde perire, &c. Sed multum fallitur. Neque aliud aut ἐμφατικώτερον est hoc *decertare*, quam *certare.* Bernartium miror non magis in Papinio versatum fuisse, quam ut hoc diceret. cum constet familiare illi ævo fuisse compositis vocabulis, pro simplicibus, uti. Sic idem Statius I. Thebaid. *dequestus* pro *questus* dixit. & Suetonius *decœnare* pro *cœnare*, & alia id genus complura habet. Tale est quod in Julio ejus legimus c. XXIV. *Sed rebus prospere decedentibus.* quod aliis autoribus diceretur, *prospere cedentibus*, ut *malè cedere* Horatius & Ovidius dixerunt. *Idem.*



Uri Figura.

Bisontis Fig.

Alcis Fig.

*permanere, quem delegissent; pabulatione autem, quæ propter anni tempus quum exigua, tum disjecta esset, & frumentatione, & reliquo commeatu, ex insidiis prohibere Romanos.*

VIII. Quæ Cæsar quum, consentientibus plurimis, 1
cognovisset; atque ea, quæ proponerentur, consilia
plena prudentiæ, longeque à temeritate barbarorum
remota esse judicaret; omnibus rebus inserviendum sta-
tuit, quo celerius hostes, contempta suorum paucita-
te, prodirent in aciem. singularis enim virtutis [1] ve- 2
teranas legiones VII, IIX, & IX habebat, summæ
spei, delectæque juventutis XI, quæ octavo jam sti-
pendio functa, tamen, collatione reliquarum, non-
dum eandem vetustatis & virtutis ceperat opinionem.
Itaque [2] consilio advocato, rebus iis, quæ ad se essent 3
delatæ, omnibus expositis, animos multitudinis con-
firmat. Si forte hostes III legionum numero posset
elicere ad dimicandum, agminis ordinem ita consti-
tuit; ut legio VII, IIX, & IX ante omnia iret impe-
dimenta; deinde omnium impedimentorum agmen
(quod tamen erat mediocre, ut in expeditionibus esse
consuevit) cogeret XI, ne majoris multitudinis spe-
cies accidere hostibus posset, quam ipsi depoposcis-
sent. Hac ratione pene quadrato agmine instructo, [3] in 4
con-

3. *Veteranæ legiones*] MSS. quinque *veterrimas*. D. Vossius.

*Ibid.*] MSS. quinque *Voss.* & *Brant. Norvic.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *veterrimas legiones*; quæ quidem lectio videtur recipienda, *veterrimus* enim vox est proba, quam induxerunt Librarii, quia minus est proletaria. Vide *J. G. Vossium* de Anal. lib. II. cap. XXIV. *Davies.*

1. *Consilio advocato*] Proculdubio legendum *concilio*, cum omnes milites ad hunc cœtum cogerentur. *Davies.*

3. *In conspectum hostium*] MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in conspectu hostium*, nec hanc lectionem alia de ratione mutarunt editores nuperi, quam quod à Grammaticis decepti, accusativum plane necessarium esse perperam censuerunt. *Phædrus* lib. V. Fab. I. *Quisnam cinædus ille* in conspectu meo *Audet venire? Sulpicius Severus* Hist. Sacr. lib. I. cap. VIII. *Qua necessitate Isaac* in Geraris *ad Regem Abimelec cessit*, ubi etiam *Car. Sigonius* absque causa sontica reposuit *in Gerara*. Idem cap. XXIX. *Urgente nocte, compulsus* in oppido. Alia hanc in rem exempla videre est a-
Y
pud

conſpectum hoſtium celerius opinione eorum exercitum adducit.

1 IX. Quum legiones repente inſtructas velut in acie certo gradu accedere Galli viderent, quorum erant ad Cæſarem plena fiduciæ conſilia perlata, ſive certaminis periculo, ſive ſubito adventu, ſeu exſpectatione noſtri conſilii, copias inſtruunt pro caſtris, nec loco
2 ſuperiore decedunt. Cæſar, etſi dimicare optaverat; tamen admiratus tantam multitudinem hoſtium, valle intermiſſà, magis in altitudinem depreſſà, quam late
3 patente, caſtra caſtris hoſtium confert. Hæc imperat vallo pedum XII muniri, [1] coroniſque pro ratione ejus altitudinis inædificari; foſſam duplicem, pedum quinum denum, lateribus directis, deprimi; turres crebras excitari, in altitudinem III tabulatorum, pon-
4 tibus transjectis, conſtratiſque conjungi; quorum frontes viminea loricula munirentur, [2] ut hoſtis à duplici pro-

pud *G. J. Voſſium* de Conſtr. cap. LXV. *Davies.*

1. *Coroniſque pro ratione ejus altitudinis]* *Loriculam pro hac rat.* tert. Pet. Pal. & ſimiliter fere omnes reliqui codd. Sed nec illud coronis rejici velim: nam *coronæ* ſunt faſtigia & ſummitates turrium. Στιφάνας Euripides, ϛιφανώματα πύργων Sophocles nuncupat. Originem vocabulo dedit, quod ut corona dentata plerumque eſt, ita ſæpe & veterum mœnia, intervalla exigua, aut rimas in ſummo habebant, quæ pro feneſtellis erant propugnantibus. Quin deprehendas hodieque in vetuſtioribus muris indicia, aut potius ipſiſſimam formam. *D. Voſſius.* De hoc loco multa *Juſt. Lipſius* Poliorc. lib. II. Dial. II. *Davies.*

2. *Ut hoſtis à duplici propugnatorum ordine depelleretur]* Ab hac lectione multum abeunt Codd. nonnulli. MSS. *Carrar.* & *Norvic.* *Ut ab hoſtibus duplici foſſa duplici propugnatorum ordine defenderentur.* Sic & editt. *Rom.* *Ven. Beroald.* niſi quod in iis *defenderetur*; Recte, ut opinor; locus enim ſic videtur legendus *ut hoſtis à duplici foſſa, duplici propugnatorum ordine, defenderetur.* Ultima vox in cauſa fuit, cur loco *hoſtis à duplici foſſa*, repoſuerint Librarii *ab hoſtibus duplici foſſa*, rariorem enim hic obtinet *arcendi* ſignificationem. *Quadrigarius* Annal. XII. *Milites Metelli ſauciabantur multo minus, &, quod maxime opus erat, à pinnis hoſtes defendebant facillime.* Quis non videt, hinc conjecturam noſtram quam maxime firmari? Quod multo fiet manifeſtius, ſi audiamus *A. Gellium* Noct. Attic. lib. IX. cap. 1. ubi ſic ille. *Quod autem ait idem Q. Claudius* à pinnis hoſtis defendebant facillime; *animadvertendum eſt uſum eſſe eum verbo* defendebant, *non ex vulgari conſuetudine, ſed admodum proprie & Latine, nam* defendere & offendere, *inter ſeſe adverſa ſunt, quorum alterum ſignificat ἐμποδὼν ἔχειν, alterum ἐκ ποδῶν ποιεῖσθαι, quod hoc in loco in Q. Claudio*

propugnatorum ordine depelleretur; quorum alter ex
pontibus, quo tutior altitudine eſſet, hoc audacius lon-
giuſque tela permitteret; alter, [1] qui propior hoſtem
in ipſo vallo collocatus eſſet, ponte ab incidentibus
telis tegeretur. Portis fores, altioreſque turres impo-
ſuit.

X. Hujus munitionis duplex erat conſilium. nam- 1
que [2] & operum magnitudinem & timorem ſuum ſpe-
rabat fiduciam barbaris allaturum; &, quum pabula-
tum frumentatumque longius eſſet proficiſcendum,
parvis copiis caſtra munitione ipſa videbat poſſe defen-
di. Interim, crebro paucis utrimque procurrentibus, 2
inter bina caſtra palude interjecta, contendebatur:
quam tamen paludem nonnumquam aut noſtra auxilia
Gallorum Germanorumque transibant, acriuſque ho-
ſtes inſequebantur, aut viciſſim hoſtes eandem tranſ-
greſſi noſtros longius ſubmovebant. Accidebat autem 3
quotidianis pabulationibus, (id quod accidere erat ne-
ceſſe; quum raris disjectiſque ex ædificiis pabulum con-
quireretur) ut impeditis locis diſperſi pabulatores cir-
cumvenirentur: quæ res [3] etſi mediocre detrimentum 4
jumentorum ac ſervorum noſtris afferebat, [4] tamen ſtul-
tas

*dio dicitur.* *Silius* Italicus Lib. v, 491.

—— Defendere *neſcia morti*
*Dedecus*,

Et VII, 170.

— *Pura ſoliti* defendere *lympha.*

Vide etiam not. ad lib. I. B. G. cap. XLIV. Vulgg. *depelleretur* ex hujuſce verbi interpretatione, & *duplici foſſa* omittunt ob primam vocem proxime repetitam. *Davies.*

1. *Qui propior hoſtem in ipſo vallo collocatus*] *Quo* pro *qui* habent mſſ. quinque. *propior hoſtium vallo. coll.* tert. *propior hoſtem vallo coll.* Palat. *propior hoſtem vallo cum locatus.* Petav. *cum locatus*, ex *conlocatus* factum. *D. Voſſius.*

2. *Et operum magnitudinem & timorem ſuum*] Non revera timebat, ſed metum modo ſimulavit: quapropter legendum crediderim *ex operum magnitudine & timorem ſuum.* Corrigendus etiam eſt *Jul. Celſus* p. 162. ubi hæc referens; *id*, inquit, *duplici fiebat ex cauſa*, *ut & hoſtibus fiducia* opinioque *Romanorum metus accreſceret* &c. Legendum *opinione.* Davies.

3. *Etſi mediocre*] *Non mediocre.* ſec. *D. Voſſius.*

4. *Tamen ſtultas cogitationes incitabat barbarorum*] Verba *Jul. Celſi*, ubi hoc narrat, ſunt corruptiſſima. *Æquo tamen id animo*, inquit ille pag. 163. *ferebat Cæſar*, *Barbarorum ſpes* manes *parviſque ſucceſſibus* ineſtandas *ſperans.* Legit *J. G. Grævius*, *Barbarorum ſpes* magnis *parviſque ſucceſſibus* ineſcan-
das

tas cogitationes incitabat barbarorum. atque eo magis, quod Comius, quem profectum ad auxilia Germanorum accersenda dixeram, cum equitibus venerat: qui tametsi numero [1] non amplius erant quingentis; tamen Germanorum adventu barbari [2] inflabantur.

1 XI Cæsar, quum animadverteret hostem complures dies castris palude & loci natura munitis, se tenere; neque oppugnari castra eorum sine dimicatione perniciosa, nec locum munitionibus claudi, nisi à majore exercitu posse; literas ad Trebonium mittit, ut, quam celerrime posset, legionem XIII, quæ cum T. Sextio legato in Biturigibus hiemabat, accerseret; atque ita cum III legionibus magnis itineribus ad se veniret:
2 ipse equites invicem Rhemorum, ac Lingonum, reliquarumque civitatum, quorum magnum numerum evocaverat, [3] præsidio pabulationibus mittit, qui subitas hostium incursiones sustinerent.

1 XII. Quod quum quotidie fieret, ac jam consuetudine diligentia minueretur (quod plerumque accidit diuturnitate,) Bellovaci delecta manu peditum, cognitis stationibus quotidianis equitum nostrorum, sil-
2 vestribus locis insidias disponunt; eodemque equites postero die mittunt, qui primum elicerent [4] nostros
3 in insidias, deinde circumventos aggrederentur. cujus mali sors incidit Rhemis, quibus illa dies fungendi muneris obvenerat. namque ii, quum repente hostium equites

das *sperans*. Sed multum abest, ut scopum attigerit. Repone *barbarorum spes* inanes *parvis successibus* incitandas *sperans*. Davies.

1. *Non amplius erant quingentis*] Omnes Mssi habent, *non amplius erant quingenti*. & sic rescribendum. *D. Voss.*

2. *Inflabantur*] *Nitebantur*, pr. sec. tert. Petav. *Idem.*

3. *Præsidio pabulationibus*] Sic Manuscripti, & veteres editt. (Primus *Gab. Faërnus* rescripsit pabulatoribus, quem perperam secutus est *Jos. Scaliger.*) Et eodem modo dictum hoc, quo apud Spartianum in Pescennio Nigro legitur, *cum videret provincias facili administrationum mutatione subverti*. pro *administrantium*. Sic Cæsar lib. III. de bello Civili. *Erat plena lictorum & imperiorum provincia.* Sed talia plura occurrunt. *Idem.*

4. *Nostros in insidias*] *Nostros insidiis*, Palat. & tert. *nostros insidia*, ms. Cujacii. *D. Vossius.*

quites animadvertissent, ac numero superiores pauci-
tatem contempsissent, cupidius insecuti à peditibus un-
dique sunt circumdati. quo facto perturbati celerius, 4
quam consuetudo fert equestris prœlii, se receperunt,
amisso [1] Vertisco, principe civitatis, præfecto equi-
tum: qui quum vix equo propter ætatem posset uti, 5
tamen consuetudine Gallorum, neque ætatis excusatio-
ne in suscipienda præfectura usus erat, neque dimicari
sine se voluerat. [2] Instantur atque incitantur hostium a- 6
nimi secundo prœlio, principe & præfecto Rhemorum
interfecto. nostri detrimento admonentur, diligentius 7
exploratis locis stationes disponere, ac moderatius ce-
dentem insequi hostem.

XIII. Non intermittuntur interim quotidiana prœ- 1
lia in conspectu utrorumque castrorum, quæ ad vada,
transitusque fiebant paludis. Qua contentione Germa- 2
ni (quos propterea Cæsar transduxerat Rhenum, ut
equitibus interpositi prœliarentur) quum constantius
universi paludem transissent, paucisque resistentibus
interfectis, pertinacius reliquam multitudinem essent
insecuti, perterriti non solum ii, qui aut cominus op-
primebantur, aut eminus vulnerabantur, sed etiam qui
longius subsidiari consueverant, turpiter fugerunt;
nec prius finem fugæ fecerunt, sæpe amissis superiori- 3
bus locis, quam se aut in castra suorum reciperent,
aut nonnulli pavore coacti longius profugerent. quo- 4
rum periculo sic omnes copiæ sunt perturbatæ, ut vix
judicari posset, utrum [3] secundis nimiisque rebus in-
so-

1. *Vertisco*] *Verutio.* mſ. Cujac. & vetus cod. *D. Vossius.*

2. *Instantur atque incitantur*] *Inflammantur* est in mſſ. quinque. *Idem.*

*Ibid.*] MSS. quinque *Voss.* & *Norvic.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. inflammantur atque incitantur.* Sic noster de Bell. Afric. cap. XIX. *Hac spe atque audacia* inflammatus *Labienus.* Cum igitur ea lectio Codicum auctoritate nitatur, idoneam ejus rejiciendæ caussam non video. *Davies.*

3. *Secundis nimiisque rebus*] Ita Scaliger edidit. Antea fuerat *secundis minimisque rebus.* quomodo & legitur in pr. ac sec. Bongarſ. Pro quo Ursinus legebat *maximisque.* Ego neutrum recte cepisse locum ajo: & rescribo *secundis minimis.* Hoc est paulum



lulum

ſolentiores; an adverſis mediocribuſque timidiores eſſent.

1 XIV. Complurimis diebus iiſdem in caſtris conſumptis, quum propius acceſſiſſe legiones & C. Trebonium legatum, cognoviſſent; duces Bellovacorum veriti ſimilem obſeſſionem Aleſiæ, noctu dimittunt eos, quos [1] aut ætate, aut viribus inferiores, aut inermes habe-
2 bant, unaque reliqua impedimenta: quorum perturbatum, & confuſum dum explicant agmen (magna enim multitudo carrorum etiam expeditos ſequi Gallos conſuevit) oppreſſi luce copias armatorum pro ſuis inſtruunt caſtris; ne prius Romani perſequi ſe inciperent, quam longius agmen impedimentorum ſuorum proceſ-
3 ſiſſet. At Cæſar [2] neque reſiſtentes tanto collis adſcenſu laceſſendos judicabat; neque non uſque eo legiones admovendas, ut diſcedere ex eo loco ſine periculo bar-
4 bari militibus inſtantibus non poſſent: ita quum paludem impeditam à caſtris caſtra dividere, quæ tranſeundi difficultas celeritatem inſequendi tardare poſſet; atque id jugum, quod trans paludem pene ad hoſtium caſtra pertineret, mediocri valle à caſtris eorum interci-

1

ulum modò ſecundis. in Cujacii mſ. & v. c pro *minimiſque* erat *parvulis*, quod gloſſema eſt, poſtea & textui irrepſit, ac Hirtii ipſius vox extruſa eſt. Interea vel hæc vox ſatis oſtendat, Hirtium ſcripſiſſe *minimis*. Ego ſane commodiſſimam hic ſententiam video. Nam autor ut inconſtantiam Gallorum deſcribat, ait dubium fuiſſe utrum rebus parumper ſecundis inflatiores, an mediocriter tantum adverſis timidiores fuerint. Sed pro eo quod ſtatim ſubditur, *an adverſis mediocribuſque*, conſtanter in quinque Mſſis pr. ſec. tert. Pet. ac Palat. eſt *adverſo mediocri caſu*. ita & v. c. habet, unde non dubito reſcribere hoc pacto totam hanc periodum: *Ut vix judicari poſſet, utrum ſecundis minimis rebus inſolentiores, an adverſo mediocri caſu timidiores eſſent.* D. Voſſius.

1. *Aut ætate aut viribus inferiores*] Loco vocis ultimæ *infirmiores* reponit *Pet. Ciacconius*; ſed non eſt cur quidquam mutemus, *inferior* enim tantundem valet ac *infirmior*. *Juſtinus* lib. v. cap. 11, 12. *Exæquandiſque vires partium, & inferiores auxilio levandos.* Idem lib. VIII. cap. 1, 3. *Auxilium inferioribus ferendo.* Sic & *multitudine inferior* eſt *Sulpicii Severi* Hiſt. Sacr. lib. 1. cap. 1, 4. *Davies.*

2. *Neque reſiſtentes tanto collis adſcenſu laceſſendos judicabat*] Pr. & ſec ac v. c. habent, *neque reſiſtentes aggrediendos tanto collis adſcenſu judicabant.* Quod rectum videtur; nam illud *aggrediendos* majorem vim habet. *D. Voſſius.*

cisum [1] animum adverteret; pontibus palude constra-
ta, legiones transducit, celeriterque in summam pla-
nitiem jugi pervenit; quæ declivi fastigio duobus ab
lateribus muniebatur. Ibi legionibus instructis ad ul- 5
timum jugum pervenit: aciemque eo loco constituit,
unde tormento missa tela in hostium cuneos conjici
possent.

XV. Barbari confisi loci natura, quum dimicare non 1
recusarent, si forte Romani subire collem conarentur,
paullatimque copias distributas dimittere non auderent,
ne dispersi perturbarentur, in acie permanserunt: quo- 2
rum pertinacia cognita, Cæsar xx cohortibus instru-
ctis, castrisque eo loco metatis, muniri jubet castra.
Absolutis operibus, legiones pro vallo instructas collo- 3
cat: equites frænatis equis in stationibus disponit. Bel- 4
lovaci, quum Romanos ad insequendum paratos vide-
rent, neque pernoctare, neque diutius permanere [2] si-
ne cibariis eodem loco possent, tale consilium sui reci-
piendi inierunt, [3] *Fasces, ubi consederant*, ([4] nam in a- 5
cie sedere Gallos consuesse, superioribus commentariis
de-

1. *Animum adverteret*] Elegantem hanc lectionem Manuscripto *Norv.* debemus, in editis enim est *animadverteret*, quæ sane scriptura pares Veneres non obtinet. Vide not. ad lib. I. B. G. cap. XXIV. & lib. V. B. G. cap. XVIII. *Davies.*

2. *Sine cibariis*] *Sine periculo* est in msf. Cujac. pr. sec. tert. Pal. Pet. & vet. cod. nostro. *D. Vossius.*

3. *Fasces ubi consederant per manus stramentorum*, &c.] Ita omnes Mssi. habent & hæc & sequentia, verba tamen mire distorta & transposita sunt. Scio quidem subinde id fieri in Cæsare, atque Hirtio, sed una tantum vel altera vocula alieno ponitur loco. Itaque vereor ut Hirtius ita scripserit. *Idem.*

4. *Nam in acie sedere Gallos consuesse superioribus commentariis demonstratum est*] Putabat *Hotomannus* respicere *Hirtium* ad verba quæ lib. III. cap. XVIII. leguntur: *velut explorata victoria, sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt.* Ego prorsus id nego: nam quod *Hirtius* remittit lectorem ad commentarios *Cæsaris*, est propter morem Gallorum, quos ait in acie *sedere* consuevisse. At nihil illo loco *Cæsar* de *sedendi* more: quare siquid judico vel periit hic locus ex commentariis Cæsaris, vel alicubi corruptus legitur. Porro pro *commentariis demonstratum est*, MSS. pr. sec. tert. Pal. Pet. habent *commentariis Cæsaris demonstratum est.* D. Vossius. *otii* vel *ante aciem* reponit *Just. Lipsius* Cent. I. ad Belgas epist. III. quem vide. *Davies.*

declaratum eſt) *ſtramentorum ac virgultorum, quorum*
*ſumma erat in caſtris copia, per manus inter ſe tranſditos,*
*ante aciem collocaverunt; extremoque tempore diei,* [1] *ſi-*
6 *gno pronunciato, uno tempore incenderunt.* Ita continens
flamma copias omnes repente à conſpectu texit Roma-
norum. quod ubi accidit, barbari vehementiſſimo cur-
ſu fugerunt.

1 XVI. Cæſar, etſi diſceſſum hoſtium animadverte-
re non poterat incendiis oppoſitis; tamen id conſilium
quum fugæ cauſſa initum ſuſpicaretur, legiones pro-
movet; & turmas mittit ad inſequendum: ipſe veritus
inſidias, ne forte [2] in eodem loco ſubſiſteret hoſtis, at-
que elicere noſtros in locum conaretur iniquum, tardius
2 procedit. Equites, quum intrare [3] fumum, & flammam
denſiſſimam timerent; ac, ſi qui cupidius intraverant,
vix ſuorum ipſi priores partes animadverterent equo-
rum, inſidias veriti, liberam facultatem ſui recipiendi
3 Bellovacis dederunt. Ita, fuga timoris ſimul callidita-
tiſque plena, ſine ullo detrimento, millia non amplius
x progreſſi hoſtes, munitiſſimo loco caſtra poſuerunt.
Inde, quum ſæpe in inſidiis equites peditesque diſpone-
rent, magna detrimenta Romanis in pabulationibus in-
ferebant.

1 XVII. Quod quum crebrius accideret, ex captivo
quodam comperit Cæſar, Correum Bellovacorum du-
cem, fortiſſimorum millia VI peditum delegiſſe, equi-
teſque

1. *Signo pronunciato*] Rarus loquendi mos. Signum hic eſt *σύνθημα*, ſeu teſſera, quæ Gallis omnibus data, ut ſiquando pronunciari eam audiſſent, incenderent ſarmenta ac fugam facerent. Alioqui *ſignum dare* plerumque ſcriptores dicunt. *D. Voſſius.*

2. *In eodem loco ſubſiſteret hoſtis*] Sic reſtitui ex MS. *Norvic.* & edit. *Beroald.* ſenſu ipſo ſuadente; & hanc ſane lectionem, ſi Codd. nihil juviſſent, ſecutus eſſem. Vulgg. *ſubſiſtere*, ut ſit *ſubſiſtere conaretur*, quaſi *conatu* ullo opus erat ad locum tenendum, quem jam poſſidebant: cum enim non tentarunt Romani. *Davies.*

3. *Fumum & flammam*] Tametſi proba hæc lectio, diſſimulare tamen non debui in pr. ſec. tert. Pal. Pet. ac v. c. noſtro pro *fumum* legi, *ſummum jugum.* D. Voſſius.

tesque ex omni numero ∞, quos in insidiis eo loco collocaret, quem in locum, propter copiam frumenti ac pabuli, Romanos pabulatum missuros suspicaretur.
Quo cognito consilio, Cæsar, legiones plures, quam 2
solebat, educit; [1] equitatumque, qua consuetudine pabulatoribus mittere præsidio consueverat, præmittit.
[2] huic interponit præsidia levis armaturæ: ipse cum le- 3
gionibus quam potest maxime appropinquat.

XVIII. Hostes in insidiis dispositi quum sibi dele- 1
gissent campum ad rem gerendam non amplius patentem in omnes partes passibus ∞, silvis undique impedi-

1. *Equitatumque qua consuetudine*] MS. *Norv.* *Equitatumque sua consuetudine*. An legi possit *equitatum, quem sua consuetudine* &c? Certe clarior hoc modo & dilucidior erit sententia. In Aldino est *equitatumque quem ipse pabulatoribus*; quam lectionem probat *Fr. Hotomannus*; & quidem receptâ est facilior, nec tamen admitto, emendatorem enim redolet. *Davies.*

2. *Huic interponit præsidia levis armaturæ*] Ita quidem Scaliger edidit, aliique, sed potior mihi est autoritas sex mss. Cujacii, pr. sec. tert. Pal. Pet. Ii habent *auxilia*, quæ genuina vox. Nam ut Festus ait, *auxiliares dicuntur in bello socii Romanorum exterarum nationum, dicti ex Græco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum crescentium auctionem.* Atqui loquitur hic Hirtius de Germanicis auxiliis, quæ Cæsar ideo *transduxerat Rhenum*, (supra dixit autor noster) *ut equitibus interpositi prœliarentur.* Et paullo ante de iisdem dixit: *nostra auxilia Gallorum Germanorumque.* Item infra, *Germanosque pedites summæ velocitatis.* At vocem *præsidia* pro *auxiliis* legere me nusquam memini: & merito. Tria enim diversa sunt *præsidium*, *auxilia*, & *subsidia*. *Præsidium*, ait Festus, *est quod pro utilitate ac salute alicujus, auxilii gratia præponitur. Subsidium, quod postpositum est ad subveniendum laborantibus.* Unde & in Glossis *præsidium* exponitur προστασία, & φρουρά: itaque elephantos & similes belluas optime appellaveris præsidia. De subsidiis etiam manifestissima res, & satis declarant hæc verba Cæsaris I. de bello Civili: *primam aciem quaternæ cohortes ex V legione tenebant, has subsidiaria ternæ, & rursus alia totidem suæ cujusque legionis subsequebantur.* Hic videmus *subsidia* quoque è Romanis fuisse. Eosdem tamen *auxiliares* cohortes confecisse, nullus, arbitror, mihi probaverit: saltem ubi propriè autores loquuntur. Nam illud observandum sæpe absolute has voces poni, & auxilium ferre, non minus de Romano, quam Gallo dici posse. Et tum *auxilium*, *præsidium*, & *subsidium*, idem fere notare ac promiscuè usurpari omnes scimus: & Glossæ quoque συμμαχίαν vel βοήθειαν, utrumque interpretantur. Sane ipse etiam Cæsar lib. III. de bello civili *præsidium* posuit pro loco, cujus natura robur addit, uti colles sunt: ait enim; *Cum legio Cæsaris nona præsidium quoddam occupavisset, & munire cœpisset, huic loco propinquum & contrarium collem Pompejus occupavit.* Quem locum frustra tentat Ciacconius: probus est & sanus. *D. Vossius.*

ditiſſimis, aut altiſſimo flumine, velut indagine muni-
2 tum, [1] hunc inſidiis circumdederunt noſtri. Explora-
to hoſtium conſilio, ad prœliandum animo, atque ar-
mis parati, quum, ſubſequentibus legionibus, nullam
dimicationem recuſarent, turmatim in eum locum de-
3 venerunt. Quorum adventu quum ſibi Correus obla-
tam occaſionem rei gerendæ exiſtimaret, primum cum
paucis ſe oſtendit; atque in proximas turmas impetum
4 facit. Noſtri conſtanter impetum ſuſtinent inſidiato-
rum; neque plures in unum locum conveniunt; quod
plerumque equeſtribus prœliis quum propter aliquem
timorem accidit, tum multitudine ipſorum detrimen-
tum accipitur.

1 XIX. Quum diſpoſitis turmis invicem rari prœlia-
rentur; neque ab lateribus circumveniri ſuos pateren-
2 tur; [2] erumpunt ceteri Correo prœliante, ex ſilvis. Fit
magna contentione diverſum prœlium: quod quum
diutius pari Marte iniretur, paullatim ex ſilvis inſtru-
cta multitudo procedit peditum, quæ noſtros cogit ce-
dere equites: quibus celeriter ſubveniunt levis arma-
turæ pedites, quos ante legiones miſſos docui; turmiſ-
3 que noſtrorum interpoſiti, conſtanter prœliantur. Pu-
gnatur aliquamdiu pari contentione: deinde, ut ratio
poſtulabat prœlii, qui ſuſtinuerant [3] primos impetus
inſi-

1. *Hunc inſidiis circumdederunt noſtri. Explorato*] Locum peſſime ab aliis interpunctum & à Scaligero retentum, ita diſtingue: *hunc inſidiis circumdederunt. Noſtri explorato*, &c. Nam præterquam quod ita reliqui omnes MSS. habent, in prim. & ſec. Bongarſ. diſertim hæc verba ita leguntur: *circumdederunt. Explorato hoſtium conſilio noſtri.* Nam illud *circumdederunt*, refertur ad hoſtes, hoc modo, hoſtes cum campum delegiſſent ad rem gerendam, hunc inſidiis circumdederunt. Noſtri explorato eorum conſilio in eum campum venerunt. Mutandi primus autor Ciacconius fuerat, cujus autoritate decepti alii Hirtium depravarunt. *D. Voſſius.*

2. *Erumpunt ceteri Correo prœliante*] *Pet. Ciacconius*, *pronunciante* ſcribendum exiſtimat. Sed antiquum obtinet, & nulla neceſſitate coactus, ſanam lectionem ſollicitat; nam, ut dixit noſter cap. XVIII. Correus in turmas impetum fecit, quem ut prœliantem Galli videre, ex ſilvis erumpunt, ut Duci auxilium ferant. Hic apertus eſt & facilis loci ſenſus. *Davies.*

3. *Primos impetus inſidiatorum*] Inſidiatorum. Sic ſupra cap. XI. *pabulationes*

inſidiarum, hoc ipſo fiunt ſuperiores, quod nullum ab
inſidiantibus imprudentes acceperant detrimentum. Ac- 4
cedunt propius interim legiones: crebrique eodem tem-
pore & noſtris, & hoſtibus nuncii afferuntur, impera-
torem inſtructis copiis adeſſe. Qua re cognita, præſi- 5
dio cohortium confiſi noſtri, acerrime prœliantur: ne,
ſi tardius rem geſſiſſent, victoriæ gloriam communicaſ-
ſe cum legionibus viderentur. Hoſtes concidunt ani- 6
mis: atque itineribus diverſis fugam quærunt. Nequid-
quam: nam quibus difficultatibus locorum Romanos
claudere voluerant, iis ipſi tenebantur. [1] Victi tamen, 7
propulſique, majore parte amiſſa, conſternati, [2] quo
fors tulerat, confugiunt, partim ſilvis petitis, par-
tim flumine; qui tamen in fuga à noſtris acriter inſe- 8
quentibus conficiuntur: quum interim [3] nulla cala-
mitate victus Correus, excedere prœlio, ſilvaſque pe-
tere, aut invitantibus noſtris ad deditionem, potuit
adduci, quin fortiſſime prœliando, compluresque vul-
ne-

*tiones* dixit pro pabulatoribus, ac Bell. Afric. cap. LIX. *armaturas leves* pro militibus levis armaturæ, & cap. LXXXVIII. *ſervitia* pro ſervis. Pari modo loquuntur alii auctores. *Silius* Italicus lib. 11, 230.

—— Spectacula *tantum*
*Eſſe viri*,

Hoc eſt, ſpectatores; fruſtra enim eſt *Caſp. Barthius*, qui Adverſ. lib. VI. cap. XXV. emendat

—— *Spectacula tanta*
*Ferte viri*,

*Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. lib. I. cap. XXIV. Matrimonia *è villis aſſumere*. Præſto ſunt hujuſmodi multa. Vide not. ad lib. VII. B. G. cap. LXXVIII. *Davies.*

1. *Victi tamen propulſique* ] Reſcribit *Pet. Ciacconius*, *victi tandem propulſique*. Non opus eſt, nam *tamen*, teſte *Nonio*, *ſignificat tandem*. Sic *Apuleius* Metam. lib. II. p. 21. *Nullo quidem initio vel omnino veſtigio cupidinis meæ reperto, cuncta circuibam.* TAMEN *dum lixa* &c. *Propertius* lib. II. Eleg. 1, 76.

*Vade* TAMEN *veniant tot mala, cæca via eſt.*

Ad eum locum conſulendus *J. Broukhuſius*; adi etiam *Joan. Boſchium* ad *Petronii* Satir. cap. XXXI. *Davies.*

2. *Quo fors tulerat* ] Deſunt hæc verba in quinque Mſſis pr. ſec. tert. Pet. Pal. Sed vet. cod. habet pro *ſors*, *fors*: atque ita emendo. *D. Voſſius.*

3. *Nulla calamitate victus Correus* ] Penultima vox, ſenſu exigente, deleatur. Arbitror eam è nota marginali in textum irrepſiſſe. Si hæc emendandi ratio non placeat, paullo poſt legendum *non potuit adduci*: Utram malis, elige, nam vel hæc vel illa plane eſt neceſſaria; quod à nemine obſervatum miror. *Davies.*

nerando, cogeret elatos iracundia victores in se tela conjicere.

1 XX. Tali modo re gesta, recentibus prœlii vestigiis ingressus Cæsar, quum victos tanta calamitate existimaret hostes, nuncio accepto, locum castrorum relicturos, quæ non longius ab ea cæde abesse plus minus IIX millibus passuum dicebantur, tametsi flumine impeditum transitum videbat; tamen, exercitu transdu-
2 cto, progreditur. At Bellovaci, reliquæque civitates, repente ex fuga paucis, atque his vulneratis, receptis, qui silvarum beneficio casum evitaverant, omnibus adversis, [1] cognita calamitate, interfecto Correo, amisso equitatu, & fortissimis peditibus, quum adventare Romanos existimarent, concilio repente cantu tubarum convocato, conclamant, ut legati obsidesque ad Cæsarem mittantur.

1 XXI. Hoc omnibus probato consilio, Comius Atrebas ad eos profugit Germanos, à quibus ad id bel-
2 lum auxilia mutuatus erat. ceteri è vestigio mittunt ad Cæsarem legatos: petuntque, *ut ea pœna sit contentus hostium, quam si sine dimicatione inferre integris posset, pro sua clementia atque humanitate, numquam profecto esset illa-*
3 *turus: afflictas opes equestri prœlio Bellovacorum esse: delectorum peditum multa millia interiisse: vix refugisse nuncios*
4 *cædis. tamen magnum, ut in tanta calamitate, Bellovacos eo prœlio commodum esse consecutos; quod Correus, auctor belli, concitator multitudinis, esset interfectus. numquam enim senatum tantum in civitate, illo vivo, quantum imperitam plebem, potuisse.*

XXII.

1. *Cognita calamitate*] Has voces expunxit *Gabr. Faernus*; & in hoc quidem verborum situ omnino sunt supervacaneæ. Sed cum eas constanter exhibeant omnes Codices, videndum an periodus, transposita una aut altera vocula, hoc modo legi possit: *At Bellovaci reliquaque civitates, repente ex paucis atque his vulneratis, fuga receptis, qui silvarum beneficio casum evitaverant, cognita calamitate; omnibus adversis, interfecto Correo* &c. Certe hæc potissima videtur *Hirtii* emendandi ratio, quam partim vidisse doctissimum virum *Fr. Hotomannum* lubens fateor. *Davies.*

XXII. Hæc orantibus legatis, commemorat Cæ- 1
ſar, *eodem tempore ſuperiore anno Bellovacos, ceteraſque*
*Galliæ civitates ſuſcepiſſe bellum: pertinaciſſime hos ex omni-*
*bus in ſententia permanſiſſe, neque ad ſanitatem reliquorum*
*deditione eſſe perductos: ſcire, atque intelligere ſe, cauſſam* 2
*peccati facillime mortuis delegari: neminem vero tantum*
*pollere, ut, invitis principibus, reſiſtente ſenatu, omnibus*
*repugnantibus, infirma manu plebis bellum concitare & ge-*
*rere poſſet, ſed tamen ſe contentum fore ea pœna, quam ſi-*
*bi ipſi contraxiſſent.*

XXIII. Nocte inſequenti legati reſponſa ad ſuos re- 1
ferunt, obſides conficiunt. Concurrunt reliquarum ci-
vitatum legati, quæ Bellovacorum ſpeculabantur even-
tum. Obſides dant. imperata faciunt, excepto Comio, 2
quem timor cohibebat cujuſquam fidei ſuam commit-
tere ſalutem. nam ſuperiore anno T. Labienus; Cæſa- 3
re in Gallia citeriore jus dicente, quum Comium com-
periſſet ſollicitare civitates, & conjurationem contra
Cæſarem facere, infidelitatem ejus ſine ulla perfidia
judicavit comprimi poſſe: quem quia non arbitrabatur 4
vocatum in caſtra venturum, ne tentando cautiorem
faceret, C. Voluſenum Quadratum miſit, qui eum,
per ſimulationem colloquii, curaret interficiendum.
[1] Ad eam rem delectos transdidit centuriones. Quum 5
in colloquium ventum eſſet, &, ut convenerat, ma-
num Comii Voluſenus arripuiſſet; centurio, velut in-
ſueta re permotus, vellet hominem conficere; celeri-
ter à familiaribus prohibitus Comii non potuit. gravi- 6
ter tamen primo ictu gladio caput percuſſit. Quum u-
trimque gladii diſtricti eſſent, non tam pugnandi quam
dif-

1. *Ad eam rem delectos transdidit centuriones*] MS. *Norv.* & editt. *Rem. Ven. Beroald. Steph.* habent *ad eam rem delectos* idoneos ei *tradidit centuriones*, nec intelligo, cur bigam illam verborum repudiarint nuperi. *Cæſar* lib. II. B. G. cap. XVII. *Qui locum caſtris idoneum deligant.* Lib. III. cap. XVII. *Idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallum.* Lib. VII. cap. XV. *Defenſores idonei oppido deliguntur.* Et ſic alibi ſæpe. *Davies.*

diffugiendi fuit utrorumque consilium; nostrorum, quod mortifero vulnere Comium credebant affectum; Gallorum, quod, insidiis cognitis, plura, quam videbant, extimescebant. Quo facto statuisse Comius dicebatur, [1] numquam in conspectum cujusquam Romani venire.

1 XXIV. Bellicosissimis gentibus devictis, Cæsar, quum videret nullam jam esse civitatem, [2] quæ bellum pararet, quo sibi resisteret; sed nonnullos ex oppidis demigrare, ex agris effugere, ad præsens imperium evitandum, plures in partes exercitum dimittere con-
2 stituit. M. Antonium quæstorem, cum legione XI sibi conjungit: C. Fabium legatum cum cohortibus XXV mittit in diversissimam partem Galliæ; quod ibi quasdam civitates in armis esse audiebat, neque C. Caninium Rebilum legatum, qui illis regionibus præerat,
3 satis firmas II legiones habere existimabat. T. Labienum ad se evocat: [3] legionemque XII, quæ cum eo fuerat

1. *Numquam in conspectum cujusquam Romani venire*] Numquam, fide data, Romanis suam salutem committere. In MSto. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* legitur *numquam in conspectu cujusquam Romani venire*, de qua loquendi ratione vide not. ad hujusce lib. cap. VIII. *Davies.*

2. *Quæ bellum pararet, quo sibi resisteret*] MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. qua bellum id pararet, quod sibi resisteret.* Reponendum arbitror *quæ bellum* adpararet, *quo sibi resisteret. Cicero* pro lege Manil. p. 1564. ed. Lambin. *Tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum* —— *Cn. Pompeius extrema hieme* apparavit. *Velleius Paterculus* lib. II. cap. XII. *Tertius in* apparatu belli *consumtus.* Vide & cap. LXXXIII. *Idem.*

3. *Legionemque* XII, *quæ cum eo fuerat in hibernis, in Togatam Galliam mittit*] MSS. omnes constanter habent XII. Ciacconius & Ursinus legunt *legionem* XV, non hic modo, verùm & in fine hujus libri, ubi dicitur: *Cæsar tamen, quum de voluntate adversariorum nemini dubium esset, Cn. Pompeio legionem remisit, & ex suo numero* XV, *quam in Gallia citeriore habuerat, ex S. C. jubet transdi.* Sed hoc loco pro XV in sec. MSto Bongarsiano est XIV: vitiosè, quando illam Pompeio transditam non fuisse, vel hinc manifeste constet, quod habuit eam Cæsar in Hispania, & primo de bello civili ait, occisum ex suis fuisse Q. Fulginium, *ex primo hastato legionis* XIV. Sed caussa emendandi fuit Ciacconio & Ursino, quod hic dicitur legio XII in citeriorem Galliam missa, infra ait Hirtius legionem XV in citeriore Gallia fuisse, ac Pompeio à Cæsare transditam. At ipse Cæsar lib. III. de bello civili ait: *Erant in sinistro cornu legiones duæ transditæ à Cæsare initio dissensionis, ex S. C. quarum una prima, altera tertia appellabatur.* contra Luca-

rat in hibernis, in Togatam Galliam mittit, ad colonias civium Romanorum tuendas; ne quod simile incommodum accideret [1] decursione barbarorum, ac superiore æstate [2] Tergestinis accidisset; qui repentino
latrocinio atque impetu eorum erant oppressi. Ipse ad 4
devastandos depopulandosque fines Ambiorigis proficiscitur: quem perterritum atque fugientem quum redigi posse in suam potestatem desperasset, proximum suæ dignitati esse ducebat, adeo fines ejus [3] vastare civibus, ædificiis, pecore, ut odio suorum Ambiorix, si quos fortuna fecisset reliquos, nullum reditum propter tantas calamitates haberet in civitatem.

XXV. Quum in [4] omnes partes finium Ambiorigis 1
aut

canus lib. VII.

— *cornus tibi cura sinistri*
*Lentule, cum primâ, quæ tum fuit optima bello,*
*Et quartâ legione datur.*

Lentulus igitur primæ legioni & quartæ præpositus. Et sane arbitror corruptum in Cæsare numerum. Ut vix dubium relinquam mihi, quin vera observarint. *D. Vossius.*

1. *Decursione barbarorum*] Ita reposuit Scaliger. An recte, disquiri meritò possit. Antea scriptum erat *de incursione*. In Petaviano cod. est, *de concursione*, in tertio Bongars. *discursione*: atque ita Lipsius edidit: secundò *diversione*. Primus tamen codex habet *decursione*. Veteribus *decursio* vocatur equestre certamen, quod manifestius, quàm ut probari debeat. Unde Tacitus, de Germanico, *princeps honori patris decucurrit*. Non tamen hanc decursionis vocem alio significatu apud autorum quemquam legere me memini. Sed *decursus* pro καταδρομῇ usurpatur, uti cum amnis de monte decurrere dicitur: itaque si barbari Alpibus decurrentes Tergestinos invaserunt, percommoda hic *decursus* vox. *Decursio* etsi hàc notione non legerim, tamen improbare temerarii putem, & ejus qui nesciat veteres tam *contemtus* quam *contemtio*, tam *auctus* quam *auctio* & innumera id genus alia usurpasse. Sed *incursionis* vocem huic loco magis congruere arbitror. *Idem.*

2. *Tergestinis*] Nullus veterum, quod sciam, hujus cladis Tergestinorum meminit. *Idem.*

3. *Vastare civibus, ædificiis, pecore*] *Pet. Ciacconius*, & *Fr. Hotomannus* reponunt *vastare vicis* &c. Sed frustra sunt, cum vulgatam lectionem sollicitent, fines enim æque possunt vastari *civibus* ac *pecore*, & cap. XXV. fatetur Cæsar se *omnes partes finium Ambiorigis cædibus, incendiis, rapinis vastasse*; quod denotat eum cives trucidasse, ædificia incendisse, pecora rapuisse. *Davies.*

4. *Omnes fines partium Ambiorigis*] Ἐναλλαγὴ pro *partes finium Ambiorigis*, quod poëtis quam historicis usitatius. Sic Papinius I. Thebaid.

—— —— —— *ignes*
*Sopitum cinerem, & tepidi libamina sacri*
*Servabant*, pro,

*Cinis ignem servabat*. Sed in sec. cod. Bongarsii erat *omnes partes & fines*.

Car-

aut legiones aut auxilia dimisisset, atque omnia cædi-
bus, incendiis, rapinis, vastasset: magno numero ho-
minum interfecto aut capto, Labienum cum II le-
2 gionibus in Treviros mittit; quorum civitas, propter
Germaniæ vicinitatem, quotidianis exercitata bellis,
cultu & feritate, non multum à Germanis differe-
bat: neque imperata umquam, nisi exercitu coacta,
faciebat.

1 XXVI. Interim C. Caninius legatus, quum, ma-
gnam multitudinem convenisse hostium in fines Picto-
num, literis nunciisque Duracii cognovisset, qui per-
petuo in amicitia Romanorum permanserat; quum pars
quædam civitatis ejus defecisset, ad oppidum Limonum
2 contendit. quo quum adventaret; atque ex captivis cer-
tius cognosceret, multis hominum millibus, [1] Dumna-
co duce Andium, Duracium clausum, Limonum op-
pugnari; neque infirmas legiones hostibus committere
3 auderet; castra munito loco posuit. Dumnacus, quum
appropinquare Caninium cognovisset, copiis omnibus
ad legiones conversis, castra Romanorum oppugnare
4 instituit. Quum complures dies in oppugnatione con-
sumpsisset; &, magno suorum detrimento, nullam
partem munitionum convellere potuisset, rursus ad ob-
sidendum Limonum redit.

XXVII.

Carrariensis & Florentinus, uti Ciacconius affirmat, habebant *partes finium*. Quæ lectio vera sit, dictu arduum. *D. Vossius.*

2. *Damnaco duce Andium, Duracium clausum, Limonum oppugnari*] Fœdissima est menda, quam miror à nemine animadversam. MS. *Norv. Duracium clausum Limone oppugnari.* Sic & editt. vett. *Rom. Ven. Beroald.* nisi quod illæ *Lemone* Recta est MSti *Norv.* lectio. Distingue *Duracium clausum Limone, oppugnari.* Tertiæ enim *declinationis* nomen esse statuimus, & ita omnes MSSti præter eos, qui corrupte *Limovicum* exhibent; unde supra lege *ad oppidum Limonem*, & infra *ad obsidendum Limonem.* Hanc scripturam simul cum conjectura nostra tuetur *Jul. Celsus* p. 165. *Duracius*, inquit ille, *tum temporis ad* Limonem *obsidebatur ab Andio Dumnaco.* Erroris ansam præbuit *Pet. Ciacconius*, qui *Duracium* vicum fuisse contendit, cum luce meridiana sit clarius, inter primores fuisse Pictonum. Prius tamen & gravius deliravit *Raymundus Marlianus*, dum ex hoc loco *Duracios* finxerit populum, qui perpetuo in amicitia permanserat Romanorum. *Davies.*

XXVII. Eodem tempore C. Fabius legatus com- 1
plures civitates in fidem recipit, obſidibus firmat, li-
teriſque C. Caninii certior fit, quæ in Pictonibus ge-
rantur. Quibus rebus cognitis, proficiſcitur ad auxi- 2
lium Duracio ferendum. At Dumnacus, adventu Fabii
cognito, deſperata ſalute, ſi tempore eodem coactus
eſſet & Romanum externum ſuſtinere hoſtem, & re-
ſpicere ac timere oppidanos, repente eo ex loco cum
copiis recedit: nec ſe ſatis tutum fore arbitratur, niſi
flumen Ligerim, quod erat ponte propter magnitudi-
nem tranſeundum, copias tranſduxiſſet. Fabius, [1] et- 3
ſi nondum in conſpectum venerat hoſtibus, neque ſe
cum Caninio conjunxerat, tamen doctus ab iis, qui
locorum noverant naturam, potiſſimum credidit, ho-
ſtes perterritos eum locum, quem petebant, petitu-
ros. Itaque cum copiis ad eundem pontem contendit, 4
equitatumque tantum procedere ante agmen imperat
legionum, quantum quum proceſſiſſet, ſine defatiga-
tione equorum in eadem ſe reciperet caſtra. Conſequun- 5
tur equites noſtri, ut erat præceptum, invaduntque
Dumnaci agmen: & fugientes perterritoſque ſub ſar-
cinis in itinere aggreſſi, magna præda, multis inter-
fectis, potiuntur. [2] Ita, re bene geſta, ſe recipiunt
in caſtra.

XXVIII. Inſequenti nocte Fabius equites præmit- 1
tit, ſic paratos, ut confligerent, atque omne agmen
morarentur, dum conſequeretur ipſe. Cujus præce- 2
ptis, ut res gereretur, Q. Atius Varus, præfectus e-
quitum, ſingularis & animi & prudentiæ vir, ſuos
hortatur, agmenque hoſtium conſecutus, turmas par-
tim

1. *Etſi nondum in conſpectum venerat*] Hic etiam editt. antiquiſſimæ *Rom. Ven.* exhibent *in conſpectu venerat*, & infra cap. XXIX. *In conſpectu hoſtium veniunt*; quem probum quidem eſſe, ſed paullo inuſitatiorem loquendi modum oſtendimus ad hujuſce libri cap. VIII. Vide & *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fab. I. *Davies.*

2. *Ita, re bene geſta*] Sic reſcripſimus ex MSto *Norvic.* & editt. *Rom. Beroald.* Vulgg. *itaque:* haud pro *Cæſaris* & *Hirtii* more. *Idem.*

tim idoneis locis diſponit, partim equitum prœlium
3 committit. Conſiſtit audacius equitatus hoſtium, ſuc-
cedentibus ſibi peditibus, qui [1] toto agmine ſubſiſten-
4 tes, equitibus ſuis contra noſtros ferunt auxilium. Fit
prœlium acri certamine. namque noſtri, contemptis
pridie ſuperatis hoſtibus, quum ſubſequi legiones me-
miniſſent, & pudore cedendi, & [2] cupiditate celerius
per ſe conficiendi prœlii, fortiſſime contra pedites prœ-
5 liantur: hoſteſque nihil amplius copiarum acceſſurum
credentes, ut pridie cognoverant, delendi equitatus
noſtri nacti occaſionem videbantur.

1 XXIX. Quum aliquamdiu ſumma contentione di-
micaretur, Dumnacus inſtruit aciem, quæ ſuis eſſet
equitibus invicem præſidio. Tum repente confertæ le-
2 giones in conſpectum hoſtium veniunt. Quibus viſis
perculſæ barbarorum turmæ, ac perterritæ acies ho-
ſtium, perturbato impedimentorum agmine, magno
3 clamore diſcurſuque paſſim fugæ ſe mandant. At no-
ſtri equites, qui paullo ante cum reſiſtentibus fortiſſi-
me conflixerant, lætitia victoriæ elati magno undique
clamore ſublato, cedentibus circumfuſi, quantum e-
quorum vires ad perſequendum, dextræque ad cæden-
4 dum valent, [3] tantum eo prœlio interficiunt. Itaque
amplius millibus XII aut armatorum, aut eorum, qui
timore arma projecerant, interfectis, omnis multitudo
capitur impedimentorum.

XXX.

1. *Toto agmine ſubſiſtentes, equitibus ſuis*] Sic eſt in editt. *Rom. Ven. Beroald.* nec repudio. Haud male tamen MS. *Brant.* & *Steph.* *Toto agmine, ſubſiſtentibus equitibus ſuis*; niſi forte cum *Norvic.* legere placeat *toto agmine, ſubſiſtentibus ſuis*, omiſſa voce *equitibus*. Davies.

2. *Et cupiditate celerius*] Ultima vox abeſt à MSS. *Brant. Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* nec ullam patitur jacturam ſententia, equites enim Romani ſine peditum auxilio prœlium conficere voluerunt. Ad hoc tamen præſtandum celeritate fuit opus, quia ſequebantur legiones; ideo ſalva maneat recepta lectio, per me licet. *Idem.*

3. *Tantum eo prœlio interficiunt*] In Petaviano codice erat *perficiunt*. Conſtat veteribus *facere* ſignaſſe quod *interficere*. Unde *conficere*, *interficere*. *Perficere* tamen eo ſignificatu haud legi. Alioqui ſolet hæc particula ſæpe præponi vocibus tali notione, ut cum *perimere* dicunt. *D. Voſſius.*

XXX. Qua ex fuga, quum constaret Drapetem Se- 1
nonem (qui, ut primum defecerat Gallia, collectis
undique perditis hominibus, servis ad libertatem vo-
catis, [1] exulibus omnium civitatum accitis, receptis
latronibus, impedimenta & commeatus Romanorum
interceperat,) non amplius hominum v millibus ex fu-
ga collectis, provinciam petere, unaque consilium cum
eo Luterium Cadurcum cepisse, quem in superiore
Commentario, prima defectione Galliæ facere in pro-
vinciam impetum voluisse, cognitum est; Caninius le- 2
gatus, cum legionibus II ad eos persequendos con-
tendit, [2] ne de timore, aut detrimento provinciæ ma-
gna infamia, perditorum hominum latrociniis, cape-
retur.

XXXI. C. Fabius cum reliquo exercitu in Carnu- 1
tes, reliquasque proficiscitur civitates, quarum eo prœ-
lio, quod cum Dumnaco fecerat, [3] copias esse accitas
sciebat. non enim dubitabat, quin recenti calamitate 2
submissiores essent futuræ; dato vero spatio ac tempo-
re, eodem [4] instante Dumnaco, possent concitari.
Qua

1. *Exulibus omnium civitatum accitis*] In primo Bong. est *ascitis*, quod perplacet. Nam facilius crediderim ad eum convenisse exules, quàm ut ille dispersos ex omnibus partibus acciverit. In secundo deest hæc vox. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Vox *accitis* exulat à MSS. *Carrar. Bongars.* sec. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Gryph.* & in iis locus sic legitur *exulibus omnium civitatum receptis, latrociniis impedimenta* &c. Forsan legendum *exulibus omnium civitatum ascitis, receptis latrociniis*, hoc est, latronibus, ut *matrimonia* pro uxoribus, pro servis autem *servitia* ponuntur. Vide not. ad lib. vii. B. G. cap. LXXVIII. & hujusce libri cap. XIX. Hoc cum non intelligerent Librarii, Syntaxeos rationibus consuluisse sibi videbantur, cum verbum *ascitis* omitterent. *Davies.*

2. *Ne de timore aut detrimento Provinciæ*] Offendunt me paullum hæc verba: rescribo *ne detrimento aut timore provinciæ.* Quomodo habent VII MSS. pr. secund. tert. Pet. Pal. v. c. & MS. noster. *D. Voss.* Cum *D. Vossii* MSS. faciunt *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* Davies.

3. *Copias esse accitas sciebat*] *Auctas* Petav. *occisas* sec. & mss. noster. *accisas* pr. (Sic & *Norv.*) quæ genuina lectio, & sic rescribo: nam subdit Hirtius, *non dubitabat, quin recenti calamitate submissiores essent futuræ.* D. Vossius.

4. *Instante Dumnaco*] Scribo *instigante*, ex mss. sex. primo, secundo, tertio, Petav. Palat. & nostro. *Idem.*

*Ibid.*] In MSS. *Voss.* sex, & *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* est *instigante Dumnaco*, & ita reponit D.

3 Qua in re summa felicitas celeritasque in recipiendis ci-
vitatibus Fabium consequitur. nam [1] Carnutes, qui
sæpe vexati numquam pacis fecerant mentionem, da-
4 tis obsidibus, veniunt in deditionem; ceteræque civi-
tates positæ in ultimis Galliæ finibus, Oceano conjun-
ctæ, quæ Armoricæ appellantur, auctoritate adductæ
Carnutum, adventu Fabii legionumque, imperata si-
5 ne mora faciunt. Dumnacus suis finibus expulsus, er-
rans, latitansque, solus extremas Galliæ regiones pe-
tere coactus est.

1 XXXII. At Drapes, unaque Luterius, quum le-
giones Caniniumque adesse cognoscerent, nec se sine
certa pernicie, persequente exercitu, putarent Provin-
ciæ fines intrare posse; [2] nec jam liberam vagandi la-
trocinandique facultatem haberent, consistunt in agris
2 Cadurcorum. Ibi quum Luterius apud suos cives quon-
dam, integris rebus, multum potuisset, semperque
auctor novorum consiliorum magnam apud barbaros
auctoritatem haberet; oppidum Uxellodunum, quod
in clientela fuerat ejus, natura loci egregie munitum,
occupat suis & Drapetis copiis, oppidanosque sibi con-
jungit.

1 XXXIII. Quo quum confestim C. Caninius venis-
set, animadverteretque omnes oppidi partes præruptis-
simis

*D. Vossius.* Parum refert utrum hoc vel illo modo scribamus, eadem enim est utriusque vocis potestas; sed cum elegantior & rarioris usus sit lectio vulgata, illam teneamus. *Davies.*

1. *Carnutes, qui sæpe vexati numquam pacis fecerant mentionem*] Fallitur Hirtus. nam lib. VI, ipse Cæsar dixit: *Eodem Carnutes legatos obsidesque mittunt, usi deprecatoribus Rhemis, quorum erant in clientela.* Nisi velit auctor, ab eo tempore, quo novissima conjuratio facta. *D. Vossius.*

2. *Nec jam liberam vagandi latrocinandique facultatem*] In tert. Bongarsii codice & msf. nostro est, *nec tam libere vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem.* etiam in primo & secundo Bongarf. *liberam*, erat *libere*, & pro *latrocinandique* legebatur, *latrociniorumque faciendorum.* Idem.

*Ibid.*] Codex *Bong.* tert. MS. *Voss.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald. Nec tam libere vagandi, latrociniorumque faciendorum facultatem.* Ita & MS. *Norvic.* nisi quod ille *liberam* exhibeat. Alii *nec jam libere vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem.* Sic *latrocinia facere* dixit etiam *Florus* lib. II. cap. III. *Davies.*


Uxellodunum
A
C
C
B

ſimis ſaxis eſſe munitas, quo, defendente nullo, tamen
armatis adſcendere eſſet difficile; magna autem impedi-
menta oppidanorum videret: quæ ſi clandeſtina fuga
ſubtrahere conarentur, effugere [1] non modo equita-
tum, ſed ne legiones quidem poſſent: tripartito cohor- 2
tibus diviſis, trina excelſiſſimo loco caſtra fecit, à qui-
bus paullatim, quantum copiæ patiebantur, vallum in
oppidi circuitu ducere inſtituit.

XXXIV. Quod quum animadverterent oppidani, 1
miſerrimaque Aleſiæ memoria ſolliciti, ſimilem caſum
obſeſſionis vererentur, maximeque ex omnibus Lute-
rius, qui fortunæ illius periculum fecerat, moneret ra-
tionem frumenti eſſe habendam: conſtituunt omnium
conſenſu, parte ibi relicta copiarum, ipſi cum expe-
ditis ad importandum frumentum proficiſci. Eo conſi- 2
lio probato, proxima nocte, II millibus armatorum
relictis, reliquos ex oppido Drapes & Luterius edu-
cunt: ii, [2] paucos dies morati, ex finibus Cadurco- 3
rum, qui partim re frumentaria ſublevare eos cupie-
bant, partim prohibere, quo minus ſumerent, non
poterant; magnum numerum frumenti comparant. non-
numquam autem expeditionibus nocturnis caſtella no-
ſtrorum adoriuntur. quam ob cauſſam C. Caninius to- 4
to oppido munitiones circumdare moratur; ne aut opus
effe-

1. *Non modo equitatum*] Poſcere res ipſa videtur ut ſcribatur, *non modo non equitatum*. quæ particula librarii incuria, aut imperitia potius, omiſſa videtur. *D. Voſſius*.

Ibid.] *D. Voſſio* res ipſa poſcere videtur *non modo non equitatum*, quapropter ultimam particulam negantem librarii incuria, aut imperitia potius, omiſſam arbitratur. Nolim equidem virum eruditum incuriæ, multo minus imperitiæ, poſtulare, ſed memoria certe lapſus eſt; hoc enim modo ſæpe loquuntur optimi auctores. *Cæſar* lib. III. B. G. cap. IV. *Non modo defeſſo ex pugna excedendi, ſed ne ſaucio quidem ejus loci, ubi conſtiterat, relinquendi —— facultas dabatur.* *Livius* lib. I. cap. XL. *Non modo civicæ, ſed ne Italicæ quidem ſtirpis.* Sic etiam lib. XXIII. cap. XXIX. *Juſtinus* lib. II. cap. I. *Ita ut non modo primæ generare homines, ſed ne advenas quidem recipere ac tueri poſſent.* Vide & *G. J. Voſſium* de Conſtruct. cap. LXIII. p. 244. *Davies*.

2. *Paucos dies morati, ex finibus Cadurcorum*] Reſcribo, *paucos dies morati in finibus Cadurcorum*, ſublato commate, quod in Lipſianâ, & Scaligeri editione eſt. Pro me ſtat Petavianus codex. *D. Voſſius*.

effectum tueri non possit, aut plurimis in locis infirma disponat præsidia.

1 XXXV. Magna copia frumenti comparata, consident Drapes & Luterius non longius ab oppido [1] x millibus passuum, unde paullatim frumentum in oppidum supportarent. [2] ipsi inter se provincias partiun-
2 tur. Drapes castris præsidio cum parte copiarum restitit: Luterius agmen jumentorum ad oppidum addu-
3 cit. Dispositis ibi præsidiis, hora noctis circiter x silvestribus angustisque itineribus frumentum importare
4 in oppidum instituit. quorum strepitum [3] vigiles castrorum quum sensissent; exploratoresque missi, quæ agerentur renunciassent; Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex proximis castellis, in frumentarios sub
5 ipsam lucem impetum fecit. Ii, repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia: quæ nostri ut viderunt, acrius contra armatos incitati neminem ex eo numero vivum capi patiuntur. Effugit inde cum paucis Luterius, nec se recipit in castra.

1 XXXVI. Re bene gesta, Caninius ex captivis comperit, partem copiarum cum Drapete esse in castris [4] millibus non amplius x. Qua re ex compluribus cognita, quum intelligeret, fugato duce altero, perterritos reliquos facile opprimi posse; [5] magnæ felicitatis esse ar-

1. x *millia passuum*] Supra idem dixit, celare tamen non debui hoc loco in MSS octo constanter legi XII. *D. Vossius.*

2. *Ipsi inter se provincias partiuntur*] Tantundem est ac si curas, vel munia dicas. More Romano locutus est, apud quos Prætores & Consules soliti provincias sortiri: hinc *provincia* pro quovis munere. Apud historicos tamen is mos loquendi oppido rarus est. *Idem.*

3. *Vigiles castrorum*] Excubitores. *Lucanus* lib. VIII. vs. 24.

—— —— *Ne rumpite somnos,*
*Castrorum vigiles, nullas tuba verberet aures.*

Auctor de Bell. Hisp. cap. III. *Vigiles non poterant diligentiam præstare.* Vide & cap. XXXV. *Davies.*

4. *Millibus non amplius x*] MSS. *Ciacc.* & *Norv.* cum veteribus editt. habent *a millibus non longe amplius* XII. quod cur rejiciatur non video. Saltem scribendum *à millibus amplius* x. Vulgata enim lectio vix est Latina. *Idem.*

5. *Magnæ felicitatis esse arbitrabatur*] Hanc lectionem omnes exhibent Codd. & eam sine nota transmisere viri eruditi. At, si ita scripsit *Hirtius*, plane dormitavit. Censebat

arbitrabatur, neminem ex cæde refugisse in castra, qui de accepta calamitate nuncium Drapeti perferret. Sed, 2
quum in experiundo periculum nullum videret, equitatum omnem, Germanosque pedites [1] summæ velocitatis omnes ad castra hostium præmittit. ipse legionem unam in trina castra distribuit; alteram secum expeditam ducit. Quum propius hostem accessisset, ab 3
exploratoribus, quos præmiserat, cognoscit, castra eorum, ut barbarorum fert consuetudo, relictis locis superioribus, ad ripas fluminis esse demissa, [2] at Germanos equites imprudentibus omnibus de improviso advolasse, & prœlium commisisse. Qua re cognita, le- 4
gionem armatam instructamque adducit. Ita, repente omnibus ex partibus signo dato, loca superiora capiuntur. Quod ubi accidit, Germani equites, signis legionis visis, vehementissime prœliantur. Confestim omnes 5
cohortes undique impetum faciunt: omnibus aut interfectis,

sebat Caninius, *fugato duce altero, perterritos reliquos facile opprimi posse*; ejus igitur è re fuit, ut nuncius de Lucterii clade Drapeti perferretur; huic enim ob acceptam calamitatem alia ratione timor incuti non poterat. Ne minime quidem dubito, quin rescribendum sit *magnæ infelicitatis esse arbitrabatur*. Idem etiam, nisi fallor, iis, qui locum perpendent, videbitur. *Davies.*

1. *Summæ velocitatis omnes*] In IV Mssis, & nostro, pro *omnes* reperio *homines*, nec damno, quia statim præcessit *omnem equitatum*. In Petaviano tamen, qui reliquis emendatior est codicibus, est *omnes*. D. Vossius.

2. *At Germanos equites*] Ita visum Scaligero edere, cum in omnibus codd. legatur, *Germanos, equitesque*: & ipse Hirtius disertim supra dicat equites, & cum his pedites Germanos ad oppugnanda castra missos. Tu veterem lectionem retine. Illud tamen dissimulare nolo paucis ab hoc loco versibus, ubi legitur *Germani equitesque signis legionis visis* in MSto Cujacii, primo, secundo, tertio, Bong. ac Pet. legi *Germani equites*: sed noster ms. & Palat. retinent *equitesque*. Excusari tamen Scaligeri lectio possit; nam non soli pedites, sed & equites Germani in exercitu Cæsaris fuere. Testatur ipse lib. VII. de bello Gallico, & ait: *Cæsar ex castris equitatum educi jubet, prœliumque equestre committit: laborantibus jam suis Germanos equites circiter CD submittit, quos ab initio habere secum instituerat.* Et aliquanto ante eodem libro: *Cæsar, quod hostes equitatu superiores esse intelligebat, &, interclusis omnibus itineribus, nulla re ex Provincia atque Italia sublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas civitates, quas superioribus annis pacaverat; equitesque ab his accersit; & levis armaturæ pedites, qui inter eos prœliari consueverant.* Nihilominus vulgatam lectionem præfero. *Idem.*

fectis, aut captis, magna præda potiuntur. Capitur ipſe eo prœlio Drapes.

1 XXXVII. Caninius, feliciſſime re geſta, ſine ullo pene militis vulnere, ad obſidendos oppidanos reverti-
2 tur. Externoque hoſte deleto, [1] cujus timore augere præſidia, & munitione oppidanos circumdare prohibitus erat, opera undique imperat adminiſtrari. Venit eodem cum ſuis copiis poſtero die C. Fabius, partemque oppidi ſumit ad obſidendum.

1 XXXVIII. Cæſar interim M. Antonium quæſtorem cum cohortibus XV in Bellovacis reliquit; ne qua rurſus novorum conſiliorum capiendorum Belgis facul-
2 tas daretur. Ipſe reliquas civitates adit: obſides plures imperat: timentes omnium animos conſolatione ſanat.
3 Quum in Carnutes veniſſet, [2] quorum conſilio in civitate ſuperiore Commentario Cæſar expoſuit initium belli eſſe ortum, quod præcipue eos, propter conſcientiam facti timere animadvertebat, quo celerius civitatem metu liberaret, principem ſceleris ipſius, & concitatorem belli [3] Guturvatum ad ſupplicium depoſcit.
4 qui etſi ne civibus quidem ſuis ſe committebat; tamen

1. *Cujus timore augere præſidia & munitione oppidanos circumdare prohibitus erat*] In MSS. pr. ſec. tert. Pal. & noſtro ſcriptum invenio *cujus timore antea dividere præſidia.* Ita & mſ. Cujacii & Petavianus habet: multo ſane aptius quàm vulgatæ editt. Et miror Scaligerum ac Lipſium aliter edidiſſe. Nam timore externi hoſtis auſus non erat Caninius dividere præſidia, ne minus valida reſiſtere nequirent. Unum occurrit, quo defendi vulgata lectio poſſit, ut hoc modo accipias verba Hirtii. Caninius veritus erat plures milites munitionibus imponere ob externum hoſtem, cujus metu manum ſemper in armis paratam habere cogebatur. Interea non dubito quin præſtet ſcriptura manuſcriptorum. *D. Voſſius.*

2. *Quorum conſilio in civitate*] Non ſoli rebellionis principes, ſed tota gens Carnutum timebat; ideo Cæſar, ut *civitatem metu liberaret*, Guturvatum ad ſupplicium depoſcit. Quod cum ita ſit, omnino ſuperflua videtur vox *conſilio*, quam recte omittunt MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph.* & ſane Carnutes *principes ſe ex omnibus bellum facturos* pollicentur, ut dixit *Cæſar* lib. VII. B. G. cap. II. quem locum *Hirtius* noſter in animo habuit, cum hæc ſcriberet. *Davies.*

3. *Guturvatum*] Supra nominavit Cæſar *Cotuatum* & *Conetodunum* duces Carnutum: ſed ille in Petaviano cod. nominatur *Catuatus.* & hoc loco in MSto Petaviano ſcribitur *Matruatus* pro *Guturvatus.* In Cujacii MSto & Pa-

men celeriter, omnium cura quæsitus, in castra per-
ducitur. Cogitur in ejus supplicium Cæsar contra na- 5
turam suam, maximo militum concursu; qui omnia
pericula & [1] detrimenta belli à Guturvato accepta re-
ferebant; adeo ut verberibus exanimatum corpus se-
curi feriretur.

XXXIX. Ibi crebris literis Caninii fit certior, quæ 1
de Drapete & Luterio gesta essent, quoque in consi-
lio permanerent oppidani: quorum etsi paucitatem con- 2
temnebat, tamen pertinaciam magna pœna esse afficien-
dam judicabat; ne universa Gallia non vires sibi de-
fuisse ad resistendum Romanis, sed constantiam, pu-
taret; neve hoc exemplo ceteræ civitates, locorum
opportunitate fretæ, se vindicarent in libertatem.
quum omnibus Gallis notum esse sciret, reliquam es- 3
se unam æstatem suæ provinciæ; quam si sustinere
potuissent, nullum ultra periculum vererentur. Ita- 4
que Q. Calenum legatum cum legionibus II relin-
quit, qui justis itineribus se subsequeretur: ipse cum
omni equitatu, quam potest celerrime, ad Caninium
contendit.

XL. Quum, contra exspectationem omnium, Cæ- 1
sar Uxellodunum venisset, oppidumque operibus clau-
sum

Palatino est *Gutruatum*, in pr. *Gutruatum*, in tertio *Gatriatrium* In manuscripto nostro est *Gutruatrum*. In veteri codice *M. Gutiruatum*. Unde quis in tanta nominum diversitate non immerito suspicetur eundem designari, quem supra Cæsar *Cotuatum* appellavit. *D. Vossius*.

1. *Detrimenta belli à Guturvato accepta referebant* ] Guturvatum detrimentorum causam esse prædicabant. Metaphora ducta est à re nummaria; proprie enim *acceptum referre* dicebantur, qui pecuniam iis numeratam in Codicem *accepti* referebant. Sed, quod præcipue notandum, huic locutioni *Dativum* apponunt alii Scriptores, *Ovidius* Trist. lib. II. El. I, 10.

*Acceptum refero versibus, esse nocens.*

*Horatius* lib. II. Epist. I, 233.

—— *Incultis qui versibus, & male natis,*
*Retulit acceptos, regale numisma, Philippos.*

Ad eum locum plura *Dionys. Lambinus*. Forte igitur apud *Hirtium*, omissa præpositione, scribendum *detrimenta belli Guturvato accepta referebant*. Davies.

ſum animadverteret; [1] neque ab oppugnatione recedi
videret ulla conditione poſſe; magna autem copia fru-
menti abundare oppidanos, ex perfugis cognoviſſet; a-
2 qua prohibere hoſtem tentare cœpit. [2] Flumen infimam
vallem dividebat, quæ pene totum montem cingebat,
in quo poſitum erat præruptum undique oppidum U-
3 xellodunum. Hoc avertere loci natura prohibebat. ſic
enim imis radicibus montis ferebatur, ut nullam in
4 partem, depreſſis foſſis, derivari poſſet. Erat autem
oppidanis difficilis, & præruptus eo deſcenſus; ut,
prohibentibus noſtris, ſine vulneribus, ac periculo vi-
tæ, neque adire flumen, neque arduo ſe recipere poſ-
5 ſent adſcenſu. Qua difficultate eorum cognita, Cæ-
ſar, ſagittariis funditoribuſque diſpoſitis, tormen-
tis etiam quibuſdam locis contra faciliimos deſcenſus
collocatis, aqua fluminis prohibebat oppidanos; quo-
rum omnis poſtea multitudo aquatum unum in locum
conveniebat.

1 XLI. [3] Sub ipſius oppidi murum magnus fons pro-
rumpebat ab ea parte, quæ fere pedum CCC interval-
2 lo fluminis circuitu vacabat. Hoc fonte prohiberi poſ-
ſe oppidanos quum optarent reliqui; Cæſar unus vide-
ret, [4] non ſine magno periculo; è regione ejus vineas
age-

1. *Neque ab oppugnatione videret ulla conditione recedi poſſe.*] Petavianus codex: *neque oppugnatione poſſe recipi, aut conditione ulla videret.* D. Voſſius.

2. *Flumen infimam vallem dividebat, quæ pene totum montem cingebat*] Quid hoc? vallis pene totum montem cingebat? cur non totum? Emendo, *Flumen infimam vallem dividebat, quod pene totum montem cingebat.* Infra autor ipſe ait cap. XLI. *Sub ipſius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, quæ fere pedum CCC intervallo fluminis circuitu vacabat.* Merito dicit *pene* oppidum flumine cinctum fuiſſe, cum trecentorum tantum, vel vix trecentorum pedum ſpatium eſſet, quà intermittebat amnis. Sane primus ac ſecundus Bongarſiani codd. non habent *quæ:* nec tamen quomodo haberent recte legere potui. *Idem.*

3. *Sub ipſius oppidi murum magnus fons prorumpebat*] MS. *Norv.* & *Brant.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald. Sub ipſius oppidi murum* ubi *magnus fons prorumpebat*, unde ſcribendum, mutata diſtinctione. *Quorum omnis poſtea multitudo aquatum unum in locum conveniebat ſub ipſius oppidi murum, ubi magnus fons prorumpebat* &c. *Davies.*

4. *Non ſine magno periculo*] Sane non damnaverim Petavianum codicem,

agere adversus montem, & aggeres struere cœpit, magno cum labore, & continua dimicatione. oppidani e- 3
nim loco superiore decurrentes sine periculo prœliabantur, multosque pertinaciter succedentes vulnerabant; [1] ut tamen non deterrerentur milites nostri vineas proferre, & labore atque operibus locorum vincere difficultates. [2] Eodem tempore tectos cuniculos, 4
crates & vineas agunt [3] ad caput fontis. quod genus ope-

cem, in quo hæc verba omittuntur, uti & secundo Bongarsiano. Itaque hoc pacto legenda hæc periodus: *Hoc fonte prohiberi posse oppidanos cum optarent reliqui, Cæsar unus videret; è regione ejus vineas agere*, &c. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Repetendum ἀπὸ τῶ κοινῶ *prohiberi posse:* quod cum haud caperent è Librariis nonnulli, has voces à quibusdam Codd. exulare jusserunt. Cave enim aures præbeas *D. Vossio*, qui eas recte abesse censuit; sequitur enim in *Hirtio*, quod ejus conjecturam prorsus evertit. *Continua* certe *dimicatio*, & loco quidem iniquo magnum affert periculum. *Davies.*

1. *Ut tamen non deterrerentur*] MS. *Norvic.* prima voce omissa, exhibet *non tamen deterrentur.* Editt. *Rom. Ven. Beroald. non deterrentur tamen.* Vulgatam autem lectionem retineo, à qua abiere Librarii, quod ejus elegantiam non intelligerent. *Idem.*

2. *Eodem tempore tectos cuniculos, crates, & vineas agunt ad caput fontis*] Ita & Scaliger edidit, & in tertio Bongarsiano reperio. In secundo est, *cuniculos tectos ad vineas agunt ad caput fontis.* Primus, *cunic. tect. ad aggeres, ac vineas agunt ad caput fontis.* Palatinus, *cuniculo tectos ad vineas agunt, & ad caput fontis.* Nescio tamen an probare ausim scripturam quam Scaliger retinuit. Primo quia subdit autor, illud genus operum sine suspicione hostium facere licuisse: nam crates & vineas conspicere poterant oppidani. Deinde quia nullus scriptorum dixit *crates agere.* D. Vossius.

*Ibid.*] Manifeste vitiosa est hæc lectio; neque enim *sine ullo periculo & sine suspicione hostium* crates projici & vineæ agi possunt, cum hujusmodi opera in omnium conspectu administrentur. Solis cuniculis hoc convenit, qui sub terram aguntur. Primus *Bongars. Cuniculos tectos ad aggeres & vineas agunt ad caput fontis*; sic etiam editt. *Rom. Ven. Beroald.* MS. autem *Palat. Cuniculo tectos ad vineas agunt & ad caput fontis:* ita & *Carrar.* nisi quod ille *cuniculos. Bongars.* secundus *Cuniculos tectos ad vineas agunt ad caput fontis*, pro quo *Norvic.* habet *& caput fontis.* Legendum crediderim, *Cuniculos tectos ab aggere & vineis agunt ad caput fontis*, vel, prope ad vestigia aliorum Codicum, *cuniculos tectos à vineis agunt ad caput fontis*, ut dicat *Hirtius*, cuniculos à vineis initium cepisse, ad caput autem fontis pertinuisse; & sane cap. XLIII. narrat *cuniculis venas fontis intercissas esse atque aversas.* Confirmat hanc conjecturam *Jul. Celsus* p. 168. *Cuniculis*, inquit ille, *sub terram actis ad ipsius fontis venas penetrando pervenit.* Davies.

3. *Ad caput fontis*] Originem atque initium, ut sæpe alias. Vide *Lævin. Torrentium* ad *Horatii* lib. I. Od. I, 22. At *Cæsar* lib. IV. B. G. cap. X. de Rheno ait, *multisque capitibus in Oceanum influit*, ubi liquet *capitibus* ostia denotari: negarunt autem

operis ſine ullo periculo, & ſine ſuſpicione hoſtium
5 facere licebat. Exſtruitur agger [1] in altitudinem pe-
dum LX. collocatur in eo turris x tabulatorum, non
quidem quæ mœnibus æquaretur, (id enim nullis o-
peribus effici poterat,) ſed quæ ſuperaret fontis fa-
6 ſtigium. Ex ea quum tela tormentis jacerentur ad
fontis aditus; nec ſine periculo poſſent adaquari op-
pidani; non tantum pecora, atque jumenta, ſed etiam
magna hominum multitudo ſiti conſumebatur.

1 XLII. Quo malo perterriti oppidani *cupas ſevo, pi-
ce,* [2] *ſcandulis complent. eas ardentes in opera provolvunt.
Eodem tempore acerrime præliantur, ut ab incendio reſtin-
2 guendo dimicatione & periculo deterreant Romanos. Magna
repente in ipſis operibus flamma exſiſtit. quæcunque enim per
locum præcipitem miſſa erant,* [3] *ea vineis & aggere ſuppreſ-
ſa*

tem interpretes, hoc vocabulum ea notione alibi uſurpatum, nec quiſquam dubitet illam vocis poteſtatem eſſe rariſſimam. *Cl.* tamen *Mamertinus* Pan. II. cap. XVI, 4. eodem ſenſu adhibuit. *Citra Mæotim*, inquit, *ſub extrema ſeptentrionis plaga, qua fervidum* caput *Danubius evolvit.* Qui non ſunt prorſus ἀγεωγράφητοι, probe norunt Mæotim non fonti, ſed oſtiis Danubii eſſe propinquam. *Davies.*

1. *In altitudinem pedum* LX] Sic ex *Oroſii* lib. VI emendavit *Pet. Ciacconius*, quem in ſua editione ſecutus eſt *Joſ. Scaliger*, cum è MSS. & antiquis cuſis alii habeant *pedum* IX, alii *pedum* VI. *Idem.*

2. *Scandulis complent*] Primus Turnebus hoc loco *ſcindulis* emendavit. Oroſius in multis exſcriptor Cæſaris *ſcandulis* habet. Freculphus exſcriptor Oroſii *ſindulis*. Sed in optimo & perantiquo Oroſii codice, quem mſ. habemus invenio *ſcindulis* (& ſic apud *Hirtium* legitur in MSS. *Norv.* ac *Brant.*) Iſidorus lib. XIX. cap. XIX. *Scindulæ*, inquit, *eo quod ſcindantur, & dividantur.* Sunt *ſcandulæ* tabellæ è ligno, quibus tegi ædes ſolitas Romæ ex Plinio diſcimus. Hodieque pro iis lamellas è lapide uſurpamus, quæ fortaſſe inde apud Italos *ſcaglia*, Gallis *eſcaille*, nobis *ſchalie* dicuntur, extrito *ndu*: quod in lingua noſtra novum non eſt, cum pro *tanden*, i. e. dentes, etiam *ta'en* dicamus, pro *laeden*, onerare, *la'en*. Uſus eâ voce & Vitruvius lib. II. cap. I. & Columella lib. VIII. cap. III. *Sed ab cohorte forinſecus prædictis feneſtellis ſcandulæ ſimiliter injungant, quibus irrepant aves ad requiem nocturnam.* Mihi ſane Turnebus audacter nimis ubique *ſcindulæ* reponere videtur, cum in cunctis ſcriptoribus fere *ſcandulæ* reperiatur: & Appulejus Metam. lib. III. p. 54. *ſcandulare tectum* dicat, & in ff. de jure immunit. l. ult. *ſcandulariorum* mentio fiat. Vide quæ de hac voce notavit parens meus in Etymologico ſuo. *D. Voſſius.*

3. *Ea vineis & aggere ſuppreſſa*] *Supprimere* hic non ἀποκρύπτειν eſt, ſed reprimere, aut retinere, vel morari, ut ipſe Hirtius explicat. Sic Cæſar libro I. de bello Civili dixit *iter*

*ſa comprehendebant id ipſum*, *quod morabatur*. Milites con- 3
tra noſtri, quanquam periculoſo genere prœlii, loco-
que iniquo premebantur, tamen omnia paratiſſimo ſu-
ſtinebant animo. res enim gerebatur & excelſo loco, 4
& in conſpectu exercitus noſtri: magnuſque utrimque
clamor oriebatur: ita quam quiſque poterat, maxime
inſignis, quo notior teſtatiorque virtus ejus eſſet, telis
hoſtium flammæque ſe offerebat.

XLIII. Cæſar, quum complures ſuos vulnerari vi- 1
deret, ex omnibus oppidi partibus cohortes montem
adſcendere, &, ſimulatione mœnium occupandorum,
clamorem undique jubet tollere. Quo facto perterriti 2
oppidani, [1] quum, quid ageretur in locis reliquis, eſ-
ſent ignari, revocant ab impugnandis operibus arma-
tos, muriſque diſponunt. Ita noſtri, ſine prœlio facto, 3
celeriter opera flamma comprehenſa partim reſtinguunt,
partim interſcindunt. Quum pertinaciter reſiſterent op- 4
pidani, & jam magna parte ſuorum ſiti amiſſa, in ſen-
tentia permanerent: ad poſtremum cuniculis venæ fon-
tis interciſæ ſunt, atque averſæ. Quo facto [2] repente 5
fons

*iter ſupprimere*, pro retrahere ſe ab itinere, & Livius libro ſeptimo, *impetum ſupprimere*, pro *reprimere*. D. Voſſius.

1. *Quum, quid ageretur in locis reliquis eſſent ignari* ] MSS. *Carrar.* & *Norvic.* *eſſent ſuſpenſi.* quod tantundem valet ac dubii, incerti. *Virgilius* Æn. II, 114.

*Suſpenſi, Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi*
*Mittimus.*

Noſter Bell. Afric. cap. XLVIII. *Exercitus ejus magis ſuſpenſiore animo ante adventum Jubæ commovebatur.* Editt. *Rom. Ven. Beroald.* utramque vocem exhibent, in iis enim eſt *eſſent ignari ſuſpenſi.* Alterutrum eſt Gloſſema: cum autem hæc *ſuſpenſi* poteſtas ſit rarior, quin ea lectio ab auctore, *ignari* vero à Gloſſa profluxerit, nullus dubito. Repone igitur *cum quid ageretur in locis reliquis*, *eſſent ſuſpenſi.* Davies.

2. *Repente fons perennis exhauſtus*] Primus Bongarſii cod. & Pal. *repente perennis exaruit fons.* eandemque vocem retinent ſecundus & tert. Quam lectionem præfero: nam fons non exhauſtus, ſed aruit, & rationem ex Oroſio intelligere eſt: ait enim, *repertos in abſtruſo aquarum meatus per multa dividendo tenuari in ſemetipſis conſumique fecerunt.* D. Voſſius.

Ibid.] *Bongarſii* tres Codd. & MS. *Palat.* hic repræſentant *repente perennis exaruit fons*, nec aliter editt. *Rom. Ven. Beroald.* quam lectionem prætulit *Dionyſ. Voſſius*, quod, ut ait, *fons non exhauſtus*, *ſed aruit*. Nihili eſt ratio, cum *exhauſtus ſiccati* vim obtineat. Sic apud *Virgilium* Georg. III. 432.

*Poſt-*

fons perennis exhauſtus, tantam attulit oppidanis ſalutis deſperationem, [1] ut id non hominum conſilio, ſed Deorum voluntate factum putarent. Itaque neceſſitate coacti ſe tranſdiderunt.

1 XLIV. Cæſar, quum ſuam lenitatem cognitam omnibus ſciret; neque vereretur, ne quid crudelitate naturæ videretur aſperius feciſſe, neque exitum conſiliorum ſuorum animadverteret, ſi tali ratione diverſis in locis [2] plures rebellare cœpiſſent, exemplo ſupplicii deterrendos reliquos exiſtimavit. Itaque omnibus, qui arma tulerant, manus præcidit. Vitam conceſſit; quo
2 teſtatior eſſet pœna improborum. Drapes, quem captum eſſe à Caninio docui, ſive indignatione, & dolore vinculorum, ſive timore gravioris ſupplicii, pau-
3 cis diebus [3] ſeſe cibo abſtinuit, atque ita interiit. Eodem tempore Luterius, quem profugiſſe ex prœlio ſcripſi, quum in poteſtatem veniſſet Epaſnacti Arverni

*Poſtquam exhauſta palus, terraque ardore dehiſcunt.* Vulgatam igitur ſcripturam plurium MSS. auctoritate ſuffultam retineo. *Davies.*

1. *Ut id non hominum conſilio ſed Deorum voluntate factum putarent*] Nimirum erat in talibus ſuperſtitioſa antiquitas: nec temere fontes aut amnes, quibus aliquid divinum ineſſe credebatur, quin & pro diis colebant ſiſtere curſum, aut ſolitum deſerere alveum putabant. Hinc apud Tacitum 1. Annalium, cum in Senatu ageretur, de avertendis fluminibus, per quæ Tiberis augeſcit, quo obviam iretur crebris ejus inundationibus, dictitant Reatini, *Optimè rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuos curſus, utque originem, ita fines dederit. Spectandas etiam religiones ſociorum, qui ſacra, & lucos, & aras patriis amnibus dicaverint. Quin ipſum Tiberim nolle prorſus accolis fluviis orbatum, minore gloriâ fluere. Seu preces coloniarum, ſeu difficultas operum, ſive ſuperſtitio valuit, ut in ſententiam Piſonis concederetur, qui nil mutandum cenſuerat.* D. Voſſius.

2. *Plures rebellare cœpiſſent*] MS. *Carrar.* habet *plures conſilia iniiſſent.* (Sic & MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.*) Etſi autem me non fugit, uſum *Livium* verbo *rebellare*, & *rebellione Cæſarem*, ut tamen aſſentiar facile *Carrarienſi* non ſolum ejus vetuſtas facit, ſed locutionis vis; non enim magis apertæ defectioni, quam occultis Gallorum conſiliis erat obviam eundum. *Joan. Mich. Brutus.*

3. *Seſe cibo abſtinuit*] Hoc verbum vulgo *intranſitivum* cenſetur; ei tamen vim *activam* tribuunt boni auctores. *Livius* lib. XXI. cap. XLIX. *Uſque ad lucem portu ſe abſtinuerunt.* *Lactantius* de ira Dei cap. X. *Quo ſe homines imperiti à peccando abſtineant.* *Auguſtinus* cum alibi, tum de C. D. lib. I. cap. IX. *Ab eorum reprehenſione* ſeſe abſtinent. Vide & *G. J. Voſſium* de Conſtruct. cap. XXII. *Davies.*

ni (crebro enim mutandis locis, multorum fidei se
committebat, quod nusquam diutius sine periculo com-
moraturus videbatur, quum sibi conscius esset, quam
inimicum deberet Cæsarem habere,) hunc Epasnactus
Arvernus, amicissimus populi Rom. sine dubitatione
ulla vinctum ad Cæsarem duxit.

XLV. Labienus interim in Treviris equestre prœ- 1
lium secundum facit; compluribusque Treviris inter-
fectis, & Germanis, qui nulli adversus Romanos au-
xilia denegabant, principes eorum vivos in suam rede-
git potestatem; atque in iis Surum Æduum, qui [1] & 2
virtutis & generis summam nobilitatem habebat, so-
lusque ex Æduis ad id tempus permanserat in armis.

XLVI. Ea re cognita, Cæsar quum in omnibus par- 1
tibus Galliæ bene res gestas videret, judicaretque supe-
rioribus æstivis Galliam devictam & subactam esse, A-
quitaniam numquam ipse adisset, sed per P. Crassum
quadam ex parte devicisset; cum II legionibus in eam
partem est profectus, [2] ubi extremum tempus consu-
meret æstivorum. quam rem, sicut cetera, celeriter 2
feliciterque confecit. namque omnes Aquitaniæ civita-
tes legatos ad eum miserunt, obsidesque ei dederunt.
Quibus gestis, ipse cum equitum præsidio Narbo- 3
nem profectus est: exercitum per legatos in hiberna
deduxit: [3] IV legiones in Belgio collocavit cum M.
Antonio, & C. Trebonio, & P. Vatinio, & Q. Tul-
lio

1. *Et virtutis & generis summam nobilitatem habebat*] MSS. *Carrar.* & *Norv.* cum editt. vett. *Rom. Ven. Beroald.* *Et virtutem & generis summam nobilitatem habebat*, ut, transposita voce, legi possit *summam & virtutem & generis nobilitatem habebat*. Vulgatam scripturam non moveo. *Davies.*

2. *Ubi extremum tempus*] In mss. pr. sec. tert. & Palat. recte legitur, *ut ibi*. D. Vossius.

3. IV *Legiones in Belgio*] Ob usum *Cæsaris Fr. Hotomannus* reponit *in Belgis*. Sed nec ea consuetudo apud *Cæsarem* est perpetua; nam lib. III. B. G. cap. IX. dixit. *Naves in Venetiam cogunt*, non *in Venetos*; & *noster* paullo post ait, *ad Legiones in Belgium se recipit*. Vide & cap. LIV. Fieri etiam potest, ut hic loci *Hirtius Belgium* vocarit eam Galliæ Belgicæ partem, quam eodem nomine insignivit *Cæsar*, qua de re vide not. ad lib. V. B. G. cap. XXIV. *Davies.*

4 lio legatis. II in Æduos misit, quorum in omni Gallia summam esse auctoritatem sciebat: II in Turonis ad fines Carnutum posuit, quæ omnem regionem conjunctam Oceano continerent: II reliquas in Lemovicum fines non longe ab Arvernis, ne qua pars
5 Galliæ vacua ab exercitu esset. Paucos dies ipse in provincia moratus, quum celeriter [1] omnes conventus percucurrisset; publicas controversias cognovisset; bene
6 meritis præmia tribuisset: cognoscendi enim maximam facultatem habebat, quali quisque animo in rempubl. fuisset totius Galliæ defectione, quam sustinuerat fidelitate atque auxiliis provinciæ illius.

1 XLVII. [2] His rebus confectis, ad legiones in Belgium se recipit. [3] hibernatque Nemetocennæ. Ibi cognoscit Comium Atrebatem prœlio cum equitatu suo
2 contendisse. nam quum Antonius in hiberna venisset, civitasque Atrebatum in officio maneret; Comius, qui post illam vulnerationem, quam supra commemoravimus, semper ad omnes motus paratus suis civibus esse consuesset, ne consilia belli quærentibus auctor armorum

1. *Omnes conventus percucurrisset*] *Conventus* vocat oppida quædam suæ provinciæ, juri dicendo selecta. De hac verbi notione videndus *Joan. Frid. Gronovius* Observ. lib. III. cap. XXII. p. 638. *Davies.*

2. *His rebus confectis*] Initium capitis alieno loco ponitur, sententia enim quæ præcessit, manca fit & hiulca. Distinctione mutata, totam περίοδον sic ordina: *Quum celeriter omnes conventus percucurrisset; publicas controversias cognovisset, bene meritis præmia tribuisset; (cognoscendi enim maximam facultatem habebat, quali quisque animo in Remp. fuisset, totius Galliæ defectione, quam sustinuerat fidelitate & auxiliis provinciæ illius) his rebus confectis, ad legiones* &c. Simili modo peccatum initio *Tatiani* orat. ad Græcos. Μαρσὺς δὲ, inquit, καὶ Ὀλύμπου τὴν αὐλητικὴν ἀπηνέγκατο. Dein orditur caput secundum his verbis: Φρύγες δὲ οἱ ἀμφότεροι, τὴν διὰ σύριγγος ἁρμονίαν ἀγροικοὶ συνεστήσαντο. Vitiose. Restituendum, Μαρσὺς καὶ Ὀλύμπου τὴν αὐλητικὴν ἀπηνέγκατο. Φρύγες δὲ οἱ ἀμφότεροι. Τὴν διὰ σύριγγος &c. Phryges enim fuisse Marsyam & Olympum diserte testatus est *Clemens* Alexandrinus Strom. lib. I. p. 225. ed. Lugd. Prava tamen hæc interpunctio Metaphrastem & omnes illius orationis editores fefellit. *Idem.*

3. *Hibernatque Nemetocennæ*] Sic reposui ex editt. *Rom. Ven. Berold.* ob verbum *præsentis temporis* quod antecessit. In vulgg. *hibernavitque.* Idem.

rum duxque deesset, [1] parente Romanis civitate, cum suis equitibus se suosque latrociniis alebat, infestisque itineribus [2] commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, intercipiebat.

XLVIII. Erat attributus Antonio præfectus equi- 1
tum C. Volusenus Quadratus, qui cum eo hiemaret.
Hunc Antonius ad persequendum equitatum hostium
mittit. Volusenus autem ad eam virtutem, quæ sin- 2
gularis in eo erat, magnum odium Comii adjungebat,
quo libentius id faceret, quod imperabatur. Itaque,
dispositis insidiis, sæpius ejus equites aggressus, secun-
da prœlia faciebat. Novissime, quum vehementius con- 3
tenderetur, ac Volusenus ipsius intercipiendi Comii
cupiditate pertinacius eum cum paucis insecutus esset;
ille autem fuga vehementi Volusenum longius produ-
xisset; repente omnium suorum invocat fidem atque au-
xilium, [3] ne sua vulnera, perfidia interposita, pate-
rentur inulta: conversoque equo, se à ceteris incautius
permittit in præfectum. Faciunt idem omnes ejus equi- 4
tes, paucosque nostros convertunt atque insequuntur.
Co-

1. *Parente Romanis civitate*] *Parente sibi omni civitate*, Pet. *D. Vossius.*

2. *Commeatus complures qui comportabantur in hiberna*] Petavianus, *commeatus complures comparatos in hiberna.* Idem.

3. *Ne sua vulnera, perfidia interposita, paterentur inulta*] In primo suprascriptum erat, *per fidem interpositam.* & sic habet sec.. ac Palat. *per fidem interposita.* Bong. tert. Mihi nulla lectio ex his placet, & emendo, *vulnera, perfidiâ imposita.* Nam Comius à Voluseno vulneratus erat sub specie colloquii. Unde supra Hirtius de Labieno dixit, *infidelitatem ejus sine ulla perfidia judicavit comprimi posse.* Et ne suspiceris non recte dici vulnera imponere, audi Tullium IV. de Finibus: *Quæ hic Reip. vulnera imponebat, eadem ille sanabat.* D. Vossius.

Ibid.] *D. Vossius* reposuit *perfidia imposita*, adduxitque locum *Ciceronis* de fin. lib. IV. ubi ait, *Quæ hic Reip.* vulnera imponebat, *eadem ille sanabat.* MSS. *Bongars.* sec. *Palat. Norvic. Brant.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Vascos. per fidem interpositam:* MS. *Bongars.* tert. *per fidem interposita.* Omnino lege *per fidem imposita:* Nam Volusenus *per simulationem colloquii* Comium vulneraverat, ut docuit *Hirtius* cap. XXIII. *Cicero* de Invent. lib. I. fol. 57. B. ed. *Lamb. Qui sæpenumero nos* per fidem *fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Cæsar* lib. I. B. G. cap. XLVI. *Dici posset eos à se* per fidem *in colloquio circumventos.* Ad quem locum nos hujusmodi plura collegimus. *Davies.*

5 Comius incenſum calcaribus equum jungit equo Qua-
drati, lanceaque infeſta medium femur ejus magnis vi-
6 ribus transjicit. Præfecto vulnerato, non dubitant no-
ſtri reſiſtere, & converſi hoſtem pellere. Quod ubi ac-
cidit, complures hoſtium, magno noſtrorum impetu
pulſi, vulnerantur, & partim in fuga proteruntur, par-
7 tim intercipiuntur. [1] Quod ubi malum dux equi velo-
citate [2] evitavit; graviter vulneratus præfectus, ut vi-
8 tæ periculum aditurus videretur, refertur in caſtra. Co-
mius autem, ſive expiato ſuo dolore, ſive magna par-
te amiſſa ſuorum, legatos ad Antonium mittit, ſeque
ibi futurum, ubi præſcripſerit, & ea facturum, quæ
9 imperaverit, obſidibus datis firmat: [3] unum illud o-
rat, ut timori ſuo concedatur, ne in conſpectum ve-
niat cujuſquam Romani. Quam poſtulationem Anto-
nius quum judicaret ab juſto naſci timore, veniam pe-
tenti dedit; obſides accepit.
10 *SCIO, Cæſarem ſingulorum annorum ſingulos Commen-
tarios confeciſſe: quod ego non exiſtimavi mihi eſſe facien-
dum: propterea quod inſequens annus L. Paullo, C. Mar-
11 cello, COSS. nullas habet Galliæ magnopere res geſtas. Ne
quis tamen ignoraret, quibus in locis, Cæſar, exercituſque
eo tempore fuiſſent, pauca ſcribenda, conjungendaque huic
Commentario ſtatui.*

XLIX.

1. *Quod ubi malum*] Mediam vocem omittit MS. *Norvic.* Optime. Diſtingue & lege *partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur, quod malum Dux* (Comius) *equi velocitate evitavit.* Ibi τελεία στιγμὴ pingatur. Qui locum perpendet, huic lectioni & diſtinctioni non refragibitur. *Davies.*

2. *Evitavit; graviter vulneratus*] In primo hæc inter lineas adjiciuntur *evitavit, ac ſi prœlio ſecundo graviter ab eo vulneratus.* etiam in ſecundo eſt *ac ſic prœlio ſecundo graviter ab eo vulneratus.* D. Voſſius.

*Ibid.*] Duo MSSti *Bongarſ.* & editt. *Rom. Ven.* *Ac ſi prœlio ſecundo graviter ab eo vulneratus præfectus.* Ita & MS. *Norvic.* & edit. *Beroald.* niſi quod hæc *ac ſi erat prœlio ſecundo*; Ille *ac ſic prœlio ſecundo* &c. An legendum *facto prœlio ſecundo, graviter adeo vulneratus præfectus &c?* Senſus certe congruit, nec nimia eſt mutatio. *Davies.*

3. *Unum illud orat*] Sic repoſui ex MSto *Norvic.* & edit. *Rob. Stephani* A. D. 1544. In aliis tam veteribus, quam nuperis legebatur *unum erat illud* vel *unum illud erat*, ex quo qui bonam mentem extuderit, per me licet, retineat. *Idem.*

XLIX. CÆSAR, quum in Belgio hiemaret, unum 1
illud propoſitum habebat, continere in amicitia civi-
tates, [1] nulli ſpem aut cauſſam dare armorum. nihil 2
enim minus volebat, quam ſub diſceſſum ſuum neceſ-
ſitatem ſibi aliquam imponi belli gerendi; ne, quum
exercitum deducturus eſſet, bellum aliquod relinque-
retur, quod omnis Gallia libenter ſine præſenti peri-
culo ſuſciperet. Itaque, honorifice civitates appellan- 3
do, principes maximis præmiis afficiendo, nulla one-
ra nova imponendo, defeſſam tot adverſis prœliis Gal-
liam, [2] conditione parendi meliore, facile in pace
continuit.

L. Ipſe, hibernis peractis, contra conſuetudinem 1
in Italiam quam maximis itineribus eſt profectus, ut
municipia & colonias appellaret, quibus M. Antonii
quæſtoris ſui commendaret ſacerdotii petitionem. con- 2
tendebat enim gratia quum libenter pro homine ſibi
conjunctiſſimo, quem paullo ante præmiſerat ad peti-
tionem; tum acriter contra factionem, & potentiam
paucorum, qui M. Antonii repulſa, [3] Cæſaris deceden-
tis convellere gratiam cupiebant. Hunc etſi augurem 3
prius factum, quam Italiam attingeret, in itinere au-
die-

1. *Nulli ſpem aut cauſſam dare armorum* ] Repono *nulli ſpeciem*, id eſt, prætextum. *Sulpicius Severus* Hiſtor. Sacr. lib. II. cap. III, 6. *Dedentibus ſemper pacis ſpecie traditum conſtat.* Ibi *Car. Sigonius* conjecit legendum *dedentibus ſe per pacis ſpeciem.* quæ quidem emendatio ſatis eſt concinna, haud tamen neceſſaria. *Suetonius* Jul. cap. LXXXII. *Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt.* Sic & alibi loquitur idem ſcriptor. *Florus* lib. II. cap. II, 4. Specie *quidem ſocios juvandi*, *re autem ſollicitante præda.* Mendum in *Hirtio* procreavit compendiaria ſcriptura; *ſpem* enim & *ſpeciem* in Manuſcriptis ſola diſtinguit lineola, per litteram ſecundam ducta; hinc fit, ut ſæpe confundantur. *Davies.*

2. *Conditione parendi meliore facile in pace* ] Tert. Bongarſianus habet, *conditione parendi meliore facilem.* quod non male. alterum tamen magis ex Hirtii more. *D. Voſſius.*

3. *Cæſaris decedentis convellere gratiam* ] Sic recte etiam in Cujacii manuſcripto legebatur. Cicero pro Muræna: *multi obviam prodierunt de provinciâ decedenti.* Unde is qui deceſſit, *deceſſor*: quâ voce primus Tacitus uſus, pro eo qui legionis imperio abſcedebat. Gloſſæ: *Deceſſor* προηγησάμενος, διακάτοχος. Poſtea & in jure uſurpatum pro eo qui de provincia decedit. Barbari ſcriptores inde ineptam & nulli ignotam vocem *prædeceſſoris* formaverunt. *Idem.*

dierat; tamen non minus juſtam ſibi cauſſam munici-
pia & colonias adeundi exiſtimavit, ut iis gratias age-
ret, quod frequentiam atque officium ſuum Antonio
4 præſtitiſſent: ſimulque ſe & honorem ſuum in ſequen-
tis anni commendaret petitione; propterea quod inſo-
lenter adverſarii ſui gloriarentur, L. Lentulum & C.
Marcellum Coss. creatos, [1] qui omnem honorem &
dignitatem Cæſaris exſpoliarent, [2] ereptum Ser. Gal-
bæ conſulatum, quum is multo plus gratia ſuffragiiſ-
que valuiſſet, quod [3] ſibi conjunctus & familiaritate,
& neceſſitudine legationis eſſet.
1 LI. Exceptus eſt Cæſaris adventus ab omnibus mu-
nicipiis & coloniis incredibili honore atque amore.
2 tum primum enim veniebat ab illo univerſæ Galliæ bel-
lo. Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum,
[4] itinerum, locorumque omnium, qua Cæſar iturus
erat,

1. *Qui omnem honorem & dignitatem Cæſaris exſpoliarent*] Sic omnes MSS. & vett. impreſſi, præterquam quod nonnulli *ſpoliarent*. Conjecit *Pet. Ciacconius* legendum *omni honore & dignitate Cæſarem exſpoliarent*, & ita eum ſecutus edidit *Joſ. Scaliger* cum recentioribus. Dubitari quidem non poteſt, quin hæc loquendi ratio ſit magis proletaria; proba tamen eſt & altera. *Velleius Paterculus* lib. II. cap. LXXX. *Spoliata, quam tueri non poterat, dignitas*. *Cicero* pro M. Cœlio p. MMCCLXXXVIII. ed. *Lambin*. *Detrahendæque dignitatis gratia, dixerunt*. Et iterum pag. MMCCCIV. *Parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam*. His exemplis inductus, Codicum ſcripturam revocavi. *Davies*.

2. *Ereptum Serg. Galbæ conſulatum*] Contra *Suetonius* Galbæ cap. III. *Hujus nepos* (Serg. Galba) *ob repulſam conſulatus infenſus Jul. Cæſari, cujus legatus in Gallia fuerat, conſpiravit cum Caſſio & Bruto*; adeo ut videantur noſter & *Suetonius* frontibus adverſis dimicare. Nodum ſolvit *Ph. Rubenius*, qui Elect. lib. I. cap. XXVII. duplicem fuiſſe repulſam contendit. Prima quam memorat *Hirtius*, evenit cum Cæſar eſſet in Galliis; alteram, cujus meminit *Suetonius*, Cæſare jam dictatore, contigiſſe cenſet. *Idem*.

3. *Sibi conjunctus*] *Pronomen* eſt *reciprocum* pro *Demonſtrativo*, qui quidem loquendi modus *Fr. Hotomanno* durus videtur, nec tamen eum refugerunt optimi ſcriptores. Noſter Bell. Afric. cap. XLIX. *Longius ſibi progrediendi eripuerunt facultatem*. *Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. lib. II. cap. II, 4. *Jam revelato* ſibi *per Dominum myſterio*. Idem vit. B. *Martini* cap. XV, 4 *Plerumque autem contradicentibus* ſibi *ruſticis*. Adi etiam *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fab. LX. pag. 108. *Idem*.

4. *Itinerum*] Vult floribus & coronis conſperſa eſſe: quod facere olim populus ſolebat cum gaudio aliquem excepturus. Unde legimus in Polybio T. Quintium, cum liberam Græciam pronunciari juſſiſſet, coro-

erat, excogitari posset. Cum liberis omnis multitudo obviam procedebat. hostiæ omnibus locis immolabantur. 3
tricliniis stratis fora templaque occupabantur, ut vel exspectatissimi triumphi lætitia percipi posset. Tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores.

LII. Quum omnes regiones Galliæ Togatæ Cæsar 1
percucurrisset, summa celeritate ad exercitum Nemetocennam rediit; legionibusque ex omnibus hibernis ad fines Trevirorum evocatis, eo profectus est, ibique exercitum lustravit. [1] T. Labienum Galliæ Toga- 2
tæ præfecit, quo majore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem. Ipse tantum itinerum faciebat, quantum satis esse ad mutationem locorum propter salubritatem existimabat. Ibi quamquam crebro 3
audiebat, Labienum ab inimicis suis sollicitari; certiorque fiebat, id agi paucorum consiliis, ut interposita senatus auctoritate aliqua parte exercitus spoliaretur: tamen

coronarum conjectu honoratum. ὁ δ', inquit, πολλοὶ στεφάνους ἐπιρρίπτοντες καὶ λημνίσκους. Et de Curione tr. pl. ait Plutarchus eum superato in suffragiis Pompejo florum conjectu plausuque à plebe exceptum esse: κἀκεῖνος μὲν ὡς νενικηκὼς λαμπρὸς ὑπὸ χαρᾶς εἰς τὸν δῆμον ἐξήλατο, κρότῳ καὶ βολαῖς στεφάνων, καὶ ἀνθῶν δεξάμενον αὐτόν. Addit autem ὡς νενικηκώς; ut ostendat solitos victores eo honore affici: nam nemo ignorat solitos in Græcia athletas, & olympionicas florum jactu coli, unde notæ illæ ἀνθοβολίας, & φυλλοβολίας voces. Non solis tamen athletis, sed & maximo cuique duci id honoris habitum: quod & Pompejo accidisse è Plutarcho discimus *D. Vossius.*

1. *T. Labienum Galliæ Togatæ præfecit, quo majore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem*] *Gallia Togata* est Cisalpina. Vide *Ald. Manutium* Quæs. per Epist. lib. 11. Ep. 11. Coloniæ & municipia populi Rom. suffragiorum jus habebant, quam ob causam *T. Labienum Galliæ Togatæ præfecit* Cæsar, *quo majore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem.* Noster cap. 1. *Municipia & colonias appellaret, quibus M. Antonii Quæstoris sui commendaret sacerdotii petitionem.* Et iterum, *Justam sibi caussam municipia & colonias adeundi existimavit, ut iis gratias ageret, quod frequentiam atque officium suum Antonio præstitissent.* *Cicero* ad Attic. lib. 1. Ep. 1. pag. 15. ed. Græv. *Quoniam videtur, in Suffragiis multum posse Gallia* (Cisalpina) *cum Romæ à judiciis forum refrixerit, excurremus mense Septembri legati ad Pisonem, ut Januario revertamur.* Ad eum locum videndi sunt *Paullus Manutius* & *Pet. Victorius.* De tempore, quo jus suffragii omnibus municipiis & coloniis dabatur, consulas *H. Norisium* ad Cenot. Pis. Diss. 1. cap. 1. *Davies.*

tamen neque de Labieno credidit quidquam, neque
contra ſenatus auctoritatem, ut aliquid faceret, potuit
4 adduci. judicabat enim, liberis ſententiis patrum con-
ſcriptorum cauſſam ſuam facile obtineri. nam C. Cu-
rio, tribunus plebis, quum Cæſaris cauſſam dignita-
temque defendendam ſuſcepiſſet, ſæpe erat ſenatui
pollicitus, ſi quem timor armorum Cæſaris læderet,
& quoniam Pompeji dominatio, atque arma, non mi-
nimum terrorem foro inferrent; diſcederet uterque ab
armis, exercituſque dimitteret. fore eo pacto liberam,
5 & ſui juris civitatem. Neque hoc tantum pollicitus eſt;
ſed etiam per ſe ſenatus diſceſſionem facere cœpit. quod
ne fieret, conſules amicique Pompeji intercesſerunt,
atque, ita rem moderando, diſceſſerunt.

1 LIII. Magnum hoc teſtimonium ſenatus erat uni-
verſi, convenienſque ſuperiori facto. nam Marcellus
proximo anno, quum impugnaret Cæſaris dignita-
tem, contra legem Pompeji & Craſſi, retulerat an-
te tempus ad ſenatum, de Cæſaris provinciis; ſenten-
tiiſque dictis, diſceſſionem faciente Marcello, qui ſi-
bi omnem dignitatem ex Cæſaris invidia quærebat, ſe-
2 natus frequens in alia omnia tranſiit. quibus non fran-
gebantur animi inimicorum Cæſaris, ſed admoneban-
tur, quo [1] majores pararent neceſſitudines, quibus co-
gi

1. *Majores pararent neceſſitudines*] MS. *Norvic.* habet *neceſſitates*, quæ quidem varietas non de nihilo eſt; ut enim *neceſſitudo* eandem ſæpe vim obtinet ac *neceſſitas*, ſic interdum *neceſſitas* idem denotat ac *neceſſitudo*. *Cæſar* lib. I. B. C. cap. VIII. *Semper ſe Reip. commoda privatis* neceſſitatibus *habuiſſe potiora.* Sic & *Cicero* pro Sylla pag. 1857. *A. Gellius* Noct. Attic. lib. XIII. cap. III. *Nihil rationis dici poteſt, qui* neceſſitudo *&* neceſſitas *ſeparentur. Itaque in libris veterum vulgo reperias* neceſſitudinem, *dici pro eo quod neceſſum eſt; ſed* neceſſitas *ſane pro jure officioque obſervantiæ infrequens eſt; quamquam qui ob hoc ipſum jus affinitatis familiaritatiſque conjuncti ſunt,* neceſſarii *dicuntur. Reperi tamen in oratione* C. Cæſaris, *qua Plautiam rogationem ſuaſit* neceſſitatem *dictam pro* neceſſitudine, *id eſt, jure affinitatis. Verba hæc ſunt :* Equidem mihi videtur pro noſtra *neceſſitate*, non labore, non opera, non induſtria defuiſſe. Hactenus ille; ex quibus patet, lapſum eſſe *Soſipatrum Chariſium*, qui ἀποτέμως negavit, *neceſſitatem* pro *neceſſitudine* unquam poni. *Davies.*

gi possset senatus id probare, quod ipsi constituissent.
LIV. Fit deinde senatusconsultum, ut ad bellum 1
Parthicum legio una à Cn. Pompejo, altera à C. Cæ-
sare mitterentur. neque obscure hæ duæ legiones uni
Cæsari detrahuntur. nam Cn. Pompejus legionem pri- 2
mam quam ad Cæsarem miserat, [1] confectam ex dele-
ctu provinciæ, Cæsari eam tamquam ex suo nume-
ro dedit. Cæsar tamen, quum de voluntate adversa- 3
riorum suorum se exspoliari nemini dubium esset, Cn.
Pompejo legionem remisit, [2] & ex suo numero XV,
quam in Gallia citeriore habuerat, ex senatusconsulto
jubet transdi. In ejus locum XIII legionem in Italiam
mittit, quæ præsidia tueretur, ex quibus præsidiis XV
deducebatur: ipse exercitum distribuit per hiberna, C. 4
Trebonium cum legionibus IV in Belgio collocat; C.
Fabium cum totidem in Æduos deducit. Sic enim exi-
stimabat tutissimam fore Galliam, [3] si Belgæ, quorum
ma-

1. *Confectam ex delectu Provinciæ, Cæsari eam tanquam ex suo numero dedit*] Locus tam certo depravatus, quam luce meridiana diem esse constat. Non dubitavit tamen sic quoque Scaliger edere. Nam prima legio hæc confecta erat ex delectu Galliæ Cisalpinæ, quæ provincia Cæsaris erat. Hanc legionem Pompejus jam dedit Bibulo, tanquam suam; & Cæsar coactus est alteram ex suis addere legionibus. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Locum esse certo depravatum notavit *Dionys. Vossius*, qua tamen ratione sit emendandus, nec ille vidit, nec alius quispiam. *F. Ursini* liber *confectam ex delectu provinciæ Cæsaris, ei tanquam ex suo numero dedit.* Legendum crediderim *confectam ex delectu provinciæ Cæsaris, eam tanquam ex suo numero repetit. Cæsar* lib. VI. B. G. cap. 1. *Simul ab Cn. Pompeio Proc. petit —— quos ex Cisalpina Gallia Consulis sacramento rogavisset, ad signa convenire & ad se proficisci juberet —— quod Pompeius & Reip. & amicitiæ tribuit.* Hanc legionem, tanquam ex suo numero repetit Pompeius: quam idcirco ei remisit Cæsar. Vide & *Dionem* lib. XL. p. 151. Prima syllaba vocis *repetit* excidisse videtur ob similitudinem, quæ ei fuit cum antecedente, dein *petit* & *dedit* facile à Librariis confusa. *Davies.*

2. *Ex suo numero* XV] Malo cum mss. nostro, & Cujacii sec. primo Palat. tert. Pet. *ex suo nomine.* Idem.

Ibid. ] *Ciacconius* & *Ursinus* pro XV scribunt IV, ut supra dictum. *D. Vossius.* Cum iis facit *Just. Lipsius* Milit. Rom. lib. IV. Dial. VIII. p. 212, nec adsensum denegabit quicunque rem perpendet. Miror autem cur *D. Vossius*, ex nonnullis Manuscriptis legi velit *ex suo nomine*; cum saltem Latinitas postulat, ut omittatur præpositio. *Davies.*

3. *Si Belgæ quorum maxima virtus*] Quatuor has legiones in Belgio pro-



prie

maxima virtus, & Ædui, quorum auctoritas summa esset, exercitibus continerentur.

1 LX. Ipse in Italiam profectus est. Quo quum venisset, cognoscit, per [1] C. Marcellum consulem legiones II ab se remissas, quæ ex senatusconsulto deberent ad Parthicum bellum duci, Cn. Pompejo transditas, at-
2 que in Italia retentas esse. Hoc facto, quamquam nulli erat dubium, quin arma contra Cæsarem pararentur; tamen Cæsar omnia patienda esse statuit, quoad sibi spes aliqua relinqueretur jure potius disceptandi, quam belli gerendi.

prie dicto collocatas fuisse censet *Phil. Cluverius* Germ. lib. II. cap. II. quam ob causam hic reponit *Bellovaci* &c. Si rem ita se habere concedamus, nulla opus est mutatione: *Lucanus* enim lib. I. vs. 426. *Belgam* pro Belgii proprie dicti incola usurpavit. Vide notata ad lib. V. B. G. cap. XXIV. *Davies.*

1. *C. Marcellum*] Sic recte MS. *Norv.* cum antiquæ editt. perperam repræsentarent *M. Marcellum*, ut vidit *H. Glareanus*, cui temere adversatur *Joan. Glandorpius*; Caius enim Marcellus tunc temporis consulatum gerebat. Vide *Dionem* lib. XL. pag. 148. & 151. *Idem.*

C. JU-

# C. JULII CÆSARIS COMMENTARIORUM DE BELLO CIVILI

## LIBER I.

### SUMMARIUM LIB. I. DE BELLO CIVILI.

*Caussa & origo civilis belli.* VIII. *Cæsar totam Italiam, favore municipiorum celeriter occupat.* XXV. *Pompejum Brundisii obsidet.* XXVIII. *ille tamen elabitur. Oppidum deditur.* XXX. *Ejecti à Cæsarianis, è Sardinia Cotta, è Sicilia Cato.* XXXII. *Cæsar ad Urbem proficiscitur.* XXXIII. *sed, infectis iis, quæ agere destinaverat, in Galliam ulteriorem contendit.* XXXVI. *Massiliam terra marique obsessurus,* XXXVII. *Fabium legatum in Hispaniam præmittit.* XXXVI. *Mox, relictis ad Massiliam C. Trebonio & D. Bruto, ipse subsequitur;* XLI. *ac cum Afranio & Petrejo bellum ad Ilerdam gerit.* XLVIII. *Subita coorta tempestate fractis pontibus inter duo flumina coartatur.* LIV. *omnes nihilominus angustias perrumpit.* LVI. *Interea prœlio navali vincuntur Massilienses.* LIX. *Cæsar ex eo tempore rem prospere in Hispania gerit.* LXIII. *Euntes & redeuntes hostes passim insequitur, & equitatu à pabulatione prohibet.* LXXXI. *Tandem interceptos ad deditionem cogit.*

1 I. 1 Iteris à Fabio C. Cæsaris consulibus redditis, ægre ab iis impetratum est, summa tribunorum plebis contentione, ut in senatu

natu

# DIONYSII VOSSII
# SUPPLEMENTUM
## IN
## C. JUL. CÆSAR. LIB. I. DE BELLO CIVILI.

1. Nihil nunc dicam de absurdâ illorum opinione, qui hos de bello civili commentarios Cæsaris ipsius esse negant. Quod etsi ne Suetonius quidem affirmaret, tamen satis ipsa dictio Cæsarem nec quemquam alium esse autorem prodit. Illorum accedo sententiæ qui ἀκεφάλους hos esse Commentarios arbitrantur. Etenim nequeo persuadere mihi abruptum adeo exordium hujus operis fuisse. Et prænittenda fuisse multa satis ipsa ostendit historia. Quare operæ pretium nobis fuit ex Plutarcho, Appiano, ac Dione contexere, quæ desiderari hoc loco existimamus. Sunt autem hæc: *Subacta omni Gallia multis de caussis Cæsar cum in Cisalpinam provinciam contendisset, legatos Romam mittit, qui consulatum illi, & provincias prorogari peterent. Ea in petitione Pompejus, qui alieno in Cæsarem animo, nondum tamen inimicitias palam gerebat, neque commendatione sua juvandum eum, neque contra dicendum existimavit. Sed Lentulus & Marcellus coss. qui jam ante inimico in Cæsarem fuerant animo, id prohibendum sibi omnibus modis putavere: Marcellus verò non dubitavit aliis quoque injuriis Cæsarem afficere. Nam nuper coloniam Novumcomum Cæsar in Galliam deduxerat; cui Marcellus jus civitatis ademisse non contentus, decurionem ejus coloniæ Romæ deprehensum, virgis cædi jusserat, & querelas suas Cæsari ut exponeret dimiserat: qua ignominia nullus adhuc civis Romanus fuerat affectus. Quæ dum ita fiunt venit ad Cæsarem in provinciam C. Curio tribunus plebis. Qui multum pro Republ. & caussa Cæsaris enixus, tandem ubi frustra omnia tentari intellexit, metu adversariorum profugiens, de omnibus, quæ acta essent, & quomodo opprimere eum inimici agitarent, edocuit. Cæsar virum amplissimum, optimeque de se ac de Rep. meritum comiter excepit: & gratias pro summis ejus in se beneficiis egit. At Curio, quia jam non obscure vis in Cæsarem pararetur, suasit ei ut omnem exercitum quàm maturrime contraheret, & oppressam paucorum audacia Rempublicam vindicaret. Cæsar quamvis ea omnia ita esse haud ignorabat, censuit tamen Reip. imprimis habendam esse rationem: neqûis armorum caussam eum esse judicaret. Itaque per amicos id solum contendit, ut duæ sibi legiones, & provincia Gallia Cisalpina, atque Illyricum relinqueretur. Quæ omnia ab illo acta, ut si forte conditionum æquitate adduci possent adversarii, in otio Resp. foret. His postulatis ne ipse quidem Pompejus refragari ausus est. Sed cum nihil a coss. impetraret Cæsar, literas ad senatum perscribit, quibus breviter gestis suis, & meritis in Rempubl. percursis, orabat ne populi sibi beneficium eripiatur, qui absentis rationem haberi proximis comitiis jussisset: non recusare se, si ita senatui populoque Rom. videatur, exercitum dimittere, modo idem*

a

natu recitarentur. ut vero [1] ex literis ad ſenatum refer-
retur, impetrari non potuit. [2] Referunt conſules de 2
republ. in civitate. L. Lentulus conſul ſenatu reique
publicæ ſe non defuturum pollicetur, ſi audacter ac
fortiter ſententias dicere velint: ſin Cæſarem reſpici- 3
ant, atque ejus gratiam ſequantur, ut ſuperioribus fe-
cerint temporibus, ſe ſibi conſilium capturum, neque
ſenatus auctoritati obtemperaturum: habere ſe quoque
ad Cæſaris gratiam, atque amicitiam receptum. In ean- 4
dem ſententiam loquitur Scipio: Pompejo eſſe in ani-
mo, reipub. non deeſſe, ſi ſenatus ſequatur. [3] ſin cun-
ctetur

*à Pompejo fiat. Illo imperium & exercitus retinente, nullam cauſſam eſſe, cur inimicorum ſe injuriis ipſe exponeret, & militem dimitteret. Has literas Curioni perferendas tradit: qui incredibili celeritate millia paſſuum* CLX *emenſus, tridui ſpatio ad urbem venit, antequam Kal. Januariæ adveniſſent aut coſſ. de Cæſaris imperio quidquam ſtatuere potuiſſent. Confecto itinere Curio literas retinet, nec niſi in frequente Senatu, & præſentibus Tribb. plebis tradit: metuebat enim, id prius ſi feciſſet, ne ab iis ſupprimerentur.* Hic deinde ſubjicienda illa, *Literis Cæſaris conſulibus traditis:* nam verba illa *à Fabio C.* aliquis ineptus librarius inſeruit, quod audacter affirmare non dubito, etſi eas in omnibus MSStis invenio. *D. Voſſius.*

1. *Ex litteris ad Senatum referretur*] Quo ſententias rogati ſenatores, diſceſſionem facerent. Referebat autem conſul, qui priore loco creatus erat, ſi modo præſens adeſſet. Nec impedit, quod paullo poſt ait noſter, *retuliſſe conſules de Rep.* has enim partes unus ſuſtinuit, alter collegæ relationem comprobavit. Vide *Paullum Manutium* de Sen. Rom. c. VII. *Davies.*

2. *Referunt Coſſ. de Rep. in civitate*] *Civitatem* hic pro *Urbe*, aut Roma dixit Cæſar. Et ſic infra: *ut tribunos ea re ex civitate expulſos, in ſuam dignitatem reſtitueret.* Et ita accipiendum hunc locum ſatis oſtendit quod poſtea Cæſar ait, *ſenatus in urbe habebatur.* Quamvis durius illud Hottomanno videatur. Nequis verò miretur Cæſarem dicere *ſenatum in civitate habitum*, ſcire oportet factum id, quia infra ait Cæſar, *Proximis diebus habetur ſenatus extra urbem.* Nam ut ex Paullo Feſti abbreviatore diſcimus, in Bellonæ templo ſenatus iis dabatur, quos in urbem admittere nolebant Romani. Unde liquet ſine cauſſa Ciacconium pro *in civitate* reponere *indefinite:* nempe quia ſolebant Coſſ. ad Senatum referre aut infinite de Republica, aut de ſingulis rebus finite, uti ex Gellio conſtat. Sed nec valde adverſum me habebit, qui hæc verba *in civitate* arbitretur à librario inſerta. *D. Voſſius.*

3. *Sin cunctetur atque agat lenius*] *Lentius* malebat Ciacconius, quod non probo. *Cunctari* enim, & *lentius agere* idem ſunt, quare nihil attinebat eandem vocem repetere. *Cunctari & lenius agere*, hic opponitur ei, quod ſupra dixit, *ſi audacter ac fortiter ſententias dicere velint.* Nam cunctatur qui timet; & qui lenius agit cum alio quam oportet, aliquem quoque timorem, aut ſtudium prodit. Itaque mens Scipionis eſt, Pompejo

ctetur atque agat lenius, nequidquam ejus auxilium, [1] si postea velit, imploraturum.

1 II. Hæc Scipionis oratio, quod [2] senatus in urbe ha-
bebatur, Pompejusque aderat, ex ipsius ore Pompeji
2 mitti videbatur. Dixerat aliquis leniorem sententiam,
ut primo M. Marcellus ingressus in eam orationem,
non oportere ante de repub. ad senatum referri, quam
delectus tota Italia habiti, & exercitus conscripti es-
sent: quo præsidio, tuto, & libere, senatus, quæ vel-
3 let, decernere auderet: ut M. Calidius, qui censebat,
ut Pompejus in suas provincias proficisceretur, ne qua
esset armorum caussa: timere Cæsarem, abreptis ab eo
II legionibus, ne ad ejus periculum reservare & reti-
4 nere eas ad urbem Pompejus videretur: ut M. Rufus,
qui sententiam Calidii, paucis fere mutatis verbis, se-
quebatur. Ii omnes convitio L. Lentuli consulis cor-
5 repti exagitabantur. Lentulus sententiam Calidii pro-
nunciaturum se omnino negavit. Marcellus perterritus
con-

pejo mentem esse Reip. non deesse, si exemplum sequatur Senatus; sin ille metu Cæsaris cunctaretur, & lenius de eo decerneret, frustra postea Pompeji auxilia imploraturum. *D. Vossius.*

1. *Si postea velit, imploraturum* ] Omnes Codd. exhibent, *si postea velit*, senatum *imploraturum*; nec sane editores nuperi ad *Cæsaris* ἀφέλειαν attendisse videntur, qui vocem penultimam expunxerunt. *Davies.*

2. *Senatus in urbe habebatur, Pompejusque aderat* ] Sic mss. omnes, & recte. Sed torquent se viri docti super hoc loco. Nam quomodo, ajunt, in urbe habito Senatu, adesse Pompejus potuit, qui pro consule ad urbem erat? neque enim talibus licet ingredi urbem, unde & senatus iis in templo Bellonæ extra urbem datur. Ob hæc P. Victorius legebat *aberat*: quod merito docti omnes damnant. Ciacconius ait in codice quodam se reperisse *anerat*: & arbitratur corruptum hoc scriptumque antea *a. u. erat*, hoc est *ad urbem erat*. Sed velim ostendat, quis hoc compendio *a. u.* designari dixerit *ad urbem*. Ego sane in veterum notis nihil tale invenio. Quare & hoc rejicio, & lectionem *aderat* veram esse statuo. Nam quod ait Cæsar in urbe habitum senatum, & Pompejum adfuisse: inde non sequitur eum in urbe fuisse. *Aderat* hic est haud longè aberat, nimirum sub urbis mœnibus. Sic infra Cæsar ait, *Cn. Pompejus pridie ejus diei ex urbe profectus*: ubi illud *ex urbe*, est pro *ab urbe*. Constat autem sic sententia. Nam quod Victorio videbatur, ideo Scipionis verba accepta esse, quasi ex ore Pompeji missa fuissent, quia ille aberat: id contra se habet; videbantur enim ab ipso Pompejo prolata, quia in propinquo erat; unde credebatur haud dubie Scipio cum Pompejo locutus, & ejus instinctu hæc protulisse. *D. Vossius.*

convitiis à sua sententia discessit. Sic vocibus consulis, 6
terrore præsentis exercitus, minis amicorum Pompeji, plerique compulsi, inviti & coacti, Scipionis sententiam sequuntur; *Uti ante certam diem Cæsar exercitum* 7
*dimittat. si non faciat, eum adversus rempubl. facturum videri.* [1] Intercedit M. Antonius, Q. Cassius, tribuni ple- 8
bis. Refertur confestim de intercessione tribunorum. dicuntur sententiæ graves. ut quisque acerbissime crudelissimeque dixit, ita quam maxime ab inimicis Cæsaris collaudatur.

III. Misso ad vesperum senatu, [2] omnes, qui sunt 1
ejus ordinis, à Pompejo evocantur. [3] Laudat promptos,

1. *Intercedit*] Impedit, ne hac de re fiat Senatusconsultum; tanta enim fuit Tribunorum potestas. *Liviana* Epit. CIX. *M. Antonio, Q. Cassio, Tribb. plebis, quoniam intercessionibus id Senatusconsultum impediebant, urbe pulsis.* Adi & *Dionem* lib. XLI. p. 153. Hoc cum eveniret, sententia, quam tulerant Senatores, *auctoritas Senatus* proprie vocabatur. Vide *Joan. Sarium Zamoscium* de Sen. Rom. lib. II. cap. XI. & *Barn. Brissonium* de Form. lib. II. pag. 192. *Davies.*

2. *Omnes qui sunt ejus ordinis*] Putat Hottomannus per ordinem hic non senatum notari, sed inimicos Cæsaris: ut, *omnes ejusdem ordinis* idem sit, ac si dixisset Cæsar, *omnes qui eandem sententiam habebant*, vel *qui earundem erant partium.* Sed nolim id ita accipere: puto intelligi per ordinem universum senatum, quem falsum est fuisse propè hominum mille, quod putabat Hottomannus, nam Cæsar dictator ita numerum auxit; antea plures aliquanto quadringentis erant, ut discere est ex epistola Ciceronis ad Atticum, quam scripsit coss. Messalla & Pisone, sive anno urbis DCXCII. ubi ait: *Homines ad XV Curioni nullum S. C. facienti, assenserunt, facile ex altera parte* CCCC *affuerunt*: Etiam apud Appianum lib. II. de bello Civili de fere quadringentis legimus pag. 446. Ἐπανερομένου δὲ τοῦ Κουρίωνος εἰ ἀμφοτέρους δοκεῖ τὰ ἐν χερσὶν ἀποθέσθαι, δύο μὲν καὶ εἴκοσιν ἄνδρες ἀπηρέσκον, τριακόσιοι δὲ καὶ ἑβδομήκοντα ἐς τὸ συμφέρον ἀπὸ τῆς ἔριδος ἐπὶ τὴν τοῦ Κουρίωνος γνώμην ἀπέκλιναν. id est, *Et cum denuo rogaret Curio, utrum juberent ambos potestatem deponere, duobus &* XX *hoc displicuit, trecenti* LXX, *ob utilitatem publicam omissis rixis, in Curionis sententiam transiverunt.* Unde liquet Syllanum senatum plures aliquanto quam quadringentos homines habuisse. *D. Vossius.*

3. *Laudat promptos, atque in posterum confirmat*] MSSti omnes & vett. cusi *Laudat Pompeius, atque in posterum confirmat*, unde lectionem vulgo receptam extudit *Octav. Pantagathus*, aliter enim deest vox, quæ *segnioribus* opponatur. Vide tamen, an scribi posset *Laudat Pompeius: acres in posterum confirmat* &c. ut sententia sit, Pompeium initio universos laudasse, quia omnes erant inimico in Cæsarem animo; dein maxime vehementes confirmasse, segniores autem incitasse; vel etiam *laudat Pompeius acres, in posterum confirmat: Segniores* &c. Ac hanc sane conjecturam prætulerim. *Davies.*

ptos, atque in poſterum confirmat; ſegniores ca-
2 ſtigat, atque incitat. Multi undique ex veteribus
Pompeji exercitibus, ſpe præmiorum atque ordi-
3 num, evocantur. multi ex duabus legionibus, quæ
ſunt traditæ à Cæſare, accerſuntur. [1] Completur urbs
ad jus comitiorum. Tribunos plebis C. Curio evocat.
4 Omnes amici conſulum, neceſſarii Pompeji, atque eo-
rum, qui veteres inimicitias cum Cæſare gerebant, co-
5 guntur in ſenatum. quorum vocibus, & concurſu ter-
rentur infirmiores, dubii confirmantur, pleriſque ve-
6 ro libere poteſtas decernendi eripitur. Pollicetur L. Pi-
ſo Cenſor, ſeſe iturum ad Cæſarem; item L. Roſcius
7 prætor, qui de his rebus eum doceant. VI dies ad eam
rem conficiendam ſpatii poſtulant. Dicuntur etiam à
nonnullis ſententiæ, ut legati ad Cæſarem mittantur,
qui voluntatem ſenatus ei proponant.
1 IV. Omnibus his reſiſtitur, omnibuſque oratio con-
2 ſulis, Scipionis, Catonis opponitur. [2] Catonem veteres
ini-

1. *Completur urbs ad jus comitiorum. Tribunos pl. C. Curio evocat*] MS. Cujacii & v. c. noſter habent *& jus comitium.* (Sic & MS. *Norv.*) Sed quia hæc comitia jam habebantur ineunte Januario, nec ulla alia brevi futura erant, diſpiciendum an non corruptus locus ſit. Sane id putabat Ciacconius, legebatque *completur urbs. Ad jus comitiorum tribunos pl. C. Curio evocat.* Ut illud completur ad milites Pompeji referatur, quos Cæſar arceſſitos dicit: altera verba denotent Curionem evocaſſe Tribb. plebis ad defendendum illud jus, quod Cæſari ſuperioribus comitiis à populo conceſſum erat, uti abſentis ejus ratio haberetur. Sed mihi inſolens illa locutio videtur, evocare aliquem ad jus comitiorum; pro eo quod eſt, ut jus comitiorum defendat: deinde quo evocavit tribb. Curio? Ego ſcribo; *completur urbs. ad jus comitiorum tribunus pl. C. Curio provocat:* vel *completur urbs: ad jus comitiorum tribb. pl. & Curio provocant*; nam uti ex Dione diſcimus Curio tunc pontifex non erat: niſi tribunum nuncupet Cæſar eum qui illo in ordine aliquando fuit. *D. Voſſius.*

*Ibid.* [1] Niſi me animus fallit, ſcribendum *Completur urbs. Ad jus comitiorum Tribunos plebis C. Curio advocat*; hæc enim vox ad *patrocinium* κυρίως pertinet. *Davies.*

2. *Catonem veteres inimicitiæ Cæſaris incitant, & dolor repulſæ*] Falſum utrumque: ſolus Catonem publici amor impulit, qui tantus ut nec Pompejo quidem ſatis faveret, quia formidoloſam Reip. potentiam ejus judicabat. Narrat Plutarchus in vita Pompeji, cum Pompejus ſenatuſconſulto conſul factus eſſet, comiter ab eo appellatum Catonem, & rogaviſſe Cneum, uti ſe conſilio juvaret. Dein ſubdit, Κάτωνα δὲ χάριν μὲν ἔχειν αὐτῷ τὸν Πομπήιον οὐκ ἠξίου (δι' ἐκεῖνον γὰρ, ὧν εἶπεν, οὐδὲν εἰπεῖν διὰ, δὲ τὴν

inimicitiæ Cæsaris incitant, & dolor repulsæ. Lentulus æris alieni magnitudine, & spe exercitus, ac provinciarum, & regum appellandorum largitionibus
movetur: seque alterum fore Syllam, inter suos glo- 3
riatur, ad quem summa imperii redeat. Scipionem eadem spes provinciæ atque exercituum impellit; quos se [1] pro necessitudine partiturum cum Pompejo arbitratur; simul judiciorum metus, adulatio, atque ostentatio sui potentium, qui in republ. judiciisque
tum plurimum pollebant. Ipse Pompejus ab inimicis 4
Cæsaris incitatus, & quod neminem dignitate secum exæquari volebat, totum se ab ejus amicitia averterat, & cum communibus inimicis in gratiam redierat, quorum ipse maximam partem illo affinitatis tem-
pore adjunxerat Cæsari. simul infamia 11 legionum 5
permotus, quas ab itinere Asiæ Syriæque ad suam potentiam dominatumque converterat, rem ad arma deduci studebat.

V. [2] His de caussis aguntur omnia ruptim, atque tur- 1
bate;

τὴν πόλιν) ἔσεσθαι δὲ σύμβουλος ἰδίᾳ παρακαλούμενος, ἐὰν δὲ μὴ παρακαλῆται, δημοσίᾳ φράσειν τὸ φαινόμενον. τοιοῦτος ἦν Κάτων ἐν πᾶσι. *Cato vero gratias sibi agi à Pompejo passus non est, (neque enim quæ dixisset illius causa sed Reip. protulisse) consiliumque suum affirmavit seorsum ei non defuturum, si peteret: si non peteret, publice se quod videretur dicturum. Atque talis Cato in omnibus fuit.* Huc respexit Vellejus Paterc. cum ait l. II. c. XLIX. *Consules senatusque caussæ, non Pompejo summam imperii detulerunt.* Quæ verba non intellexit magnus Lipsius, & nescivit quid illud esset, *caussæ deferre summam imperii.* Nimirum hoc vult Paterculus: caussæ delatum imperium, & Pompejo propter caussam: nam non tam Pompejo, quam Reipub. consultum volebant Cato aliique. Ut frustra Lipsius sit, qui emendabat *caussæ nominis Pompejo summam imperii detulerunt.* D. Vossius.

1. *Pro necessitudine*] Incuria lapsus est *Fr. Hotomannus*, qui ait Scipionem *Pompeii filiam in matrimonio habuisse*, cum è contrario Pompeii fuerit socer. *Plutarchus* in Cæs. p. 722. Σκηπίων μετὰ ὁ Πομπηίου ΠΕΝΘΕΡΟΣ εἰσηγήσατο γνώμην. Vide & *Dionem* lib. XL. p. 144. *Davies.*

2. *His de caussis aguntur omnia ruptim atque turbatè*] Hæc lectio Scaligero placuit. Et ita erat in v. c. ac mss. Cujac. Petav. ac Palat. Nescio tamen an probare ausim. Ait Hottomannus *ruptim* idem esse quod *sine ordine*, ergo tantundem quoque valet quàm *turbatè*. Sed cur idem bis dixerit Cæsar? Ego malim *raptim* præsertim cum *ruptim* quod sciam apud autores non reperiatur. Sic Livius de Carthaginensibus ait, *aguntur omnia raptim, stimulante fortuna.* Raptim est celeriter: & ait Cæsar

bate ; neque docendi Cæsaris propinquis ejus spatium
datur ; nec tribunis plebis sui periculi deprecandi, ne-
que etiam [1] extremi juris intercessione retinendi, quod
2 L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur; [2] sed de sua sa-
lute die VII cogitare coguntur; quod illi turbulentis-
simi superioribus temporibus [3] tribuni plebis IIX de-
nique mense suarum actionum respicere ac timere con-
3 sueverant. Decurritur [4] ad illud extremum atque ulti-
mum SC. quo, nisi pene in ipso urbis incendio, at-
que desperatione omnium salutis, latorum audacia,
numquam ante discessum est, *Dent operam consules, præ-
tores, tribuni plebis, [5] quique pro consulibus sunt ad urbem,*
ne

Cæsar omnia sine ordine ac præpropere acta, ut minus spatii Cæsari, ejusque partibus esset ad consultandum : atque huc pertinet, quod subjicit : *neque docendi ejus spatium propinquis datur.* Opponitur illud *raptim* ac *turbate* τῷ *recte atque ordine* : quod Græcis ὀρθῶς τε καὶ κατὰ λόγον. D. Vossius.

1. *Extremi juris intercessione retinendi*] Ita Scaliger edidit ex v. c. & sic quoque in suo repererat Ursinus. In aliis exemplaribus erat *intercessionem.* Non displicet illa lectio, ut illud *quod* referatur ad vocem *juris :* itaque Cæsaris mens est, non datur tribunis plebis facultas retinendi per intercessionem extremi juris, quod jus Sylla reliquerat ; sed nec alteram lectionem damno. quin pene præferam. *D. Vossius.*

2. *Sed de sua salute die septimo cogitare coguntur*] Recte hæc verba accipienda, nam fœde in iis lapsi sunt cum Ursinus, tum Ciacconius, qui ajunt VII diem hunc fuisse ex quo magistratum inierunt Tribuni, qui spissus error est : nam Tribuni ut disertim testatur Dionys. Halicar. IIII. Id. Decemb. dignitatem auspicabantur. Unde & Plutarchus in Quæstionibus Rom. pag. 283. c. ait, Διὰ τί περιπόρφυρον ὁ δήμαρχος οὐ φορεῖ, τῶν ἄλλων ἀρχόντων φορούντων; ἢ τὸ παράπαν οὐδέ ἐστιν ἄρχων; οὐδὲ γὰρ ῥαβδούχους ἔχουσι, οὐδὲ ἐπὶ δίφρου καθήμενοι χρηματίζουσιν, οὐδὲ ἔτους ἀρχῇ, καθάπερ οἱ λοιποὶ πάντες, ἄρχοντές εἰσιν, &c. *D. Vossius.*

3. *Tribuni pl. octavo denique mense*] Legebam *duodecimo mense*, & video nunc idem Ciacconium posuisse. Facile enim potuit XII in IIX mutari. Si XII legas, facile conjectu est, quid Cæsar velit. Si *octavo* retines, dicendum cum Hottomanno propter comitia consularia, quæ octavo post habebantur, dicere Cæsarem tribunos tum demum cœpisse metuere ; quia quotidie videbant illos, apud quos rationem reddituri essent actionum suarum. An, quo tempore coss. designabantur, eodem & Tribuno denuntiabatur, ut se pararet ad rationem reddendam omnium quæ egisset, inquirendum censeo. *Idem.*

4. *Ad illud extremum atque ultimum S. C.*] De hoc fuse *Barn. Brissonius* Form. lib. II. pag. 211. seqq. ed. Francof. *Davies.*

5. *Quique procos. sunt ad urbem*] Ita primus restituit Aldus Manutius, sed nulla codicis veteris autoritate motus. Certe in Bongars. Petav. & Pal. erat non *procos.* sed *cos.* Unde temere mutatum suspicor : &

*ne quid respubl. detrimenti capiat.* [1] Hæc S C. perscribuntur a. d. VII Id. Januarii. Itaque V primis diebus, quibus haberi senatus potuit, qua ex die consulatum iniit Lentulus, biduo excepto comitiali, & de imperio Cæsaris, & de amplissimis viris tribunis plebis gravissime acerbissimeque decernitur. Profugiunt statim ex urbe 4 5

& repono *consulares*. Nam consulares ad urbem manebant quando in provincias ituri, vel ex iis remeabant. *D. Vossius.*

1. *Hæc S. C. perscribuntur a. d.* VII *Id. Januar.*] Recte Ursinus & Ciacconius putabant mendum latere, & pro VII scribendum esse VIII. Error ortus ex sequente vocula *id.* hoc est *idus*. Primo enim scriptum erat VIII *id.* librarius unam lineolam omisit. Nam Kal. Januariæ, & IV Nonas, ipsæque Nonæ fasti erant dies, III & Prid. Nonas comitiales. IIX idus iterum fastus. at VII idus comitialis, quo die senatus haberi nequivit. Itaque è quinque primis Januarii diebus, cum duo essent comitiales, per triduum tantum de Cæsare agere senatus potuit. Quod non cepisse videtur Manutius, cum pro IV emendat VI. Ille nimirum inclusit quoque VIII Id. Januarii. Sed perperam. nam si hoc Cæsar, voluisset, non addidisset verba illa *biduo excepto comitiali:* alioqui opus nonerat hæc verba addi, quia senatum comitialibus diebus non haberi nulli ignarum erat. Sexto vero mensis Januarii die, qui VIII Id. est, senatusconsulta perscripta sunt. Idque verum esse ipsa etiam Cæsaris verba indicant, quibus ait, *de sua salute die* VII *cogitare coguntur.* Nam VI Januarii die, qui IIX Idus erat, senatusconsulta perscripta sunt, postero die qui septimus mensis, de sua salute cogitare coguntur. Itaque eo, quo dixi modo emendandus locus. Nisi forte quod alioqui non solebat fieri, die comitiali senatus habitus est. Nam etsi lege, quam Cn. Pupius trib. plebis tulerat, & ab eo dicta est Pupia, interdicebatur ne comitialibus diebus senatus haberetur, contigisse tamen illud aliquando scio. Nam lib. VIII. epist. VIII. Cœlius in epist. ad Ciceronem ubi SCa recenset, hæc verba habet: QVOD M. MARCELLVS COS. V. F. DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS: D. E. R. I. C. VTI L. PAVLLVS, C. MARCELLVS COSS. CVM MAGISTRATVM INISSENT, EX A. D. KAL. MART. QVÆ IN SVO MAGISTRATV FVTVRÆ ESSENT, DE CONSVLARIBVS PROVINCIIS AD SENATVM REFERRENT, NEQVE QVID PRIVS EX KAL. MART. NEVE QVID CONIVNCTIM DE EA RE REFERRETVR A CONSVLIBVS: VTIQVE EIVS REI CAVSSA PER DIES COMITIALES SENATVM HABERENT, S. Q. C. FACERENT. Et lib. II. epist. *Risi*; ad Q. fratrem ait Tullius: *comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum.* Sed hoc sciendum extra ordinem factum fuisse. Et quid si etiam hoc tempore id actum? tum rectum sit illud VII Idus. nam Kal. Jan. & IV Non. habitus senatus. Sequitur biduum comitiale: Nonis ipsis & VIII Idus habitus senatus. Sunt quatuor dies: adjice quintum comitialem: plenus erit numerus. Atque adeo pro hac sententia adducere quoque liceat ea quæ subjicit, *die septimo de salute sua cogitare coguntur.* Nam VII Id. Januar. idem est septimus mensis dies. Priorem tamen opinionem non damno. *D. Vossius.*

urbe tribuni plebis, seseque ad Cæsarem conferunt. Is eo tempore erat Ravennæ, exspectabatque suis lenissimis postulatis responsa; si qua hominum æquitate [1] res ad otium deduci posset.

1 VI. Proximis diebus habetur senatus extra urbem. Pompejus eadem illa, quæ per Scipionem ostenderat,
2 agit; senatus virtutem constantiamque collaudat; copias suas exponit; legiones habere sese paratas x. præterea cognitum compertumque sibi, alieno esse animo in Cæsarem milites, neque iis posse persuaderi, ut eum
3 defendant, aut sequantur. De reliquis rebus ad senatum refertur, tota ut Italia delectus habeatur; Faustus [2] Sylla pro Præt. in Mauritianiam mittatur: pecunia
4 uti ex ærario Pompejo detur. Refertur etiam de rege Juba, ut socius sit atque amicus. Marcellus vero passurum se in præsentia negat. De Fausto impedit Philippus

1. *Res ad otium deduci posset* ] Pacem & tranquillitatem. Sic lib. VII. B. G. cap. LXVI. *Ad reliqui temporis pacem atque* otium *profici*. Ac lib. II. B. C. cap. XXXVI. *Erat in oppido multitudo insolens belli, diuturnitate* otii. Vide & scriptorem de Bell. Hisp. cap. XLII. *Davies.*

2. *Sylla propr. in Mauritaniam* ] In v. c. & mssis Cujac. Bongars. Pal. erat *propere*, corrupte, ut aliis etiam locis *propere* scriptum erat, ubi esse oportuerat *propr.* Apud Ciceronem lib. IX. epist. ad Attic. epist. I. legitur *Faustus proquæst.* Sed in Bessarionis codice, ut Manutius ait, erat *prope*, eodem modo corruptum ex *propr.* quare & ita scribe apud Ciceronem. Sed cum infra dicatur, *de Fausto impedit Philippus Trib. pl.* videndum quomodo nihilominus à Cicerone *propr.* dicatur. Arbitror intercessisse tribunum, quod Cæsar ait, sed nihil interea effecisse. Alioqui non poterat eum Tullius eodem nomine appellare. Sed illud in Cæsare adversatur, quod subdit *de reliquis rebus SC. perscribuntur.* Nam cur non de Fausto quoque scriptum SC. scilicet quia irritum fuit intercessione Tribuni: aut diu Faustum obtinuisse Mauritaniam, sed SC. non perscriptum esse, quia Tribunus intercesserat: certe non invenio quenquam in Pigio, qui pro prætore administrarit Mauritaniam: unde de Sylla verum esse suspicor. Sed tertium jam succurrit. Nimirum potuit Sylla pro quæstore missus fuisse in Mauritaniam, quæ dignitas minor est. Nam eum publico in munere fuisse nullus dubito, quia in epistol. Pompeji ad coss. invenio militem ab eo lectum. Extat ea lib. VIII. epist. XVII. apud Ciceronem ad Atticum. ait enim: *cum iis militibus quos Faustus legit.* Sed ait Cæsar, de reliquis rebus SC. perscribuntur: itaque ostendunt hæc verba, hoc de Fausto ratum non fuisse. atque ita & Cæsar, & Cicero recte habeat: nimirum volebant Syllam Patres pro prætore mittere in Mauritaniam, sed obstitit Tribunus: quare pro quæstore abiit. *D. Vossius.*

pus tribunus plebis. De reliquis rebus SC. perscribun- 5
tur. [1] Provinciæ privatis decernuntur ; duæ consula-
res, reliquæ prætoriæ. Scipioni obvenit Syria : L. Do-
mitio Gallia : [2] Philippus & Marcellus [3] privato con-
silio prætereuntur, neque eorum sortes dejiciuntur. In 6
reliquas provincias [4] prætores mittuntur, neque ex-
spectant, quod superioribus annis acciderat, ut de eo-
rum imperio [5] ad populum referatur : paludatique,
votis

1. *Provinciæ privatis decernuntur* ] More Romano locutus est, nam moris erat priusquam consules novi designarentur, ut illis, qui tunc regebant, consulibus decernerentur provinciæ consulares, in quas statim exspirante magistratu proficiscebantur. Sed accidebat sæpe ut non mitterentur coss. ii, & sæpe demum tertio, aut quarto post anno in provincias irent : unde illi, qui interea temporis in provincias missi, privati appellabantur. Sed hæc nota. *D. Vossius.*

2. *Philippus & Marcellus privato consilio prætereuntur* ] Locus haud dubie corruptus. Pantagathus pro *Philippo* rescripsit *Paullum*. Nam superioris anni DCCIII coss. fuere, L. Æmilius Paullus, C. Claudius Marcellus. De Paullo rationem capio, cur illum præterierint Pompejani : nimirum quia corruptus erat à Cæsare, ut satis ex Dione & Appiano & Plutarcho constat. Sed quare Marcellum, hominem Cæsari infestissimum præterierunt ? Nam & M. & C. Marcellus inimico in Cæsarem animo erant : unde Cicero lib. IX. epist. 1. ad Atticum. *Marcelli quidem*, inquit, *nisi gladium Cæsaris timuissent, manerent.* Quare displicet Pantagathi conjectura. In mssis tribus, nostro, Cujacii, & Petaviano reperiebam pro *Marcellus*, *Cotta*, mendosè ; nam Cotta, ut hoc libro dicitur, Sardiniam obtinuit. Ego censeo *Philippi* nomen hic rectum esse, sed illud *Marcelli* suspectum habeo : & lego *Marcellinus*. Nam anno urbis DCCXCVII consules fuerunt L. Cornelius Lentulus Marcellinus, & L. Martius Philippus. Eos sequente anno profectos in consulares provincias oportuerat : sed domi manserunt, quia provincias eas Gabinius & Cæsar obtinebant. Itaque quia adhuc illi in provincias profecti non erant, poscebat æquitas, eorum nunc rationem haberi. Sed non placuit id Pompeianis, nec obscura est ratio : nam Philippus quidem affinitate Cæsari junctus erat : Marcellinus ei infensus, nam bello civili stetit à partibus Cæsaris. Ob hanc caussam Cæsar subjicit mentionem Marcellini & Philippi, quia non Marcello, & Paullo superioris anni consulibus, sed Marcellino & Philippo, qui quinquennium & eo amplius post consulatum privati vixerant, tanquam senioribus offerri provincias par erat. Nunc video idem quoque Pigio placuisse : quare sententiam hanc retineo. *D. Vossius.*

3. *Privato consilio* ] Privatum consilium vocat Cæsar id quod paucorum voluntate actum : seque ipse explicat sub finem hujus libri, cum ait : *in se jura magistratuum commutari, ne ex prætura & consulatu, ut semper, sed per paucos probati & electi, in provincias mittantur.* Idem.

4. *Prætores mittuntur* ] Pigius legit *prætorii*, quia senatusconsultum factum erat, ut qui ad urbem erant prætores, viderent nequid Resp. caperet detrimenti. *Idem.*

5. *Ad populum referatur* ] Notat Manutius dici Latine *ad populum ferri*,

7 votis nuncupatis, exeant. 1 Consules, quod ante id tempus

*ri*, *ad senatum referri*. Et hoc quoque loco in mssis, nostro, Pal. Pet. erat *feratur*. Sed nisi fallor legi apud probatos quoque autores referre ad populum. Sane in SC. quod legitur lib. VIII. epist. Cœlii ad Ciceronem epist. VIII. hæc verba reperio: SENATUI PLACERE, AUCTORITATEM PERSCRIBI, ET DE EA RE AD SENATUM POPULUMQUE REFERRI. Nisi hic illud referri ad senatum dicamus, tanquam dignius membrum. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Nonnulli MSSti *feratur*, & hanc quidem lectionem *Ald. Manutio* Latini Sermonis consuetudo videtur postulare, cui præivit *Paullus Manutius* in *Ciceronis* Epist. ad Fam. lib. I. Epist. I. Dubium quidem non est quin illa loquendi ratio sit longe frequentissima, nec tamen alteram non usurparunt probati auctores. *Florus* lib. III. cap. XXI, 9. *Quum de revocandis, quos Senatus hostes judicaverat*, ad populum referretur. Eandem locutionem *Livio* restituendam arbitror, apud quem lib. XXIII. cap. XXXI. sic legitur ex *Car. Sigonii* conjectura: *De trecentis equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide stipendiis emeritis Romam venerant*, dein latum ad populum, *ut cives Romani essent*. At omnes Codd. exhibent *delatum ad populum*, unde rescripserim *relatum ad populum*. Idem sane lib. XXI. cap. VI. in impressis ait, *tum* delata *ex integro res ad Senatum*, sed in Manuscriptis est *relata*, probante *J. Fr. Gronovio*. Davies.

1. *Consules, quod ante id tempus acciderat numquam*] Explodo Passeratium qui non dubitavit hoc loco rescribere *censores*, pro *consules*. nam, inquit, & verè profecto, sæpissime consules ab urbe profectos. Sed quid hic Censores? aut quomodo verba de lictoribus cohærent? quos nunquam illi habuerunt. Inepta hæc sunt. Quod ad Cæsaris verba attinet, si recte accipiantur, & vera, & recte vulgo scripta sunt. Nam quod ait Consules ex urbe profectos, idque nunquam accidisse, id eatenus verum, quatenus nunquam privati in Capitolio lictores habuerunt. Itaque hæc verba interpretare ac si scriptum esset, Consules ex urbe proficiscuntur, & quod ante hoc tempus nunquam accidisset, lictores in Capitolio à privatis habitos. At quid, inquies, illa tum verba, *contra omnia vetustatis exempla*. Rectè sane. Pertinent ea ad ἔμφασιν, ut fœditatem rei tantò magis exprimeret Cæsar. Atque hoc quidem ego arbitror: quod sicui hæc opinio non satisfaciat, fortassis magis placebit dicere hæc verba, *quod ante id tempus acciderat numquam*, à librario primo margini adscripta, ad explicationem eorum quæ postea sequuntur, *contra omnia vetustatis exempla*. indeque in textum irrepsisse. Sane non absimili modo corrupta est Epitome Liviana lib. LXXXIX, in qua legitur: *Sulla dictator factus, quod nemo quidem unquam fecerat, cum fascibus* XXIV *processit*. Nam falsissimum est id à nemine factum; omnes dictatores habuerunt tot fasces, nam duplicatum illi imperium, ideo & fasces, quot uterque consul habebat. Ut videamus ab inepto homine inserta esse verba illa, *quod nemo quidem unquam fecerat*. D. Vossius.

*Ibid.*] Durissima videtur *Dionys. Vossii* explicatio, nec minus audax conjectura; videamus igitur, an leniorem medicinam huic loco possimus adhibere. Voce una transposita, rescribendum crediderim *paludatique votis nuncupatis exeant, quod ante id tempus acciderat numquam. Consules ex urbe proficiscuntur* &c. hoc sensu; Prætores non exspectant, ut de eorum imperio ad populum referatur, quod superioribus annis acciderat; nec etiam vota nuncupant,

pus acciderat numquam, ex urbe proficiscuntur: li-
ctoresque habent in urbe & Capitolio privati, contra
omnia vetustatis exempla. Tota Italia delectus habe- 8
tur, arma imperantur, pecuniæ à municipiis exigun-
tur, & è fanis tolluntur: omnia divina & humana ju-
ra permiscentur.

VII. Quibus rebus cognitis, Cæsar apud milites con- 1
cionatur: *omnium temporum injurias inimicorum in se com-*
*memorat, à quibus diductum & depravatum Pompejum que-*
*ritur, invidia atque obtrectatione laudis suæ, cujus ipse ho-*
*nori & dignitati semper faverit, adjutorque fuerit. novum* 2
*in Rep. introductum exemplum queritur,* [1] *ut tribunitia in-*
*tercessio armis notaretur, atque opprimeretur, quæ superiori-*
*bus annis esset restituta. Syllam, nudata omnibus rebus tri-* 3
*bunitia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse:*
*Pompejum,* [2] *qui amissam restituisse videatur,* [3] *dona etiam,* 4
*quæ*

pant, paludative exeunt, quod ante id tempus nunquam evenerat. Attamen, ut nihil dissimulem, testatur *Livius* lib. XXI. cap. LXIII. Flaminium consulem fugisse *ne auspicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret.* Sed præterquam quod de prætoribus agatur hoc in loco, non de Consulibus, tanta in Flaminium hac de causa fuit invidia, ut illi *justum imperium* non fuisse crederetur, quod observat idem scriptor lib. XXII. cap. I. *Davies.*

1. *Ut tribunitia intercessio armis notaretur, atque opprimeretur, quæ superioribus annis esset restituta*] Ciacconius legit: *ut tribunitia potestas ab iis notaretur, atque opprimeretur à quibus superioribus annis esset restituta.* Nam, inquit, si tribunitia intercessio amissa non est, quomodo restitui potuit? Sed non distinguit Ciacconius inter intercessionem quam sub Sylla habuerunt Tribuni, ab ea quam ante & post illum habuerunt. Nam sub Sylla tribunis ademta est nocendi potestas. Pompejus eam reddidit. Alioqui non mala ejus conjectura: sed vix dubito Cæsarem scripsisse ut in vulgatis est. In tribus tamen mss, corruptè legitur *ut tribunitia intercessio armis notaretur, atque opprimeretur, quæ superioribus annis armis esset restituta.* D. Vossius.

2. *Qui amissam restituisse videatur*] Ita ediderat Scaliger: in aliis editis est, *qui amissa:* utrumque rectè, & ambigo utrum præferam: si hoc mavis, refertur vox *amissa* ad illa *omnibus rebus*, si amissam, refer ad *tribunitia potestate.* Idem.

3. *Dona etiam quæ ante habuerat*] Victorius legebat *bona:* multum probante Ursino & Ciacconio: ego exulare eam vocem jubeo. Donum est quod largimur alicui. Sylla cæteris ademtis, intercessionem tamen largitus erat Tribunis: quid commodius dici poterat? *D. Vossius.*

Ibid.] *Pet. Victorius*, quem secuti sunt *Fulv. Ursinus*, *P. Ciacconius*, & *Fr. Hotomannus*, reponendum censuit Var. Lect. lib. X. cap. XXIV. *bona etiam* &c. Ego sane vulgatam le-

 ctio-

*quæ ante habuerat, ademisse: quotiescunque sit decretum,* Darent magistratus operam, ne quid respubl. detri-
5 menti caperet; *qua voce, & quo S C. populus Rom. ad arma sit vocatus; factum in perniciosis legibus, in vi Tribunitia, in secessione populi, templis locisque editioribus occupatis (atque hæc superioris ætatis exempla* [1] *expiata Saturnini atque Gracchorum casibus docet:) quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem; nulla lex promul-*
6 *gata, non cum populo agi cœptum, nulla secessio facta.* Hortatur *cujus Imperatoris ductu* IX *annis remp. felicissime gesserint, plurimaque prælia secunda fecerint,* [2] *omnem Galliam Germaniamque pacaverint, ut ejus existimationem, di-*
7 *gnitatemque ab inimicis defendant.* Conclamant legionis XIII, quæ aderat, milites, (hanc enim initio tumultus evocaverat: reliquæ nondum convenerant,) sese paratos esse Imperatoris sui Tribunorumque pl. injurias defendere.

1 VIII. Cognita militum voluntate, Ariminum cum ea legione proficiscitur, ibique Tribunos pl., qui ad eum confugerant, convenit: reliquas legiones ex hi-
2 bernis evocat, & subsequi jubet. Eo L. Cæsar adolescens venit: cujus pater Cæsaris erat legatus. Is, reliquo

ctionem suo loco movendam non censeo; *dona* etiam sunt privilegia seu prærogativæ, Tribuniciæ potestati concessæ. In MSto autem *Norvic.* & aliis vetustis Codicibus locus hoc modo legitur & interpungitur *Pompeium, qui amissa restituisse videatur dona, etiam quæ ante* &c. ac erunt fortasse, quibus hæc ratio non displicebit. *Davies.*

1. *Expiata Saturnini & Gracchorum casibus*] Hi cum essent Tribuni plebis, ob seditiones reducendis legibus agrariis concitatas, interfecti sunt. Vide, inter alios, Epit. *Livian.* lib. LVIII, LIX, & LXIX. *Idem.*

2. *Omnem Galliam, Germaniamque*] Late dictum ab eo, qui primas Germaniæ oras tantum ingressus est. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Nam licet primas Germaniæ oras tantum ingressus est, tamen complurium civitatum legationes eum adiere, quæ pacem & amicitiam petierunt, ut testatus est *Cæsar* lib. IV. B. G. cap. XVIII. Hoc tamen adeo non crediderunt posteri, ut Cæsarem, aliosve ante Maximianum Imperatores, Rhenum transiisse prorsus negaverint. Auctor Paneg. V. cap. VIII, 4. *Hic* (Maximianus) *quod jam falso traditum de antiquis Imperatoribus putabatur, Romana trans Rhenum signa primus Barbaris gentibus intulit.* Quam vero ob causam historias habuere suspectas, ratio reddi non potest. *Davies.*

quo ſermone confecto, cujus rei cauſſa venerat, habe-
re ſe à Pompejo ad eum privati officii mandata demon-
ſtrat: *velle Pompejum ſe Cæſari purgatum, ne ea, quæ rei-* 3
*publ. cauſſa egerit, in ſuam contumeliam vertat: ſemper ſe
reipubl. commoda* [1] *privatis neceſſitatibus habuiſſe potiora:
Cæſarem quoque pro ſua dignitate debere & ſtudium & ira-
cundiam ſuam reipubl. dimittere, neque adeo graviter iraſci
inimicis,* [2] *ne, quum illis nocere ſe ſperet, reipubl. noceat.*
Pauca ejuſdem generis addit cum excuſatione Pompe- 4
ji conjuncta. [3] Eadem fere atque eiſdem de rebus præ-
tor Roſcius agit cum Cæſare, ſibique Pompejum com-
memoraſſe demonſtrat.

IX. Quæ res etſi nihil ad levandas injurias pertine- 1
re videbantur: tamen idoneos nactus homines, per
quos ea, quæ vellet, ad eum perferrentur, petit ab u-
troque, quoniam Pompeji mandata ad ſe detulerint,
ne graventur ſua quoque ad eum poſtulata deferre; ſi
parvo labore magnas controverſias tollere, atque om-
nem Italiam metu liberare poſſent, [4] *ſibi ſemper reipubl.* 2
*primam fuiſſe dignitatem, vitaque potiorem; doluiſſe ſe, quod
populi R. beneficium ſibi per contumeliam ab inimicis extor-
queretur; ereptoque ſemeſtri imperio, in urbem retraheretur,
cujus abſentis rationem haberi proximis comitiis populus juſ-
ſiſſet;*

1. *Privatis neceſſitatibus*] Alii *neceſſitudinibus*, quæ quidem lectio, ex receptæ interpretatione eſt nata. Vide quæ notavimus ad lib. VIII. B. G. cap. LI. *Davies.*

2. *Ne cum illis nocere ſe ſperet*] Petav. & Palat. habent, *ut cum illis n. ſ. ſp.* quod probo. Palatinus pronomen *ſe* expungit. *D. Voſſius.*

3. *Eadem fere atque eiſdem de rebus*] Ταυτότης; quare Philippus Rubenius legebat *eiſdem diebus*. Quod perplacet. Veritatem ipſa arguit hiſtoria. *Idem.*

4. *Sibi ſemper Reip.*] Ultimam vocem omittit *Faërni* Codex, applaudente *Fr. Hotomanno*, ſed, ut videtur, temere prorſus & inconſulte; reſpondet enim Cæſar Pompeianæ orationi, qua teſtatus eſt *ſemper ſe Reip. commoda privatis neceſſitatibus habuiſſe potiora; Cæſarem quoque pro ſua dignitate debere & ſtudium & iracundiam ſuam Reip. dimittere.* Res eſt manifeſta; nec minus certum, operam luſiſſe *Fulv. Urſinum*, qui cum *Gabr. Faërno* reponit *ſibi ſemper Remp. primam fuiſſe dignitate. Hirtius* Bell. Alex. cap. VIII. *Fuga vero nullam eſſe conſilium, non ſolum iis qui* primam dignitatem *haberent.* Idem c. XXXIII. *Imperii dignitatem*, & cap. XXXVI. *dignitatem populi Rom.* memorat. *Davies.*

3 *sisset; tamen hanc honoris jacturam sui reip. caussa æquo ani-*
*mo tulisse: quum literas ad senatum miserit, ut omnes ab*
4 *exercitibus discederent, ne id quidem impetravisse: tota Ita-*
*lia delectus haberi, retineri legiones* II, *quæ ab se simulatio-*
5 *ne Parthici belli sint abductæ: civitatem esse in armis. Quo-*
*nam hæc omnia, nisi ad suam perniciem, pertinere? sed ta-*
*men ad omnia se descendere paratum, atque omnia pati rei-*
*publ. caussa. Proficiscatur Pompejus in suas provincias; ipsi*
*exercitus dimittantur: discedant in Italia omnes ab armis:*
*metus è civitate tollatur: libera comitia, atque omnis respub.*
6 *Senatui populoque R. permittatur. Hæc quo facilius, certis-*
*que conditionibus fiant, & jurejurando sanciantur; aut ipse*
*propius accedat, aut se patiatur accedere: fore, uti per collo-*
*quia omnes controversiæ componantur.*

1 X. Acceptis mandatis Roscius cum L. Cæsare Ca-
puam pervenit, ibique consules Pompejumque inve-
2 nit. Postulata Cæsaris renunciat. Illi re deliberata re-
spondent, scriptaque ad eum mandata per eos remit-
3 tunt: quorum hæc erat summa: *Cæsar in Galliam rever-*
*teretur, Arimino excederet, exercitus dimitteret. quæ si fe-*
4 *cisset, Pompejum in Hispanias iturum. Interea, quoad fides es-*
*set data, Cæsarem facturum, quæ polliceretur, non intermis-*
*suros Consules Pompejumque delectus.*

1 XI. Erat iniqua conditio, postulare, ut Cæsar Ari-
mino excederet, atque in provinciam reverteretur; i-
psum & provincias, & legiones alienas tenere: exer-
2 citum Cæsaris velle dimitti; delectus habere: pollice-
ri, se in provinciam iturum; neque ante quem diem
iturus sit, definire: ut si, peracto Cæsaris consulatu,
Pompejus profectus non esset, nulla tamen mendacii
3 religione obstrictus videretur. Tempus vero colloquio
non dare, neque accessurum polliceri, magnam pacis
4 desperationem afferebat. [1] Itaque ab Arimino M. Anto-
nium

1. *Itaque ab Arimino*] Ait ad hunc locum Ciacconius, *Non solet Cæsar urbium nominibus præpositiones addere*, itaque pro *ab* Cæsar reponit, ut sit, *Itaque Cæsar Arimino.* Nugæ sunt, diligentius Cæsarem legisse oportue-

nium cum cohortibus v Arretium mittit: ipse Arimini [1] cum II legionibus subsistit, ibique delectum habere instituit. Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat.

XII. Interea certior factus, Iguvium Thermum 1
prætorem cohortibus v tenere, oppidum munire, omniumque esse Iguvinorum optimam erga se voluntatem: Curionem cum III cohortibus, quas Pisauri & Arimini habebat, mittit. Cujus adventu cognito, dif- 2
fisus [2] municipii voluntati Thermus cohortes ex urbe educit, & profugit: milites in itinere ab eo discedunt, ac domum revertuntur: Curio, omnium summa voluntate, Iguvium recipit. Quibus rebus cognitis, con- 3
fisus municipiorum voluntatibus Cæsar, cohortes legionis XIII ex præsidiis deducit, Auximumque proficiscitur; quod oppidum Attius, cohortibus introductis,

ruerat, qui & lib. I. de bello Gallico ait, *ad Genevam pervenit*. & lib. VII. *ad Lutetiam iter facere cœpit*. Sed id commentatoribus Cæsaris familiare esse invenio, dictionem ejus ignorare. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Mire dormitavit *Pet. Ciacconius*, cum scripserit non solere Cæsarem urbium nominibus præpositiones addere, nihil enim apud nostrum est frequentius. Exemplis ex hoc solum libro depromptis utamur. Sic cap. XVIII. *Quod oppidum* à Corfinio VII *millium intervallo abest*. Et cap. XXV. *Domitianas enim cohortes protinus* à Corfinio *in Siciliam miserat*. Ac iterum cap. LXXVIII. *Dierum* XXII ab Ilerda *frumentum jussi erant efferre*. Sed, si ita res se haberet, non opus erat, ut reponeret *Itaque* Cæsar *Arimino*, hoc enim nomen facile subintelligitur. *Davies.*

1. *Cum II legionibus subsistit*] Manifestum mendum *cum reliquis substitit*. Scriptum prius erat *cum reliq. substitit*. Librarius ex *re* fecit II: *liq.* putavit esse *leg.* & scripsit II *legionibus*. Nam Cæsar unam tantum XIII legionem tunc habebat, ut ipsa historia evincit. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Hanc lectionem vitiosam esse omnes vident, Cæsar enim tum temporis solam XIII legionem secum habebat; vide cap. VII. nec alia eum nisi postea consequebatur, ut docet hujusce libri cap. XV. Rescripserunt igitur *Nicasius Ellebodius* & *Pet. Ciacconius*, *cum* V *cohortibus substitit*; *Dionys.* autem *Vossius* eodem sensu *cum reliquis substitit*. Vereor ut scopum attigerint. Vel deleta voce *legionibus*, utpote ab imperito intrusa, emendo *cum* II *substitit*, vel lego *cum* II *cohortibus substitit*. Ratio est manifesta. Præsto erat Cæsari una tantum legio; in singulis autem legionibus X erant cohortes; harum V Arretium misit Cæsar, II Arimini substitit; Tribus reliquis Pisaurum, Fanum, Anconam occupavit. *Davies.*

2. *Municipii voluntati*] Bong. & Pal. MSti habent *civium voluntate*. D. Vossius.

ctis, tenebat, delectumque toto Piceno, circummissis senatoribus, habebat.

1 XIII. Adventu Cæsaris cognito, Decuriones Auximi ad Attium Varum frequentes conveniunt: [1] docent *sui judicii rem non esse; neque se neque reliquos municipes pati posse, C. Cæsarem imperatorem bene de Repub. meritum, tantis rebus gestis, oppido mœnibusque prohiberi: pro-*
2 *inde* [2] *habeat rationem posteritatis, & periculi sui.* Quorum oratione permotus Attius Varus, præsidium, quod in-
3 troduxerat, ex oppido educit, & profugit. Hunc [3] ex primo ordine pauci Cæsaris consecuti milites, consistere cogunt: commissoque prœlio deseritur à suis Varus: nonnulla pars militum domum discedit: reliqui ad Cæ-
4 sarem perveniunt: atque una cum iis deprehensus L. Pupius primipili centurio adducitur, qui hunc eundem
5 ordinem in exercitu Cn. Pompeji antea duxerat. At Cæsar milites Attianos collaudat, Pupium dimittit, Au-

1. *Docent sui judicii rem non esse*] Tantundem est ac si dicas, suum non esse judicare, an justis de caussis Cæsar Pompejum, ille Cæsarem persequeretur. Videtur formula aliqua esse in jure prisco usurpata: sic infra ait de Massiliensibus: *neque sui judicii, neque suarum esse virium, discernere, utra pars justiorem habeat caussam.* Quæ verba optime explicat Vellejus l. II. c. L. cum ait: *Massilia fide melior, quàm consilio prudentior, intempestive principalium armorum arbitria captans, quibus ii se debent interponere, qui non parentem coërcere possunt.* Itaque *non est judicii mei res*, idem valet, ac si dicas, non mihi id arrogantiæ ut me huic rei interponam: non arrogo mihi arbitrium ejus rei. Et lib. III. de Bello civili cap. XII. *Illi verè daturos se negare, neque portas consuli præclusuros; neque sibi judicium sumturos contra atque omnis Italia populusque R. judicavisset.* D. Vossius.

2. *Habeat rationem posteritatis & periculi*] Rubenius more suo infelix ubi Cæsarem corrigit l. I. Elect. c. VIII. rescribit *potestatis*: nam, inquit, periculum non in posterum, sed præsens imminebat. Non intellexit mentem Cæsaris. Tu per *posteritatem* intellige *famam*. Quomodo & Julius Celsus de hac re loquens ait p. 183. de hac re loquens; *orant ut fama, ut suo suorumque discrimini, dum tempus est, consulat.* Posteritas pro fama, quia hæc sola ad posteros transmittitur. Unde & Cicero in Tusculan. l. I. p. 20. Ed. Fabr. *Quum optimus quisque maximè posteritati serviat.* Idem.

3. *Ex primo ordine pauci*] Quomodo x aut xx milites prœlium committant? An hic per primum ordinem non notantur soli illi, qui in principe linea, ut vulgo loquuntur stabant? an dicemus ordinem hic pro caterva aut manu aliqua poni. Sane ego maluissem hic scriptum esse *agmine*. Sed temere non muto: potuerunt Cæsariani impedito itinere Varum premere: isque deinde à suis desertus. *Idem.*

Auximatibus agit gratias, seque eorum facti memorem fore pollicetur.

XIV. Quibus rebus Romam nunciatis, tantus re- 1
pente terror invasit, ut, quum Lentulus consul ad a-
periendum ærarium venisset, ad pecuniam Pompejo ex
S C. proferendam, protinus, [1] aperto sanctiore æra-
rio, ex urbe profugeret. Cæsar enim adventare, jam-
jamque adesse ejus equites falso nunciabantur. Hunc 2
Marcellus collega, & plerique magistratus consecuti
sunt. Cn. Pompejus [2] pridie ejus diei ex urbe profectus 3
iter ad legiones habebat, quas à Cæsare acceptas in A-
pulia hibernorum caussa disposuerat. Delectus intra ur- 4
bem intermittuntur. nihil citra Capuam tutum esse o-
mnibus videtur. Capuæ primum sese confirmant, &
colligunt, delectumque colonorum, qui lege Julia Ca-
puam deducti erant, habere instituunt, gladiatoref-
que, quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum pro-
ductos [3] Lentulus libertati confirmat, atque iis e-
quos attribuit, & se sequi jussit: quos postea, moni- 5
tus

1. *Protinus aperto sanctiore ærario*] Nimirum aliter scribere Cæsari non permittebat posteritatis studium, ut ærarium, quod ab eo effractum nullum est dubium, & omnes autores testantur, diceret se apertum à Lentulo invenisse. Si non alium volumus, Florum audiamus, qui ait *Ærarium quoque sanctum, quia tardius aperiebant Tribuni, jussit effringi.* Miror sane Philippi Rubenii simplicitatem, qui lib. 1. Elector. cap. 24. emendat, *protinus non aperto.* D. Vossius.

2. *Pridie ejus diei ex urbe profectus iter ad legiones habebat*] Fulvius & Ciacconius legunt *Pridie eidus.* Nam Pompejus ut ex verbis Ciceronis colligitur, omnino circa illud tempus ex urbe profectus. Et putant illi librarium ex *pr. eid.* fecisse *pridie ejus diei.* Sane mihi verissima conjectasse videntur. Perpende loca Ciceronis, & quæ de Numa, atque anno à Cæsare ordinato ajunt. *Idem.*

3. *Lentulus libertati confirmat*] Sic vv. cc. nonnulli, at Petavianus habet *ad forum deductos Lentulus libertatis confirmat*; & sic Cujacianus quoque, nisi quod pro *deductos* retinet vocem *productos*, quæ in vulgatis est. Lipsius emendabat *Libertate confirmat.* Quod non probo. Sane mihi optima videtur lectio quæ in Petav. & Cujac. mss. est: itaque legerim *libertatis confirmat:* ut subintelligatur *munere:* etsi non ignorem quam insolens Cæsari hæc phrasis. Quin ipsa vulgata lectio mihi Lipsiana emendatione magis placet: an non similis mos est loquendi? quando ait Cic. lib. VII. epist. XIII. ad Attic. *gladiatores Pompejus distribuit binos singulis patribus familiarum.* Ubi similiter dativum & accusativum videmus. *Idem.*

tus à ſuis, quod ea res omnium judicio reprehendebatur, [1] circum familiares conventus Campaniæ, cuſtodiæ cauſſa, diſtribuit.

1 XV. [2] Auximo Cæſar progreſſus omnem agrum Picenum percurrit. Cunctæ earum regionum præfecturæ libentiſſimis animis eum recipiunt, exercitumque ejus
2 omnibus rebus juvant. Etiam Cingulo, quod oppidum Labienus conſtituerat, ſuaque pecunia exædificaverat, ad eum legati veniunt; quæque imperarit, ſeſe cupidiſſime facturos pollicentur. Milites imperat. mittunt.
3 Interea legio XII Cæſarem conſequitur. cum his II Aſculum Picenum proficiſcitur. Id oppidum Lentulus Spinther X cohortibus tenebat: qui Cæſaris adventu cognito profugit ex oppido, cohorteſque ſecum ab-
4 ducere conatus, à magna parte militum deſeritur. Relictus in itinere cum paucis incidit in Vibullium Rufum,

1. *Circum familiares conventus Campaniæ cuſtodiæ cauſſa diſtribuit*] Urſinus & Ciacconius legunt, *circum familiæ patres conventus Campani, c. c. d.* moti verbis Tullii, quæ paullo ante citavimus. Ego legerim *circum familias.* & poſtea vidi idem Rubenio placuiſſe: pro *Campaniæ* ut *Campani* reſcribamus ipſa ratio dictare videtur: nam Campania & conventus Campanus idem ſunt. *D. Voſſius.*

*Ibid.*] Implexe & moroſe dictum videtur *familiares conventus Campaniæ.* Qui enim iſti ſunt? *Cicero*, qui in locis vicinis & tantum non in re præſenti fuit, liquido ita narrat, ut gladiatores diſtributi modo ſint in urbe ipſa. Verba ejus lib. VII. ad Attic. Epiſt. XIV. *Gladiatores Cæſaris, qui Capuæ ſunt, ſane commode Pompejus diſtribuit, binos ſingulis patribus familiarum.* Non ergo temere credimus per alios conventus Campaniæ diſtributos. Mihi ſtat legere *circum familias conventus Campani.* Conventum Campanum accipio ipſos incolas & corpus Capuæ urbis. Sic *conventum Uticenſem* infra nominat; ſic *conventum Cordubenſem*; ſic de hac ipſa urbe lib. III. *Periculum veritus, quod conventus arma ceperat.* Vide *Feſtum* de hac ſignificatione vocis *conventus* & *Aſconium* atque alios. Jam *Campanus* à Capua formatur, non *Capuanus*, quod *Varro* indicavit lib. IX. LL. *Virgilius* etiam

*Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur urbi.*

Hæc *Ph. Rubenius* Elect. lib. I. cap. VIII. Vide & *J. Fr. Gronovium* Obſerv. lib. III. cap. XXII. *Davies.*

2. *Auximo Cæſar progreſſus*] In MS. *Norvic.* legitur *maximo Cæſar progreſſu*, ut ſcribendum conjecit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. IV. cap. XV. cui tamen non accedo, nam, cum Cæſar itinerum ſuorum ſeriem contexat, lectionem receptam optime convenire manifeſtum, ac proinde nemo dubitet, quin alteri ſit præferenda; ſolenne enim fuit Librariis, nomina appellativa, utpote notiora, ſi aliquo modo congruerent, pro propriis inſercire. *Idem.*

sum, missum à Pompejo in agrum Picenum, confirmandorum hominum caussa. à quo factus Vibullius certior, quæ res in Piceno gererentur, milites ab eo accipit, ipsum dimittit. item ex finitimis regionibus, 5
quas potest, contrahit cohortes ex delectibus Pompejanis. in iis Camerino fugientem Ulcillem Hirum, cum VI cohortibus, quas ibi in præsidio habuerat, excipit.
quibus coactis, XIII efficit. Cum iis ad Domitium 6
Ahenobarbum Corfinium magnis itineribus pervenit;
Cæsaremque adesse cum legionibus II nunciat. Domi- 7
tius per se circiter XX cohortes Alba, ex Marsis & Pelignis, & finitimis ab regionibus coëgerat.

XVI. [1] Recepto Asculo, expulsoque Lentulo, Cæ- 1
sar conquiri milites, qui ab eo discesserant, delectumque institui jubet. ipse unum diem ibi, rei frumentariæ caussa, moratus, Corfinium contendit. Eo quum 2
venisset, cohortes V præmissæ à Domitio ex oppido pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido millia passuum circiter III. Ibi cum antecursoribus 3
Cæsaris prœlio commisso, celeriter Domitiani à ponte repulsi se in oppidum receperunt. Cæsar, legionibus 4
transductis, ad oppidum constitit, juxtaque murum castra posuit.

XVII. Re cognita, Domitius ad Pompejum in A- 1
puliam peritos regionum magno proposito præmio cum literis mittit; qui petant atque orent, ut sibi subveniat: *Cæsarem duobus exercitibus, & locorum angustiis facile intercludi posse, frumentoque prohiberi. quod nisi fece-* 2
*rit, se, cohortesque amplius* XXX, *magnumque numerum senatorum, atque equitum Romanorum in periculum esse venturum.* Interim suos cohortatus, tormenta in muris di- 3
sponit: certasque cuique partes ad custodiam urbis attri-

1. *Recepto Asculo*] Ursinus in v. c. reperit *recepto oppido*, & vocem *Asculo* σχολαστικῶς adjectam putat. Ego pro *Asculo* in mss. Cujac. Petav. Palatin. & v. c. inveni *Firmo*, quod vicinum est Asculo oppidum. *D. Vossius*.

4 tribuit; militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſioni-
bus pollicetur, quaterna in ſingulos jugera, & pro ra-
ta parte centurionibus evocatiſque.
1 XVIII. Interim Cæſari nunciatur Sulmonen-
ſes, quod oppidum à Corfinio [1] VII millium inter-
vallo abeſt, cupere ea facere, quæ vellet, ſed à Q.
Lucretio ſenatore & Attio Peligno prohiberi, qui id
2 oppidum VII cohortium præſidio tenebant. Mittit eo
M. Antonium [2] cum legionis VIII cohortibus V. Sul-
monenſes, ſimul atque noſtra ſigna viderunt, portas
aperuerunt, univerſique & oppidani & milites obviam
gratulantes Antonio exierunt. Lucretius & Attius de
3 muro ſe dejecerunt. Attius ad Antonium deductus pe-
tit, ut ad Cæſarem mitteretur. Antonius cum cohor-
tibus, & Attio, eodem die, quo profectus erat, re-
4 vertitur. Cæſar eas cohortes cum exercitu ſuo conjun-
xit, Attiumque incolumem dimiſit. Cæſar tribus pri-
mis diebus caſtra magnis operibus munire, & ex fini-
timis municipiis frumentum comportare, reliquaſque
5 copias exſpectare, inſtituit. Eo triduo legio VIII ad
eum venit, cohorteſque ex novis Galliæ delectibus
XXII, equiteſque à rege Norico circiter CCC. quorum
6 adventu altera caſtra ad alteram oppidi partem ponit. Iis
caſtris Curionem præfecit: reliquis diebus oppidum
vallo, caſtelliſque circummunire inſtituit. cujus operis
maxima parte effecta, eodem fere tempore miſſi ad
Pompejum revertuntur.
1 XIX. Literis perlectis Domitius diſſimulans in con-
ſilio

1. VII *Millium intervallo*] Sic omnes MSS. & recte quidem. *Jul.* autem *Celſus* pag. 185. ait *Corfinium progreditur oppidum Pelignorum* XII *millia paſſuum diſtans à Sulmone*; Reponendum VII *millia paſſuum*. Davies.

2. *Cum legionis* VIII *cohortibus* V.] Corruptum putabat Urſinus: idem ego arbitror, nam infra demum ait IIX legionem ad Cæſarem veniſſe. Urſinus ait in vet. c. legi VII *legionis* & reſcribit XII. quam conjecturam non improbo, etſi poſſit quoque legere XIII, ut codicum plurium numerum, quatenus hiſtoria patitur, retineamus. Illud certum, non poſſe retineri hoc loco *octavæ legionis*. D. Voſſius.

ſilio pronunciat Pompejum celeriter ſubſidio ventu-
rum, hortaturque eos, ne animo deficiant, quæque
uſui ad defendendum oppidum ſint, parent. Ipſe arca- 2
no cum paucis familiaribus ſuis colloquitur, conſiliumque
que fugæ capere conſtituit. Quum vultus Domitii cum
oratione non conſentiret, atque omnia trepidantius ti-
midiuſque ageret, quam ſuperioribus diebus conſueſ-
ſet, multumque cum ſuis [1] conſiliandi cauſſa, ſecreto,
præter conſuetudinem, colloqueretur; concilia con-
ventuſque hominum fugeret; res diutius tegi diſſimu-
larique non potuit. Pompejus enim reſcripſerat *ſeſe* [2] *rem* 3
*in ſummum periculum deducturum non eſſe; neque ſuo conſi-
lio, aut voluntate Domitium ſe in oppidum Corfinium con-
tuliſſe.* [3] *proinde, ſi qua facultas fuiſſet, ad ſe cum omnibus* 4
*copiis veniret.* Id ne fieri poſſet, obſidione, atque oppi-
di circummunitione fiebat.

XX. Divulgato Domitii conſilio, milites, qui erant 1
Corfinii, prima veſpera ſeceſſionem faciunt; atque ita 2
inter ſe per tribunos mil. centurioneſque, atque hone-
ſtiſſimos ſui generis colloquuntur; *obſideri ſe à Cæſare;
opera, munitioneſque prope eſſe perfectas; ducem ſuum Do-
mitium, cujus ſpe atque fiducia permanſerint, projectis o-
mni-*

1. *Conſiliandi cauſſa*] In aliis *conſultandi*; ſed receptam lectionem exhibent MSS. *Faern. Ciaccon. Carrar. Norvic.* & editt. *Rom. Beroald.* nec mihi dubium videtur, quin ſit genuina. Noſter hujuſce libri cap. LXXIII. *Hæc conſiliantibus iis, nunciatur.* *Apuleius* Metam. lib. I. pag. 9. *Bonus conſiliator Ariſtomenes.* Gloſſarium vetus. Γνωμοδότης *ſuaſor, conſiliator.* Plura hanc in rem congeſſere *Chr. Cellarius* Cur. Poſter. pag. 57. ac intt. ad *Phædri* lib. II. Fab. VI. *Davies.*

2. *Rem in ſummum periculum deducturum*] Reponit *Pet. Ciacconius*, *rem ſummam in periculum*; ſed ejus conjecturam evertit ipſe *Cæſar*, qui lib. V. B. G. cap. XXXI. ait: *Orant, ne ſua diſſenſione & pertinacia* rem in ſummum periculum deducant. Miror equidem, unde factum, ut *Joan. Brantius*, cum hunc locum memoria teneret, *Ciacconio* adſentiri, quam veram lectionem ſervare, maluerit. *Idem.*

3. *Proinde ſi qua facultas fuiſſet, ad ſe cum omnibus copiis veniret*] Petav. eodem modo habet, niſi quod *fuiſſet facultas* in eo, tranſpoſitis vocibus, legatur. Mihi hæc verba corrupta videntur, nam cur Pompejus ſcriberet, ſiqua fuiſſet facultas, & non ſiqua eſſet. Legendum puto, *ſiqua fuga ſit facultas.* Sane ſenſum præſtare nullus ambiget. *D. Voſſius.*

*mnibus, fugæ consilium capere: debere se suæ salutis ratio-*
3 *nem habere.* Ab his primo Marsi dissentire incipiunt,
eamque oppidi partem, quæ munitissima videretur,
4 occupant. tantaque inter eos [1] dissensio exstitit, ut ma-
num conserere, atque armis dimicare conarentur. post
paullo tamen, internunciis ultro citroque missis, quæ
5 ignorabant, de L. Domitii fuga cognoscunt. Itaque
omnes uno consilio Domitium productum in publicum
circumsistunt, & custodiunt; legatosque ex suo nu-
mero ad Cæsarem mittunt: sese paratos esse portas ape-
rire, quæque imperaverit facere, & L. Domitium vi-
vum in ejus potestatem transdere.

1 XXI. Quibus rebus cognitis Cæsar, etsi magni in-
teresse arbitrabatur, quamprimum oppido potiri, co-
hortesque ad se in castra transducere, ne qua aut lar-
gitionibus, aut animi confirmatione, aut falsis nunciis
commutatio fieret voluntatis, quod sæpe in bello par-
2 vis momentis magni casus intercederent; tamen veri-
tus, ne militum introitu, [2] & nocturni temporis li-
centia oppidum diriperetur, eos, qui venerant, col-
laudat, atque in oppidum dimittit; portas, murosque
3 asservari jubet. Ipse iis operibus, quæ facere institue-
rat, milites disponit, non certis spatiis intermissis, ut
erat superiorum dierum consuetudo, sed perpetuis vi-
giliis, stationibusque, ut contingant inter se, atque
4 omnem munitionem expleant: tribunos mil. & præfe-
ctos circummittit; atque hortatur, non solum ab eru-
ptionibus caveant; sed etiam singulorum hominum oc-
cul-

1. *Dissensio exstitit, ut —— armis dimicare conarentur*] Non dubito quin cum MS. *Norvic.* legendum sit *Dissensio existit, ut —— armis dimicare conentur:* verba enim tam quæ antecedunt, quam quæ sequuntur, præsentis sunt temporis *Davies.*

2. *Et nocturni temporis licentia*] Offendit me prima vocula; tamen eam repræsentant omnes MSS. præter *Norvic.* qui & hanc & sequentem prorsus omittit. Conjecit *Pet. Ciacconius* legendum *in nocturni temporis licentia*; mihi, minore mutatione, scribendum placet *ex nocturni temporis licentia.* Hæ certe voces non raro confunduntur; ex ipso *Cæsare* aliud exemplum videre est not. ad lib. III. B. C. cap. XLIX. *Idem.*

cultos exitus asservent. Neque vero tam remisso ac 5
languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte
conquieverit. [1] Tanta erat summa rerum exspecta- 6
tio, ut alius in aliam partem mente atque animo tra-
heretur, quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio,
quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque e-
ventus exciperet.

XXII. Quarta vigilia circiter Lentulus Spinther de 1
muro cum vigiliis, custodibusque nostris colloquitur,
velle, si sibi fiat potestas, Cæsarem convenire. Facta 2
potestate, ex oppido mittitur, neque ab eo prius Do-
mitiani milites discedunt, quam in conspectum Cæsa-
ris deducatur. [2] *Cum eo de salute sua agit, atque obsecrat,* 3
*sibi ut parcat; veteremque amicitiam commemorat; Cæsaris-*
*que in se beneficia exponit; quæ erant maxima: quod per eum* 4
*in collegium pontificum venerat; quod provinciam Hispa-*
*niam ex prætura habuerat; quod in petitione consulatus ab eo*
*erat sublevatus.* Cujus orationem Cæsar interpellat: *Se* 5
*non maleficii caussa ex provincia egressum, sed uti se à con-*
*tumeliis inimicorum defenderet; ut tribunos pl.* [3] *ea re ex*
*civitate expulsos, in suam dignitatem restitueret; ut se, &*
*popu-*

1. *Tanta erat summa rerum exspectatio*] Species est Pleonasmi; fere enim dicitur *tanta erat rerum exspectatio*, omissa voce *summa*. Sed eadem ratione defendi potest hæc locutio, ac *quantum maximum*; nec enim illam loquendi rationem refugerunt optimi scriptores. Vide notata ad lib. v. B. G. cap. XXVIII. *Davies.*

2. *Cum eo de salute sua agit, atque obsecrat*] MSS. *Ciaccon. Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* repræsentant *cum eo de salute sua* orat *atque obsecrat.* Sic *Plautus* Asin Act. III. Sc. III, 71. *Hanc, cui daturus hanc, jube petere atque* orare mecum. Et Curcul. Act. III, 62. Tecum oro *& quæso, qui has tabellas afferet Tibi, ut ei detur* &c. Vide etiam *Terentium* Hec. Act. IV. Sc. IV, 64. Mihi certum videtur, hanc esse *Cæsaris* ipsius manum, quam ideo mutarunt Librarii, quod phrasin paullo rariorem non intelligerent. *Davies.*

3. *Ea re*] Eam ob causam. *Vitruvius* lib. I. cap. I. *Ea re facilius omnia cognoscunt.* Causa autem, quam hic dicit noster, non erat Cæsaris in Italiam adventus, ut perperam existimavit *Fr. Hotomannus*, non enim ob eam rationem tribuni sunt ex urbe expulsi, sed quod Cæsarem à contumeliis inimicorum defenderent. Porro operam lusit *Gabr. Faërnus*, cui hic placet *injuria*, ut animadverterunt viri eruditi, licet forsan ejus conjecturam nonnihil adjuverint MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent enim *in ea re.* Idem.

*populum Rom. paucorum factione oppressum in libertatem vindicaret.*
6 Cujus oratione confirmatus Lentulus, ut in oppidum reverti liceat, petit. quod de sua salute impetraverit, fore etiam reliquis [1] ad suampse solatio. adeo esse perterritos nonnullos, [2] ut suæ vitæ durius consulere cogantur. Facta potestate, discedit.

1 XXIII. Cæsar ubi illuxit, omnes senatores, senatorumque liberos, tribunos mil. equitesque Romanos ad
2 se produci jubet. [3] Erant senatorii ordinis L. Domitius, & P. Lentulus Spinther, L. Vibullius Rufus, Sex. Quinctilius Varus quæstor, L. Rubrius; præterea filius Domitii, aliique complures adolescentes, & magnus numerus equitum Romanorum, & Decurionum,
3 quos ex municipiis Domitius evocaverat. Hos omnes productos à contumeliis militum, conviciisque prohibet: pauca apud eos loquitur, quod sibi à parte eorum gratia relata non sit pro suis in eos maximis beneficiis.
4 Dimittit omnes incolumes. [4] Sestertium sexagies, quod au-

1. *Ad suampse solatio*] Sic edidit *Jos. Scaliger*, cum in omnibus MSS. & antiquitus cusis legatur *ad suam spem*, unde *Pet. Ciacconius* rescripsit *ad suam spei & solatio*. Conjecerim potius *ad sua spem solatio*. Davies.

2. *Ut sua vita durius consulere cogantur*] Ciacconius reposuerat *consulere cogitent*. Ego vulgatam lectionem præfero, quæ ἐμφατικωτέρα est. Nam quod ait Cæsar cogantur, respicit ad ea verba, *adeo esse perterritos nonnullos*. Itaque metus eos adigebat. *D. Vossius*.

3. *Erant Senatorii ordinis*] In omnibus mss reperio, *erant quinquaginta ordines*. Nescio quid sibi ea verba velint, aut unde irrepserint. *Idem*.

*Ibid.*] Sic est in editt. *Rom. Ven. Beroald.* at in omnibus *Dionys. Vossii* MSS. & *Norvic.* scribitur *quinquaginta ordines*, nec vir eruditus conjicere potuit, quid sibi ea verba velint, aut unde irrepserint. *Fulv. Ursinus* testatur vet. Cod. habuisse *primi ordinis*, unde forsan orti sunt *quinquaginta ordines*, nam, cum antiquitus numeri figuris notarentur, I in L facile potuit mutari. Si hac via tantæ varietatis rationem reddi non putaveris, augurarer, compendiarie scriptum fuisse *erant quinque senat. ordinis*, (nam homines ordinis senatorii quinque postea numerat) ex quo aberrantes Librarii *quinquaginta ordines* exsculpserunt. *Davies*.

4. *Sestertium sexagies, quod aurum adduxerat Domitius*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* omissis duabus primis vocibus, exhibent *aurum, quod adduxerat Domitius*, sed *aurum* abest à MS. *Norvic.* At Codd. *Brant. Steph. Gryph. Vascos.* repræsentant *sestertium sexagies quod advexerat Domitius*, quam lectionem probat *Joan. Frid. Gronovius* de Pec. Vet. lib. II. cap. III. p. 149. *Davies*.

aurum adduxerat Domitius, atque in publicum depoſuerat, allatum ad ſe [1] ab II-viris Corfinienſibus Domitio reddit; ne continentior in vita hominum, quam in pecunia fuiſſe videatur; etſi eam pecuniam publicam eſſe conſtabat, datamque à Pompejo in ſtipendium. Milites Domitianos ſacramentum apud ſe dicere jubet: 5
atque eo die caſtra movet, juſtumque iter conficit. VII omnino dies ad Corfinium commoratus, & per fines Marrucinorum, [2] Frentanorum, Larinatium in Apuliam pervenit.

XXIV. Pompejus, iis rebus cognitis, quæ erant 1
ad Corfinium geſtæ, Luceria proficiſcitur Canuſium, atque inde Brundiſium. Copias undique omnes ex no- 2
vis delectibus ad ſe cogi jubet. [3] ſervos, paſtores armat, atque his equos attribuit. ex iis circiter CCC equites conficit. L. Manlius prætor Alba cum cohor- 3
tibus VI profugit: Rutilus Lupus prætor Tarracina cum III, quæ procul equitatum Cæſaris conſpicatæ,

1. *Ab Duumviris Corfinienſibus*] Ea vera lectio: quam depravate codices veteres exhibent. Nam in Pal. & Pet. erat *bu viris*. (ut & in *Norvic.*) Ortus ex numero error: primo enim ſcriptum erat II *viris*, unde alius fecit *bu viris*, & ſic in Cujacii quoque MS. eſt: librarius ignorans, nec recte legens, ex *bis* fecit *his*. Quod notare viſum, ut conſtet unde ſæpe errores codicibus irrepant. *D. Voſſius.*

2. *Frentanorum*, *Larinatium*] Sic quoque Cujacii codex habebat, Bongarſianus *Ferentanorum*, corruptè: nam populi hujus nomen eſt triſyllabum. Erravit eadem in re ſummus Geographus Abrahamus Ortelius, & putaſſe videtur à Ferentino dictos Ferentanos. Sed Ferentinum eſt oppidum Latii, cui nihil commune cum Frentanis. Retinet rectam appellationem Strabo, qui φρεντανὰς nuncupat. Et nequid dubites ait Silius lib. VIII. vſ. 520.

*Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes.*

Sed cum *Frentanos Larinates* eundem populum faciat Plinius Hiſt. Nat. lib. III. cap. XI. videndum an non & hic rectius tollatur comma quod hæc vocabula disjungit. Certe non raro in Cæſare tali interpunctione corrupta populorum nomina, ut libris de bello Gallico Aulerci Eburovices, quos duos populos librarii fecerat error, cum idem ſit. *Idem.*

3. *Servos*, *paſtores armat*] Deleta virgula, legendum credo *ſervos paſtores armat*, hi enim paſtores erant ſervi, ut ex ſeqq. liquet. *Lactantius* Div. Inſtit. lib. II. cap. IV. *Immiſſis latronibus ſervis impune ſublata eſt.* Sic *Plautus* Epid. Act. I. Sc. 58. *Servom hominem.* *Dictys* Cretenſis lib. V. cap. VII. *avem aquilam*, & cap. X. *legatos viros* dixerunt. *Davies.*

catæ, cui præerat Bivius Curius, relicto prætore, si-
4 gna ad Curium transferunt, atque ad eum transeunt. I-
tem reliquis itineribus nonnullæ cohortes in agmen Cæ-
saris, aliæ in equites incidunt. Reducitur ad eum de-
prehensus ex itinere [1] Cn. Magius Cremona præfectus
fabrûm Cn. Pompeji : quem Cæsar ad eum remittit
5 cum mandatis : *quoniam ad id tempus facultas colloquendi
non fuerit, atque ad se Brundisium sit venturus, interesse
6 Reipubl. & communis salutis, se cum Pompejo colloqui: ne-
que vero idem perfici longo itineris spatio, quum per alios
conditiones ferantur, ac si coram de omnibus conditionibus
disceptetur.*

1 XXV. His datis mandatis, Brundisium [2] cum le-
gionibus VI pervenit, veteranis IV reliquis, quas
ex novo delectu confecerat, atque in itinere comple-
2 verat. Domitianas enim cohortes protinus à Corfinio
in Siciliam miserat. Reperit consules Dyrrachium pro-
fectos cum magna parte exercitus, Pompejum re-
3 manere Brundisii cum cohortibus XX. neque cer-
tum inveniri poterat, obtinendine caussa Brundisii
ibi remansisset, quo facilius omne Hadriaticum ma-
re, extremis Italiæ partibus regionibusque Græciæ,
[1] in

1. *Cn. Magius Cremona*] Cremonensis. Sic l. III. B. C. c. LXXI. *C. Felginatem Placentia*; *A. Gravium Puteolis*; *M. Sacrativirum Capua. Vitruvius* lib. I. cap. I. *Archimedes & Scopinas ab Syracusis. Terentius* Eunuch. Act. I. Sc. II, 85. *Dixti cupere te ex Æthiopia ancillulam. A. Gellius* N. Attic. lib. II. cap. XXIX. *Æsopus ille è Phrygia fabulator.* Vide & *Thom. Munckerum* ad *Hygini* Fab. XCVII. p. 152. *Davies.*

2. *Cum legionibus sex pervenit, veteranis quatuor*] Emendo *veteranis tribus*, quomodo in Petaviano optimæ notæ codice, & Bongarsiano legitur; ipsaque id ratio evincit. Nam Cæsaris tres, ut supra ipse ostendit, legiones erant, nimirum XIII, XII, & VIII: hæ sunt veteranæ quas intelligit. Reliquæ, quas ait ex novis delectibus confectas, & in itinere completas, sunt primum cohortes XXII, ex Gallia missæ: præterea septenæ, quæ sub Attio Peligno fuerant, de quibus ipse ait: *Cæsar eas cohortes cum exercitu suo conjunxit*. Denique tres cohortes à Rutilo Lupo ad Curium signa transtulisse ait: Hic numerus efficit cohortes XXXII, hoc est paullo plus quam legiones tres. Ut de lectionis hujus veritate ambigendum ultra non sit. Nam Domitianas cohortes, quæ XXX & eo amplius erant, non junxit Cæsar exercitui suo, sed, ut ipse testatur, in Siciliam misit. *D. Vossius.*

[1] in potestatem haberet, atque ex utraque parte bellum
administrare posset, an inopia navium ibi restitisset; ve- 4
ritusque, ne Italiam ille dimittendam non existimaret,
exitus administrationesque Brundisini portus impedi-
re instituit: quorum operum hæc erat ratio. *Qua fau-* 5
*ces erant angustissima portus*, [2] *molem atque aggerem ab u-*
*traque parte litoris jaciebat*, *quod his locis erat mare vado-*
*sum. Longius progressus*, *quum agger altiore aqua contineri* 6
*non posset*, *rates duplices*, *quoquo versus pedum* XXX *è regio-*
*ne molis collocabat. Has quaternis anchoris ex quatuor angu-* 7
*lis destinabat*, *ne fluctibus moverentur. His perfectis*, *collo-* 8
*catisque*, *alias deinceps pari magnitudine rates jungebat.*
*has terra* [3] *atque aggere contegebat*, *ne aditus*, *atque in-* 9
*cursus ad defendendum impediretur* : *à fronte*, *atque ab* 10
*utroque latere cratibus ac pluteis protegebat; in quarta quaque*
*earum turres binorum tabulatorum excitabat*, *quo commodius*
*ab impetu navium incendiisque defenderet.*

XXVI. Contra hæc Pompejus naves magnas onera- 1
rias, quas in portu Brundisino deprehenderat, ador-
nabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, easque
multis tormentis, & omni genere telorum completas,
ad opera Cæsaris appellebat, ut rates perrumperet, at-
que opera disturbaret. Sic quotidie utrimque eminus
fun-

1. *In potestatem haberet* ] Ita quoque Scaligero placuit. mss. tres habent *in potestate*, quod præferam. Nec occurrit locus ullus probati autoris, qui illa phrasi usus sit. *D. Vossius.*

*Ibid.* ] Nonnulli Codd. *in potestate* & ita reponendum censuit *Dionys. Vossius*, quia nullus ei occurrit locus probati auctoris, qui illa phrasi usus sit. At eam locutionem adhibet *Sallustius* Jugurth. cap. CXII. *Cum talem virum in potestatem habuisset*. Sic & apud Auctorem de Bell. Hispan. cap. XXXVI. ubi in vulgg. legitur *quod Pompejum* in potestate *haberent*, MSS. recte habent *in potestatem*. Plura similium locutionum exempla congessit *A. Gellius* Noct. Attic. lib. I. cap. VII. *Davies.*

2. *Molem atque aggerem* ] Pet. & Pal. habent *moles*, & cum duæ fuerint, malo credere Cæsarem ita scripsisse. Confirmat id Cæsaris epistola ad Q. Pedium, in qua ait de eadem re, *ab utroque portus cornu moles jacimus.* ( Sic & cap. XXVIII. *Ad moles Cæsaris adhærescunt* ) Sed utrum retineas haud multum interest; neque monuissem, nisi duo codices ita haberent; præsertim cum infra ipse Cæsar dicat *è regione molis collocabat*. D. Vossius.

3. *Atque aggere contegebat* ] In Petav. significantius est *integebat*. Idem.

2 fundis, ſagittis, reliquiſque telis, pugnabatur. Atque hæc ita Cæſar adminiſtrabat, ut conditiones pacis dimittendas non exiſtimaret. ac tametſi magnopere admirabatur Magium, quem ad Pompejum cum mandatis miſerat, ad ſe non remitti; atque ea res ſæpe tentata, etſi impetus ejus conſiliaque tardabat; tamen omnibus
3 rebus in eo perſeverandum putabat. Itaque Caninium Rebilum legatum, familiarem neceſſariumque Scribonii Libonis, mittit ad eum colloquii cauſſa. mandat, ut Libonem de concilianda pace hortetur; in primis,
4 ut ipſe cum Pompejo colloqueretur, poſtulat. magnopere ſeſe confidere demonſtrat, ſi ejus rei ſit poteſtas facta, fore, ut æquis conditionibus ab armis diſcedatur: cujus rei magnam partem laudis atque exiſtimationis ad Libonem perventuram, ſi [1] illo auctore, atque agente, ab armis ſit diſceſſum. Libo à colloquio
5 Caninii digreſſus, ad Pompejum proficiſcitur. Paullo poſt renunciat, *quod conſules abſint*, [2] *ſine illis de compo-*
6 *ſitione agi non poſſe*. Ita ſæpius rem frustra tentatam Cæſar aliquando dimittendam ſibi judicabat, & de bello agendum.

1 XXVII. Prope dimidia parte operis à Cæſare effecta, diebuſque in ea re conſumptis IX, naves à conſulibus Dyrrhachio remiſſæ, quæ priorem partem exercitus

1. *Illo autore atque agente*] Minus uſitatus loquendi mos: alias dixiſſet, *illius ſuaſu atque opera*. D. Voſſius.

2. *Sine illis de compoſitione*] Duas primas voces expungendas cenſet *Pet. Ciacconius*; hoc autem non aliunde factum, quam quod σύνταξιν haud recte perciperet; eodem enim redit, ac ſi dixiſſet noſter *paullo poſt renunciat conſules abeſſe & ſine illis de compoſitione agi non poſſe*, quare malim, ut cum quibuſdam codd. legatur *nec ſine illis de compoſitione agi poſſe*. Huic conſtructioni non eſt impedimento, quod & ſubjunctivum & infinitivum verbo àdjiciatur. Sic enim *Livius* lib. XLII. cap. XXXIII. *Publ. Licinius Conſul S. C. recitari juſſit; primum quod bellum Senatus Perſeo juſſiſſet; deinde quod veteres Centuriones, quamplurimum ad id bellum ſcribi cenſuiſſet, nec ulli, qui non major annis* L *eſſet*, MILITIÆ VACATIONEM ESSE. Scio quidem *Fr. Sanctium* Min. lib. III. cap. XIV. haſce locutiones parum Latinas exiſtimaſſe; ſed toto cœlo erravit, ut poſt alios oſtendit vir doctiſſimus *Jac. Perizonius* in Addit. pag. 546, ſeqq. *Davies*.

citus eo deportaverant, Brundisium revertuntur. Pom- 2
pejus, sive operibus Cæsaris permotus, sive etiam
quod ab initio Italia excedere constituerat, adventu
navium profectionem parare incipit: &, quo facilius 3
impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione mi-
lites oppidum irrumperent, portas obstruit, vicos pla-
teasque inædificat, fossas transversas viis prædicit, at-
que ibi sudes, stipitesque præacutos defigit. Hæc le- 4
vibus cratibus, terraque inæquat. aditus autem atque
itinera duo, quæ extra murum ad portum ferebant, ma-
ximis defixis trabibus, atque eis præacutis, præsepit.
His paratis rebus, milites silentio naves conscendere 5
jubet; [1] expeditos autem ex evocatis sagittariis fundi-
toribusque, raros in muro turribusque disponit. Hos
certo

1. *Expeditos autem ex evocatis sagittariis* ] Evocati, ut notum, erant milites qui perfuncti jam omnibus stipendiis evocabantur plerumque non imperio, sed rogatione magis. Hinc *beneficiarii* à Cæsare lib III. de Bello civili cap. LXXXIII. dicuntur evocati: ait enim: *evocatorum circiter duo millia, quæ ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum convenerant.* Erant ii sæpe centuriones, hoc est, qui centurionatu functi, vel primores ordines duxerant: sed non semper; nam & gregarios milites evocatos docent hæc verba, quibus *sagittarios evocatos* nuncupat. In Glossis vett. *Evocatus* ταξίαρχος exponitur. Quod non semper verum; nam non omnes ordinum ductores fuerunt evocati. Unde Cæsar initio hujus libri ait: *multi undique ex veteribus Pompeji exercitibus spe præmiorum atque ordinum evocantur.* Attende ad verba *spe præmiorum atque ordinum.* Duplices nimirum evocatos facit, alios spe ordinum vocatos, hi ταξίαρχοι: alios præmiorum spe, hi gregarii milites, sagittarii, funditores aliique majora habituri stipendia. Credo duplicia fuisse; nam ait Cæsar de Domitio: *militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna in singulos jugera, & pro rata parte centurionibus evocatisque.* Conjungit centuriones evocatosque, unde tandundem iis promissum videtur. Centuriones autem duplum habuere: Livius: *Sæpe dedit militibus denarios, &c. duplex centurioni, triplex equiti.* Sed quod in glossis evocati exponuntur ταξίαρχοι accipere possis, ut *evocati* sint, quos *ordinarios* vocat Vegetius, sive qui in primis ordinibus pugnavere. Re ipsa enim diversi sunt, sed idem utrisque honor, ut in primo ordine starent. Tales designat Capitol. in Maximino: *Hic diu sub Caracalla ordines duxit, centurionatus egit.* En tibi ordines ducere minus est centurionatu; quem honorem evocatis tributum arbitror. Alioqui istos, quos *ordinarios* vocat Vegetius, non male exponas id genus homines, qui minores ordines ducunt: hoc est, decani manipulorum; nam cum evocatis eosdem esse non arbitror. Prohibet Vopiscus quando ait: *militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites: ordines duxit, tribunatus egit.* Ordinarii sunt primo in

certo signo revocare constituit, quum omnes milites
naves conscendissent; atque iis expedito loco actuaria
navigia relinquit.

1 XXVIII. Brundisini Pompejanorum militum in-
juriis atque ipsius Pompeji contumeliis permoti Cæsa-
2 ris rebus favebant. Itaque, cognita Pompeji professio-
ne, concursantibus illis, atque in ea re occupatis, vul-
go ex tectis significabant: per quos re cognita, Cæ-
sar scalas parari, militesque armari jubet, ne quam rei
gerendæ facultatem dimittat. Pompejus sub noctem
3 naves solvit. Qui erant in muro custodiæ caussa collo-
cati, eo signo, quod convenerat, revocantur, notisque
4 itineribus ad naves decurrunt. Milites positis scalis muros
ascendunt: sed moniti à Brundisinis, ut [1] vallum cæ-
cum fossasque caveant, subsistunt, & longo itinere ab iis
cir-

ordine pugnantes, quales decani manipulorum: et en hic gradus quos observat Vopiscus; primo ordinarios, dein equites ponit: postea ordinum ductores, id est centuriones, nam illi κατ' ἐξοχὴν etiam à Cæsare *primores ordines*, & *primorum ordinum centuriones* vocantur. Nisi malimus per ordinarios hic designari gregarios, ut prisca militia locuti; quod non improbem. Et ordinarios ἁπλῶς dicit non addita voce pedites, eodem modo quo miles pro pedite dicitur, ut alibi ostendimus. Evocati denique iidem fuere, quos hodie *adelborsten* nuncupamus: nam & hi duplicia faciunt stipendia, & immunes sunt à vigiliis, aliisque id genus laboribus. Eadem olim apud veteres evocatorum conditio. Illud modo discriminis, quod hi nostri interesse exercitui tenentur; evocati olim, ut diximus, non tenebantur, veteribus non *milites* appellati, sed *pro militibus*, uti autor Servius ad 1. Æneid. Maronis, ubi ait: *Militiæ tria sunt genera. Plerumque enim evocati dicuntur: & non sunt milites, sed pro milite. Unde Salustius: Neque miles, neve pro milite.* Itaque vere nostros illos *duplarios* appellare possis. *D. Vossius.*

1. *Ut vallum cæcum* ] Festus: *Cæcum vallum dicitur, in quo præacuti pali terræ adfixi, herbis vel frondibus occuluntur.* Vallum est murus e cespite, aut terra adgestus, proinde eminens aliquid. Atqui eminentia latere non possunt: itaque merito quæri possit, quid per cæcum vallum sibi Cæsar velit. Ego ajo nihil aliud esse quam ripam ipsam fossæ, sed citeriorem, in qua defixæ sudes. Foderat Pompejus fossas, has pone vallum fuit, non è terra adgestum, alioqui enim facile Cæsariani illud vidissent: sed vallum erat respectu fundi fossæ: hanc fossam Pompejus cratibus, dein terra intexerat, ita ut nec sudium, nec fossæ ulla apparerent vestigia. Quod verum esse probatur ex Cæsaris verbis, qui supra dixit, *fossas transversas viis præducit, atque ibi sudes stipitesque præacutos defigit. hæc levibus cratibus terraque inæquat.* Hic vero, de iisdem operibus loquens ait: *moniti à Brundisinis ut vallum cæcum, fossasque caveant.* Igitur cum ait ibi *sudes defigit*, & postea *vallum cæ-*
*cum*,

circumducti ad portum perveniunt, duasque naves cum militibus, quæ ad moles Cæsaris adhæserant, scaphis lintribusque deprehendunt, deprehensas excipiunt.

XXIX. Cæsar etsi ad spem conficiendi negotii ma- 1
xime probabat coactis navibus mare transire, & Pompejum sequi, prius quam ille sese transmarinis auxiliis confirmaret; tamen rei ejus moram, temporisque longinquitatem timebat: quod, omnibus coactis navibus, Pompejus præsentem facultatem insequendi sui ademerat. Relinquebatur, ut ex longinquioribus re- 2
gionibus Galliæ, Picenique, [1] & à Freto naves essent exspectandæ. sed id propter anni tempus, longum atque impeditum videbatur. Interea veterem ex- 3
ercitum, duas Hispanias confirmari; quarum altera erat maximis beneficiis Pompeji devincta; auxilia, equitatum parari, Galliam, Italiamque tentari se absente, nolebat.

XXX. Itaque in præsentia Pompeji insequendi ra- 1
tionem omittit: in Hispaniam proficisci constituit: II-viris municipiorum omnium imperat, ut naves conquirant, Brundisiumque deducendas curent. Mittit in 2
Sardiniam cum legione una Valerium legatum, [2] in Siciliam

*cum*, idem vult. Vallum sudes habet infixas, ita & ripa. Illud editum est, ita & hæc ripa, si conferas cum fossæ fundo edita. Idque etiam innuit Plutarchus, cum ait in Pompejo: pag. 1191. & 1192. ἀνέσκαψε τὴν πόλιν ϗ ἀπετάφρευσε, ϗ σκολόπων ἐνέπλησε τὰς στενωπὰς: *effodit urbem & fossas duxit, stipitibusque implevit semitas.* Ubi nihil de vallo excitato ait, sed tantum de stipitibus. Eadem forte ratione *aras* vocavere saxa, quæ in mari sunt, & tamen supra fluctus non eminent. Unde & saxa illa cæca nuncupantur. Sed ego mallem hoc loco Cæsaris scriptum esse ut *vallos cæcos*: & clara erit sententia; nam exacte hoc respondebit superioribus illis, *ibi sudes stipitesque præacutos defigit.* Sed nec priora displicent, quæ retineo donec melius quid occurrerit. *D. Vossius.*

1. *Et à Freto*] Intelligit Gaditanum sive Herculeum, quod ita κατ' ἐξοχὴν vocabatur. *Pomponius Mela* lib. I. cap. III. *Extra* fretum *ad Occidentem inæqualis admodum.* Et lib. II. cap. VII. *Gades insula, quæ egressis* fretum *obvia est.* Sic etiam alii loquuntur. *Davies.*

1. *In Siciliam Curionem propræt.*] Si nonnullis credimus, prior eo missus est Asinius Pollio, cujus adventu Cato ex Sicilia profugit. *Plutarchus* in Caton. p. 785. Πυθόμενος δὲ (Κάτων)

ciliam Curionem proprætorem cum legionibus III. eundem, quum Siciliam recepisset, protinus in Africam transducere exercitum jubet. Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato: Africam sorte Tu-
3 bero obtinere debebat. Caralitani, simul ad se Valerium mitti audierunt, nondum profecto ex Italia, sua sponte ex oppido Cottam ejiciunt. Ille perterritus, quod omnem provinciam consentire intelligeret, ex
4 Sardinia in Africam profugit. Cato in Sicilia naves longas veteres reficiebat, novas civitatibus imperabat: hæc magno studio agebat: in Lucanis, Brutiisque, per legatos suos civium R. delectus habebat: equitum peditumque certum numerum à civitatibus Siciliæ exi-
5 gebat. Quibus rebus pene perfectis adventu Curionis cognito, [1] queritur in concione *sese projectum ac proditum à Cn. Pompejo; qui, omnibus rebus imparatissimus, non necessarium bellum suscepisset; & ab se, reliquisque in Senatu interrogatus, omnia sibi esse ad bellum apta ac parata confirmasset*. Hæc in concione questus, ex provincia fugit.

1 XXXI. Nacti vacuas ab imperiis, Sardiniam Valerius, Curio Siciliam, cum exercitibus eo perveniunt.
2 Tubero quum in Africam venisset, invenit in provincia cum imperio Attium Varum, qui ad Auximum, ut

των) Ἀσίνιον Πολλίωνα παρὰ τῶν πολεμίων ἀφῖχθαι μετὰ δυνάμεως εἰς Μεσσήνην &c. ἐξέπλευσεν. *Appianus* Civil. lib. II. pag. 452. ed. Steph. Ἀσίνιός τε Πολλίων εἰς Σικελίαν πεμφθεὶς, ἧς ἡγεῖτο Κάτων, πυθανομένῳ τῷ Κάτωνι, πότερα τῆς βουλῆς ἢ τοῦ δήμου δόγμα φέρων, εἰς ἀλλοτρίαν ἐμβάλλοι, οὐδὲν ἀπεκρίνατο, Ὁ τῆς Ἰταλίας κρατῶν ἐπὶ ταῦτα ἔπεμψε. καὶ Κάτων μὲν τοσόνδε ἀποκρινάμενος, ὅτι φειδοῖ τῶν ὑπηκόων οὐκ ἐνταῦθα αὐτὸν ἀμυνεῖται, διέπλευσεν ἐς Κερκύρας (Male: an supplendum ἐς Κερκύραν, καὶ ἐκ Κερκύρας; ut mendum procrearit vocum similitudo) ἐς Πομπήιον. Et pag. 453. Κουρίωνα μὲν ἀντὶ Κάτωνος ᾑρεῖτο ἡγεῖσθαι Σικελίας. Si ita se res habet, falsus est noster, qui Catonem non nisi post adventum Curionis è provincia excessisse narrat. *Davies.*

1. *Queritur in concione sese projectum & proditum à Cn. Pompejo*] Fictum hoc videtur, nam Cato, si ita tulerat animus, *Siciliam tenere nullo negotio poterat*, ut testatus est *Cicero* ad Attic. lib X. epist. XVI. quod & ipse sensit, si *Plutarcho* fides. Adi vit. Catonis p. 785. *Idem.*

ut ſupra demonſtravimus, amiſſis cohortibus, protinus ex fuga in Africam pervenerat; atque eam ſua ſponte vacuam occupaverat, delectuque habito, II legiones effecerat, hominum & locorum notitia, & uſu ejus provinciæ nactus aditus ad ea conanda, quod paucis ante annis [1] ex prætura eam provinciam obtinuerat.
Hic venientem Uticam cum navibus Tuberonem por- 3
tu atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur, ſed ſublatis anchoris excedere eo loco cogit.

XXXII. His rebus confectis Cæſar, ut reliquum 1
tempus à labore intermitteretur, milites in proxima
municipia deducit. ipſe ad Urbem proficiſcitur. Coa- 2
cto Senatu, injurias inimicorum commemorat: *docet ſe nullum extraordinarium honorem appetiſſe, ſed exſpectato legitimo tempore conſulatus, eo fuiſſe contentum, quod o-*
*mnibus civibus pateret: latum ab* X *Tribunis pl. contradi-* 3
*centibus inimicis, Catone vero acerrime repugnante, & pristina conſuetudine* [2] *dicendi mora* [3] *dies extrahente, ut ſui ratio abſentis haberetur, ipſo conſule Pompejo: qui ſi improbaſſet, cur ferri paſſus eſſet? ſin probaſſet, cur ſe uti populi*
*beneficio prohibuiſſet? Patientiam proponit ſuam, quum de* 4
*exer-*

1. *Ex prætura*] Poſt præturam. Vide *J. Fr. Gronovium* Obſerv. lib. IV. cap. XX. At MS. *Norvic.* habet *paucis ante annis* prætor *eam provinciam obtinuerat*. Et ſic *Cicero* pro Ligario p. 2471. *Interim P. Attius Varus, qui* prætor *Africam obtinuerat, Uticam venit*. Veteres autem editi vulgatam ſcripturam retinent. *Davies*.

2. *Dicendi mora dies extrahente*] Hoc factum à Senatoribus, quibus non arriſit res, de qua agebatur. *Atejus Capito* de Offic. Senat. apud *A. Gellium* Noct. Attic. lib. IV. cap. X. *Cato rem, quam conſulebatur, quoniam non è Rep. videbatur, perfici nolebat. Ejus rei gratia ducendæ, longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem; erat enim jus Senatori, ut ſententiam rogatus, diceret ante quicquid vellet alii rei, & quoad vellet*; & *Senatusconſultum, ante exortum aut poſt occaſum ſolem factum, ratum non fuiſſe* ex *Varrone* notavit idem ſcriptor N. A. lib. XIV. cap. VII. *Idem*.

3. *Dies extrahente*] Sic exhibent omnes Codd. quorum auctoritatem ſum ſecutus; *Joſ.* enim *Scaliger* ex conjectura repoſuerat *diem extrahente*. Perperam; nam veri eſt ſimile ea de re ſæpius actum fuiſſe, quare Cato, ne fieret SC. dicendo plures dies exemit, ut etiam vidit *Joan. Frid. Gronovius* ad *Livii* lib. XXII. c. XVIII. *Davies*

*exercitibus dimittendis ultro postulavisset ; in quo jacturam*
5 *dignitatis atque honoris ipse facturus esset. Acerbitatem ini-*
*micorum docet ; qui, quod ab altero postularent, in se re-*
*cusarent, atque omnia permisceri mallent, quam imperium*
6 *exercitusque dimittere. Injuriam in eripiendis legionibus præ-*
*dicat ; crudelitatem & insolentiam in circumscribendis Tri-*
*bunis pl. conditiones à se latas & expetita colloquia, & de-*
7 *negata, commemorat. pro quibus rebus orat ac postulat, Remp.*
*suscipiant, atque una secum administrent. sin timore defugi-*
*ant,* [1] *illis se oneri non futurum, & per se Rempubl. ad-*
8 *ministraturum. legatos ad Pompejum de compositione mitti*
*oportere : neque se reformidare, quod in senatu paullo ante*
*Pompejus dixisset, ad quos legati mitterentur, iis auctori-*
*tatem attribui ; timoremque eorum, qui mitterent, signifi-*
*cari : tenuis, atque infirmi hæc animi videri : se vero,*
[2] *ut operibus anteire studuerit, sic justitia & æquitate vel-*
*le superare.*

1 XXXIII. Probat rem Senatus de mittendis legatis :
sed qui mitterentur, non reperiebantur : maximeque
timoris caussa pro se quisque id munus legationis recu-
2 sabat. Pompejus enim discedens ab urbe in Senatu di-
xerat, eodem se habiturum loco, qui Romæ reman-
3 sissent, & qui in castris Cæsaris fuissent. Sic triduum
disputationibus excusationibusque extrahitur. Subjicitur
etiam

1. *Illis se oneri non futurum*] Sic editt. *Rom.* & *Beroald.* at *Ven.* *Illis se honori non futurum.* MSS. autem *Carrar.* & *Ciacc.* *Illi se oneri non defuturum*, cui lectioni fere accedunt editt. *Paris.* & *Gryph.* in quibus est *illi se honori non defuturum*, nec abhorret MS. *Norvic.* habet enim *illis se oneri non defuturum.* Sic supra locutus est *Cæsar* hujusce libri cap. I. *L. Lentulus Consul* Senatu Reique publ. se non defuturum *pollicetur.* Vide & lib. III. B. C. cap. XCIII. *Davies.*

2. *Ut operibus anteire studuerit*] Sic edidi fidem secutus MSS. *Norvic.* & *Ursin.* quam lectionem & ipse *Fulvius* probavit. Alludunt editt. *Rom.* *Ven.* *Beroald.* in quibus legitur *operibus ante studuerit.* Opera sunt res gestæ. Sic *Justinus* lib. II. cap. VI, I. *Operaque Atheniensium effectu majora quam voto fuere.* *Vellejus Paterculus* lib. II. cap. CVI. *Pro Dii boni, quanti voluminis opera insequenti æstate, sub duce Tiberio Cæsare, gessimus.* *Jos. Scaliger* ex nonnullis Codd. edidit *ut opibus anteire studuerit*, nimirum Pompejus ; inficete prorsus : ab hac tamen lectione ne latum quidem unguem recesserunt editores nuperi. *Davies.*

etiam L. Metellus Tribunus pleb. ab inimicis Cæſaris, qui hanc rem diſtrahat; reliquaſque res, quaſcunque
agere inſtituerit, impediat. Cujus cognito conſilio, 4
Cæſar, fruſtra diebus aliquot conſumptis, ne reliquum tempus omittat, infectis iis, quæ agere deſtinaverat, ab urbe proficiſcitur, atque in ulteriorem Galliam pervenit.

XXXIV. Quo quum veniſſet, cognoſcit miſſum in 1
Hiſpaniam à Pompejo Vibullium Rufum, quem paucis diebus ante Corfinio captum dimiſerat: profectum 2
item Domitium ad occupandum Maſſiliam navibus actuariis VII, quas Igili & in Coſano à privatis coactas, ſervis, libertis, colonis ſuis compleverat. præmiſſos e- 3
tiam legatos Maſſilienſes [1] domi nobiles adoleſcentes; quos ab Urbe diſcedens Pompejus erat adhortatus, ne nova Cæſaris officia [2] veterum ſuorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acce- 4
ptis Maſſilienſes portas Cæſari clauſerant: Albicos, barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant, monteſque ſupra Maſſiliam incolebant, ad ſe vocaverant: frumentum ex finitimis regionibus, atque ex o- 5
mnibus caſtellis in urbem convexerant; armorum officinas in urbe inſtituerant: muros, claſſem portaſque refecerant.

XXXV. Evocat ad ſe Cæſar [3] Maſſilienſium XV pri- 1
mos:

1. *Domi nobiles adoleſcentes*] Ita legendum conjecit *Pet. Ciacconius*, quem ſecuti ſunt *Joſ. Scaliger* & recentiores. MSS. & vett. cuſi *domum* exhibent. Sic cap. XXXV. *Cujus orationem domum legati referunt*. Diſtingue igitur *præmiſſos etiam legatos Maſſilienſes domum, nobiles adoleſcentes*. Davies.

2. *Veterum ſuorum beneficiorum*] Sic repoſui ex omnibus MSS. & antiquitus impreſſis, nihil enim eſt cauſæ, cur, repugnantibus Codicibus, *veterem* cum *Joſ. Scaligero* legamus. *Idem*.

3. *Maſſilienſium XV primos*] Πεντεκαίδεκα προεστῶτας. Nam ut ex Strabone diſcimus lib. IV. διοικοῦνται ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων εὐνομώτατα· ἀνδρῶν χ' καταστήσαντες συνέδριον, διὰ βίου ταύτην ἐχόντων τὴν τιμήν, οὓς Τιμούχους καλοῦσι· πεντεκαίδεκα δ' εἰσὶ τοῦ συνεδρίου προεστῶτες, τούτοις δὲ τὰ πρόχειρα διοικεῖν δέδοται. πάλιν δὲ τῶν ιε' προκάθηνται τρεῖς οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες. Igitur ſexcenti Senatores Maſſilienſibus, in his XV viri, quos Τιμούχους vocant, præcellebant; & inter

mos: cum his agit, ne initium inferendi belli à Massiliensibus oriatur: *debere eos Italiæ totius auctoritatem se-*
2 *qui potius, quam unius hominis voluntati obtemperare.* Reliqua, quæ ad eorum sanandas mentes pertinere arbi-
3 trabatur, commemorat. Cujus orationem domum legati referunt, atque [1] ex auctoritate hæc Cæsari renunciant: *Intelligere se divisum esse populum R. in partes duas: neque sui judicii, neque* [2] *suarum esse virium decer-*
4 *nere, utra pars justiorem habeat caussam: principes vero esse earum partium Cn. Pompejum, & C. Cæsarem, patronos civitatis; quorum alter agros Volcarum Arecomicorum & Helviorum publice iis concesserit: alter bello victas Gallias*
5 *attribuerit, vectigaliaque auxerit. quare paribus eorum beneficiis, parem se quoque voluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum juvare, aut urbe, aut portubus recipere.*

1 XXXVI. Hæc dum inter eos aguntur, Domitius navibus Massiliam pervenit; atque ab iis receptus urbi præficitur. Summa ei belli administrandi permittitur.
2 Ejus imperio classem quoquo versus dimittunt: onerarias naves, quas ubique possunt, deprehendunt, atque in portum deducunt: [3] earum clavis, aut materia,

ter τιμοῦχοι tres præsidebant. Etiam meminit Lucianus, qui Massiliæ rhetorem egit, in Toxari pag. 71. ubi loquitur de Menecrate Massiliensi, & ejusdem urbis judicibus. χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν ἐκ καταδίκης, ὅτε περ καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος γνώμην παράνομον *Aliquando verò suis facultatibus est multatus Menecrates, & eodem quoque tempore infamis pronunciatus a sexcentis viris, tanquam iniquæ sententiæ autor.* Etiam Valerius Maxim. lib. II. cap. VI. ait: *venenum datur ei, qui caussas Sexcentis (id enim Senatus ejus nomen est) exhibuit,* &c. *D. Vossius.*

1. *Ex auctoritate hæc Cæsari renunciant*] Scilicet *publica.* Noli cum Ciacconio dicere hic deesse vocem aliquam. Elegantius subticetur *Idem.*

2. *Suarum esse virium decernere*] Judicare, vel certum statuere. Editt. *discernere*, sed nos secuti sumus certissimam emendationem summi viri *J. Fr. Gronovii*, qui de harum vocum discrimine videndus est Observ. lib. III. cap. XIII. pag. 547. *Davies.*

3. *Earum clavis, aut materia, atque armamentis instructis*] Aliter ut vett. editt. & mss. Cujac. Pet. Pal. Bong. & noster: in quibus constanter legitur: *parum clavis materia atque armamentis instructis.* Nisi qnod vett. edition. habent, *parum clausis.* Expen-

ria, atque armamentis instructis ad reliquas armandas reficiendasque utuntur: frumenti quod inventum est, 3
in publicum conferunt: reliquas merces commeatusque ad obsidionem urbis, si accidat, reservant. Qui- 4
bus injuriis permotus Cæsar, legiones III Massiliam adducit: turres, vineasque ad oppugnationem urbis agere, naves longas Arelate numero XII facere instituit.
Quibus effectis armatisque diebus XXX, à qua die ma- 5
teria cæsa est, adductisque Massiliam, his D. Brutum præfecit: C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliæ relinquit.

XXXVII.

pendamus. Ait Cæsar, Massilienses naves onerarias, quas deprehendissent, in portum suum deduxisse: subditur, *earum clavis aut materia atque armamentis instructis ad reliquas armandas reficiendasque utuntur.* h. e. navium onerariarum clavis, materia, deinde & armamentis, quæ super instructa iis erant, usos Massilienses ad veteres reficiendas. Ergo si ita sumas necessario vox instructis refertur ad armamenta, quæ navibus instruuntur: qualia sunt tormenta, scorpiones, atque id genus alia. Jam veró si cum mssis legere placet, *parum clavis aut materia atque armamentis instructis, ad reliquas armandas*, &c. hoc modo mens sit, Massilienses naves in portum deducunt: sed illis, quæ parum instructæ clavis, materia, aut armamentis, usi sunt ad cæteras reparandas. Ut *τὸ instructis* referatur ad *parum*. Sed unum hic obstat, quod navis semper est instructa clavis. Jam vero quid de materie dicemus. Nam Cæsari *materies* est lignum toto fere opere suo: & quomodo possit navis ligno parum instructa esse: nisi parum instructas illas vocemus, quæ ex tenuioribus lignis sunt. Priorem tamen lectionem, quia Scaligero & aliis placuit, rejicere nolo: sed amplius deliberandum; nam ut verum dicam non satis auribus meis placet illud *armamentis instructis*, & mallem abesse posterius vocabulum. Ciacconius ait vocem juris esse, quod non nego: verum si ita eam hic accipiamus quomodo accipitur ff. de instruct. & instrum. legato, necessario vox *instructis*, refertur ad *earum*, ut dicat Cæsar naves armamentis instructas: atque tunc omnino mihi videtur non rejiciendum esse illud *parum*: imo præferendum. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Multum hic loci sudat *D. Vossius*; haud tamen se expediit. MSS. *Cujac. Pet. Pal. Bongars.* & *Voss.* *parum clavis, materia, atque armamentis instructis.* MS. *Norvic. parum clavis aut materia &c.* Editt. *Rom. Ven. parum clavis aut materia aut armamentis instructis.* Sic & *Beroald.* nisi quod illa *clausis* pro *clavis* perperam exhibeat. Omnino legendum *parum clavis, materia, atque armamentis instructi*, vel prope ad veteres editos *parum clavis, aut materia aut armamentis instructi.* Armamenta sunt vela, funes, reliquusque navium apparatus. Noster lib. III. B. G. cap. XIV. *Quum omnis Gallicis navibus spes in velis* armamentisque *consisteret.* Vide & lib. IV. cap. XXIX. *Davies.*

1 XXXVII. Dum hæc parat atque adminiſtrat, C. Fabium legatum cum legionibus III, quas Narbone, circumque ea loca, hiemandi cauſſa, diſpoſuerat, in
2 Hiſpaniam præmittit; celeriterque Pyrenæos ſaltus occupari jubet; qui eo tempore ab L. Afranio legato præſidiis tenebantur. Legiones reliquas, quæ longius hie-
3 mabant, ſubſequi jubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate, præſidium ex ſaltu dejecit, magniſque itineribus ad exercitum Afranii contendit.

1 XXXVIII. Adventu Vibullii Rufi, quem à Pompejo miſſum in Hiſpaniam demonſtratum eſt, Afranius, & Petrejus, & Varro legati Pompeji, quorum unus III legionibus Hiſpaniam citeriorem; [1] alter à ſaltu Caſtulonenſi, ad Anam, II legionibus; tertius ab Ana, Vettonum agrum, Luſitaniamque pari numero legionum obtinebat, officia inter ſe partiuntur;
2 ut Petrejus ex Luſitania per Vettones cum omnibus copiis ad Afranium proficiſcatur; Varro cum iis, quas habebat, legionibus omnem ulteriorem Hiſpaniam
3 tueatur. His rebus conſtitutis, equites, auxiliaque toti Luſitaniæ à Petrejo; Celtiberis, Cantabris, barbariſque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur. quibus coactis, celeriter Petrejus per Vet-
4 tones ad Afranium pervenit. Conſtituunt communi conſilio

1. *Alter à ſaltu Caſtulonenſi*] *Caſtulo* oppidum, & *Caſtulonenſes* populi. Quorum meminit præter alios Plinius l. III. H.N. c. III. *Ex colonia Salarienſe oppidani Latii veteris Caſtulonenſes, qui Cæſari venales appellantur.* Neſcio quid ſibi velit per illa verba, *qui Cæſari venales appellantur.* Sed Caſtulonis nomen paſſim in Strabone corruptum & Καςαῶνα ſæpius ibi legas: pro quo magnus Caſaubonus emendabat Καςαλῶνα: malo Καςλῶνα, ut *Tuſculum* Græci Τῦσκλον, ſic *Caſtulonem*, dixere Καςλῶνα. Ita enim potius arbitror ſcripſiſſe Strabonem, & dico facilius potuiſſe Λ in Α abire, quam ut ubique totum Α omitteretur. Librarii omiſere illud Λ in Καςλῶνα, quia rarum in lingua Græca talis vox. Plutarchus quoque Καςλῶνα ni *fallor* vocat, more eodem quoque ΥΛ mutatur in Λ. Stephanus libro περὶ πόλεων Καςαλῶνα vocat ex Artemidoro, ut utrumque ſcribere liceat. Vide Caſaub. ad Strab. notas, & ſcr. Cluv. Sed Caſtulonenſis ſaltus nullam apud autores mentionem legi. *D. Voſſius.*

silio bellum ad Ilerdam, propter ipsius loci opportunitatem, gerere.

XXXIX. Erant, ut supra demonstratum est, legiones Afranii III, Petreji II, præterea [1] scutati citerioris provinciæ & cetratæ ulterioris Hispaniæ cohortes circiter XXC, equitum utriusque provinciæ circiter 1
V millia. Cæsar legiones in Hispaniam præmiserat, ad 2
VI millia auxilia peditum, equitum III millia, quæ omnibus superioribus bellis habuerat, & parem ex Gallia numerum, [2] quem ipse paraverat, nominatum ex omnibus civitatibus, nobilissimo, & fortissimo quoque evocato. [3] Hinc optimi generis hominum ex Aquitanis montanisque, qui Galliam provinciam attingunt.
Audierat Pompejum per Mauritaniam cum legionibus 3
iter in Hispaniam facere, confestimque esse venturum. Simul à tribunis militum centurionibusque mutuas pecunias sumpsit. has exercitui distribuit. Quo facto, duas 4
res consecutus est, quod pignore animos centurionum de-

1. *Scutati citerioris provinciæ*] In omnibus Codd. est *scutatæ*, nec audiendus est *Jos. Scaliger*, qui contra eorum fidem mutavit. *Scutatæ* autem & *cetratæ* dicuntur non provinciæ, ut perperam arbitratus est *Fr. Hotomannus*, sed cohortes, ab armis quæ gerebant. *Davies.*

2. *Quem ipse paraverat*] alii *petiverat*. *Faërnus*, *quam ipse pacaverat*. Et sic MS. *Norvic.* *Idem.*

3. *Hinc optimi generis hominum ex Aquitanis montanisque, qui Galliam provinciam attingunt. Audierat*] Locus est vitiatus. MS. *Norvic.* *huic optimi*: liber *Ach. Statii huc optimi*. Codices *Carrar.* & *Ursin.* *postquam audierat*, quam lectionem probat *Ciacconius*. Lego & distinguo *fortissimo quoque evocato*; adhuc *optimi generis* homines (ut habet ed. *Vascos.* vel potius *hominum M.*). ex *Aquitanis montanisque qui Galliam provinciam attingunt*, *postquam audierat* &c. Nescio qua Librariorum incuria sæpe factum, ut una aut altera littera omittatur. Apud *Cl. Mamertinum* Pan. II. cap. VI, 6. *Uterque*, *qualem accipit & reddit*, *Oceanus*. Sic libri, nullo sensu: *Janus Gruterus* legit *qua lucem*, malim *qua solem*. Ita fere *Latinus Pacatus* Pan. XII. cap. II, 1. *Qua littus Oceani cadentem excipit solem*, & hoc modo passim Poetæ. Si quæratur, unde fit, ut postquam Galliæ meminerit, Aquitaniæ, quæ ejus pars est, mentionem faciat, facile respondemus, in superioribus verbis Galliam proprie dictam seu Celticam intelligi. Quin & nonnulli, qui hanc distinctionem in animo non habuerunt, Aquitaniam à Gallia separant. *Vitruvius* lib. II. cap. I. *Ex his rebus ædificia constituuntur, ut in Gallia, Hispania, Lusitania, Aquitania, scandulis robusteis aut stramentis.* Hanc etiam rationem observant inferioris ætatis scriptores, ut notavit *Chr. Cellarius* ad *Sexti Rufi* Breviar. cap. VI. p. 14. *Idem.*

devinxit, & largitione redemit militum voluntates.

1 XL. Fabius finitimarum civitatum animos literis nunciisque tentabat. In Sicore flumine pontes effecerat duos, inter se distantes millia passuum IV. his pontibus pabulatum mittebat: quod ea, quæ citra flumen fuerant,
2 superioribus diebus consumpserat. Hoc idem fere, atque eadem de caussâ Pompejani exercitus duces faciebant; crebroque inter se equestribus prœliis contende-
3 bant. [1] Huc quum quotidiana consuetudine congressæ pabulatoribus præsidio proprio legiones Fabianæ II flumen transissent; impedimentaque, & omnis equitatus sequeretur; [2] subito vi ventorum, & aquæ ma-

1. *Huc cum quotidiana consuetudine congressæ pabulatoribus præsidio proprio legiones*] Sic in tribus mssis legitur. Certum tamen mihi ita Cæsarem non scripsisse. Vocem *congressæ* Scaliger, velut inducendam, uncis incluserat. Si *digressæ* vel *progressæ* legas tolero eam. Quamquam nec *congressæ* malè, pro simul egressæ: illud *proprio*, à quo, & quamobrem adjectum sit, divinare nequeo. Emendo *propere*. Et videtur id innuere Cæsar, cum ait subsecutos postea equites. Sane sensus percommodus est, si legas: *cum quotidiana consuetudine congressæ pabulatoribus, propere legiones Fabianæ II flumen transissent: impedimentaque & omnis equitatus sequeretur.* D. Vossius.

*Ibid.*] Duabus vocibus expunctis legit *Jos. Scaliger*; *huc quum quotidiana consuetudine pabulatoribus præsidio legiones*; *D.* autem *Vossius*, deleto *præsidio*, reponit *huc quum quotidiana consuetudine congressæ pabulatoribus, propere legiones* &c. *Hotomannus* autem *progressæ* loco *congressæ* ponit. Mihi sana videtur lectio vulgata, si legas *hinc quum quotidiana* &c. *Proprium*, quod fefellit interpretes, hic perpetuum denotat. Sic apud *Terentium* Andr. Act. IV. Sc. III, I. *Nihilne esse proprium cuiquam?* Ubi *Donatus*, *proprium*, inquit, *perpetuum*, ut *Virgilius*

——— *Propria hæc si dona fuissent.*

Vide & Act. V. Sc. V, 4. Quod *Cæsar præsidium proprium*, *Livius* lib. XXXVI. cap. XVIII. *præsidium assuetum* vocavit. *Davies.*

2. *Subito vi jumentorum & aquæ magnitudine*] Falsum est pontem jumentorum vi ruptum: ipse Cæsar ait infra: *Pons qui fuerat tempestate interruptus.* Præterea ratio ipsa ostendit vel illud *vi jumentorum*, vel hæc, *aquæ magnitudine*, absurda esse. Nam, si aqua pontem disjecit, non potuere jumenta, quia quanto gravius pondus incumberet ponti, tantò minus aquæ eum disjicere poterant. Rursum si fractus est pondere jumentorum, nihil hic opus addi de aquis: nisi quis dicere velit de aquis addi, ut ostenderetur abrepta flumine esse, quæ pontem perfregerant. Sed hoc extra rem & mentem Cæsaris. Unde mirari subit, magnum Scaligerum ita edidisse. Nec dubito quin moverint illum verba *reliqua multitudo equitum interclusa.* Sed illud reliqua dicitur respectu legionum quæ jam transierant: quin & demus, transiisse partem equitum, nullus tamen inde collegerit, pondere cæterorum fractum pontem fuisse. In mssis tribus non legitur illud

magnitudine pons est interruptus, & reliqua multitudo equitum interclusa. Quo cognito [1] à Petrejo & 4
Afranio ex aggere atque cratibus, quæ flumine ferebantur, celeriter ponte Afranius, quem oppido castrisque conjunctum habebat, legiones IV equitatumque omnem transjecit, duabusque Fabianis occurrit legionibus. Cujus adventu nunciato, L. Plancus, qui le- 5
gionibus præerat, necessaria re coactus, locum capit superiorem; diversamque aciem in duas partes constituit; ne ab equitatu circumveniri possit. Ita, congres- 6
sus impari numero, magnos impetus legionum equitatusque sustinet. Commisso ab equitibus prœlio, signa 7
II legionum procul ab utrisque conspiciuntur, quas C. Fabius ulteriore ponte subsidio nostris miserat, suspicatus fore id, quod accidit, ut duces adversariorum occasione & beneficio fortunæ ad nostros opprimendos uterentur: quarum adventu prœlium dirimitur, ac suas uterque legiones reducit in castra.

XLI. Eo biduo Cæsar cum equitibus DCCCC, quos 1
sibi præsidio reliquerat, in castra pervenit. [2] Pons, qui fue-

illud *vi* sed ἁπλῶς *subito jumentorum:* quis dubitat quin emendemus, *vi ventorum*. Hæc cogitaveram: nunc video idem placuisse Pantagatho. Nec ultra de veritate dubito: præsertim cum in Orosio quoque legatur *subita vi ventorum*. D. Vossius.

*Ibid.*] Editt. nuperæ *vi jumentorum*; sed, ut nos reposuimus, disserte exhibet MS. *Norvic.* & ita rescribendum conjecere *Oct. Pantagathus*, *Pet. Ciacconius*, *Fr. Hotomannus* & *Dionys. Vossius*; non enim jumentorum pondere, sed *tempestate pons erat interruptus*, quemadmodum testatur *Cæsar* cap. XLI. Sic etiam legit *Orosius*, ut dubium esse nequeat, quin proba sit MS. *Norvic.* scriptura, ad quam prope accedunt tres MSS. *Voss.* & editt. *Rom. Ven. Beroald*, quæ, omissa voce *vi*, *jumentorum* solummodo repræsentant. *Davies.*

1. *A Petrejo & Afranio*] Has voces Glossematis suspectas habuit *Pet. Ciacconius*, cujus calculo suum adjecit *Jos. Scaliger*. Sed nimis erant delicati, ac hoc additamentum fuit necessarium, quia, quamvis uterque pontem fuisse interruptum senserit, solus in expeditionem venit Afranius. *Idem.*

2. *Pons, qui fuerat tempestate interruptus, neque erat refectus, hunc noctu perfici jussit*] Est ἀνακόλουθον, leges enim Grammaticæ postulant, ut vel *pontem* initio poneret, vel in fine orationis diceretur *noctu perfici jussus est*. Hujusmodi tamen phraseων συγχύσεις non refugiunt boni auctores. *Terentius* Hecyr. Act. III. Sc. 1, 6.



Nam

fuerat tempestate interruptus, [1] neque erat refectus;
2 hunc noctu perfici jussit. Ipse, cognita locorum na-
tura, ponti castrisque præsidio VI cohortes relinquit,
atque omnia impedimenta: & postero die omnibus co-
piis triplici instructa acie, ad Ilerdam proficiscitur, &
sub castris Afranii constitit: & ibi paulisper sub armis
moratus, facit æquo loco pugnandi potestatem. Pote-
state facta, Afranius copias educit, & [2] in medio col-
3 le sub castris constitit. Cæsar, ubi cognovit per Afra-
nium stare, quo minus prœlio dimicaretur, ab infi-
mis radicibus montis, intermissis circiter passibus CD,
4 castra facere constituit; &, ne in opere faciendo mili-
tes repentino hostium incursu exterrerentur, atque o-
pere prohiberentur, vallo muniri vetuit, quod emine-
re, & procul videri necesse erat. sed à fronte contra
hostem pedum XV fossam fieri jussit. Prima, & secun-
da acies in armis, ut ab initio constituta erat, perma-
5 nebat. post hos opus in occulto acies tertia faciebat. Sic
omne prius est perfectum, quam intelligeretur ab Afra-
nio castra muniri.

XLII.

*Nam* NOS OMNES, *quibus est alicunde aliquis objectus labos, Omne quod est interea tempus; priusquam id rescitum est*, LUCRO EST. Ubi *Donatus*, *hac*, inquit, *figura usus est etiam* Tullius *pro Murana*. Prætor quoque, ne se pulcrum ac beatum putaret, ei quoque carmen compositum est. *Nam ille Dativum casum subjecit, cum præposuisset nominativum.* Unde patet frustra esse, ut passim, morosum illum Criticum *Fr. Guietum*, qui reposuit *omnibus nam, quibus est aliunde* &c. Similis etiam est loquendi modus apud *Lucam* Act. Apost. cap. VII, 40. Ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος —— οὐκ οἴδαμεν τί ἐγένετο αὐτῷ. Sic & *Julius Obsequens* de Prodig. cap. LVI. *Didius Lælius legatus Pompeji —— proxime Pompejo in castris sedenti accipiter, supra caput accesserat.* Sæpe ita loquuntur *Ælianus*, aliique scriptores Græci. *Davies.*

1. *Neque erat refectus*] Hæc lectio ortum habuit à conjectura *Pet. Ciacconii*, quem secutus est *Jos. Scaliger*. Omnes Codices exhibent *pæne erat refectus*, nec video, cur illa scriptura rejiciatur. Interpunge igitur, *pons, qui fuerat tempestate interruptus, pæne erat refectus. Hunc noctu* &c. Si hunc legendi modum probes, nulla erit figura. *Idem.*

2. *In medio colle sub castris constitit*] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *sub castris constituit*, hoc est, collocavit. *Velleius Paterculus* lib. II. cap. XXXII. *Reliquias eorum contractas —— in certa sede constituit.* Vide & hujusce libri cap. XLII. Hanc sane lectionem præfero; verbum enim, quod antecessit, præsentis est temporis. *Idem.*

XLII. Sub vesperum Cæsar [1] intra hanc fossam le- 1
giones reducit, atque ibi sub armis proxima nocte con-
quiescit. Postero die omnem exercitum intra fossam
continet: &, quod longius erat agger petendus, in
præsentia similem rationem operis instituit; singula-
que latera castrorum singulis attribuit legionibus mu-
nienda; fossasque ad eandem magnitudinem perfici ju-
bet. reliquas legiones in armis expeditas contra hostem
constituit. Afranius, Petrejusque, terrendi caussa, 2
atque operis impediendi, copias suas ad infimas mon-
tis radices producunt, & prœlio lacessunt. neque id- 3
circo Cæsar opus intermittit confisus præsidio legio-
num III, & munitione fossæ. Illi non diu commora- 4
ti, nec longius ab infimo colle progressi copias in ca-
stra reducunt. III die Cæsar vallo castra communit: 5
reliquas cohortes, quas in superioribus castris reliquer-
rat, impedimentaque ad se transduci jubet.

XLIII. Erat inter oppidum Ilerdam, & proximum 1
collem, ubi castra Petrejus atque Afranius habebant,
planicies circiter passuum CCC. atque in hoc fere medio 2
spatio tumulus erat paullo editior: quem si occupasset
Cæsar, & communisset, ab oppido, & ponte, & com-
meatu omni, quem in oppidum contulerant, se inter-
clusurum adversarios confidebat. Hoc sperans, legio-
nes III ex castris educit: acieque in locis idoneis in- 3
structa, unius legionis [2] antesignanos præcurrere, at-
que occupare eum tumulum jubet. Qua re cognita, 4
celeriter, quæ in statione pro castris erant Afranii co-
hortes, breviore itinere ad eundem occupandum lo-
cum mittuntur. Contenditur prœlio, &, quod prius 5
in

1. *Intra hanc fossam legiones reducit*] Editt. *Rom. Ven. Beroald. legiones deducit.* Sic noster cum alibi, tum hujusce libri cap. XXXII. *Milites in proxima municipia deducit.* Ac hæc quidem lectio mihi videtur revocanda; neque enim *Cæsar* legiones in fossam prius duxerat. *Davies.*

2. *Antesignanos præcurrere*] Nihil novaturum movent IV mss. Cujac. Petav. Palat. Bong. quorum autoritate scribo *procurrere.* D. Vossius. Cum iis facit MS. *Norvic.* Davies.

in tumulum Afraniani venerant, noſtri repelluntur; atque, aliis ſummiſſis ſubſidiis, terga vertere, ſeque ad ſigna legionum recipere coguntur.

1 XLIV. Genus erat pugnæ militum illorum, ut magno impetu primo procurrerent, audacter locum caperent,
2 ordines ſuos non magnopere ſervarent, rari diſperſique pugnarent; ſi premerentur, pedem referre, & loco excedere non turpe exiſtimarent, cum Luſitanis, reliquiſque barbaris genere quodam pugnæ aſſuefacti:
3 quod fere fit, quibus quiſque in locis miles inveteravit, uti multum earum regionum conſuetudine
4 moveatur. Hæc tamen ratio [1] noſtros perturbat inſuetos hujus pugnæ. circumiri enim ſeſe ab aperto latere, procurrentibus ſingulis, arbitrabantur: ipſi autem ſuos ordines ſervare neque ab ſignis diſcedere, neque ſine gravi cauſſa eum locum, quem ceperant, dimitti cen-
5 ſuerant oportere. Itaque, perturbatis anteſignanis, legio, quæ in eo cornu conſtiterat, locum non tenuit, atque in proximum collem ſeſe recepit.

1 XLV. Cæſar pene omni acie perterrita, quod præter opinionem conſuetudinemque acciderat, cohortatus ſuos, legionem IX ſubſidio ducit: hoſtem inſolenter, atque acriter [2] noſtros inſequentem ſupprimit, rurſuſque terga vertere, ſeque ad oppidum Ilerdam re-
2 cipere, & ſub muro conſiſtere cogit. Sed IX legionis milites elati ſtudio, dum ſarcire acceptum detrimentum volunt, temere inſecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur, & ſub montem, in quo erat op-
3 pidum poſitum, ſuccedunt. hinc ſe recipere quum vellent, rurſus illi ex loco ſuperiore noſtros premebant.

Præ-

1. *Noſtros perturbat* ] MS. *Norvic.* habet *noſtros perturbavit*; quod melius convenit cum eo, quod ſequitur *circumiri enim ſe aperto latere arbitrabantur.* Davies.

2. *Noſtros inſequentem ſupprimit* ] Reprimit, moratur. *Cæſar* hujuſce libri cap. LXVI. *Ne ab equitatu Cæſaris in anguſtiis tenerentur, iter ſupprimunt.* Sic & *Hirtius* lib. VIII. B. G. cap. XLII. *Ea vineis & aggere ſuppreſſa* dixit, quæ ab iis erant retenta. *Idem.*

Præruptus locus erat, utraque ex parte directus; ac 4
tantum in latitudinem patebat, ut tres instructæ co-
hortes eum locum explerent, & neque subsidia à late-
ribus summitti, neque equites laborantibus usui esse
possent. ab oppido autem declivis locus tenui fastigio 5
vergebat, in longitudinem passuum circiter CD. Hac
nostris erat receptus; quod eo, incitati studio, incon-
sultius processerant. Hoc pugnabatur loco & propter 6
angustias iniquo, & quod sub ipsis radicibus montis
constiterant, ut nullum frustra telum in eos mittere-
tur: tamen virtute, & patientia nitebantur, atque o-
mnia vulnera sustinebant. [1] Augebantur illis copiæ; 7
atque ex castris cohortes per oppidum crebro summit-
tebantur; ut integri defessis succederent. Hoc idem 8
Cæsar facere cogebatur: ut, summissis in eundem lo-
cum cohortibus defessos reciperet.

XLVI. Hoc quum esset modo pugnatum conti- 1
nenter horis V, nostrique gravius à multitudine pre-
merentur; consumptis omnibus telis, gladiis districtis,
impetum adversus montem in cohortes faciunt; pau-
cisque dejectis, reliquos sese convertere cogunt. Sum- 2
motis sub murum cohortibus, ac nonnulla parte pro-
pter terrorem in oppidum compulsis, facilis est nostris
receptus datus. Equitatus autem noster ab utroque la- 3
tere, etsi dejectis aut inferioribus locis constiterat, ta-
men in summum jugum virtute connititur, atque in-
ter duas acies perequitans commodiorem ac tutiorem
nostris receptum dat. Ita vario certamine pugnatum 4
est. Nostri in primo congressu circiter LXX ceciderunt,
in

1. *Augebantur illis copiæ*] MS. *Norvic.* exhibet *augebatur illis copia*, quam lectionem mutarunt Librarii, quia nescirere *copiam* pro *copiis* interdum poni. Auctor de Bell. Hispan. cap. VI. *Ut pedestris copia in statione & in excubitu castris præsidio esse possent.* Ita enim leg. ex MS. *Norvic.* cum in vulgg. *pedestres copiæ.* *Cæsar* lib. I. B. G. cap. XLVIII. *Quos ex omni copia singuli singulos — delegerant*, ubi vide quæ notavimus. *Hirtius* Bell. Afric. cap. X. *Classem sub vesperum cum ea copia conscendit.* Et iterum. *Parva enim cum copia, & ea Tironum — se expositos videbant.* Adi etiam ejusdem libri cap. LXXX. *Davies.*

in his Q. Fulginius [1] ex primo haſtato legionis XIV, qui propter eximiam virtutem, ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat. vulnerantur amplius DC.
5 Ex Afranianis interficiuntur T. Cæcilius, primipili centurio, &, præter eum, centuriones IV, milites amplius CC.

1 XLVII. Sed hæc ejus diei præfertur opinio, ut ſe
2 utrique ſuperiores diſceſſiſſe exiſtimarent; Afraniani, quod, quum eſſe omnium judicio inferiores viderentur, cominus tamen diu ſtetiſſent, & noſtrorum impetum ſuſtinuiſſent, & initio locum tumulumque tenuiſſent, quæ cauſſa pugnandi fuerat; & noſtros primo

1. *Ex primo haſtato legionis* XIV] Lipſius lib. II. dial. VIII de militia Romana legendum putat *Centurio primi haſtati*, & errorem ortum putat ex nota, qua deſignantur Centuriones, quæ flexa ad formam flagelli, quia vitem centuriones geſtabant. Exempla in vett. lapp. innumera occurrunt: quale hoc

I. O. M.
IVL. PRIMVS
7. LEG. XIII. GEM.
V. S. L. L. M.

Ubi 7 *Leg.* XIII. *Gem.* denotat, *Centurio legionis* XIII *Gemellæ*. Ex hac nota 7 putat Lipſius inſcitia librarii ortam voculam *ex*. Equidem acutam conjecturam eſſe non negaverim: illud ambigo, an, ut in lapidibus, ita in libris quoque ea nota uſurpata reperiatur. Sane nondum eam inveni. In editis libris nonnullis eſt *primus haſtatus:* quod ſi autoritate manuſcriptorum impreſſum eſt, retineo. Nam *primus haſtatus*, & *centurio primi haſtati*, idem eſt, ut Vegetius docet. At ſi nulli ita codices habent, relinquendam cenſeo vulgatam lectionem: nam potuit Fulginius eſſe in ordine eorum, qui primi haſtati nuncupabantur, ut Centurio non fuerit. Atque ita recta ſit lectio. Malim tamen centurionem fuiſſe, quia ſubdit Cæſar, *propter eximiam virtutem*. D. Voſſius.

*Ibid.*] In nonnullis editt. contra MSS. fidem eſt *primus haſtatus*. *Juſtus* autem *Lipſius* Mil. Rom. lib. II. Dial. VIII. hic loci reponit *Centurio primi haſtati*, putatque cauſam corruptioni dediſſe notam in modum vitei flagelli curvatam, qua deſignabantur Centuriones, quia vitis erat inſigne Centurionum. Hanc ſane conjecturam probat *Joan. Brantius*, ut ſolet omnes viri maximi divinationes. At, præterquam quod ea nota in ſolis lapidibus, non in MSS. compareat, non vult Cæſar, primum haſtatum tunc fuiſſe, ſed ſuperioribus temporibus, nunc autem inter evocatos eſſe illum, qui olim primum haſtatum duxerat, ut recte notavit *J. F. Gronovius* Obſerv. lib. IV. cap. XX. p. 323. *Fulginius* enim *ex primo haſtato* denotat eum, qui primus haſtatus fuerat. *Cicero* pro Muræna p. 1781. *Cum ampliſſime atque honeſtiſſime ex prætura triumphaſſet*, hoc eſt, poſt præturam geſtam. Noſter hujuſce libri cap. XXII. *Provinciam Hiſpaniam ex prætura habuerat.* Sic & iterum capp. XXXI. & LXXXV. *Davies.*

mo congressu terga vertere coëgissent: nostri autem, 3
quod iniquo loco, atque impari congressi numero, V
horis prœlium sustinuissent, quod montem gladiis di-
strictis adscendissent, quod ex loco superiore terga ver-
tere adversarios coëgissent, atque in oppidum compu-
lissent. Illi eum tumulum, pro quo pugnatum est, 4
magnis operibus munierunt, præsidiumque ibi po-
suerunt.

XLVIII. Accidit etiam repentinum incommodum 1
biduo, quo hæc gesta sunt. tanta enim tempestas coo-
ritur, ut numquam illis locis majores aquas fuisse con-
staret. tum autem ex omnibus montibus [1] nives pro- 2
luit, ac summas ripas fluminis superavit, pontesque
ambos, quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit.
Quæ res magnas difficultates exercitui Cæsaris attulit. 3
castra enim, ut supra demonstratum est, quum essent
inter flumina duo Sicorim, & Cingam, spatio millium
XXX, neutrum horum transiri poterat, necessarioque
omnes his angustiis continebantur: neque civitates, 4
quæ ad Cæsaris amicitiam accesserant, frumentum sup-
portare; neque ii, qui pabulatum longius progressi e-
rant, interclusi fluminibus, reverti; neque maximi
comitatus, qui ex Italia Galliaque veniebant, in castra
pervenire poterant. Tempus autem erat anni difficilli- 5
mum, quo neque frumenta in herbis erant, neque mul-
tum à maturitate aberant: ac civitates exinanitæ, quod
Afranius pene omne frumentum ante Cæsaris adven-
tum Ilerdam convexerat; reliqui si quid fuerat, Cæ-
sar superioribus diebus consumpserat: pecora, quod 6
secundum poterat esse inopiæ subsidium, propter bel-
lum

1. *Nives proluit*] In editt. *Rom. Ven. Beroald*, *nix proluit*, in aliis *nix profluit*, unde *Gab. Faërnus* rescribendum censuit *nix profluxit*. Lectionem, quam in sua editione secutus est *Jos. Scaliger*, repræsentavit Codex *Fulv. Ursini*, qui tamen perperam arbitratus est *nives* in *nominativo singulari* hic antique dici, est enim *accusativi pluralis*, nam in altero casu non *nives*, sed *nivis* usurpant veteres. Vide *G. J. Vossium* in Etymol. & Art. Grammat, lib. I, c. XXI, *Davies*.

lum finitimæ civitates longius removerant: qui erant pabulandi aut frumentandi caussâ progressi, hos levis armaturæ Lusitani, peritique earum regionum cetrati citerioris Hispaniæ consectabantur, quibus erat proclive transnare flumen; quod consuetudo eorum omnium est, ut [1] sine utribus ad exercitum non eant.

1 XLIX. At exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia. multum erat frumentum provisum, & convectum superioribus temporibus: multum ex omni provincia comportabatur: magna copia pabuli suppe-
2 tebat. Harum rerum omnium facultates sine ullo periculo pons Ilerdæ præbebat, & loca trans flumen integra, quo omnino Cæsar adire non poterat.

1 L. Eæ permanserunt aquæ dies complures. Conatus est Cæsar reficere pontes. sed nec magnitudo fluminis permittebat, neque ad ripam dispositæ cohortes adver-
2 sariorum perfici patiebantur: quod illis prohibere erat facile, tum ipsius fluminis natura, atque aquæ magnitudine, tum quod ex totis ripis in unum atque angu-
3 stum locum tela jaciebantur: atque erat difficile, eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere, & tela vitare.

1 LI. Nunciatur Afranio, magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæsarem, ad flumen constitisse. Venerant eo sagittarii ex Ruthenis; equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallica
2 consuetudo. Erant prætera cujusque generis hominum millia circiter VI cum servis, liberisque; sed nullus ordo, nullum imperium certum, quum suo quisque consilio uteretur, atque omnes sine timore iter facerent, [2] usi su-

1. *Sine utribus ad exercitum non eant*] Quibus incubantes flumina transnarent. De iis vide quæ collegit vir summus *Is. Casaubonus* ad *Suetonii* Jul. cap. LVII. *Davies.*

2. *Usi superiorum temporum atque itinerum licentia*] Non malè, rescribo tamen ex Cujac. & Pet. MSto *usu superiorum temporum, atque itinerum licentia.* D. Vossius.

*Ibid.*] Sic recte MS. *Norvic.* & ed. *Beroald.* atque ita edidit *Jos. Scaliger.* Impressi *Rom. Ven.* habent *usi superiore temporum* &c. MSS. vero Car-

ſuperiorum temporum atque itinerum licentia. Erant 3
complures honeſti adoleſcentes, ſenatorum filii, & equeſtris ordinis: erant legationes civitatum; erant legati Cæſaris. hos omnes flumina continebant. Ad hos 4
opprimendos cum omni equitatu, IIIque legionibus Afranius de nocte proficiſcitur, imprudenteſque antemiſſis equitibus aggreditur. celeriter tamen ſeſe Galli equites expediunt, prœliumque committunt. Hi, dum 5
pari certamine res geri potuit, magnum hoſtium numerum pauci ſuſtinuere, ſed, ubi ſigna legionum appropinquare cœperunt, paucis amiſſis, ſeſe in montes proximos conferunt. Hoc pugnæ tempus magnum at- 6
tulit noſtris ad ſalutem momentum. nacti enim ſpatium ſe in loca ſuperiora receperunt. Deſiderati ſunt eo die ſagittarii circiter CC, equites pauci, calonum, atque impedimentorum non magnus numerus.

LII. [1] His tamen omnibus annona crevit: quæ fere 1
res [2] inopia non ſolum præſentis, ſed etiam futuri temporis timore ingraveſcere conſuevit. Jamque ad dena- 2
rios L in ſingulos modios annona pervenerat, & militum vires inopia frumenti diminuerat: atque incom- 3
moda in dies augebantur; & tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac ſe fortuna inclinaverat: ut noſtri magna inopia neceſſariarum rerum conflictarentur; illi omnibus abundarent rebus, ſuperioreſque haberentur. Cæſar iis civitatibus, quæ ad ejus 4
amicitiam acceſſerant, quo minor erat frumenti copia, pecus

*Carrar. Cujac.* & *Petav.* *uſu ſuperiorum temporum*, probante *Dionyſ. Voſſio*; quod equidem miror, quum ea lectio ſenſum idoneum vix fundat, recepta autem ſit elegantiſſima. *Davies.*

1. *His tamen omnibus*] *Nicaſius Ellebodius*, & *Fr. Hotomannus* reponunt *his tum omnibus*. Sed nihil mutandum; nam *tamen* hic idem denotat ac *tandem*, cujus ſignificationis exempla dedimus not. ad lib. VIII. B. G. cap. XIX. *Idem.*

2. *Inopia non ſolum præſentis*] Hærent Interpretes. *Pet. Ciacconius* primam vocem delet, utpote Gloſſematis ſuſpectam. Nos leniorem multo medicinam invenimus, expuncta enim litterula, ſcribendum videtur *inopia non ſolum præſenti*. Sic paullo poſt *præſentem inopiam* dixit *noſter*, ac *Juſtinus* lib. I. cap. VI. *præſentes epulas* vocavit eas, quæ tum erant inſtitutæ. *Idem.*

pecus imperabat; calones ad longinquiores civitates dimittebat. Ipse præsentem inopiam, quibus poterat subsidiis tutabatur.

1 LIII. Hæc Afranius, Petrejusque, & eorum amici, pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos per-
2 scribebant. Multa rumor fingebat: ut pene bellum confectum videretur. Quibus litteris nunciisque Romam perlatis, [1] magni domum concursus ad Afranium, ma-
3 gnæ gratulationes fiebant. multi ex Italia ad Cn. Pompejum proficiscebantur; alii, ut principes talem nuncium attulisse; alii, ne eventum belli exspectasse, aut ex omnibus novissimi venisse viderentur.

1 LIV. Quum in his angustiis res esset; atque omnes viæ ab Afranianis militibus equitibusque obsiderentur; nec pontes perfici possent: imperat militibus Cæsar, [2] ut naves faciant, cujus generis eum superioribus annis

1. *Magni domum concursus ad Afranium*] Ita & mss. Petavii habet: Faërnus legebat *demum*. Non placet. Hottomannus legit, *magni ad domum Afranii concursus, magnæ gratulationes fiebant*. Subdit, *nam Romæ videntur hæ gratulationes factæ*. Ne hoc quidem probaverim. An præstet legere *domo*, vel *omnium*, aut *hominum*? *Domum* etiam in accusativo supra, hoc libro usurpavit, ubi ait: *præmissos etiam legatos Massilienses domum nobiles adolescentes*. Sed hic illud *domum* referri potest ad *præmissos*. Quod puto, quia ait paulo post: *cujus orationem domum legati referunt*. Ut nolim cum Scaligero mutare *domi*, quomodo nullus codex habet. Sed hoc loco alia ratio est: itaque puto, non affirmo, aliquam ex nostris conjecturis probam esse. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Turpiter hoc in loco se dederunt viri eruditi. *Gabr. Faërnus* & *Ald. Manutius* reponunt *magni demum concursus* &c. ac ita habent editt. *Rom. Ven. Beroald. Dionysio Vossio* placet *magni* vel *domo*, vel *omnium*, vel *hominum concursus ad Afranium. Fr.* autem *Hotomannus* emendat *magni ad domum Afranii concursus*, absque causa sontica; recte tamen vidit vir doctissimus, has gratulationes Romæ factas esse. Sana prorsus & elegans est lectio recepta. *Cicero* Fam. lib. III. Epist. VIII. *Neque domum unquam ad me litteras mittam, quin adjungam eas, quas tibi reddi velim.* *Terentius* Eun. Act. I. Sc. II, 125. *Et is hodie venturum* ad me *constituit* domum. Idem Adelph. Act. IV. Sc. IV, 19 Ad me *abducta est* domum. Ubi *Donatus* ait, ad me domum *moraliter dixit pro* ad domum meam. Pari itaque ratione *domum ad Afranium* idem valet ac *ad domum Afranii*. Davies.

2. *Ut naves faciant cujus generis eum superioribus annis usus Britanniæ docuerat*] *Carabos* intelligit: de quibus Isidor. lib. XIX. cap. I. *Carabus parva scapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet*. Papias: *Carabus navicula discurrens in Pado, id est linter. Est autem ex vimine & corio*. Non dubito quin *Carabus* vox sit Britannica,

nis usus Britanniæ docuerat. Carinæ primum ac statu- 2
mina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium,
viminibus contextum, coriis integebatur. Has perfe- 3
ctas carris junctis devehit noctu millia passuum à ca-
stris XXII. militesque his navibus flumen transportat;
continentemque ripæ collem improviso occupat. Hunc
celeriter, priusquam ab adversariis sentiatur, commu-
nit. huc legionem postea transducit; atque ex utraque 4
parte pontem institutum perficit biduo. Ita comitatus, 5
& qui frumenti caussa processerant, tuto ad se recipit;
& rem frumentariam expedire incipit.

LV. Eodem die equitum magnam partem flumen 1
transjecit: qui inopinantes pabulatores, & sine ullo
dissipatos timore aggressi, quam maximum numerum
jumentorum, atque hominum intercipiunt: cohorti- 2
busque cetratis subsidio missis, scienter in duas partes
sese distribuunt; alii, ut prædæ subsidio sint; alii, ut ve-
nientibus resistant, atque eos propellant: unamque co- 3
hortem, quæ temere ante ceteras extra aciem procur-
rerat, seclusam à reliquis circumveniunt, atque inter-
ficiunt; incolumesque cum magna præda eodem pon-
te in castra revertuntur.

LVI. Dum hæc ad Ilerdam geruntur, [1] Massilien- 1
ses usi L. Domitii consilio naves longas expediunt,
numero XVII, [2] quarum erant XI tectæ. Multa huc 2
mi-

ca, aut Belgica; quibus hodieque *Caravelen* genus navis est, & quidem fluviatilis. (Anglis *Coricle*) Nisi malis à κάραβος deducere *carabus*: quod alii faciunt. Mihi id non placet. Sane non nisi in sequioris ævi scriptoribus eam reperias, ut in Moschi prato Spirituali. qui ait cap. 76. *Ecce ego ascendo in carabum.* D. Vossius.

1. *Massilienses usi L. Domitii consilio*] Non est in *Petaviano* vox *usi*, & abesse potest. *D. Vossius.* Eandem voculam omittit MS. *Norvic.* Davies.

2. *Quarum erant XI tecta*] Alibi *Cæsar constratas naves* appellat. His opponuntur *aperta*, quæ scilicet catastromata non habebant, quibus tecti milites pugnarent. *Livius* lib. XXXVI. *Biduum in apparatu morati, tertio die centum navibus, quarum LXX tecta erant, cetera aperta, Phocaam petiverunt.* Et *Hirtius* de bello Alex. cap. XI. *Magnoque impetu quatuor ad eam constrata naves, & complures aperta contenderunt.* Græce κατάφρακτοι, ut à *Polybio*, & ἄφρακτα dicuntur. Infra lib. II. in principio. *Naves piscatorias contexerant, ut essent* ab

minora navigia addunt: ut ipsa multitudine nostra classis terreatur: magnum numerum sagittariorum, magnum Albicorum, de quibus supra demonstratum est, imponunt: atque hos præmiis, pollicitationibusque
3 incitant. Certas sibi deposcit naves Domitius, atque has colonis, pastoribusque, quos secum adduxerat, complet. Sic omnibus rebus instructa classe, magna fiducia ad nostras naves procedunt, quibus præerat D. Brutus. Hæ ad insulam, quæ est contra Massiliam, stationes obtinebant.

1 LVII. Erat multo inferior numero navium Brutus: sed delectos ex omnibus legionibus fortissimos viros antesignanos, centuriones Cæsar ei classi attribuerat, qui
2 sibi id muneris depoposcerant. Ii manus ferreas, atque harpagones paraverant; magnoque numero pilorum, tragularum, reliquorumque telorum se instruxerant: ita, cognito hostium adventu suas naves ex portu edu-
3 cunt, cum Massiliensibus confligunt. Pugnatum utrimque est fortissime, atque acerrime: neque multum Albici nostris virtute cedebant, homines asperi
4 & montani, exercitati in armis: atque ii modo digressi à Massiliensibus recentem eorum pollicitationem animis continebant; pastoresque indomiti, spe libertatis excitati, sub oculis domini suam probare operam studebant.

1 LVIII. Ipsi Massilienses, & celeritate navium, & scientia gubernatorum confisi, nostros eludebant, impetusque eorum excipiebant: [1] &, quoad licebat latiore spatio, producta longius acie, circumvenire no-

*ob ictu telorum remiges tuti.* Ciaccon. Vide *Joan. Schefferum* Mil. Naval. lib. II. cap. v. *Davies.*

1. *Et, quoad licebat latiore spatio*] In Cujacii & Petav. cod. erat, *latiore ut spatio.* (MS. *Norv.* *Et coallicitebat latiore ut spatio*) Unde conjecto legendum. *latiore uti spatio*: proba sententia; & puto Cæsarem sic scripsisse. At mire hoc loco corruptus Bongars. codex, qui habet *ex quo allicere latiore spatio*: Nimirum *&* in *ex* mutatum: *quo ad liceret* factum *quo alliceret.* Quod frequens *d* in *l* mutare, putavit librarius, *adliceret* unam vocem esse. *D. Vossius.*

nostros, aut pluribus navibus adoriri singulas, aut [1] re-
mos transcurrentes detergere, si possent, contendebant:
quum propius erat necessario ventum, ab scientia gu- 2
bernatorum [2] atque artificiis, ad virtutem montanorum
confugiebant. Nostri, quod minus exercitatis remigi- 3
bus, minusque peritis gubernatoribus utebantur; qui
repente ex onerariis navibus erant producti, neque dum
etiam vocabulis armamentorum cognitis, tum etiam
gravitate & tarditate navium impediebantur. factæ e-
nim subito ex humida materia, non eundem usum ce-
leritatis habebant. itaque, dum locus cominus pugnan- 4
di daretur, æquo animo singulas binis navibus obji-
ciebant atque injecta manu ferrea, & retenta utraque
nave, diversi pugnabant, atque in hostium naves tran-
scendebant; & magno numero Albicorum & pastorum
interfecto, partem navium deprimunt; nonnullas cum
hominibus capiunt, reliquas in portum compellunt.
Eo

1. *Remos transcurrentes detergere* ] Diodoro Siculo lib. XI. *τοὺς ταρσοὺς παρασύρειν.* est *remos detergere* : sed Græca hic phrasis, ut in multis aliis, plus efficaciæ habet, nam *παρασύρειν* est distorquere, seu trahere in partem contrariam, aut aliam, quam fieri oportet, quod remis fit, cum impetu transcurrentes naves confringuntur. Alioqui illud *detergere* ad notandum impetum navis satis appositum est, & notat quasi uno ictu confractos remos. Sic de vento Horatius ait,

*Albus ut obscuro deterget nubila cælo*
*Sæpe notus.*

Unde *tersi dies* : quomodo Serenos appellasse antiquitatem ex Verrio Festus ait. Putabat Scaliger *tergo* esse à *tero*, quia id, quod detergetur, atteritur. Ego cogitabam, an à *tergum* esset, quatenus ea vox usurpatur pro extremo, seu superficie, uti dixit Prudentius,

*Ut terga calcans æquoris.*

Hinc *tergere* est sordes extrinsecus adhærentes auferre. Unde translatum ad remos, similiaque. Sed aliorum esto judicium. *D. Vossius.*

2. *Atque artificiis* ] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *artificii*; MS. *Norvic. Artificum*, ut fortasse remiges sint intelligendi, illa enim vox interdum denotat eos, qui singularem aliquam artem exercent. *Curtius* lib. V. cap. 1, 22. *Post hos Chaldæi, Babyloniorumque non vates modo, sed etiam* artifices *cum fidibus sui generis ibant*, ubi Musicos designari manifestum. Idem lib. VI. cap. 11, 5. *artifices* pro cantoribus posuit. Mihi tamen, ob usum Cæsaris, magis arridet vulgata lectio. Sic lib. VII. B. G. cap. XXIX. *Non virtute neque acie vicisse Romanos, sed* artificio *quodam & scientia oppugnationis.* Et lib. II. B. C. cap. VI. *artificium gubernatorum* dixit. *Davis,*

Eo die [1] naves Massiliensium, cum iis, quæ sunt captæ, intereunt IX.

1 LIX. [2] Hoc Cæsari ad Ilerdam nunciato, si-
2 mul perfecto ponte, celeriter fortuna mutatur. Illi
perterriti virtute equitum, minus libere, minus auda-
cter vagabantur: alias non longo ab castris progressi
spatio, ut celerem receptum haberent, angustius pa-
3 bulabantur: alias, longiore circuitu, custodias, sta-
tionesque equitum vitabant; aut, aliquo accepto de-
trimento, aut procul equitatu viso, ex medio itinere,
projectis sarcinis, fugiebant. Postremo & plures inter-
mittere dies, &, præter consuetudinem omnium, no-
ctu constituerant pabulari.

1 LX. Interim Oscenses & Calagurritani, qui erant
[3] cum Oscensibus contributi, mittunt ad eum lega-
2 tos, seseque imperata facturos pollicentur. hos Tarra-
conenses, & Jacetani, & Ausetani, & paucis post die-
bus

1. *Naves cum iis quæ sunt captæ intereunt novem* ] Rarius ut interire hoc modo usurpetur: sic infra lib. II. hujus belli: *Ita multorum mensium labor, hostium perfidia, & vi tempestatis, puncto temporis interiit.* D. Vossius.

*Ibid.* ] Deprimuntur. Proprie autem *interire* dicuntur animalia; hinc ad res inanimas facta est translatio. Sic lib. III. B. C. cap. XXVII. *Naves Rhodias afflixit, ita ut ad unam constratæ omnes numero* XVI *eliderentur, & naufragio* interirent. *Hirtius* Bell. Alex. cap. XXI. *Navigium quidem ejus multitudine depressum militum, una cum hominibus* interiit. *Davies.*

2. *Hoc Cæsari ad Ilerdam nunciato*] Ita Scaliger edidit. In prioribus editionibus erat. *Hoc primum Cæsari ad Ilerdam nuntiatur.* Palatinus habet, *Hoc primum cum Cæsari ad Ilerdam nuntiatur.* Corruptè quidem, sed veram eruere lectionem arduum non est: non dubito rescribere, *Hoc quamprimum Cæsari ad Ilerdam nuntiatur.* Scaliger certe audacter nimis vocem illam *primum* ejecerat. *D. Vossius.*

*Ibid.*] MS. *Brant. Hoc primum cum Cæsari ad Ilerdam nunciatur.* In aliis Codd. est *hoc prælium.* Rescribendum puto *hoc prælium cum Cæsari ad Ilerdam nunciatur.* Mutandi primus auctor fuit *Pet. Ciacconius*, qui & *primum* & *prælium* pro Glossemate habuit. *Davies.*

3. *Cum Oscensibus contributi*] Ciacconius illud *cum* putabat delendum. Arbitror retineri posse, ut *cum Oscensibus contributi*, dicatur ea ratione qua dicimus, *cum aliquo conjunctus.* Usus Plinius eadem voce lib. III. cap. III. *Præter civitates contributas aliis*: ut arbitrer illud *contributas* esse, quod supra sæpius dixit Cæsar *attributas*: uti cum ait Suessiones Rhemis attributos esse, hoc est, in eorum ditione positos. Plinius eodem libro & cap. inquit: *Colonia immunis Illici, unde Illicitanus sinus. In eam contribuuntur Icositani.* D. Vossius.

bus [1] Illurgavonenses, qui flumen Iberum attingunt,
insequuntur. Petit ab his omnibus, ut se frumento ju- 3
vent; pollicentur: atque, omnibus undique conquisi-
tis jumentis, in castra deportant. Transit etiam cohors 4
Illurgavonensis ad eum, cognito civitatis consilio, &
signa ex statione transfert. Magna celeriter fit commu-
tatio rerum. Perfecto ponte, magnis v civitatibus ad 5
amicitiam adjunctis, expedita re frumentaria, exstin-
ctis rumoribus de auxiliis legionum, quæ cum Pompe-
jo per Mauritaniam venire dicebantur, multæ longin-
quiores civitates ab Afranio desciscunt, & Cæsaris ami-
citiam sequuntur.

LXI. Quibus rebus perterritis animis adversario- 1
rum, Cæsar, ne semper magno circuitu per pontem e-
quitatus esset mittendus, nactus idoneum locum, fos-
sas pedum xxx in altitudinem complures facere insti-
tuit, [2] quibus partem aliquam Sicoris averteret, va-
dumque in eo flumine efficeret. His pene effectis, ma- 2
gnum in timorem Afranius Petrejusque perveniunt, ne
omnino frumento pabuloque intercluderentur; quod
multum Cæsar equitatu valebat: itaque constituunt
[3] ipsis locis excedere, & in Celtiberiam bellum trans-
ferre. Huic consilio suffragabatur etiam illa res, quod 3
ex duobus contrariis generibus, quæ superiore bello
cum L. Sertorio steterant, civitates victæ nomen at-
que

1. *Illurgavonenses, qui flumen Iberum attingunt*] Nonnulli Codd. *Lurgavonenses*. Hos *Livius* lib. XXII. c. XXI. *Ilercaonenses* vocat, ut falsus sit *Fulv. Ursinus*, eosdem ac Ilergetas arbitratus. Hujus tamen errorem sequitur *Jac. Dalechampius*, qui ex ipso *Plinio* refelli potest: hic enim Hist. Nat. lib. III. cap. III. Ilergaonum (sic vocat Illurgavonenses) regionem memorat, à qua Illergetum regionem manifeste distinguit. *Davies.*

2. *Quibus partem aliquam Sicoris averteret*] Sic *Pet.* quoque & *Bong.* Non male *Palat.* (& editt. *Rom. Ven. Beroald.* probante *Fr. Hotomanno*) *quibus parte aliqua Sicorem averteret*. D. Vossius.

3. *Ipsis locis excedere*] In aliis *ipsi*. MS. *Norv. his locis excedere*, quam scripturam utraque lectione meliorem arbitror. *P. Ciacconio* ex conjectura placuit *iis locis*, quod eodem redit. *Davies.*

que [1] imperium abſentis timebant: quæ in amicitia manſerant, Pompeji magnis affectæ beneficiis eum diligebant: Cæſaris autem in barbaris erat nomen obſcurius. [2] Hinc magnos equitatus, magnaque auxilia exſpectabant; & ſuis locis bellum in hiemem ducere co-
4 gitabant. Hoc inito conſilio, toto flumine Ibero naves conquirere, & Octogeſam adduci jubent. id erat oppidum poſitum ad Iberum, milliaque paſſuum à caſtris aberat XX. ad eum locum fluminis, navibus junctis, pontem imperat fieri: legioneſque II flumen Sicorim tranſducunt; caſtraque muniunt vallo pedum XII.

1 LXII. Qua re per exploratores cognita, ſummo labore militum Cæſar, continuato diem noctemque opere in flumine avertendo, huc jam rem deduxerat, ut equites, etſi difficulter, atque ægre fiebat, poſſent ta-
2 men, atque auderent flumen tranſire; pedites vero tantummodo humeris ac [3] ſummo pectore exſtare; & quum altitudine aquæ, tum etiam rapiditate fluminis ad tranſ-
3 eundum non impedirentur. Sed tamen eodem fere tempore pons in Ibero prope effectus nunciabatur; & in Sicori vadum reperiebatur.

1 LXIII. Jam vero eo magis illi maturandum iter exiſtimabant. Itaque II auxiliaribus cohortibus Ilerdæ præſidio relictis, omnibus copiis Sicorim tranſeunt, & cum II legionibus, quas ſuperioribus diebus tranſ-

1. *Imperium abſentis timebant* ] Hiſtoriarum periti ſatis intelligunt Pompejum denotari, qui cum Metello bellum Sertorianum confecit Vide inter alios *Florum* lib. III. cap. XXII. Durum tamen eſt, ut nomen illud hoc in loco ſubaudiatur, cum de Pompejo proxime non agatur. An, voce tranſpoſita, legendum *Imperium abſentis Pompeji timebant: quæ in amicitia manſerant, magnis affecta beneficiis* &c.? Certe clarior multo & apertior fit ſententia. *Davies.*

2. *Hinc magnos equitatus* ] Rarum hoc ut equitatus vox in plurali uſurpetur. *D. Voſſius.*

*Ibid.* ] Rarum aſſerit *D. Voſſius*, ut *equitatus* vox in plurali uſurpetur. Scriptor tamen de Bell. Hiſpan. cap. XXXVI. *Peditatibus & equitatibus ad perſequendum celeriter iter faciens.* *Florus* lib. III. cap. XI, 1. *Tum ſine mora circumfuſi undique equitatus.* Item alii. *Davies.*

3. *Summo pectore exſtare* ] Syntaxeωs ratio videtur poſtulare, ut legatur *exſtarent*, quemadmodum repræſentant editt. *Rom. Ven. Beroald.* Idem.

transduxerant, castra conjungunt. Relinquebatur Cæ- 2
sari nihil, nisi uti equitatu [1] agmen adversariorum ma-
le haberet, & carperet. pons enim ipsius magnum cir-
cuitum habebat; ut multo breviore itinere illi ad Ibe-
rum pervenire possent. Equites ab eo missi flumen trans- 3
eunt, & quum de tertia vigilia Petrejus atque Afranius
castra movissent, repente sese ad novissimum agmen o-
stendunt; &, magna multitudine circumfusa, mora-
ri atque iter impedire incipiunt.

LXIV. Prima luce ex superioribus locis, quæ Cæ- 1
saris castris erant conjuncta, cernebatur equitatus no-
stri prœlio novissimos illorum premi vehementer, ac
nonnunquam sustinere extremum agmen, atque inter-
rumpi: alias inferri signa, & universarum cohortium 2
impetu nostros propelli, deinde rursus conversos inse-
qui: [2] totis vero castris milites circulari, & dolere,
hostem ex manibus dimitti, [3] bellum necessario lon-
gius

1. *Agmen adversariorum male haberet, & carperet*] Vexaret vel attenuaret, ut explicat *Nonius*. Sic hujusce libri cap. LXXXVIII. *Equitatu præmisso qui novissimum agmen carperet.* *Hirtius* Bell. Afric. cap. LXXV. *Agmen ejus extremum carpere.* *Apulejus* Metam. lib. VIII. pag. 157. *Carpebat animum.* *Silius* Italicus lib. II, 458.

*Carpebatque dies urbem* —

Vide & *Ovidium* Art. Amand. lib. II, 114. Editt. vett. corrupte exhibent *male haberet, & caperet.* Davies.

2. *Totis vero castris milites circulari*] Sic recte reposuerunt jam pridem viri docti, & habet ms. Cujac. Pet. Palat. Dicuntur enim homines circulari, cum re nova audita conveniunt, & quasi in orbem consistunt. Unde *circulatores*, homines infames, nomen adepti à circulis, quos convenire faciunt; qualem denotat Tacitus cum I. Annal. ait, *miscere cœtus histrionali studio doctus.* Ἀγύρτας Græci vocavere: ab eadem origine, quia ἀγείρουσι καὶ συνάγουσι τὸν ὄχλον. H. Stephanus putabat appellatos ἀπὸ τοῦ περιάγειν, quia circumducunt secum homines per urbes: sed prius simplicius est, & congruit illis circulatoribus. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Circulos facere, colloquendi causa. Circulus est orbis fabulantium, unde qui in hujusmodi cœtus conveniunt, *circulari* dicuntur. *Seneca* epist. XL. *Istam vim dicendi* — *aptiorem esse* circulanti *judices, quam agenti rem magnam ac seriam, docentique.* Sic & Epist. XC. si Codici *Lipsiano* fides. In editt. *Rom. Ven. Beroald.* est *milites conturbari*, quam lectionem adversantibus MSS. intruserunt editores, quod vocem paullo rariorem non intelligerent, ut recte vidit *P. Victorius* Var. Lect. lib. VIII. cap. XIII. *Davies.*

3. *Bellum necessario longius duci*] Sic plerique codices: nec male, si *necessario* in auferendi casu positum dicas. Non male interea Palatin. *bellum non necessario longius duci* Et tum ne-

3 gius duci. centuriones, tribunoſque militum adire, at-
que obſecrare, ut per eos Cæſar certior fieret, *ne labo-*
*ri ſuo, nec periculo parceret: paratos eſſe, ſeſe poſſe & au-*
4 *dere ea tranſire flumen, qua tranſductus eſſet equitatus.* Quo-
rum ſtudio & vocibus excitatus Cæſar, etſi timebat tan-
tæ magnitudinis flumini exercitum objicere, conan-
5 dum tamen, atque experiendum judicat. Itaque infir-
miores milites ex omnibus centuriis deligi jubet, quo-
rum aut animus, aut vires videbantur ſuſtinere non poſ-
6 ſe. hos cum legione una præſidio caſtris relinquit: re-
liquas legiones expeditas educit; magnoque numero
jumentorum in flumine ſupra atque infra conſtituto,
7 tranſducit exercitum. [1] Pauci ex his militibus vi flumi-
nis abrepti ab equitatu excipiuntur, ac ſublevantur.
[2] interiit tamen nemo. Tranſducto incolumi exercitu,
copias inſtruit; triplicemque aciem ducere incipit, ac
tantum fuit in militibus ſtudium, ut, [3] millium VI ad-
8 dito circuitu, magnaque ad vadum fluminis mora in-
terpoſita, eos qui de tertia vigilia exiſſent, ante horam
diei IX conſequerentur.

1 LXV. Quos ubi Afranius [4] procul viſos cum Petre-
jo

*neceſſario* adverbium erit. *D. Voſſius.*

1. *Pauci ex his militibus vi fluminis abrepti, ab equitatu excipiuntur*] Libet hic lectionem vet. cod. mei, licet hoc loco corruptiſſimi, repræſentare, ſi forte aliquo alio libro adjuti docti viri, vulgatam lectionem aliquo modo reſtituere poſſint. Sic enim habet, (ut & MS. *Norvic.*) *Paucis ex his militibus arma in flumine ab equitatu excipiuntur, ac ſublevantur.* F. Urſin.

2. *Interiit tamen nemo*] Media vox huc non convenit; reſcribo itaque *interiit autem nemo. Fr. Hotomannus* legit *interiit tamen non nemo:* ſed hanc conjecturam rejicio, quia de numero mortuorum haud ita loquantur Hiſtorici. *Davies.*

3. *Millium* VI *addito circuitu, magnaque ad vadum fluminis mora interpoſita*] Hæc lectio non eſt è MSS. ſed ab ingenio *Joſ. Scaligeri* provenit. Omnes exhibent *millium* VI *ad iter addito ad vadum circuitu, magnaque fluminis mora interpoſita*; unde lego *millium* VI *ad iter addito circuitu, magnaque ad vadum fluminis mora interpoſita*, nam vir ſummus duas voces tranſpoſitas ſuo loco videtur donaſſe; totidem vero perperam omiſit. *Idem.*

4. *Procul viſos*] Ultima vox abundat, ut *Pet. Ciacconio* & *Joſ. Scaligero* obſervatum. Reſcribo *procul ipſos. Juſtinus* lib. I. cap. IX. Quibus *ne ipſis quidem animus — defuit.* Vide & *Lactantium* Div. Inſt. lib. V. cap. II. extr. *Davies.*

jo conſpexit, nova re perterritus, locis ſuperioribus
conſiſtit, aciemque inſtruit. Cæſar in campis exerci- 2
tum reficit, ne defeſſum prœlio objiciat. rurſus co-
nantes progredi inſequitur & moratur. Illi neceſſario 3
maturius, quam conſtituerant, caſtra ponunt. ſuberant
enim montes, atque à millibus paſſuum v itinera diffi-
cilia atque anguſta excipiebant. Hos intra montes ſe 4
recipiebant, ut equitatum effugerent Cæſaris; præſi-
diiſque in anguſtiis collocatis, exercitum itinere pro-
hiberent; ipſi ſine periculo, ac timore, Iberum copias
tranſducerent. Quod fuit illis conandum, atque omni 5
ratione efficiendum: ſed totius diei pugna, atque iti-
neris labore defeſſi rem in poſterum diem diſtulerunt.
Cæſar quoque in proximo colle caſtra ponit.

LXVI. Media circiter nocte iis, qui adaquandi cauſ- 1
ſa longius à caſtris proceſſerant, ab equitibus correptis,
fit ab his certior Cæſar, duces adverſariorum ſilentio
copias caſtris educere. Quo cognito, [1] ſignum dari ju- 2
bet,

2. *Signum dari jubet, & vaſa militari more conclamari*] Accuratius hæc Frontinus lib. I. cap. IIX. *C. Cæſar*, inquit, *per exceptum quendam aquatorem, cum comperiſſet Afranium Petrejumque caſtra noctu moturos, ut, citra vexationem ſuorum, hoſtilia impediret conſilia, in initio ſtatim noctis vaſa conclamare milites, & præter adverſariorum caſtra agi mulos cum fremitu, & ſonum juſſit continuare, quos retentos volebat arbitrari caſtra Cæſarem movere.* Putabam ἀνιστορησίαν eſſe: nam ſtratagemate mulorum ad Gergoviam uſus Cæſar, ut ſupra legimus lib. VII. Dicat forſan quis & hic ſimile aliquid contigiſſe: idque colligo ex verbis quæ infra occurrunt: nam erant in caſtris Afranianis, qui dicerent: *non poſſe clam exiri, circumfundi noctu equitatum Cæſaris, atque omnia loca atque itinera obſideri*: ſed facile occurritur, cum ipſe Cæſar dicat, non aliunde eam opinionem profectam, quam quia anteacta nocte conclamari vaſa in caſtris Cæſaris audiiſſent. De Frontini loco obiter moneo, ſuſpectum mendi videri, & vocem illam *milites* à librario imperito inſertam; nam nullus dixit *vaſa conclamare milites*. Neque id arbitror ab militibus factum: ſed puto delectos fuiſſe præcones, qui id facerent, quomodo *Teſſerarii* fuere, qui teſſeram militibus annunciarent. Nec miretur quis totam me vocem audacter adeo ejicere ex Frontino, qui corruptiſſimus hodie circumfertur. Sane in Vegetio complura id genus occurrunt: quale hoc quod lib. II. cap. V. *Jurant autem milites, omnia ſe ſtrenue facturos quæ juſſerit Imperator, nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana Republica.* Ubi certe multum vereor ne vox *militiam* à ſciolo aliquo adjecta ſit, qui cum neſciret *deſerere*, & *deſertores* dici ἁπλῶς, putavit addendam vocem *militiæ*. Certe ſi id diſplicet, contra mo-

 rem

bet, & vaſa militari more conclamari. Illi exaudito
clamore veriti, ne noctu impediti ſub onere confligere cogerentur, aut ne ab equitatu Cæſaris in anguſtiis tenerentur, iter ſupprimunt, copiaſque in ca-
3 ſtris continent. Poſtero die Petrejus cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiſcitur. hoc idem fit ex caſtris Cæſaris. mittitur [1] L. Decidius Saxa cum
4 paucis, qui loci naturam perſpiciat. Uterque idem ſuis renunciat, v millia paſſuum proxima intercedere itineris campeſtris: inde excipere loca aſpera & montuoſa.
Qui prior has anguſtias occupaverat, ab hoc hoſtem prohiberi nihil eſſe negotii.

1 LXVII. [2] Diſputatur in concilio à Petrejo, & Afranio, & tempus profectionis quæritur. Plerique cenſebant, *ut noctu iter facerent: poſſe prius ad anguſtias*
2 *veniri, quam ſentirentur.* Alii, *quod* [3] *pridie noctu conclamatum eſſet in caſtris Cæſaris*, [4] *argumenti ſumebant loco, non poſſe clam exiri, circumfundi noctu equitatum Cæ-*
3 *ſaris, atque omnia loca, atque itinera obſideri: nocturnaque prœlia eſſe vitanda, quod perterritus miles in civili diſſenſione* [5] *timori magis, quam religioni conſulere conſueverit:*

rem Vetuſtatis ſcripſit Vegetius. Prius tamen malo dicere. In Frontino quin idem uſu venerit, non ambigo: imperitus quiſpiam cum putaret vaſa ab aliquo conclamari, inſeruit vocem *milites*. Tu eam expunge, & lege mecum *vaſa conclamari*. D. Voſſius.

1. *L. Decidius Saxa*] Alii *Saxo*: ſed in codice *Fulvii Urſini*, & *Carrarienſi* eſt *L. Decidius Saxa*, cujus meminit *Cicero* Philip. XIII. In Epitome *Liviana* lib. CXXVII. eſt *Didius Saxa*, ex quo dubitant quidam, an hic & apud *Ciceronem Didius* ſit legendum. Sed *Decidius* appellatur à *Dione* lib. XLVII. licet corrupte apud eum ſcriptum ſit Δεικίλιος Σάξα, pro Δεκίδιος Σάξα. Ciacc.

2. *Diſputatur in concilio*] Legendum *in conſilio*, & poſtea *hæc vicit in conſilio ſententia*; non enim coram tota militum turba hæc agitabantur. *Davies.*

3. *Pridie noctu*] Vocem *noctu* non agnoſcit Petavianus. *D. Voſſius.*

4. *Argumenti ſumebant loco*] Pro argumento habebant. Elegans hic vocis *loci* uſus apud noſtrum & alios ſcriptores obtinet. Sic hujuſce libri cap. LXXXIV. *Datur obſidis loco Cæſari filius Afranii. Jul. Obſequens* de Prodig. cap. LXIII. *Incendium —— prodigii loco habebant.* Vide & cap. LXVIII. Hoc cum non intelligerent Librarii, in nonnullis MSS. & antiquitus cuſis legitur *argumentum ſumebant loco*. Davies.

5. *Timori magis, quam religioni conſulere conſueverit*] Egregie *religionem* pro

*rit:* [1] *at lucem multum per ſe pudorem omnium oculis, mul-* 4
*tum etiam tribunorum mil. & centurionum præſentiam af-*
*ferre, quibus rebus coërceri milites, & in officio contineri*
*ſoleant. quare omni ratione eſſe interdiu perrumpendum. etſi* 5
*aliquo accepto detrimento, tamen, ſumma exercitus ſalva,*
*locum, quem petant, capi poſſe.* Hæc vicit in concilio ſen-
tentia; & prima luce poſtridie conſtituunt proficiſci.

LXVIII. Cæſar, exploratis regionibus, albente 1
cœlo, omnes copias caſtris educit; magnoque circui-
tu, nullo certo itinere exercitum ducit. namque iti-
nera, quæ ad Iberum atque Octogeſam pertinebant,
caſtris hoſtium oppoſitis tenebantur. Ipſi erant tran- 2
ſcendendæ valles maximæ, ac difficillimæ: ſaxa mul- 3
tis locis prærupta, iter impediebant: ut arma per ma-
nus neceſſario tranſderentur, militeſque inermes, ſub-
levatique alii ab aliis magnam partem itineris confice-
rent. ſed hunc laborem recuſabat nemo, quod eum o-
mnium laborum finem fore exiſtimabant, ſi hoſtem I-
bero intercludere, & frumento prohibere potuiſſent.

LXIX.

pro *ſacramento* dixit, cujus apud Romanos maxima reverentia. Hinc Seneca epiſt. XCVI. *Primum militia vinculum eſt religio, & ſignorum amor, deſerendi nefas.* Nam jurabat miles ſe ſigna non deſerturum; unde Veget. lib. II. cap. V. *Jurant autem milites, omnia ſe ſtrenue facturos quæ juſſerit Imperator, nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana Republica.* Unde nunc tanto manifeſtius quod ſtatim dixi, vocem hanc *militiam* ſuppoſititiam eſſe, nam miles ſolitus jurare ſe ſigna nequaquam deſerturum, non militiam. Porro quod hic *religionem* Cæſar, idem mox *officium* appellat, cum ait: *quibus rebus coërceri milites & in officio contineri ſoleant.* Hoc eſt in officio, quod ſignis debebant, ut nunquam ea deſererent. Et eodem fere modo *religionem* pro *debito officio* poſuit Cicero VII. Verrina: *Nam qui, inquit, ſibi hoc ſumſit, ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat: quis huic ignoſcat ſiqua in re ab religione officii declinarit?* Hoc eſt à debito officio. *D. Voſſius.*

1. *At lucem multum per ſe pudorem omnium oculis*] Legit *Pet. Ciacconius* contra omnia exemplaria *at luce multum per ſe pudorem omnium oculos*, non mala quidem, ſed haud neceſſaria conjectura. Pudoris enim ſedes in oculis interdum collocatur; ut apud *Euripidem* Ἀιδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται, τέκνον. Quemadmodum autem lux pudorem, ita tenebræ impudentiam dicuntur afferre. Noſter lib. II. B. C. cap. XXXI. *Hujuſmodi res aut pudore aut metu continentur, quibus rebus nox maxime adverſaria eſt.* Hinc eſt quod *tenebræ impudentes* vocarit *Minutius Felix* in Oct. pag. 29. *Davies.*

LXIX. Ac primo Afraniani milites, visendi caussa, læti ex castris procurrebant, contumeliosisque vocibus prosequebantur, [1] *necessarii victus inopia coactos fugere, atque ad Ilerdam reverti.* erat enim iter à proposito di-
2 versum; contrariamque in partem iri videbatur. Duces vero eorum suum consilium laudibus ferebant, quod se castris tenuissent, multumque eorum opinionem adjuvabat, quod sine jumentis, impedimentisque ad iter profectos videbant; ut non posse diutius inopiam su-
3 stinere confiderent. Sed, ubi paullatim retorqueri agmen ad dextram conspexerunt; jamque primos superare regionem castrorum animadverterunt; nemo erat adeo tardus, aut fugiens laboris, quin statim castris
4 exeundum, atque occurrendum putaret. Conclamatur ad arma; atque omnes copiæ, paucis præsidio relictis cohortibus, exeunt, rectoque ad Iberum itinere contendunt.

1 LXX. Erat in celeritate omne positum certamen, utri prius angustias montesque occuparent: sed exercitum Cæsaris viarum difficultates tardabant; Afranii co-
2 pias equitatus Cæsaris insequens morabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat necessario deducta, ut, si priores montes, quos petebant, attigissent, ipsi periculum vitarent, impedimenta totius exercitus, cohortesque in castris relictas servare non possent, quibus interclusis exercitu Cæsaris, auxilium ferri nulla ratione pote-
3 rat. Confecit prior iter Cæsar; atque [2] ex magnis rupibus nactus planiciem; in hac contra hostem aciem instruit.

1. *Necessarii victus inopia*] Ante vocem primam in MS. *Norvic.* est *nec non*; in edit. *Ven. hos.* Codex autem *Ursin.* & impressi *Rom. Beroald. nos* repræsentant, ut legendum arbitrer *nos necessarii victus inopia*; non enim est, cur eam voculam à mala manu adjectam putemus. *Davies.*

2. *Ex magnis rupibus nactus planiciem*] Postquam aliquid spatii rupes occuparunt, proxima fuit planicies, ut recte explicat *Joan. Frid. Gronovius* Observ. lib. IV. cap. XX. Sic *Justinus* lib. XII. cap. X, 1. *Itaque ex magna desperatione tandem saluti redditus. Vellejus Paterculus* lib. I. c. XII. *Ex provocatione, ipse medicus virium, immanis magnitudinis hostem interemit.* Vide etiam notat. ad hujusce libri c. XLVI. *Davies.*

struit. Afranius, quum ab equitatu novissimum agmen
premeretur, & ante se hostem videret, collem quen-
dam nactus, ibi constitit. Ex eo loco IV cetratorum 4
cohortes in montem, qui erat in conspectu omnium
excelsissimus, mittit. hunc magno cursu concitatos ju-
bet occupare, eo consilio, uti ipse eodem omnibus co-
piis contenderet, & mutato itinere, jugis Octogesam
perveniret. Hunc quum obliquo itinere cetrati pete- 5
rent; conspicatus equitatus Cæsaris, in cohortes im-
petum facit: nec minimam partem temporis equitum
vim cetrati sustinere potuerunt; omnesque ab his cir-
cumventi, in conspectu utriusque exercitus interfi-
ciuntur.

LXXI. Erat occasio bene gerendæ rei. Neque vero 1
id Cæsarem fugiebat, tanto sub oculis accepto detri-
mento, perterritum exercitum sustinere non posse,
præsertim circumdatum undique equitatu, quum in
loco æquo atque aperto confligeretur. Idque ex omni-
bus partibus ab eo flagitabatur. Concurrebant legati, 2
centuriones, tribunique mil. *ne dubitaret prælium com-
mittere: omnium esse militum paratissimos animos: Afrania-* 3
*nos contra multis rebus sui timoris signa misisse, quod suis non
subvenissent; quod de colle non decederent; quod vix equi-
tum incursus sustinerent; collatisque in unum locum signis
conferti, neque ordines, neque signa servarent. Quod si ini-* 4
*quitatem loci timeret, datum iri tamen* [1] *aliquo loco pugnan-
di facultatem; quod certe inde decedendum esset Afranio,
nec sine aqua permanere posset.*

LXXII. Cæsar in eam spem venerat, se sine pugna 1
& sine vulnere suorum rem conficere posse; quod re
frumentaria adversarios interclusisset. *Cur etiam secundo* 2
*prælio aliquos ex suis amitteret? cur vulnerari pateretur op-
time meritos de se milites? cur denique fortunam periclita-
retur?*

1. *Aliquo loco*] Prior vox *Pet. Ciacconium* offendit, qua de causa legendum conjecit *æquo loco*. Sed MS. *Norvic.* exhibet *alio loco*, & hanc sane scripturam, ni fallor, omnes mecum probabunt. *Daviss.*

*retur? præsertim quum non minus esset imperatoris, consilio*
3 *superare, quam gladio: movebatur etiam misericordia civium,* [1] *quos interficiendos videbat: quibus salvis atque incolumibus rem obtinere malebat.* Hoc consilium Cæsaris
4 à plerisque non probabatur. milites vero palam inter se loquebantur; *quoniam talis occasio victoriæ dimitteretur, etiam quum vellet Cæsar, sese non esse pugnaturos.* Ille in sua sententia perseverat; & paullum ex eo loco
5 digreditur, ut timorem adversariis minuat. Petrejus atque Afranius, oblata facultate in castra sese referunt. Cæsar præsidiis montibus dispositis, omni ad Iberum intercluso itinere, quam proxime potest hostium castris castra communit.

1 LXXIII. Postero die duces adversariorum perturbati, quod omnem rei frumentariæ, fluminisque Ibe-
2 ri spem amiserant, de reliquis rebus consultabant. Erat unum iter, Ilerdam si reverti vellent, alterum, si Tarraconem peterent. Hæc consiliantibus eis, nunciatur,
3 aquatores ab equitatu premi nostro: qua re cognita, crebras stationes disponunt equitum, & cohortium alariarum; legionariasque interjiciunt cohortes; vallumque ex castris ad aquam ducere incipiunt; ut intra munitionem & sine timore, & sine stationibus aquari possent. Id opus inter se Petrejus atque Afranius partiuntur: ipsique, perficiendi operis caussa, longius progrediuntur.

1 LXXIV. Quorum discessu liberam nacti milites colloquiorum facultatem, vulgo procedunt; & [2] quem quis-

* 1. *Quos interficiendos videbat*] Rarum est, ut apud melioris ævi scriptores hujusmodi participia futurum tempus adsignificent, unde *Fam. Stradam* ob hunc eorum usum notavit *Casp. Scioppius* Inf. Famiani pag. 95. Ita tamen persæpe loquitur *Sulpicius Severus*. Sic Hist. Sacr. lib. I. cap. IV. *Se in unum, dispergenda per totum orbem, multitudo contraxit.* Et cap. VI. Multiplicandumque *semen ejus, sicut arenas maris stellasque cæli, spopondit.* Ac iterum cap. VIII. *Majorem minori* subdendum *esse*. Vide etiam lib. II. cap. IV. *Davies.*

2. *Quem plerisque in castris notum atque municipem habebat, conquirit atque vocat*] Lego omnino: *quem quisque in castris notum atque municipem habebat conquirit atque evocat.* Sic in manuscri-

quiſque in caſtris notum aut municipem habebat, conquirit, atque evocat. Primum *agunt gratias omnes omni-* 2
*bus, quod ſibi perterritis pridie pepercissent: eorum ſe beneficio vivere:* [1] deinde *Imperatoris fidem quærunt, rectene ſe illi ſint commiſſuri; &, quod non ab initio fecerint, armaque cum hominibus neceſſariis, & conſanguineis contulerint, conqueruntur.* His provocati ſermonibus, *fidem ab* 3
*imperatore de Petreji & Afranii vita petunt; ne quod in ſe ſcelus concepiſſe, neu ſuos prodidiſſe videantur. quibus confirmatis rebus, ſe ſtatim ſigna tranſlaturos confirmant; legatoſque de pace primorum ordinum centuriones ad Cæſarem mittunt.* Interim alii ſuos in caſtra, [2] invitandi cauſſa, 4
adducunt; alii ab ſuis abducuntur; adeo, ut una caſtra jam facta ex binis viderentur. compluresque tribuni militum, & centuriones ad Cæſarem veniunt, ſeque ei commendant. Hoc idem fit à principibus Hiſpaniæ; 5
quos illi evocaverant, & ſecum in caſtris habebant obſidum loco. Ii ſuos notos hoſpiteſque quærebant, per quem quiſque eorum aditum commendationis haberet ad Cæſarem. Afranii etiam filius adoleſcens, de ſua & 6
parentis ſui ſalute, cum Cæſare, per Sulpicium legatum,

nuſcriptis Bongarſ. Petav. & v. c. legitur. *Evocat* etiam alii legendum putaverant. Sed Ciacconius opponit iis autoritatem Lucani, qui ſuper his ipſis colloquiis ait:

*Hoſpitis ille ciet nomen, vocat ille propinquum.*

Mirum certe poëtam, quia *evocat* non licebat, poſuiſſe *vocat*. Sed omitto hæc. *D. Voſſius.*

*Ibid.*] *quem quiſque.* Sic MSS. *Bong. Petr. Voſſ. Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph.* At *Juſt. Lipſius* & *Joſ. Scaliger* in ſuis editionibus repræſentarunt *quem pleriſque in caſtris* &c. quæ quidem lectio tam ſenſui, quam Grammaticæ repugnat. Nos igitur veterum ſcripturam, probante *D. Voſſio*, reque ipſa clamante, reſtituimus. *Davies.*

1. *Deinde Imperatoris fidem quærunt*] Conjecit *Pet. Ciacconius, Dein de Imperatoris fide quærunt*, quem ſecutus *Joſ. Scaliger* ita edidit. At alteram lectionem exhibent Codices, eaque omnino eſt retinenda. *Ovidius* Met. lib. XIII. vſ. 89.

—— *Si quæritis hujus*
*Fortunam pugnæ, non ſum ſuperatus ab illo.*

Noſter lib. I. B. G. cap. XVIII. *Eadem ſecreto ab aliis quærit.* In MS. *Brantiano* abſurde legitur *Imperatoris fidem queruntur.* Idem.

2. *Invitandi cauſſa*] Ut eos benigne amiceque exciperent; hoc enim in loco illa eſt vocis *invitandi* poteſtas. Vide quæ collegit *Joan. Georg. Grævius* ad *Juſtini* lib. I. cap. VI. *Idem.*

7 tum, agebat. Erant plena lætitia & gratulatione omnia; eorum, qui tanta pericula vitasse; & eorum, qui sine vulnere tantas res confecisse videbantur. magnumque fructum suæ [1] pristinæ lenitatis omnium judicio Cæsar ferebat; consiliumque ejus à cunctis probabatur.

1 LXXV. Quibus rebus nunciatis Afranio, ab instituto opere discedit, seque in castra recipit; sic paratus, ut videbatur, ut, quicumque accidisset casus, hunc
2 quieto & æquo animo ferret. [2] Petrejus vero non deserit

1. *Pristinæ lenitatis*] Pridianæ, quam die proximo exercuerat; ut ex eo patet, quod paullo ante milites Afraniani gratias agant omnes omnibus, *quod sibi perterritis pridie pepercissent*. Sic lib. IV. B. G. cap. XIV. *Milites nostri, pristini diei perfidia incitati*. *A. Gellius* Noct. Attic. lib. X. cap. XXIV. Die pristino, *id est, priore, quod vulgo* pridie *dicitur*. Davies.

2. *Petrejus verò non deserit sese; armat familiam*] Inquit ad hunc locum Hottomannus: *Familiæ nomine intelligit, opinor, quos Proconsules ex domesticis convictionibus, aut domesticis apparitionibus secum habere consueverant; qui quasi ex cohorte prætoria appellari solent, ut ait Cicero Epist. ad Q. Fr. In qua nullum aliud genus animadverto quod ex familia dici possit: nam servos certe ad arma non vocaret. Colonos quidem, de quibus superius diximus, potest etiam hoc verbo significare*. Sed, quod pace summi viri dixerim, plurimum fallitur. *Familia* hic Cæsari sunt famuli, liberti, coloni: & ne dubites, audi Lucanum de eadem re loquentem: lib. IV. vs. 205.

*—— nam postquam fœdera pacis*
*Cognita Petrejo, seque & sua tradita venum*
*Castra videt, famulas scelerata ad prælia dextras*
*Excitat.*

Neque id hoc bello novum: ait de Domitio supra ipse Cæsar: *Profectum item Domitium, ad occupandam Massiliam, navibus actuariis VII, quas Igili & in Cosano à privatis coactas, servis, libertis, colonis suis compleverat*. Hinc toties infra memorantur, *colonicæ cohortes, & vernacula legio*, ex colonis nimirum, & servis scripta. Illud quæri possit, an & gladiatores intelligantur: quod non temere dixerim. Scio fuisse postea solutiores sæculi mores. Legimus apud Tacitum I. Annalium Vibulenum quendam militem gregarium, de interfecto fratre falso quærentem, ita Blæsum Legatum compellasse. *Quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit?* (lege *reddet*.) *quem missum ad vos à Germanico exercitu de communibus commodis, nocte proxima jugulavit per gladiatores suos, quos in exitium militum habet atque armat*. Itaque gladiatores illi solebant comitari Imperatores in provincias, & erant in illorum familia, ut disertim testantur Taciti verba, qui paullò post subdit: *ut pars militum gladiatores qui è servitio Blæsi erant, pars ceteram ejusdem familiam vincirent*. Disertim ait, gladiatores *è servitio* Blæsi fuisse. Sed non arbitror illud tempore Cæsaris obtinuisse. Quamvis enim non ignorem hoc ipso libro memorari de gladiatoribus, quos Capuæ Cæsar habebat in ludo, eos à Lentulo productos & armatos esse; tamen puto hinc

ſerit ſeſe; armat familiam; cum hac, & prætoria cohorte cetratorum, barbariſque equitibus paucis, beneficiariis ſuis, quos ſuæ cuſtodiæ cauſſa habere conſueverat, improviſo ad vallum advolat; colloquia militum interrumpit; noſtros repellit ab caſtris: quos deprehendit, interficit. reliqui coëunt inter ſe, & repentino pe- 3
riculo exterriti ſiniſtras ſagis involvunt, gladioſque diſtringunt; atque ita ſe à cetratis, equitibuſque defendunt, caſtrorum propinquitate confiſi; ſeque in caſtra recipiunt; & ab iis cohortibus, quæ erant in ſtatione ad portas, defenduntur.

LXXVI. Quibus rebus confectis, flens Petrejus ma- 1
nipulos circuit, militeſque appellat; *neu ſe, neu Pompejum abſentem Imperatorem ſuum adverſariis ad ſupplicium tranſdant*, obſecrat. Fit celeriter concurſus in præto- 2
rium. [1] Poſtulat, ut jurent omnes, ſe exercitum duceſque non deſerturos, neque prodituros, neque ſibi ſeparatim à reliquis conſilium capturos. Princeps in 3
hæc verba [2] jurat. Ipſe idem jusjurandum adigit Afranium. ſubſequuntur tribuni militum, centurioneſque. Centuriatim producti milites idem jurant; edi- 4
cunt, penes quem quiſque ſit miles Cæſaris, ut producatur. productos palam in prætorio interficiunt, [3] ſed pleroſque hi qui receperant, celant, noctuque per

hinc colligi poſſe, nondum tunc temporis id in uſu fuiſſe: nam gladiatores illi Capuæ erant in ludo, ibique manebant; neque rarum id, ut Romani privati gladiatores in urbibus aut municipiis haberent, ad concilianda eorum ſtudia: itaque hic per familiam intellige ſervos, libertos, colonos, atque id genus homines. *D. Voſſius.*

1. *Poſtulat, ut jurent omnes* ] Ita conjecit *Pet. Ciacconius*, & ita edidit *Joſ. Scaliger*, cum in Codd. quos viderant, legeretur *poſtulant, ut jurent omnes.* Antiquiſſimæ tamen editt. *Rom. Ven. Beroald.* repræſentant *poſtulat ut jurent omnes*; quod manifeſto verum; hæc enim verba ad Petrejum ſolum referuntur. *Davies.*

2. *Jurat. Ipſe idem juramentum* ] Elegantius, ut arbitror, hoc modo diſtinguetur oratio: *Princeps in hac verba jurat ipſe. Idem juramentum adigit Afranium.* Et hanc ſane interpunctionem in editt. *Rom. Beroald. Steph.* poſtea deprehendi. *Idem.*

3. *Sed pleroſque ii quos receperant* ] Illud *ii* non ſatis placet. In Palat. erat *pleroſque quos receperant*. Petav. *pleroſque hi quos receperant celant*. Unde eruo veram lectionem, & ſine du-

per vallum emittunt. [1] Sic terror oblatus ducibus, crudelitas in supplicio, nova religio jurisjurandi, spem præsentis deditionis sustulit, mentesque militum convertit, & rem ad pristinam belli rationem redegit.

1 LXXVII. Cæsar, qui milites adversariorum in castra per tempus colloquii venerant, summa diligentia
2 conquiri & remitti jubet. sed ex numero tribunorum militum centurionumque nonnulli sua voluntate apud eum remanserunt: quos ille postea magno in honore habuit. [2] Centuriones in ampliores ordines, equites Romanos in Tribunitium restituit honorem.

LXXVIII.

dubitatione lego, *plerosque hi qui receperant celant*. D. Vossius.

*Ibid.*] Sic diserte MS. *Norvic.* candemque lectionem in suo Codice invenit, & inventam probavit *Fulv. Ursinus*. Miror igitur, unde factum, ut *Dionys. Vossius* ita primus emendasse sibi videretur. In vulgg. erat *plerosque ii quos receperant*. MS. *Palat. Plerosque quos receperant*. Editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Plerique quos ceperant, celant*; unde non male legi possit *plerique, quos receperant, celant*. Davies.

1. *Sic terror oblatus ducibus*] In prioribus editt. erat *sic terror oblatus à ducibus*. Quod nescio cur *Scaliger* rejecerit: ego firmam lectionem esse non dubito. In *Petav.* erat, *terrore oblato à ducibus*: eodem modo in nostro v. c. (sic & in *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.*) *Palat. terror ablatus à ducibus*. Omnes tamen præpositionem agnoscunt. *D. Vossius.*

2. *Centuriones in ampliores ordines, equites Rom. in tribunitium restituit honorem*] Prius editum erat *centuriones ampliorisque ordinis*. in Bongarſ. *centuriones ampliorisque ordinis*. In vet. cod. *centuriones ampliores ordines*. & sic Petavianus. Sed haud male ista sequentia Scaliger edidit *equites Romanos in tribunitium restituit honorem*, haud dubie corrupta. Tribuni militum legebantur (ut Lipsius jam pridem observavit) ex Equitibus, & plebejis. Unde & apud Cæsarem III. de bello Gallico legitur, *retentio equitum Romanorum*, ubi per Equites Romanos designantur Tribuni, nimirum Silius, & Velanius, quos antea à Venetis retentos docuerat. Sed cum hic dicatur tribunos militum nonnullos apud Cæsarem remansisse, quis affirmare ausit omnes equites fuisse: si non omnes erant, an ergo qui Tribuni erant ex plebejis lecti, nullo in honore apud Cæsarem? Aliud ipse dicere videtur, cum ait, *quos ille postea magno in honore habuit*, quibus verbis universos designat. Quare locum hunc (Lipsius tanquam integrum citat) corruptum esse statuo. Palat. codex plurimum juvat, in quo lego *& tr. in tribunitium restituit honorem*. Optimè sane. Et nota originem erroris; scriptum fuerat *tr.* tribunus. Librarius putavit principem literam esse *e.* & ex *e. r.* fecit *eq. Roman.* Interea ita erravit, ut ex parte verum diceret. Lege igitur hanc periodon hoc pacto: *centuriones in primores ordines, tribb. in tribunitium restituit honorem*. nam illud *amplioris ordinis* puto depravatum ex *in priores*, vel *primores*. Quæ postquam conjectaveram, vidi & Ciacconio placuisse. *D. Vossius.*

LXXVIII. Premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur ægre; frumenti copiam legionarii nonnullam habebant, quod [1] dierum XXII ab Ilerda frumentum jussi erant efferre. Cetrati, auxiliaresque nullam, 2 quorum erant & facultates ad parandum exiguæ, & corpora insueta ad onera portanda. itaque magnus eorum quotidie numerus ad Cæsarem perfugiebat. In his 3 erat angustiis res: sed ex propositis consiliis duobus explicitius videbatur Ilerdam reverti, quod ibi paullulum frumenti reliquerant. Ibi se reliquum consilium explicaturos confidebant. Tarraco aberat longius: quo 4 spatio plures rem posse casus recipere intelligebant. Hoc probato consilio ex castris proficiscuntur. Cæsar equi- 5 tatu præmisso, qui novissimum agmen carperet, atque impediret, ipse cum legionibus subsequitur. Nullum intercedebat tempus, quin extremi cum equitibus prœliarentur.

LXXIX. Genus erat hoc pugnæ: Expeditæ co- 1 hortes novissimum agmen claudebant: [2] pluriesque in locis campestribus subsistebant: si mons erat adscen- 2 dendus, facile ipsa loci natura periculum repellebat: quod ex locis superioribus, qui antecesserant, [3] suos adscendentes protegebant. quum vallis, aut locus declivis suberat; neque ii, qui antecesserant, [4] moranti- 3 bus

1. *Dierum XXII ab Ilerda frumentum jussi erant efferre*] Ergo falsus Dio, qui ait lib. XLI. pag. 164. καὶ προσέτι οὔτε τροφὴν εἶχον (αὐθημερὸν γὰρ τὸν σταθμὸν διατελέσειν προσδοκήσαντες, οὐδὲν ἐπηνέγκαντο) οὔτε ὕδατος εὐπόρουν, &c. *adhac neque cibum habuere (neque enim secum quicquam tulerant, quia unicis castris se quo statuerant perventuros speraverant) & ab aqua laborabant*, &c. *D. Vossius.*

2. *Pluriesque*] Sic edidit *Jos. Scaliger* ex *Pet. Ciaconii* conjectura; in libris enim est *pluresque*, ex qua lectione sensus rei congruus exsculpi non potest. Quamvis autem hæc vox apud melioris ævi scriptores alibi non occurrat, ei tamen patrocinatur *compluries*, quo usi sunt *Plautus* & *Cato*, ut ostendit *A. Gellius* Noct. Attic. lib. v. cap. XXI. *Davies.*

3. *Suos adscendentes protegebant*] Bongars. *suos desuper adscendentes protegebant*. Sic & Palatinus, nisi quod desideratur in eo τὸ *suos*. D. Vossius.

4. *Morantibus opem ferre*] Pone sequentibus; *morantes* enim hic opponuntur iis, qui antecesserant, quæ nova

bus opem ferre poterant; equites vero [1] ex loco superiore in adversos tela conjiciebant: [2] tum magno erat
4 in periculo res; tum inquirebant, ut, quum ejusmodi esset locis appropinquatum, legionum signa consistere juberent, magnoque impetu equitatum repellerent; eo summoto, repente incitato cursu sese in valles universi demittere, atque ita transgressi rursus in
5 locis superioribus consistere. nam tantum ab equitum suorum auxiliis aberant, quorum numerum habebant magnum, ut eos superioribus perterritos prœliis, in medium reciperent agmen, ultroque eos tuerentur; quorum nulli ex itinere excedere licebat, quin ab equitatu Cæsaris exciperetur.

1 LXXX. Tali dum pugnatur modo, lente, ac paullatim proceditur, crebroque, ut sint auxilio suis, sub-
2 sistunt, ut tum accidit. millia enim progressi IV, vehementiusque peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt: ibique una à fronte contra hostem ca-
3 stra muniunt, neque jumentis onera deponunt. Ubi Cæsaris castra posita, tabernaculaque constituta, & [3] dimissos equites, pabulandi caussa, animadvertere; sese

nova est verbi notio. *Pet. Ciacconius* hic *laborantibus* importune reponit. *Davies.*

1. *Ex loco superiore in adversos*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *adversarios*; sed legendum *aversos*. Equitatus enim Cæsaris milites Afranianos sequutus, in eos progredientes tela conjiciebat, ac proinde in aversos. Eandem lectionem *Fulv. Ursino* & *Fr. Hotomanno* placuisse video, licet rationem non addiderint, ob quam illis ita videretur. *Idem.*

2. *Tum magno erat in periculo res; tum inquirebant*] Locus corruptissimus, nec à quoquam hactenus tentatus præter *Hotomannum*, qui pro *inquirebant* emendavit *requirebant*: male fateor, sed melius quam vulgata. Lego ope codicis *Petaviani*: *tum magno erat in periculo res. Requirebatur ut cum ejusmodi esset locis appropinquatum, legionum signa consistere juberent.* (Cum *Petaviano* Codice facit MS. *Norvic.*) Hæc genuina loci lectio, quam non facile quis ingenio adsecutus fuisset, nisi opem tulissent codices. Sane *Ciacconius* depravatum agnovit; cæterum quomodo restitueretur, nihil addidit. Error ortus ex præmissa particula *tum*, quam librarius imperitus repetendam putavit. *D. Vossius.*

3. *Dimissos equites, pabulandi caussa, animadvertere*] Editt. *Rom. Ven. Beroald. animadvertunt*, quod melius est ob verba præsentis temporis, quæ sequuntur. At MS. *Norvic.* habet *animum advertunt*, & hæc vera pror-

se subito proripiunt hora circiter VI ejusdem diei; & spem nacti moræ discessu nostrorum equitum, iter facere incipiunt. Qua re animadversa, Cæsar eductis 4
legionibus subsequitur; præsidio impedimentis paucas cohortes relinquit; hora X subsequi pabulatores, equitesque revocari jubet. Celeriter equitatus ad quotidianum itineris officium revertitur. Pugnatur acriter 5
ad novissimum agmen, adeo ut pene terga convertant: compluresque milites, etiam nonnulli centuriones interficiuntur. Instabat agmen Cæsaris, atque universum imminebat.

LXXXI. Tum vero neque ad explorandum idoneum locum castris, neque ad progrediendum data 1
facultate, consistunt necessario, & procul ab aqua, & natura iniquo loco castra ponunt. Sed iisdem de caussis 2
Cæsar, quæ supra sunt demonstratæ, prœlio non lacessit, & eo die tabernacula statui passus non est; quo paratiores essent ad insequendum omnes, sive noctu, sive interdiu erumperent. Illi animadverso vitio castro- 3
rum, tota nocte munitiones proferunt, [1] castraque castris

prorsus est lectio. Vide not. ad lib. I. B. G. cap. XXIV. & lib. V. B. G. c. XVIII. *Davies.*

1. *Castraque castris convertunt*] Sic codd. plerique omnes & mss. Pet. ac Bong. sed hic à manu secunda: à prima manu erat (quantum videtur) *convenerunt*, & idem quoque in Palatino legitur. Ciacconius legendum putabat *conferunt*. Quæ phrasis usitata Cæsari, at hoc loco damnanda. Nam conferri dicuntur castra, quando proxime hostem ponuntur. Quis hoc ab Afranio Petrejoque factum ait; imo ratio ipsa repugnat, &, siquid judico, castra Afranius aversa parte, quæ longissime à Cæsare aberat, protulit. Quare retineo illud *convertunt*, quod hic exponendum *commutant*. Nam ut *vertere solum*, est mutare solum, vel excedere eo, ut *fortuna conversa*, & commutata, idem sunt: sic *castra convertere castris*, hic Cæsar posuit, pro castris prioribus relictis nova habere castra. *D. Vossius.*

*Ibid.*] MS. *Pal. convenerunt*: *Norvic. conjungunt*, *Pet.* autem *Ciacconius* conjecit *castraque castris conferunt*, & sane ita loqui amat *Cæsar*; mihi tamen videtur nihil esse prorsus in vulgata lectione, quod jure merito offendat. Locum mire interpretatur *D. Vossius*; putat enim phrasin hanc denotare, Afranianos pro prioribus castris relictis nova habere castra, & quidem à Cæsare magis dissita; cum illos castra sua Cæsaris castris propinquiora fecisse necessario significet: nam hosti ad progrediendum non dari facultatem, hujusce capitis initio testatus est *Cæsar*, & ex cap. LXXXIII constat, breve spacium inter utraque castra fuisse

ſtris convertunt. Hoc idem poſtero die à prima luce faciunt, totumque in ea re diem conſumunt. ſed, quantum opere proceſſerant, & caſtra protulerant, tanto aberant ab aqua longius; & præſenti malo aliis malis
4 remedia dabantur. Prima nocte aquandi cauſſa nemo egreditur ex caſtris. proximo die, præſidio in caſtris relicto, univerſas ad aquam copias educunt: pabula-
5 tum emittitur nemo. [1] His eos ſupplices male haberi Cæſar & neceſſariam ſubire deditionem, quam prœlio decertare, malebat. conatur tamen eos vallo foſſaque circumvenire; ut quam maxime repentinas eorum eruptiones demoretur, quo neceſſario deſcenſuros exiſti-
6 mabat. [2] Ibi & inopia pabuli adducti, & quo eſſent ad iter expeditiores, omnia ſarcinaria jumenta interfici jubent.

1 LXXXII. In his operibus, conſiliiſque biduum conſumitur. tertio die magna jam pars operis Cæſaris proceſſerat. Illi [3] impediendæ rei cauſſa, hora circiter

IIX

fuiſſe poſitum, unde etiam patet eos verſus Cæſarem moviſſe, ut, *ſi prælium committeretur, propinquitas caſtrorum celerem ſuperatis ex fuga receptum daret*. Apparet etiam ex *Hirtii* lib. VIII. B. G. capp. IX. & X. Cæſarem caſtra caſtris hoſtium contuliſſe, etiam cum timorem ſimularet. *Davies*.

1. *His eos ſupplices male haberi Cæſar & neceſſariam*] Ita edidit *Joſ. Scaliger*, & ſic MS. *Norvic.* niſi quod in ea perperam ſcribatur *malle haberi*. Sed vitioſa eſt lectio recepta, non enim Afraniani jam erant ſupplices. Reſcribo *his eos* ſuppliciis *male haberi*, aquæ videlicet ac pabuli inopia. Editt. tamen *Rom. Ven. Beroald. Steph.* non male exhibent *His eos ſupplices malis Cæſar neceſſariam ſubire deditionem*; aut etiam, quoniam *ſupplices male haberi* in aliis Codd. legatur, reponi poteſt *his eos ſupplices malis habere Cæſar & neceſſariam &c.* Harum lectionum utramvis eligas, omnes enim vulgatæ præſtant. *Idem*.

2. *Ibi & inopia pabuli adducti —— omnia ſarcinaria jumenta interfici jubent*] Multo melius in MS. *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* legitur *illi & inopia &c.* Hoc autem eorum facinus memorat *Jul. Frontinus* Strateg. lib. II. cap. I. *Idem*.

3. *Impediendæ rei cauſſa*] MS. *Norvic. Impediendæ munitionis, quæ fiebat, cauſſa.* Codex vet. *Pinelli*, *Impediendæ munitionis cauſſa, quæ fiebat*, ſic & *Faërni* liber, unde ille reſcribendum putavit *impediendæ rei cauſſa*, nam reliqua *rei* gloſſema eſſe videbantur. Acute quidem, nec tamen locum perpurgavit; legendum, omiſſa voce *cauſſa*, *impediendæ rei*, *hora circiter* VIII. ut liquet ex vett. impreſſis, qui veram lectionem & Gloſſema integrum ſervarunt; repræſentant enim Editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Raphaleng. Impediendæ rei, quæ munitionis cauſſa fiebat.* Sic Hir-

IIX signo dato, legiones educunt, aciemque sub castris instruunt. Cæsar ab opere legiones revocat, equi- 2
tatum omnem convenire jubet; aciem instruit. contra opinionem enim militum, famamque omnium, [1] videri prœlium diffugisse, magnum detrimentum afferebat. Sed eisdem de caussis, quæ sunt cognitæ, quo mi- 3
nus dimicare vellet, movebatur; atque hoc etiam magis, quod spatii brevitas, etiam in fugam conjectis adversariis, non multum ad summam victoriæ juvare poterat. non enim amplius pedum millibus II ab castris 4
castra distabant. hinc duas partes acies occupabant; tertia vacabat ad incursum atque impetum militum relicta. Si prœlium committeretur, propinquitas castro- 5
rum celerem superatis ex fuga receptum dabat. Hac de caussa constituerat signa inferentibus resistere, prior prœlio non lacessere.

LXXXIII. [2] Acies erat Afraniana duplex, legio V, 1
&

*Hirtius* Bell. Alex. cap. LXV. *Quæ dissolvendæ disciplinæ severitatisque essent.* *Sallustius* Jugurth. cap. LXXXVIII. *Quæ postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit.* Vide & Catil. cap. VI. *Davies.*

1. *Videri prælium diffugisse*] Sic edidit *Jos. Scaliger*, cum omnes Codd. repræsentent *prælio diffugisse*. Mihi legendum videtur *prælium defugisse*, quod & *Fr. Hotomanno* placuit. *Defugere* enim est recusare, vitare. *Cæsar* lib. VI. B. G. cap. XII. *Aditum eorum sermonemque defugiunt.* Et lib. I. B. C. cap. XXXII. *Sin timore defugiant, illis se oneri non futurum.* Contra *diffugere* idem denotat, ac *partes diversas cursu petere, dilabi.* *Hirtius* lib. VIII. B. G. cap. XXXV. *Ii repentino malo perterriti*, diffugiunt *in sua præsidia.* *Cicero* Offic. lib. III. cap. XXXII. *Non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis* diffugissent. Vide & de Bell. Afric. cap. LII. *Idem.*

2. *Acies erat Afraniana duplex: legio V, & III, in subsidiis locum alariæ cohortes obtinebant*] Ita Scaliger edidit, non arbitror, veram hanc lectionem ratus, sed quia codices non juvabant, nihil temere mutans. Certissimum est corrupta verba esse. Faërnus legebat *ex legione prima & tertia.* & *leg.* I. *& tertia* quoque habet Palatin. codex. Sed perperam; nam ut recte Ciacconius observat, prima legio non fuit in Hispania, eratque ea, quam Cæsar Pompejo in Italia transdidit. Idem ait tertiam quoque legionem fuisse apud Pompejum, quia lib. III. de bello Civili ait Cæsar: *legiones duæ transditæ a Cæsare initio dissensionis ex S. C. quarum una prima, altera tertia appellabatur.* Sed oblitus est Ciacconius ipsum se hoc loco pro *tertia* ex Lucano rescripsisse *quarta.* Verum mitto hoc. Emendat itaque Ciacconius hoc modo: *Acies erat Afraniana duplex legionum quinque. Tertium in subsidiis locum alariæ cohortes obtinebant.* Ne hoc quidem usquequaque rectum. Noli dubitare quin rescribas: *Acies erat Afra-*

& iii. in subsidiis locum alariæ cohortes obtinebant. Cæsaris triplex: [1] sed primam aciem quaternæ cohor-
2 tes ex v legione tenebant. has subsidiariæ ternæ, & rursus aliæ totidem, suæ cujusque legionis, subsequebantur. sagittarii funditoresque media continebantur a-
3 cie, equitatus latera cingebat. Tali instructa acie, tenere uterque propositum videbatur; Cæsar, ut nisi coactus, prœlium non committeret; ille, ut opera Cæsaris impediret. Producitur tamen res; aciesque ad so-
4 lis occasum continentur. inde utrique in castra discedunt. Postero die munitiones institutas Cæsar parat perficere; illi vadum fluminis Sicoris tentare, si transire
5 possent. qua re animadversa Cæsar Germanos levis armaturæ, equitumque partem flumen transjicit, crebrasque in ripis custodias disponit.

1 LXXXIV. Tandem, omnibus rebus obsessi, quartum jam diem sine pabulo retentis jumentis, aquæ, lignorum, frumenti inopia, colloquium petunt; &, id
2 si fieri possit, semoto à militibus loco. Ubi id à Cæsare negatum, &, palam si colloqui vellent, concessum est;

*Afraniana duplex legionum quinque: in subsidiis l. a. c. obtinebant.* Sane in Petav. codice invenio *leg.* v. *tertia* ubi cuncta sana, nisi quod *tertia* factum ex iii; hoc depravatum ex *in*. Atque ita egregie quoque magnus Lipsius lib. iv. Mil. Rom. Dial. viii. emendabat. Nam constat v legiones Afranio & Petrejo fuisse; & indicant hoc verba Cæsaris, quæ supra leguntur: *erant legiones Afranii tres, Petreji duæ.* D. Vossius.

1. *Sed primam aciem quaternæ cohortes ex* v *legione tenebant*] Res ipsa clamat mendum latere. Quid enim quatuor cohortes solum in prima acie fuere? certe exiguus is numerus, nec Afraniano par futurus. Lego ex codice Pet. Pal. Bong. & nostro, *quaternæ cohortes ex quinque legionibus.* Nam quinque tunc Cæsari legiones fuere. Itaque ex quinque legionibus quatuor cohortes in prima acie erant, hoc est, in universum cohortes xx: has pone sequebantur cohortes ternæ, & illas iterum ternæ, ex sua quæque legione; itaque forma agminis Cæsariani talis erat, uti quoque Lipsius observavit, l. iv. Mil. Rom. Dial. viii.

•••• •••• •••• •••• ••••
••• ••• ••• ••• •••
••• ••• ••• ••• •••

Ubi quinque, quas vides, altitudines totidem sunt legiones; primo quaternæ cohortes, deinde ternæ, & iterum ternæ. Clara res est. Interea non displicet emendatio Nicasii Ellebodii qui legebat, *quaternæ cohortes ex quaque legione.* Sensus idem erit. *D. Vossius.*

est; datur obsidis loco Cæsari filius Afranii. Venitur
in eum locum, quem Cæsar deligit. audiente utroque
exercitu, loquitur Afranius: [1] *Non esse aut ipsi, aut* 3
*militibus succensendum, quod fidem erga Imperatorem suum*
*Cn. Pompejum conservare voluerint: sed satis jam fecisse of-*
*ficio, satisque supplicii tulisse perpessos omnium rerum ino-*
*piam: nunc vero,* [2] *pene ut feminas circummunitos,* [3] *pro-* 4
*hiberi aqua, probiberi ingressu:* [4] *neque corpore dolorem,*
*neque animo ignominiam ferre posse: itaque se victos con-*
*fiteri: orare atque obsecrare, si quis locus misericordiæ re-* 5
*lin-*

1. *Non esse aut ipsi aut militibus*] Legendum ex MS. *Norvic. aut ipsis aut militibus*; dux enim erat cum Afranio Petrejus, cui etiam venia erat precanda. *Julius* etiam *Celsus* pag. 191. ubi hanc Afranii orationem refert, ait *nec* NOBIS, *Cæsar, nec militibus his irasci debeas.* Davies.

2. *Pene ut feminas circummunitos*] Ita mss. omnes; nec præter Ciacconium fuit quisquam, cui hic locus suspicionem moverit. Suspicionem dico, nam corrigere non tentavit. Ego emendo, *pene ut feras circummunitos.* Ait Afranius, se suosque Cæsaris exercitu ita conclusos, ut quasi indagine capti teneantur: hæc vera lectio, & qui de ea dubitat, aurem non habet. *D. Vossius.*

3. *Prohibere aqua, prohibere ingressu*] Eodem respicit quo priora: sed locus item malè sanus. Lego *egressu:* nimirum quia clausi erant. Sed videor melius quid reperisse, & sensus aptior erit, si scribamus *congressu.* Et huc verè spectant, quæ paullò post Cæsar ait, *neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre posse.* Dolorem, quia fame & siti vexabantur: ignominiam, quod ignava morte perituri essent, quippe quibus negaretur prœlium, ad honestè occumbendum. Hæc emendatio non ambigo quin aliis quoque se probatura sit. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Quem locum *ingressu* hic obtinere posset, nequeo equidem divinare, nec, ut opinor, alius quispiam. Ulcus est in verbis, cui sanando solus operam dedit *D. Vossius.* Reponit ille *prohibere egressu*, non prorsus quidem malè; sed hanc conjecturam postea deserit, ut *prohibere congressu* substituat. At pugna eos non prohibuit Cæsar; constituit autem *signa inferentibus resistere, prior prœlio non lacessere.* Vide c. LXXXII. Omnino scribendum videtur *prohibere digressu*, id est, discessu; eam lectionem sensui convenire nemo non videt. *Davies.*

4. *Neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre posse*] *Dolorem* vocat molestiam ex aquæ, lignorum & frumenti inopia ortam: iis autem maxima erat *ignominia*, quod circummuniti tenebantur. *Pet.* quidem *Ciacconius* pro *dolore* rescribit *laborem*, quia dolorem soli animo competere putavit, ut equidem arbitror, aliam enim rationem comminisci non possum. Utcunque sit, huic certe loco *dolor* melius congruit. *Cicero* Tusc. Quæst. lib. II. cap. XV. *Interest aliquid inter laborem, & dolorem: sunt finitima omnino, sed tamen differt aliquid. Labor est functio quadam vel animi vel corporis gravioris operis & muneris: dolor autem motus asper in corpore, alienus è sensibus.* Vide & Offic. lib. III. cap. V. *Idem.*

*linquatur, ne ad ultimum supplicium progredi necesse ha-*
*beant.* Hæc quam potest demississime atque subjectissi-
me exponit.
1 LXXXV. Ad ea Cæsar respondit: *Nulli omnium*
*has partes, vel querimoniæ, vel miserationis, minus conve-*
2 *nisse. reliquos enim omnes suum officium præstitisse; se, qui*
*etiam bona conditione, & loco, & tempore æquo confligе-*
*re noluerit, ut quam integerrima essent ad pacem omnia;*
*exercitum suum, qui injuria etiam accepta, suisque interfe-*
*ctis,* [1] *quos in sua potestate habuerit, conservarit, & te-*
*xerit; illius denique exercitus milites, qui per se de conci-*
*lianda pace egerint; qua in re omnium suorum vitæ consu-*
3 *lendum putarunt. sic omnium ordinum partes in misericor-*
*dia constitisse: ipsos duces à pace abhorruisse: eos neque in-*
*duciarum jura servasse, & homines imperitos, & per col-*
4 *loquium deceptos crudelissime interfecisse. Accidisse igitur*
*his, quod plerumque hominibus nimia pertinacia atque arro-*
*gantia accidere soleat, uti eo recurrant, & id cupidissime*
5 *petant, quod paullo ante contempserint: neque nunc se illo-*
*rum humilitate, neque aliqua temporis opportunitate postu-*
*lare, quibus rebus augeantur opes suæ, sed eos exercitus,*
*quos contra se multos jam annos aluerint, velle dimitti:*
6 *neque enim* VI *legiones alia de caussa missas in Hispaniam,*
*septimamque ibi conscriptam, neque tot tantasque classes pa-*
7 *ratas, neque summissos duces, rei militaris peritos. nihil*
*horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum provinciæ pro-*
*visum, quæ, propter diuturnitatem pacis, nullum auxilium*
8 *desiderarit. omnia hæc jam pridem contra se parari: in se*
*novi generis imperia constitui; ut* [2] *idem ad portas urbanis*
*præ-*

1. *Quos in sua potestate habuit*] Lege *habuerit*, sic omnes mss. sic L. Latina poscit. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Vulgg. *habuit.* Sed lectionem, quam recepimus, in plurimis MSS. inventam probarunt viri eruditi, eamque exhibent editt. *Rom. Ven. Beroald.* & linguæ Latinæ ratio postulat. *Davies.*

2. *Idem ad portas urbanis præsideat rebus, & duas bellicosissimas provincias absens tot annos obtineat*] Pompejum intelligit, qui Africam & Hispaniam obtinebat. Vide *Plutarchum* in Cat. p. 779. In MS. autem *Norvic.* corrupte legitur *idem ad portas urba-*
*nis*

*præsideat rebus, & duas bellicosissimas provincias absens tot*
*annos obtineat: in se jura magistratuum commutari, ne ex* 9
*prætura, & consulatu, ut semper, sed per paucos probati &*
*electi in provincias mittantur: in se ætatis excusationem nihil*
*valere, quod superioribus bellis probati ad obtinendos exercitus*
*evocentur: in se uno non servari, quod sit omnibus datum* 10
*semper imperatoribus, ut rebus feliciter gestis aut cum honore*
*aliquo, aut certe sine ignominia domum revertantur, exer-*
*citumque dimittant. Quæ tamen omnia & se tulisse patienter* 11
*& esse laturum: neque nunc id agere, ut ab illis abductum*
*exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit; sed ne*
*illi habeant, quo contra se uti possint: proinde, ut esset dictum,* 12
*provinciis excederent, exercitumque dimitterent. si id sit*
*factum, nociturum se nemini. hanc unam, atque extremam*
*pacis esse conditionem.*

LXXXVI. Id vero militibus fuit pergratum, & ju- 1
cundum, ut ex ipsa significatione potuit cognosci; ut,
qui aliquid victi incommodi exspectavissent, ultro in-
de præmium missionis ferrent. nam quum de loco & 2
tempore ejus rei controversia inferretur, & voce & ma-
nibus universi ex vallo, ubi constiterant, significare
cœperunt, ut statim dimitterentur: neque omni inter-
posita fide [1] firmum esse posse, si in aliud tempus dif-
ferretur. Paucis quum esset in utramque partem ver- 3
bis disputatum, res huc deducitur, ut ii, qui habeant
domicilium, aut possessiones in Hispania, statim; re-
liqui ad Varum flumen dimittantur. [2] ne quid eis no- 4
cere-

*nis præsidia rebus:* corruptius in editt. *Rom. Ven. Beroald. idem apportans urbanis præsidia rebus*, licet antiqua manus *Venetæ* sanam lectionem restituerit. *Ad portas* vero dicit, quoniam iis, qui cum imperio erant, in urbem ingredi non liceret. Vide *Paullum Manutium* de Sen. Rom. cap. IV. *Davies.*

1. *Firmum esse posse*] Ratum id quod de missione ageretur; eam enim respici manifestum est; plane autem dormitavit *Fr. Hottomannus*, qui hæc verba de fide ducibus data intelligit. Vide cap. LXXVI. *Davies.*

2. *Ne quid iis noceretur*] *Bong.* codex habet, *ne quoi de his noceatur.* (Editt. *Rom. Ven. Beroald. ne cui de his noceatur.*) Quod probo: hæc autem si vera lectio, ex MSS. *Cujac.* & *Petav. cogatur* paullo post legendum. *D. Vossius.*

ceretur, [1] neve quis invitus sacramento dicere cogeretur à Cæsare, cavetur.

1 LXXXVII. Cæsar ex eo tempore, dum ad flumen
Varum veniatur, se frumentum daturum, pollicetur.
addit etiam, ut, *quid quisque eorum in bello amiserit, quæ*
*sint penes milites suos, iis, qui amiserint, restituatur: militi-*
*bus, æqua facta æstimatione, pecuniam pro iis rebus dissolvit.*
2 Quascunque postea controversias inter se milites habue-
3 rant, sua sponte [2] ad Cæsarem intus adierunt. Petrejus
atque Afranius, quum stipendium ab legionibus, pene
seditione facta, flagitaretur, cujus illi diem nondum ve-
nisse dicerent, Cæsar ut cognosceret, postulant; eoque
4 utrique, quod statuit, contenti fuerunt. Parte circiter
tertia exercitus eo biduo dimissa, II legiones suas an-
tecedere, reliquas subsequi jussit, ut non longo inter
se spatio castra facerent: eique negotio Q. Fusium Ka-
5 lenum legatum præfecit. Hoc ejus præscripto ex Hi-
spania ad Varum flumen est iter factum, atque ibi re-
liqua pars exercitus dimissa est.

1. *Neve quis invitus sacramento dicere cogeretur*] Lego ex ms. Cujacii & Petavii, *neve quis invitus sacramentum dicere cogatur.* D. Vossius.

*Ibid.*] Ex MSS. *Petav.* & *Cujac.* rescribit *D. Vossius sacramentum dicere*, ac ita sane MS. *Norvic.* Sed alii MSS. & veteres cusi vulgatam lectionem retinent, ac proba est locutio; dixit enim *Livius* lib. IV. cap. LIII. *auxilioque Tribuni nemo invitus sacramento diceret.* Nihil igitur movendum. *Davies.*

2. *Ad Cæsarem intus adierunt*] Alii *introduxerunt*. Laudo & ambabus manibus amplector conjecturam Jani Guiljelmii qui c. II. Quæst. in Aululariam legit *in jus adierunt.* Observo sic locutum Cicer. Orat. XI. lib. IV. in Verrem: *Cum ad prætorem in jus adissemus, excogitat sane diligenter, & caute quid decernat. Nam antequam verbum facerem, de sella surrexit atque abiit.* Idem Orat. VII. lib. II. in eundem Verrem: *Nam Heraclius tum adfuerat, cum primum dati sunt judices: de hoc, qui antequam in jus aditum esset, antequam denique mentio controversiæ facta esset, discessisset, putabant nihil agi posse.* Sed abunde hæc ad firmandam Guiljelmii emendationem. *D. Vossius.*

LIBER

# Massilia.

A. *Turres ac munitiones Massiliæ.* B. *Turris latericia sex tabulatorum ab legionariis contra repentinos incursus obsessorum exstructa.* C. *Storeæ ex funibus ancorariis factæ ac circum turrem propendentes.*

D. *Summum tabulatum calce ac lateribus stratum.* E. *Musculus pedum LX longus à turre latericia ad hostium turrem murumque perductus.* F. *Massilia ex tribus oppidi partibus mari alluitur.* G. *Vallum.* H. *Pluteï.*



# LIBER II,

## SUMMARIUM LIB. II. DE BELLO CIVILI.

*Massiliæ, undique artius obsessæ,* III. *subsidio cum classe advenit L. Nasidius: conjunctaque suæ classi oppidana,* VII. *prælium infeliciter cum Cæsariana committit.* VIII. *Trebonius inauditæ molis machinas ad oppidum exstruit.* XII. *Quibus incolæ territi, inducias petunt:* XIV. *obtentas ipsi violantes, subita eruptione opera Trebonii disjiciunt.* XV. *Iis tamen summa festinatione refectis, denuo de deditione agunt.* XVII. *Interim in Hispania ulteriore M. Varro, bellum dum apparat,* XX. *ab omnibus pene desertus, in potestatem Cæsaris devenit;* XXII. *uti etiam Massilienses.* XXIII. *Curio in Africa primores prospere gerit;* XL. *post temerarie prælio decertans, cum toto exercitu cæditur.*

I. DUm hæc in Hispania geruntur, C. Trebo- 1
nius legatus, qui ad oppugnationem Massiliæ relictus erat, duabus ex partibus aggerem, vineas, turresque ad oppidum agere instituit.
Una erat proxima portui, navalibusque; [1] altera ad 2
par-

1. *Ad partem qua est aditus [ex Gallia atque Hispania ad id mare, quod adigit] ad ostium Rhodani]* Ita Scaliger edidit, parenthesi inclusis illis quæ hic vides verbis: quod quando in editione ejus fit, denotat suspecta vel ejicienda esse. Palatinus & Bongarsianus codex habent: *aditus ad Galliam atque Hispaniam.* Et sic emendabat Faërnus. Alii legunt: *Qua est aditus ab eo mari quod vergit ad ostium Rhodani.* Sed hoc Fulvius nimium recedere putat à vulgata scriptura. Et ut verum fateamur, parum id ex mente Cæsaris, Quomodo tamen emendandus locus sit, prorsus nescire me confiteor. Oedipo hic opus est. Illud certum arbitror, quædam à librario inserta esse, *D. Vossius.*

*Ibid.]* Variæ sunt hunc in locum hariolationes. *Gabr. Faërnus* scribit, *qua est aditus ad Galliam atque Hispaniam,* &c. nec male divinavit, ita enim exhibent MSS. *Carrar. Palat.* & *Bongars.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Petro Ciacconio* placuit *qua est aditus ab eo mari, quod vergit ad ostium Rhodani;* quam conjecturam, ut nimis audacem, merito rejicit *Fulv.*

partem, qua eſt aditus ex Gallia atque Hiſpania ad id
3 mare, quod adigit ad oſtium Rhodani. Maſſilia enim
fere ex III oppidi partibus mari alluitur. [1] reliqua
quarta eſt, quæ aditum habet à terra. Hujus quoque
ſpatii pars ea, quæ ad arcem pertinet, loci natura, &
valle altiſſima munita longam & difficilem habet oppu-
4 gnationem. Ad ea perficienda opera C. Trebonius ma-
gnam jumentorum atque hominum multitudinem ex
omni provincia vocat; vimina materiamque comporta-
ri jubet. Quibus comparatis rebus, aggerem in altitu-
dinem pedum LXXX exſtruit.

1 II. Sed tanti erant antiquitus in oppido omnium re-
rum ad bellum apparatus, tantaque multitudo tormen-
torum, ut eorum vim nullæ contextæ viminibus vineæ
2 ſuſtinere poſſent. [2] Aſſeres enim pedum XII cuſpidi-
bus

*Urſinus. Scaliger* reponit *qua eſt aditus ad oſtium Rhodani*, cetera ex interpretatione nata temere arbitratus. Ingenue autem fatetur *D. Voſſius*, ſe prorſus neſcire, quomodo emendandus ſit locus; cui tamen felicem medicinam tantum non invenit frater ejus *Iſaacus*; legit enim not. ad *Pomponii Melæ* lib. II. cap. V. *altera ad partem, qua eſt aditus ex Gallia atque Hiſpania, ad id mare quod attingit oſtium Rhodani*; *aditus* enim *ex Gallia atque Hiſpania* conciſe dicitur, pro eo quod eſt, aditus ad Maſſiliam, venientibus ex Gallia Hiſpaniaque. Firmatur ejus ſententia ex editt. *Steph.* & *Vaſcoſ.* in quibus eſt *attingit ad oſtium*, ſic & MS. *Norvic.* niſi quod ille *attigit*; nec forſan male, *attigo* enim dixerunt veteres. *Propertius* lib. I. Eleg. XVII, 27.

*Si quando veſtras labens Amor attigit undas.*

Eadem etiam forma uſi ſunt *Pacuvius*, *Lucilius* & *Plautus*, ut oſtendit *Joan. Meurſius* Exercit. Crit. Part. I. in Epid. *Plaut.* cap. VII. pag. 219. Sed, ut hic ἀρχαϊσμὸς *Caſari* reddatur, non multum contendo. Illud certum, præpoſitionem ab *Iſ. Voſſio* rejectam debere retineri; eam quippe exhibent MSS. & veteres cuſi. Reſcribe igitur *attigit*, ſive *attingit ad oſtium Rhodani.* Auctor ad Herennium lib. IV. fol. 38. B. edit. Lamb. *Ad hanc rem, quod ſatis eſt, attingemus.* Ipſe *Mela* lib. I. cap. IV. *Et qua ad fluvium attingit, latiſſima.* Sic etiam loquitur *Sulpicius Severus* Dial. III. cap. XIV. pag. 484. *Davies.*

1: *Reliqua quarta eſt, quæ aditum habet à terra*] Maſſilia *ſolis mille quingentis paſſibus terræ cohæret, qua firmiſſimus & turribus frequens murus opponitur*, ut auctor eſt *Eumenius* Paneg. VI. cap. XIX. I. *Idem.*

2. *Aſſeres enim pedum duodecim cuſpidibus præfixi*] Inter remedia adverſus turres fuere olim trabes, quas incutere ſolebant, ad infringendas eas. Unde hic per aſſeres putabat Hottomannus trabes, denotari. Sane parum refert, aſſeres an trabes fuerint: interea temere unum pro altero non accipiendum, docet me autorum graviſſimus qui Hiſtor. IV. ait:

bus præfixi, atque hi maximis baliſtis miſſi [1] per IV ordines cratium in terra defigebantur. Itaque pedali- 3
bus lignis conjunctis inter ſe [2] porticus integebatur; atque hac agger inter manus proferebatur. Antecedebat 4
[3] teſtudo pedum LX, æquandi loci cauſſa, facta; item [1] ex

ait: *Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato, quam Prætoriæ portæ (is æquiſſimus locus erat) propinquantem, promoti contra validi aſſeres & incuſſæ trabes perfregere.* Neque hic dicat quiſpiam per aſſeres & trabes eandem rem denotari: contra morem Taciti hoc, qui ſupervacuis verbis non utitur. Sed ſufficit: neque enim tanti res eſt, quando loca reperiuntur, quibus aſſer pro trabe ponatur. *D. Voſſius.*

1. *Per quatuor ordines cratium in terram defigebantur*] Voces eas *in terram*, ut furcillandas, unco Scaliger incluſit, repugnante tamen re ipſa. Ait enim Cæſar, tanta vi à Maſſilienſibus adactos aſſeres, ut quatuor cratium ordinibus perruptis, in ipſam humum penetrarent; quare nullus ambigo genuina hæc verba eſſe. *Idem.*

2. *Inter ſe porticus integebatur*] Nota *porticum* pro *vineis* poni: nec aliud hodie noſtrum *galeries*. Idque vinearum proprium nomen eſt. Sed quia olim porticus (hodieque paſſim videmus) in hortis ſolent contegi vineis, inde nomen ad militiam tranſiit. Unde Feſtus Pompejus: *Vineæ*, inquit, *quod vini feraces ſint. Etiam militares quædam machinationes à ſimilitudine appellantur. A ſimilitudine*, non vitis ipſius, quæ nulla profecto eſt, ſed quia vineis contegi ſolent porticus ad amœnitatem. In Gloſſ. mſſ. invenio, *Vineas, machinamentorum genera, quæ fiunt in modum turrium, ac rotis quibus deſcendunt* (lege *adſcendunt*) *milites ac muros expugnant.* Nimirum confudit bonus Gloſſographus pluteos, ac vineas, ac turres. Nam pluteis rotæ; turres adſcenſum dant. Vegetius lib. IV, cap. XV: *Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari barbaricoque uſu cauſias vocamus.* Sed mira codicum varietas eſt, in quibus reperias *cauſias*, *cautias*, *caucias*, *cautibus*, *cantibus*. Sed Vincentius Bellovacenſis, qui Vegetium & hic, & paſſim exſcribit, habet: *Vineas dixerunt veteres quas nunc cantibulos, alias chartos* (lego *chattos*) *vocant.* Nec dubito quin *chattos* illud rectum ſit; nam ut vinea Græcis quoque appellata nomine teſtudinis: & hinc in Poliorceticis Apollodorus χελῶναι inquit ἐλαφραὶ αἱ καλοῦνται ἄμπελοι; ſic poſterioribus quoque *cattos* i. e. feles appellatas eſſe crediderim. Sed priuſquam finio: in mſſ. omnibus eſt *integebantur*, non, ut Scaliger edidit, *integebatur*. Quare prius retineo, & ajo vocem *porticus* plurali numero hic poſitam: ut *vineæ* quoque veteres dixere, non vinea: nam etſi Lucanus dixit,

— *procedit vinea terra.*

& Silius eodem modo, in ſingulari uſurpavit, pueri videant metri cauſſa factum: qui ſoluta oratione ſcripſerunt ſemper *vineas* habent. *Idem.*

3. *Teſtudo pedum* LX, *æquandi loci cauſſa facta; item ex fortiſſimis lignis*] Noli, quod Scaliger putabat, verba hæc *facta item* ſuſpecta habere: proba & firma ſunt, & reſpiciunt ad illa, *pedalibus lignis inter ſe conjunctis*. Ait Cæſar, Maſſilienſibus tantam machinarum copiam fuiſſe, ut crates, aut id genus opera diſturbarent: itaque ex validis tignis conſtructas vineas fuiſſe: anteceſſiſſe autem teſtudinem item ex fortiſſimis lignis factam. *Idem.*

*Ibid.*] Erravit *Pet. Ciacconius*, qui hanc

[1] ex fortiſſimis lignis, involuta omnibus rebus, quibus
5 ignis jactus & lapides defendi poſſent. Sed magnitudo operum, altitudo muri, atque turrium, multitudo tormentorum omnem adminiſtrationem tardabat. tum crebræ per Albicos eruptiones fiebant ex oppido; ignesque aggeri & turribus inferebantur, quæ facile noſtri repellebant milites; magniſque ultro illatis detrimentis, eos, qui eruptionem fecerant, in oppidum rejiciebant.

1 III. Interim L. Naſidius ab Cn. Pompejo cum claſſe navium XVI, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Maſſilienſibuſque ſubſidio miſſus, freto Siciliæ, im-
2 prudente atque inopinante Curione, provehitur: appulſiſque Meſſanam navibus, atque inde, propter repentinum terrorem, Principum ac Senatus fuga facta,
3 [1] ex navalibus eorum unam deducit. Hac adjuncta ad reliquas naves, curſum Maſſiliam verſus perficit; præmiſſaque clam navicula, Domitium Maſſilienſeſque de ſuo adventu certiores facit; eoſque magnopere hortatur, ut rurſus cum Bruti claſſe, additis ſuis auxiliis confligant.

1 IV. Maſſilienſes poſt ſuperius incommodum veteres ad eundem numerum ex navalibus productas naves re-
2 fecerant, ſummaque induſtria armaverant; [2] remigum gu-

hanc machinam ea re factam arbitratur, ut opera Cæſaris loco æquari poſſent; mihi enim cum *Juſt. Lipſio* Pol. lib. I. Dial. VIII. intelligi videtur teſtudo ad congeſtionem foſſarum parata, quam deſcribit *Vitruvius* lib. X. cap. XX. *Davies.*

1. *Ex fortiſſimis lignis*] Fortitudo ad animum proprie refertur; viribus tamen corporeis & rebus inanimis interdum tribuitur. *Plinius* l. XVI. cap. XL. *Rigorem* fortiſſime *ſervat ulmus.* Non multo aliter *Corn. Severus* in Ætna vſ. 404. lapidi molari *animos* attribuit. *Vegetius* de re mil, lib, I, cap. XV, *Ut arcum ſcienter teneant*, *ut* fortiter *impleant.* Idem cap. XX. ferrum *ſcienter ac* fortiter *directum* dixit. *Idem.*

2. *Ex navalibus eorum unam deducit*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* *Ex navibus eorum unam deducit*, unde nata hæc, quæ nunc obtinet, lectio; nam cum MSto *Norvic.* reſcribendum crediderim *ex navalibus eorum deducit navem.* Sic cap. IV. *Ex navalibus productas naves refecerant.* Hanc ſane ſcripturam *Cæſaris* ἀφελότης videtur poſtulare. *Idem.*

3. *Remigum gubernatorumque magna copia ſuppetebat*] Ultimam vocem omnes exhibent Codices; eam tamen

gubernatorumque magna copia suppetebat; piscatoriasque adjecerant, atque contexerant, ut essent ab ictu telorum remiges tuti: has sagittariis tormentisque
complecerant. Tali modo instructa classe omnium seniorum, matrum familiæ, virginum precibus, & fletu excitati, ut extremo tempore civitati subvenirent, non minore animo ac fiducia, quam ante dimicaverant, naves conscendunt. communi enim fit vitio naturæ, ut [1] invisis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiusque exterreamur; ut tum accidit. adventus enim L. Nasidii summa spe & voluntate civitatem compleverat. Nacti idoneum ventum ex portu exeunt, & Tauroënta, quod est castellum Massiliensium, ad Nasidium perveniunt; ibique naves expediunt: rursusque se ad confligendum animo confirmant; & consilia communicant. Dextra pars Massiliensibus attribuitur, sinistra Nasidio.

V. Eodem Brutus contendit, aucto navium numero. nam ad eas, quæ factæ fuerant Arelate per Cæsarem,

men expungendam censuit *Jos. Scaliger*. Perperam. Sic lib. I. B. C. cap. XLIX. *Magna copia pabuli suppetebat*. Ita & lib. I. B. G. cap. XVI. Nec etiam dici potest, pro more *Cæsaris*, naves fuisse *armatas* remigum gubernatorumque magna copia; eas enim *armatas* semper vocat, cum velis, funibus, reliquoque apparatu instruantur. Vide lib. I. B. C. cap. XXXVI. & alibi passim. Quoniam autem hæc verba cum eo, quod antecedit aut sequitur, non recte cohæreant, parenthesi sunt includenda. *Davies*.

1. *Invisis latitantibus atque incognitis*] Verba mihi suspecta, & vereor nequid à librario irrepserit. *D. Vossius*.

*Ibid.*] Editt. Vett. *invisis latitantibusque atque incognitis rebus*; MS. *Norvic. latitatis*. Ineptit *Joan. Mich. Brutus*, qui, loco primæ vocis, ex Codice *Carrar*. reponit *immissis*, quod interpretatur *invito atque nolenti ultro oblatis & obtrusis*, nemo enim non videt hanc significationem parum huc convenire; vulgata autem lectio optime congruit. *Invisa res* sunt antea non visæ; ut apud *Florum* lib. IV. cap. XII, 27. *Invisum atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit*. *D.* etiam *Vossius* suspecta habuit verba, & veritus est, ne quid à Librario irrepserit; quod miror; cum, optimos scriptores plura fere συνώνυμα conjunxisse, nemini lateat. *Cicero* offic. lib. III. cap. XIII. *Certe* (hominis est) *non aperti, non simplicis, non ingenui* &c. *versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri*. *Minucius Felix* Octav. pag. 22. *Magis sunt angusta* (templa) *numinibus incolis, præsentibus, inquilinis*. Vide & *G. J. Vossium* Inst. Orat. lib. V. cap. II, 4. *Davies*.

rem, captivæ Massiliensium accesserant VI. Has supe-
rioribus refecerat diebus, atque omnibus rebus instru-
2 xerat. Itaque suos cohortatus, quos integros supera-
vissent, ut victos contemnerent, plenus spei bonæ at-
3 que animi adversus eos proficiscitur. Facile erat ex ca-
stris C. Trebonii, atque omnibus superioribus locis
prospicere in urbem, ut omnis juventus, quæ in op-
pido remanserat, [1] omnesque superioris ætatis, cum
liberis, aque uxoribus, publicisque custodiis, aut ex
muro ad cœlum manus tenderent, aut templa Deo-
rum immortalium adirent, & ante simulacra projecti
4 victoriam ab Diis exposcerent. neque erat quisquam o-
mnium, [2] qui non in ejus diei casu suarum omnium
fortunarum eventum consistere existimaret. nam & ho-
nesti ex juventute, & cujusque ætatis amplissimi, no-
minatim evocati atque obsecrati naves conscenderant;
ut, si quid adversi accidisset, ne ad conandum quidem
sibi quidquam reliqui fore viderent: si superavissent vel
domesticis opibus, vel externis auxiliis, de salute urbis
confiderent.

1 VI. Commisso prœlio, Massiliensibus res nulla ad
virtutem defuit: sed memores eorum præceptorum,
quæ paullo ante ab suis acceperant, hoc animo decer-
tabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habitu-
ri viderentur, &, quibus in pugna vitæ periculum ac-
cideret, non ita multo se reliquorum civium fatum
antecedere existimarent, quibus urbe capta eadem esset
2 belli fortuna patienda. Deductisque nostris paullatim
na-

1. *Omnesque superioris ætatis*] Ætatis provectioris, Seniores. Rarissima est locutio; tamen simili fere modo *Apulejus* Metam. lib. 1. pag. 9. ed. Pricæan. *Video*, inquit, *mulieres duas* altioris *ætatis*. Eodem sensu *majorem ætatem* dixit *Tertullianus* in Apolog. cap. IX. *Davies*.

2. *Qui non in ejus diei casu*] Hoc est, eventu, fortuna; & explicat, cum ait: *quibus urbe capta eadem esset belli fortuna patienda*. Sic infra *fortunam* dixit pro *casu*. *Nostri repentina fortuna permoti, arma, quæ possunt, arripiunt*. Unde miror Ciacconium tamen emendare hoc loco conatum, *in ejus diei eventu*. D. Vossius.

navibus, & artificio gubernatorum mobilitati navium
locus dabatur; &, ſi quando noſtri facultatem nacti,
ferreis injectis manibus, navem religaverant, undique
ſuis laborantibus ſuccurrebant. Neque vero conjuncti 3
Albicis cominus pugnando deficiebant: neque multum
cedebant virtute noſtris. Simul ex minoribus navibus
[1] magna vis eminus miſſa telorum, multa noſtris de im-
proviſo imprudentibus atque impeditis vulnera infere-
bant: conſpicatæque naves triremes II navem D. Bru- 4
ti, quæ [2] ex inſigni facile agnoſci poterat, duabus ex
partibus ſeſe in eam incitaverant: ſed tantum re provi-
ſa Brutus celeritate navis eniſus eſt, ut parvo momen-
to antecederet. Illæ adeo graviter inter ſe incitatæ con- 5
flixerunt, ut vehementiſſime utræque ex concurſu la-
borarent; altera vero, perfracto roſtro, tota collabe-
fieret. Qua re animadverſa, quæ proximæ ei loco ex 6
Bruti claſſe naves erant, in eas impeditas impetum fa-
ciunt, celeriterque ambas deprimunt.

VII.

1. *Magna vis eminus miſſa telorum — inferebant*] Hac locutione offenſus *Fr. Hotomannus*, ex antiquo Codice repoſuit *magna vi eminus miſſa telorum — inferebant*, quam vocem ad Maſſilienſes Albicis conjunctos retulit. Sed, ſi, ut ſolet, *antiquum ſuum Codicem* appellavit editionem Romanam A. D. 1472, mala fide rem geſſit; illa quippe cum aliis omnibus vulgatam lectionem exhibet, quæ ſana eſt & integra; nam *vis* hic numerum ſignificat, nec rarum eſt, ut nomini multitudinis ſingulari plurale verbum adjungatur. Sic lib. III. B. C. cap. LXXXI. *Nulla Theſſaliæ fuit civitas, quin Cæſari parerent atque imperata facerent.* ita legendum ex MSS. *Voſſ.* & *Norvic.* in vulgatis enim eſt *pareret atque imperata faceret.* Auctor de B. Hiſp. cap. VI. *Partim ut pedeſtris copia* (ſic *Norvic.* Vide not. ad lib. I. B. C. cap. XLV.) — *caſtris præſidio eſſe poſſent.* *Pomp. Mela* lib. III. cap. IV. *Gens — non ſe urbibus tenent — res opeſque ſecum trahens, ſemper caſtra habitant.* Ita ex MSS. legendum, non *tenet* & *habitat*, ut in editis. Sæpe hanc σύνθεσιν in *Livio* vitiarunt Librarii, ut oſtendit *Joan. Frid. Gronovius* ad lib. XXXVI. cap. XVI. *Davies.*

2. *Ex inſigni*] Sic reſtituit *Gabr. Faërnus*, & huc adludunt MSS. *Urſin.* & *Norvic.* in quibus legitur *ex igni.* Editi vett. *ex ſigno.* Nolim autem cum *Joan. Brantio* & fido illo errorum exſcriptore *Joan. Godwino* παράσημον intelligere; denotari puto ſignum prætoriæ navi proprium, quale fuit vexillum purpureum, aut turris, alia item, de quibus vide doctiſſimum & diligentiſſimum virum *Joannem Schefferum* Milit. Nav. lib. III. cap. I. pag. 175. ſeq. *Idem.*

1 VII. [1] Sed Nasidianæ naves nulli usui fuerunt, ce-
leriterque pugna excesserunt. non enim has [2] aut con-
spectus patriæ, aut propinquorum præcepta ad extre-
2 mum vitæ periculum adire cogebant. Itaque ex eo nu-
mero navium nulla desiderata est: ex Massiliensium
classe v sunt depressæ, IV captæ, I cum Nasidianis
profugit: quæ omnes citeriorem Hispaniam petive-
3 runt. At ex reliquis una præmissa Massiliam, hujus
nuncii perferendi gratia, quum jam appropinquaret ur-
bi, omnis sese multitudo ad cognoscendum effudit:
ac re cognita, tantus luctus excepit, ut urbs ab ho-
4 stibus capta eodem vestigio videretur. [3] Massilienses
tamen nihilo sequius ad defensionem urbis reliqua ap-
parare cœperunt.

1 VIII. Est animadversum ab legionariis, qui dexte-
ram partem operis administrabant, ex crebris hostium
eruptionibus magno sibi esse præsidio posse, si pro ca-
stello ac receptaculo, turrim ex latere sub muro fecis-
sent: quam primo ad repentinos incursus humilem
2 parvamque fecerant. Huc se referebant: hinc, si qua
major oppresserat vis, propugnabant: hinc ad repel-
3 lendum & prosequendum hostem procurrebant. Pate-
bat hæc quoquo versus pedes XXX. sed parietum cras-
situdo pedum v. Postea vero, ut est rerum omnium
magister usus, hominum adhibita sollertia, inventum
est, magno esse usui posse, si hæc esset in altitudi-
nem

1. *Sed Nasidianæ naves*] Miror incogitantiam Ciacconii, qui illud *sed* alieno hic loco positum putat, & *sedecim* emendat. Male. *Sed* hic gratiam habet, &, si tollas, amittit periodus venustatem suam. *D. Vossius.*

2. *Aut conspectus patriæ*] MS. *Carrar.* editt. *Rom. Ven. Beroald. Vascos. Steph.* habent *respectus patriæ*, quæ vox à nonnullis, velut minus Latina, perperam rejicitur. De illa egerunt Interpretes ad *Phædri* lib. v. Fab. IV. *Davies.*

3. *Massilienses tamen nihilo sequius*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *nihilo segnius*, quod etiam probum est. *Sallustius* Jugurth. cap. LXXV. *Nihilo segnius bellum parare. Corn. Nepos* Datam. cap. II. *Nihilo segnius perseveravit*; ut falsus sit *Nic. Heinsius*, qui ad *Ovidii* Metam. lib. II, 809. hanc loquendi rationem è bonis auctoribus eliminandam censuit. *Davies.*

C

B

B. *Turris latericia Cæsaris, cum funibus anchorariis præpendentibus, dum fit opus.* C. *Tectum superne, mobile.*



hem turris elata. Id hac ratione perfectum est.

IX. *Ubi turris altitudo perducta est ad contabula-* 1
*tionem ; eam in parietes instruxerunt ita , ut capita tigno-*
*rum extrema parietum structura tegerentur : ne quid emine-*
*ret , ubi ignis hostium inhæresceret. hanc insuper contignatio-* 2
*nem , quantum tectum plutei ac vinearum passum est , later-*
*culo adstruxerunt : supraque eum locum duo tigna transversa*
*injecerunt non longe ab extremis parietibus , quibus suspen-*
*derent eam contignationem , quæ turri tegumento esset futu-*
*ra: supraque ea tigna* [1] *directo transversas trabes injecerunt ,*
[2] *easque axibus religaverunt. Has trabes paullo longiores ,* 3
*atque eminentiores , quam extremi parietes erant , effecerunt ;*
*ut esset ; ubi tegumenta præpendere possent , ad defendendos*
*ictus ac repellendos , dum inter eam contignationem parietes*
*exstruerentur : eamque contabulationem summam lateribus lu-*
*toque constraverunt , ne quid ignis hostium nocere posset : cen-*
*tonesque insuper injecerunt ; ne aut tela tormentis missa ta-*
*bulationem perfringerent , aut saxa ex catapultis lateritium*
*discuterent.* [3] *Storias autem ex funibus anchorariis tres ; in lon-* 4
*gitu-*

1. *Directo transversas trabes*] Distinguit inter transversa ἁπλῶς & directo transversa : nam transversæ trabes crucis formam habent , quam Burgundicam hodie appellamus , sive literæ X , at directo transversa sunt tali specie ✠. Quod notandum ad intellectum turris , in qua primo duo tigna fuerunt transversa , dein his instratæ trabes directo transversæ , hoc pacto :



*D. Vossius.*

2. *Easque axibus religaverunt*] Ita mss. Cuj. & Petav. ac v. c. noster , sic & Scaliger edidit : in Palatino etiam est *asses*. Recte sane : etsi in editt. prioribus & nonnullis vv. cc. est *asseribus*. Nam ut Vitruvius lib. IV. ait , *in contignationibus tigna & axes*. Et asseres minus hic usui , quippe nequaquam asseribus , sed assibus tabulata insterni solent. Religandi autem verbo Cæsar infra est usus , cum ait : *eo super tigna bipedalia injiciunt ; eaque laminis clavisque religant*. Nam necessario tectum hoc constratum axibus fuit , alioqui nullius esset usus , neque contabulationis nomine (ut fit infra ) à Cæsare nuncupari posset. Denique nec lateres eidem insterni possent , quod factum infra Cæsar ait. *D. Vossius.*

3. *Storeas autem*] Sic vulgo scribunt , at in IV manuscr. constanter & hic & infra est *storia* : sed sic quoque in vet. cod. nostro reperio *nausia* , ut sunt obnoxiæ mutationi *i* & *e*. *Storea* teges est vilior texi è juncis

*gitudinem parietum turris*, [1] *latas* IV *pedes fecerunt: easque ex* III *partibus, quæ ad hostes vergebant, eminentibus trabibus circum turrem præpendentes religaverunt; quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti nullo telo neque tor-*
5 *mento transjici posse. Ubi vero ea pars turris, quæ erat perfecta, tecta atque munita est ab omni ictu hostium; pluteos ad alia opera abduxerunt: turris tectum per se ipsum* [2] *prehensionibus ex contignatione prima suspendere ac tollere cœperunt: ubi quantum storiarum demissio patiebatur, tantum*
6 *elevabant. Intra hæc tegumenta abditi atque muniti parietes lateribus exstruebant: rursusque alia prehensione ad ædifican-*

juncis aut talibus solitus; habetque nomen ἀπὸ τοῦ στορεῖν Hic tamen Cæsar è funibus anchorariis texit storeas. In Glossis Cyrilli reperio Ψίαθος, *Teges*, *Terratoria*, *Macta*. Quid illud *Terratoria*? An ψίαθος notat thorum terræ insterni solitum, quomodo hodieque stramini miles incubat? Depravatum locum nullus ambigo. Quare rescribo ψίαθος *Teges terræ, storia, matta*. Nam ψίαθος, ut exponit Hesychius, est ἡ χαμεύνη: sive lectus humi stratus. Cui accurate respondet illud *teges terræ*, & *storia*, & *matta*, quæ vox nobis hodieque patrio sermone storias denotat. *D. Vossius*.

1. *Latas pedes* IV] Id est, crassas, inquit Hottomannus. *nam* ait, *latitudo cujusque erat pedum* XXX, *quantum erat turris spatium quoquoversus*. Sed fœde labitur. Quales enim storiæ illæ, quæ crassæ pedes IV? quis unquam simile quid audivit? Latitudo storiarum erat pedum IV, nimirum, ut paullum modo inclinatum protegere virum posset: longitudo pedum XXX, quantum erat turris spatium. *Idem*.

2. *Prehensionibus*] V. c. *pressionibus*. Petav. & Bong. *presionibus*. & sic infra quoque Bong. sed Pet. illic habet *prensione*. Palatinus ut in vulgatis est. Sed altera lectio vera est; quamvis & Scaliger & Martinius, doctorumque alii *prehensiones* genuinum esse vocabulum putaverint. *Pressiones* sunt ὑπομόχλια, sive ligna illa, quæ vectibus subjiciuntur, ne vectes deprimant terram. Unde Vitruv. lib. x. cap. VIII. *Supposita uti centro, cito porrecta pressione, quod Græci* ὑπομόχλιον *appellant*. Et videmus hodieque in sublevandis ædificiis talibus uti fabros. Forma hujusmodi est. Ab ea origine *exprimere*




A. Ὑπομόχλιον, *sive* pressio.
B. Vectis.

est sublevare: unde supra de turribus Cæsar, *quantum has quotidianus agger expresserat*. Hinc in Glossis quoque *Pressorium* πιεστήριον, sive torcular, exponitur. Et *pressorium vas* dixit Columella l. XII. cap. XVIII. Hinc etiam *pressura*, hoc est πιεσμός. At Digest. de serv. præd. urb. lib. 16. aliter ea vox usurpatur. *Interdum dici potest eum quoque, qui tollit ædificium vel deprimit, luminibus officere: si forte* κ̀ ἐπανάκλασιν (Alciatus ἀνάκλασιν emen-

*tandum sibi locum expediebant. Ubi tempus alterius contabu-* 7
*lationis videbatur, tigna item, ut primo, tecta extremis late-*
*ribus instruebant; exque ea contignatione rursus summam con-*
*tabulationem, storiasque elevabant. Ita tuto, ac sine ullo* 8
*vulnere ac periculo* VI *tabulata exstruxerunt: fenestrasque,*
*quibus in locis visum est, ad tormenta mittenda instruendo*
*reliquerunt.*

X. Ubi ex ea turri, quæ circum essent, opera tue- 1
ri se posse confisi sunt; musculum pedum LX longum
ex materia bipedali, quem à turri lateritia ad hostium
turrem, murumque perducerent, facere instituerunt;
cujus musculi hæc erat forma. *Duæ primum trabes* [1] *in* 2
*solo æque longæ, distantes inter se pedes* IV *collocantur:* [2] *in-*
*que*

emendat) *vel pressura quadam lumen in eas ædes devolvatur.* Ubi per pressuram intelligitur, id quod hodieque fieri videmus, ut lumen compressum inter muros aut tecta illabatur desuper, nos vocamus *vallende lichten.* In glossis Cyrilli invenio *premo*, & *prendo*, seu *prehendo*, pro eodem poni: Πιέζω *prendo*, *presso.* Et idem voluisse videtur Philoxenus, cum ait, *Prensatio* ἀγγάρεια. Nisi forte vult prensationem fuisse ἀγγάρειαν, quia sæpissime prensatores illi importuni & molesti erant, ac invitis quibusdam extorquerent favorem. Sane in eodem est *Prendit*, Ἀράσσεται, συλλαμβάνει. Alioqui propriè ἀράσσεται est collidere, aut tundere. Sed manifestius id videmus alio loco, ubi est, *deprehensum* κατηρεφής. Nam κατηρεφής, quod opacum & tectum est, notat, qualia sunt humilia loca, ac depressa. Nam quod Vulcanius ait, melius hic dici potuisse prehensum, & adstruere veritatem rei conatur hoc loco Cæsaris, frustra est. *Deprehensum* in Philoxeno ponitur pro *depressum*: ut solent talia confundi. Sic sane lib III. de bello Civili C. CI. ubi sermo de classe Cassiana: *Flamma ab utroque cornu comprehensa.* Legitur in Petaviano codice *compressa.* Vitione ævi, an librariorum indiligentia, non facile dixerim: illud video, in mssis quoque Cæsaris codicibus hoc loco legi *prensionibus*, *pressionibus*, *prehensionibus*, promiscuè. Et in mssis codd. aliorum quoque autorum sæpe videas temere N vocibus insertam. Sic *thensauri*, *totiens*, *quotiens.* D. Vossius.

1. *In solo æque longæ* ] Interposita virgula, scribendum *in solo*, *æque longæ*, ut recte habet ed. *Beroald.* In *Rom.* & *Ven.* perperam legitur *æque longe distantes* &c. *Davies.*

2. *Inque eis columnellæ* ] Malo *columellæ* ut in optimo codice Petaviano est. Nam dicimus *columna*, *columnula*, *columella.* D. Vossius.

Ibid.] *Jos. Scaliger* edidit *inque eis columnellæ*, quam scripturam firmant editt. *Ven. Beroald.* at rectius MSS. *Petav.* & *Norvic.* cum *Rom.* exhibent *inque eis columellæ*, ut ostendit *G. J. Vossius* in Etymol. voce *columna.* Ac sane, quod non observat vir doctissimus, huic voci fidem non dubiam facit *Columellæ*, celebris de re Rustica scriptoris, nomen. *Davies.*

3 *que eis columellæ pedum in altitudinem* V *defiguntur.* [1] *Has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt, ubi tigna, quæ muſculi tegendi cauſſa ponant, collocentur. eo ſuper tigna bi-*
4 *pedalia injiciunt; eaque laminis clavisque religant. Ad extremum muſculi tectum, trabeſque extremas,* [2] *quadratas regulas* I V *patentes digitos defigunt; quæ lateres, qui ſu-*
5 *per muſculo ſtruantur, contineant.* [3] *Ita faſtigato, atque ordinatim ſtructo, ut trabes erant in capreolis collocatæ, lateribus lutoque muſculus, ut ab igne, qui ex muro jacere-*
6 *tur, tutus eſſet, contegitur. ſupra lateres coria inducuntur; ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Coria autem, ne rurſus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conte-*
7 *guntur.* [4] *Hoc opus omne tectum vineis ad ipſam turrim perficiunt, ſubitoque, inopinantibus hoſtibus,* [5] *machinatione navali,*

1. *Has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt*] *Capreoli* ſunt συγκύπται, ſive ligna in imo divaricata, quorum faſtigia committuntur, & canterios ſuſtinent. Nomen ſortiti videntur à capreolis, qui adverſis cornibus concurrunt: nam tignorum ſpecies ita procumbens refert quaſi cornibus certantes capros. Nam illorum fœdus error, qui huic loco applicant capreolos illos, qui vitium cincinni ſunt, ne audiendus quidem; nihil enim hic commune cum illis capreolis. *D. Voſſius.*

2. *Quadratas regulas*] Regulæ ſunt directa ligna, quæ hodie *latas* dicimus, notante *J. Lipſio* Poliorc. lib. I. Dial. IX. ubi totum hunc locum enarrat. *Rom. Ven. Beroald. tegulas* corrupte repræſentant. *Davies.*

3. *Ita faſtigato*] Sic recte editt. *Rom.* A. D. 1472. cum in aliis legatur *faſtigiato*, quod verbum non eſt Latinum. Vide not. ad lib. II. B. G. cap. VIII. *Idem.*

4. *Hoc opus omne tectum vineis ad ipſam turrim perficiunt*] Ait muſculum ſtructum intra vineas: quod fieri potuit: nam vineæ, ut ex Vegetio diſcimus, altæ erant pedes octo: muſculi vero columnæ erant altæ pedes quinque: his deinde impoſiti capreoli, qui neceſſum eſt valde inclinati fuerint, alioqui contineri vineis muſculus nequiſſet: nam infra columnas illas trabes jacebant bipedales. Itaque columnæ & trabes fere VII pedes altæ erant, unus ſupereſt pes ad tectum imponendum muſculo. Sed credo ego illa verba Vegetii non uſquequaque vera eſſe, & exſtructas ſæpe ab Romanis vineas, quæ octavi pedis altitudinem excederent. Sed dicere poſſis, muſculum pone vineas exſtructum fuiſſe, & ideo tectum vineis dici. Sane ego non multum pugnare velim. Nihilominus ſequitur ſupra vineas muſculum non eminuiſſe, hoc eſt, pedum VIII altitudinem, aut nihil, aut non multum exceſſiſſe; alioqui conſpecturi eum Maſſilienſes fuerant. *D. Voſſius.*

5. *Machinatione navali, phalangis ſubjectis*] *Julius Pollux:* τὰ τῶν νεῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσιν ἐφέλκονται αἱ νῆες, φάλαγγες, καὶ φάλαγγαι. *Varro* de vita Pop. Rom. *Cum Pœnus in fretum obviam veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet, crudeliſſime, pro phalangis, carinis*

*vali, phalangis ſubjectis, ad turrim hoſtium admovent, ut ædificio jungatur.*

XI. Quo malo perterriti ſubito oppidani ſaxa quam 1
maxima poſſunt vectibus promovent, præcipitataque
muro in muſculum devolvunt. Ictum firmitas materiæ
ſuſtinet, & quidquid incidit, faſtigio muſculi elabi-
tur. Id ubi vident, mutant conſilium: cupas tæda ac 2
pice refertas incendunt; caſque de muro in muſculum
devolvunt. Involutæ labuntur; delapſæ ab lateribus,
[1] longuriis, furciſque ab opere removentur. Interim 3
ſub muſculo milites vectibus infima ſaxa turris hoſtium,
quibus fundamenta continebantur, convellunt. Mu-
ſculus ex turri lateritia à noſtris telis tormentiſque de-
fenditur: hoſteſque ex muro ac turribus ſubmoventur.
Non datur [2] libera muri defendendi facultas. Complu- 4
ribus jam lapidibus ex ea, quæ ſuberat, turri ſubdu-
ctis, repentina ruina pars ejus turris concidit. Pars re-
liqua conſequens procumbebat.

XII. Tum [3] hoſtes turris repentina ruina commo- 1
ti, inopinato malo turbati, Deorum ira perculſi, urbis
direptione perterriti, [4] inermes cum infulis ſeſe porta
foras

*rinis ſubjecerat, quo metu debilitaret noſtros. Nonius: Palangæ dicuntur fuſtes teretes, qui navibus ſubjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad littora ſubducuntur. Unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus tranſvehunt.* Ciaccon. Vide *Joan. Schefferum* Mil. Nav. lib. III. cap. III. *Davies.*

1. *Longuriis, furciſque ab opere removentur*] Illa *ab opere* in v.c. noſtro & Pet. (ac *Norv.*) deſiderantur; proba tamen ſunt. Ait Cæſar cupas è muro devolutas in muſculum cecidiſſe: inde faſtigato tecto delapſas in terram: ibi ne flamma opus adureretur, longuriis remotas eſſe. *D. Voſſius.*

2. *Libera muri defendendi facultas*] *Pet. Ciacconius* vocem *muri* delendam cenſet, quia non murus, ſed turris oppugnabatur. Lenior eſt medicina, ſi reponamus *non datur libera* muro *defendendi facultas*, ob tela videlicet tormentaque à Romanis miſſa. *Davies.*

3. *Hoſtes turris repentina ruina commoti, inopinato malo turbati, Deorum ira perculſi, urbis*] In Manuſcripto *Cujac.* & *Petav.* decem hæ voces deſiderantur, & ſolum eſt, *hoſtes urbis direptione permoti.* (Sic & in *Norvic.* legitur.) Cæterum quod hic *Cæſar* ait *urbis direptione permoti*, id ad metum Maſſilienſium referendum: nam urbs direpta non erat, ſed verebantur Maſſilienſes ne id contingeret. *D. Voſſius.*

4. *Inermes cum infulis*] Nimirum ſic antiquitus ſolebant ad placandos victores, quemadmodum ſacerdotes

foras universi proripiunt; ad legatos atque exercitum
2 supplices manus tendunt. Qua nova re oblata, omnis
administratio belli consistit: militesque aversi à prœ-
3 lio ad studium audiendi & cognoscendi feruntur. Ubi
hostes ad legatos exercitumque pervenerunt, universi

dotes & hostiæ ad propitiandos Deos erant infulis circumdatæ. Unde & *infulat* in Glossis Isidori exponitur *propitiat*. De infulis Glossæ ms. nostræ: *Infolæ, velamenta de lana in modum vittarum facta*. Festus: *Infulæ sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes, & hostiæ, templaque velabantur*. De sacerdotibus & hostiis nota res: nam illuc respexit Maro cum ait x. Æn. vi. 538.

*Infula cui sacra redimibat tempora vitta.*

De hostia idem ii. Æn. 156.

—— *vittæque Deûm quas hostia gessi.*

Nam *vittæ* & *infulæ*, etsi idem non sunt, ponuntur pro eodem, quia vittæ annexæ erant infulis. De hostiis quoque Varro lib. vi. de L. L. ait: *Infulas dictas apparet in hostiis, quod velamenta e lana, quæ adduntur infulæ, intra hostiarum cornua velamenta erant*. Locus mire depravatus: quid illud *velamenta* prius sibi vult? deinde an vittæ intra cornua hostiarum? Emendo totum locum: *Infulas dictas apparet quod filamenta e lana, quæ adduntur infulæ, infra hostiarum cornua velamenta erant*. Ut putaverit Varro infulas quasi inferulas dictas ab *infra*, quod credidit quoque Perottus, nimirum quia vittæ infra cornua pendebant. Scaliger infulas deducit ab *infilando*, quod putat significare amicire, aut velare. Sed probatum id velim. in Festo legitur: *Effafilatum, exertum, quod scilicet exerto brachio sunt exfilati, id est, extra vestimentum filo contextum*. Lego *Effilatum*. x in f abiit, ut *exfari, effari*. Ergo *exfilare* est exerere, *infilare* sit velare. non tamen infulam inde deduci patiar, quippe filum primam habet productam: infula brevem mediam. Scio subinde composita primitivi naturam amittere: sed huc non temere recurrendum. Ego ab Hetruscis petendam vocabuli originem arbitrer, à quibus pleraque sacra Romani accepere. Interea deducere non male possis à φαλὰ, quomodo vocatur κέρμος τῆς περικεφαλαίας. Aut à φαλιὸς quod *album* notat: nam *infula*, inquit Isidorus, *est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis*. Verum ad Festum ut redeamus, de sacerdotibus & hostiis notum eos infulis velari solitos. At templa velari vittis quis prodidit? Profecto nihil unquam tale legi, & sanum locum esse ne ipsa quidem ὑγεία mihi persuaserit: emendo confidenter hoc modo: *Infulæ sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes & hostiæ tempora velabantur*. Conferat qui volet verba Festi & Varronis, non dubito quin veritatem conjecturæ facile animadversurus sit: nam *tempora vittis velare* est familiarissima, & propria veterum phrasis. unde Maro:

—— *redimibat tempora vitta.*

Et sic innumeri autores. In glossis, quæ Isidoro vulgò tribuuntur, lego *Infula sacerdotalis vitta, & administratio judicialis*. Quod miror: hic infulam dici vittam, cum ipse Isidorus lib. xix. c. xxx. Orig ait, *ab infula vittæ ab utraque parte dependent*. Sed excusari potest, si vittam hic generatim dicamus pro diademate aut redimiculo poni. Etiam in Glossis nostris MSS. *Infola vittæ sacerdotum*. & *Infola amministratio sacerdotalis*. Quantum ad illa verba *judicialis administratio*, innuit quoque magistratus &

ſi ſe ad pedes projiciunt: orant, *ut adventus Cæſaris ex-* 4
*ſpectetur; captam ſuam urbem videre, opera perfecta, tur-*
*rem ſubrutam; itaque à defenſione deſiſtere: nullam exoriri*
*moram poſſe, quo minus, cum veniſſet, ſi imperata non fa-*
*cerent, ad nutum è veſtigio diriperentur. Docent, ſi omnino* 5
*turris concidiſſet, non poſſe milites contineri, quin ſpe præ-*
*dæ in urbem irrumperent, urbemque delerent.* Hæc, atque ejuſdem generis complura, [1] ut ab hominibus doctis, magna cum miſericordia fletuque pronunciantur.

XIII. Quibus rebus commoti legati, milites ex ope- 1
re deducunt, oppugnatione deſiſtunt, operibus cuſtodias relinquunt. Induciarum quodam genere miſericordia facto, adventus Cæſaris exſpectatur. Nullum ex muro, nullum à noſtris mittitur telum. ut re con-
fecta, omnes curam & diligentiam remittunt: Cæſar 2
enim per literas Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur; ne gravius permoti milites, & defectionis odio, & contemptione ſui, &

& præſides provinciarum inſulis ſolitos ornari. Unde in Novell. Theodoſ. & Valent. T. de metatis pag. 567. *tam Conſularium virorum, quam præfectura inſulis ornatorum.* Spartianus in vita Hadriani pag. 4. *Poſt Mauritaniæ præfecturam inſulis ornatum Pannoniæ Daciæque præfect.* Urſinus ad hunc locum Cæſaris ait inſulas Græcis vocari *ἱκετηρίας κλάδας* Sed næ ille Paraphraſtem, imo prorſus oblitum interpretis egerit, qui ubi in Græco ſcriptore occurrat *ἱκετηρίων κλάδων* mentio, vertere velit *inſulas.* Multo præſtitiſſet dicere *στέμματα* Græcis vocata: nam eæ vere inſulæ; & hinc in Gloſſis Philox. *Inſulæ, στέμματα.* Itaque eodem modo, quo hic Maſſilienſes, inſulis uſi dicuntur. Ita apud Homerum α Iliad. Chryſes ſacerdos, Agamemnoni ſupplicatum venit,

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου
Ἀπόλλωνος.

Ubi Euſtathius ait cum coronâ acceſſiſſe, ut majeſtate & reverentia Apollinis moveretur, cujus coronam habebat Chryſes. Quales lædere nefas erat: unde Æn. 11. 429.

——— *nec te tua plurima Panthu*
*Labentem pietas, nec Apollinis inſula*
*texit.* D. Voſſius.

1. *Ut ab hominibus doctis magna cum miſericordia fletuque pronunciantur*] Negat Hottomannus per doctos hic Cæſarem aliud velle quam edoctos à ſuis, quid dicerent. Sed luce clarius eſt eum per doctos intelligere facundos, nam facundia ad miſericordiam movendam nihil utilius. Simile illud Taciti de Germanico, primo Annal. *Planci gravem & immeritum caſum, ſimul quantum dedecoris adierit legio, facunde miſeratur.* Neque in Maſſilienſibus id mirum, quo ad declamandum ipſi Romani confluebant. *D. Voſſius.*

3 & diutino labore, omnes puberes interficerent. quod se facturos minabantur: ægreque tunc sunt retenti, quin oppidum irrumperent: graviterque eam rem tulerunt, quod stetisse per Trebonium, quo minus oppido potirentur, videbatur.

1 XIV. At hostes sine fide tempus atque occasionem fraudis ac doli quærunt. interjectisque aliquot diebus, nostris languentibus, atque animo remissis, subito, meridiano tempore, quum alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti se dedisset; [1] arma vero omnia reposita contectaque essent; portis se foras erumpunt; secundo magnoque vento ignem operibus inferunt. Hunc sic distulit ventus, uti uno tempore
2 agger, plutei, testudo, turris, tormentaque flammam conciperent, & prius hæc omnia consumerentur, quam,
3 quemadmodum accidisset, animadverti posset. Nostri repentina fortuna permoti, arma, quæ possunt, arripiunt. alii ex castris sese incitant. Fit in hostes impetus: sed è muro, sagittis, tormentisque fugientes per-
4 sequi prohibentur. Illi sub murum se recipiunt; ibique musculum turrimque lateritiam libere incendunt. Ita multorum mensium labor, hostium perfidia, & vi tem-
5 pestatis, puncto temporis interiit. Tentaverunt hoc idem Massilienses postero die, eandem nacti tempestatem; majori cum fiducia ad alteram turrem aggeremque eruptione pugnaverunt; multumque ignem intulerunt.

1. *Arma vero omnia reposita contectaque essent*] In *Pal.* & *Bongars.* est *conjectaque*, sed male. (Editt. *Rom. Ven. Beroald.* corrupte etiam repræsentant *contemptaque.*) Nam militum arma, siquando otium esset, reponi & contegi solita adversus pulverem, imbres, aliaque id genus. Imo in *Tacito* legas 1. Histor. *Aperire deinde armamentarium jussit, capta statim arma sine more & ordine militia*, &c. Cæterum id semper non factum videtur: nam haud dubie repentino casu noxium, quando celeriter arma capienda. Itaque credo sua quemque sede militem arma recondidisse. Tegi vero etiam in itinere solent: unde ipse *Cæsar* ait lib. II. B. G. cap. XXI. *Temporis tanta fuit exiguitas, hostiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut non modo ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas, scutisque tegmenta detrahenda tempus defuerit.* Sed supersedeo claram rem probare: alii exempla collegerunt. *Davies.*

lerunt. [1] sed ut superioris temporis contentionem nostri 6
omnem remiserant, ita proximi diei casu admoniti o-
mnia ad defensionem paraverant. Itaque multis inter-
fectis, reliquos infecta re in oppidum repulerunt.

XV. Trebonius ea, quæ sunt amissa, multo majo- 1
re studio militum administrare & reficere instituit. nam
ubi tantos suos labores & apparatus male cecidisse vi-
derunt; induciisque per scelus violatis suam virtutem
irrisui fore perdoluerunt; quod, unde agger omnino
comportari posset, nihil erat reliquum, omnibus arbo-
ribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis, &
convectis; *aggerem novi generis, atque inauditum ex la-
teritiis duobus muris, senum pedum crassitudine, atque eo-
rum murorum contignationem facere instituerunt,* [2] *æqua fe-
re latitudine, atque ille congestus ex materia fuerat agger.
ubi autem spatium inter muros, aut imbecillitas materiæ po-* 2
*stulare videretur, pilæ interponuntur, transversaria tigna in-
jiciuntur, quæ firmamento esse possint; & quidquid est con-
tignatum, cratibus consternitur, cratesque luto integuntur.*
Sub

2. *Sed ut superioris temporis contentionem nostri omnem remiserant, ita proximi diei casu*] Locus videtur in mendo cubare. Legit *Fr. Hotomannus*, *sed ut superiori die contentionem* &c. Propius ad vestigia receptæ lectionis reponendum arbitror *sed ut superiori tempore contentionem. Superius tempus* vocat id, quod à ficta Massiliensium deditione fluxerat, qua facta, omnem contentionem remiserant Cæsariani. At hanc sane conjecturam à *Pet. Ciacconio* præoccupatam esse jam video. Hic autem minus feliciter rem gerit, cum paullo post reponat *pristini diei casu*; locus enim medicina non indiget. *Proximum* est, quod proxime prætetiit. *Terentius* Eun. Act. II. Sc. III, 39. *His mensibus sex septem prorsum non vidisse proximis.* Ubi *Donatus*, *quia*, inquit, *non vidisse dixit* proximis, *præteritis intelligimus: proxima enim nobis aut præterita, aut futura sunt.* *Cicero* init. orat. I. in Catilin. pag. 1726. *Quid* proxima, *quid superiore nocte egeris, ubi fueris.* Noster quidem lib. IV. B. G. cap. XIV. dixit *pristini diei perfidia*, sed haud necesse est, ut scriptores eodem modo semper loquantur, quod cum in animum non revocarent Critici, sæpe, contra quam monet parœmia, ἐκίνησαν τὰ ἀκίνητα. Davies.

2. *Æqua fere latitudine*] Ita edidit *Jos. Scaliger*, & sic habent editt. *Rom. Ven. Beroald.* Sed cum *Stephanica* legendum *altitudine*, *latitudinem* enim sive *crassitudinem* supra definivit. *Fr.* quidem *Hotomannus* reponit *æqua fere latitudine atque altitudine*, quæ sane conjectura minus placet ob caussam jam ante dictam, neque enim ταυτολόγος est Cæsar. *Idem.*

3 Sub tecto miles dextera ac ſiniſtra muro tectus, adverſus plutei objectu, operi quæcunque uſui ſunt, ſine
4 periculo ſupportat. Celeriter res adminiſtratur : diuturni laboris detrimentum ſollertia & [1] virtute militum brevi reconcinnatur. Portæ, quibus locis videtur, eruptionis cauſſa in muro relinquuntur.

1 XVI. Quod ubi hoſtes viderunt, ea, quæ diu longoque ſpatio refici non poſſe ſperaſſent, paucorum dierum opera & labore ita refecta, ut nullus perfidiæ neque eruptioni locus eſſet; neque quidquam omnino relinqueretur, quo aut vi militibus, aut igni operibus,
2 noceri poſſet; eodemque exemplo ſentiunt totam urbem, [2] qua ſit aditus, ab terra, muro, turribuſque circumiri poſſe; ſic, ut ipſis conſiſtendi in ſuis munitionibus locus non eſſet, quum pene inædificata in muris ab exercitu noſtro mœnia viderentur, ac tela manu
3 conjicerentur; ſuorumque tormentorum uſum, quibus ipſi magna ſperaviſſent, ſpatio propinquitatis interire; parique conditione è muro ac turribus bellandi data, virtute ſe noſtris adæquare non poſſe intelligunt, ad eaſdem deditionis conditiones recurrunt.

1 XVII. M. Varro in ulteriore Hiſpania initio cognitis iis rebus, quæ ſunt in Italia geſtæ, diffidens Pompejanis
2 rebus, amiciſſime de Cæſare loquebatur. *præoccupatum ſeſe legatione ab Cn. Pompejo, teneri obſtrictum fide: neceſſitudinem quidem ſibi nihilo minorem cum Cæſare intercedere: neque ſe ignorare, quod eſſet officium legati,* [3] *qui fiduciariam*

1. *Virtute militum brevi reconcinnatur*] In v. c. noſtro & *Cujac. Petav. Pal.* ac *Bong.* eſt *reconciliatur*: (ſic & MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.*) quod ob tot codicum conſenſum diſſimulare non debui. Forſan quis meliorem vulgata lectionem inde conjectabit. *D. Voſſius.*

2. *Qua ſit aditus, ab terra*] Sic in editt. *Scalig.* & ſeqq. At, deleta virgula, ſcribendum *qua ſit aditus ab terra*, ut bene *Rom. Ven. Beroald.* Sic autem loquitur noſter, quia Maſſilia *tribus partibus mari alluebatur*, ut teſtatus eſt hujuſce libri cap. 1. *Davies.*

3. *Qui fiduciariam operam obtineret*] Mira inſcitia eſt Hottomanni & Ciacconii, qui ignari, quæ eſſet opera fiduciaria, corrigunt *fiduciarum provinciam.* Quaſi non ut *fiduciaria hæreditas*, ita & *fiduciaria opera* dicere liceat.

*ciariam operam obtineret*, *quæ vires ſuæ*, *quæ voluntas erga*
*Cæſarem totius provinciæ.* Hæc omnibus ferebat ſermo-
nibus; neque ſe in ullam partem movebat. Poſtea ve- 3
ro, quum Cæſarem ad Maſſiliam diſtineri cognovit,
copias Petreji cum exercitu Afranii eſſe conjunctas, ma-
gna auxilia conveniſſe, magna eſſe in ſpe atque exſpe-
ctatione, & conſentire omnem citeriorem Provinciam,
quæque poſtea acciderant, de anguſtiis ad Ilerdam rei
frumentariæ accepit; atque hæc ad eum latius atque in-
flatius Afranius perſcribebat; ſe quoque ad motum for-
tunæ movere cœpit.

XVIII. Delectum habuit tota provincia; legionibus 1
completis II cohortes circiter XXX alarias addidit; fru-
menti magnum numerum coëgit, quod Maſſilien-
ſibus, item quod Afranio Petrejoque mitteret; naves
longas X Gaditanis, ut facerent, imperavit; [1] complures
præterea Hiſpali faciendas curavit: pecuniam omnem
omniaque ornamenta ex Fano Herculis in oppidum
Gades contulit. Eo VI cohortes, præſidii cauſſa, ex 2
provincia miſit: Cajumque Gallonium, equitem Ro-
manum, familiarem Domitii, qui eo procurandæ he-
reditatis cauſſa venerat, miſſus à Domitio, oppido Ga-
dibus præfecit: arma omnia privata & publica in do-
mum

liceat. Idem ait Cæſar ſub finem hujus libri: *amiſſo exercitu*, *quem à Cæſare fidei ſuæ commiſſum acceperit.* Sed tædet nugarum. *D. Voſſius.*

1. *Complures præterea Hiſpali faciendas curavit*] In tribus mſſis eſt *in Hiſpali*, quam voculam Scal. & Lipſ. expunxerunt: an recte ambigo; nam ſæpe ſolet Cæſar urbium nominibus addere præpoſitiones. Sed tamen tale exemplum nondum legi. *Idem.*

*Ibid.*] MSS. omnes & vett. editt. *in Hiſpali*, præter *Norvic.* qui corrupte exhibet *in Hiſpania.* Præpoſitionem delevere *J. Lipſius* & *Joſ. Scaliger*, & ſane raræ ſunt hujuſmodi locutiones. *Terentius* tamen Eun. Act. III. Sc. IV, I. *Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræeo*, *in hunc diem ut de Symbolis eſſemus.* Ubi *Donatus* ait *conſenſimus ac pepigimus*, *ne ſit Solæciſmus* in Piræo *pro in Piræum.* Non me quidem fugit, *Ciceronem* ad Attic. lib. VII. Epiſt. III. ex *Terentio* laudare *heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræeum*, ſed memoria lapſus videtur; alteram enim lectionem omnes Codd. repræſentant, eamque neceſſario retinendam cenſuit eruditiſſima fœminarum *Anna Daceria.* Cum igitur *Cæſar* ſoleat urbium nominibus præpoſitiones addere, vetus lectio non eſt rejicienda. *Davies.*

3 mum Gallonii contulit. Ipſe habuit graves in Cæſarem
conciones. ſæpe ex tribunali prædicavit *adverſa Cæſarem*
*prœlia feciſſe, magnum numerum ab eo militum ad Afranium*
*perfugiſſe. hæc ſe certis nunciis, certis auctoribus, comperiſ-*
4 *ſe.* [1] Quibus rebus perterritos cives Romanos ejus pro-
vinciæ ſibi [2] ad Remp. adminiſtrandam HS. cxc, &
argenti pondo xx millia, tritici modios cxx millia pol-
5 liceri cogit. Quas Cæſari eſſe amicas civitates arbitraba-
tur, iis graviora onera injungebat: qui [3] verba atque
orationem adverſus Remp. habuiſſent, eorum bona in
publicum addicebat; præſidiaque eo deducebat; & ju-
dicia in privatos reddebat: provinciam omnem in ſua
6 & Pompeji verba jusjurandum adigebat. Cognitis
iis rebus, quæ ſunt geſtæ in citeriore Hiſpania, para-
bat

1. *Quibus rebus perterritis civibus Romanis*] Lego ex Palatino & Bong. *perterritos cives Romanos.* Et ſic quoque in duobus libris repererat Ciaccon. *D. Voſſius.*

2. *Ad Remp. adminiſtrandam HS.* cxc] In Petaviano eſt clxxx. etiam Pal. numerum lxxx retinet, quamvis corrupte in eo legatur *cohortes* lxxx. Et Bongarſ. *cohortes* clxxx. Ortus error ex notis HS. pro quibus in Petav. quoque ſcriptum eſt CH. Unde illi *cohortes* fecerunt: nam & *cohors* in veterib. lapidibus ſcribitur COH. & CHOHORS. & CHORS. *Idem.*

3. *Verba atque orationem adverſus Remp. habuiſſent —— judicia in privatos reddebat*] Judicia de privatorum rebus conſtituere, non modo iniquum non eſt, ſed etiam prætorium. Quare nihilo probabilior *Urſini* aut *Octavii Pantagathi* emendatio eſt, qui legunt *edebat:* demirorque hoc ab illis non obſervatum. Locus enim ſic emendandus eſt, ut ſine interpunctione continenter legatur, quaſi ſcriptum ita eſſet: *Et judicia in privatos, qui verba atque orationem adverſus Rempub. habuiſſent, reddebat: eorumque bona in publicum addicebat.* Edictum ſcilicet propoſuerat: *Si quis adverſus Rempub.* (id eſt, adverſus Pompejum) *verba feciſſet, ſe judicium eo nomine daturum: damnatique bona in publicum addicturum.* Quare, qui particulam *vero* interjecerunt ante *verba*, ſtultiſſime illos feciſſe apparet. Et ſimilis judicii formula extat apud *Livium* lib. xxiv. *Pronuntiarunt, verba orationemque eos adverſus Remp. habuiſſe, quo conjuratio deſerendæ Italiæ cauſſa fieret.* Totus autem locus, qui varie conturbatus eſt, ita reſtituendus eſt: *Quas Cæſari eſſe amicas civitates arbitrabatur, iis graviora onera injungebat, præſidiaque eo deducebat, & judicia in privatos reddebat, qui verba atque orationem adverſus Remp. habuiſſent, eorumque bona in publicum addicebat.* (Hæc conjectura mire firmatur ex eo, quod eundem verborum ordinem exhibeat MS. *Norvic.* niſi quod in eo omittatur *præſidiaque eo deducebat*, Davies.) Cum hæc jampridem ſcripſiſſem, animadverti *Manutium* ex *Nicaſii* doctiſſimi viri conjectura reponere *adverſus Pompejum.* Quam conjecturam primum *Livii* locus refellit: deinde quis neſcit eos, qui rerum potiuntur, ſemper *Reip.* nomine abuti? *Hotoman.*

bat bellum. Ratio autem hæc erat belli, ut se cum II
legionibus Gades conferret, naves, frumentumque o-
mne ibi contineret: provinciam enim omnem Cæsaris
rebus favere cognoverat. in insula, frumento navibus-
que comparatis, bellum duci non difficile existimabat.
Cæsar, etsi multis necessariisque rebus in Italiam revo- 7
cabatur; tamen constituerat nullam partem belli in Hi-
spaniis relinquere: quod magna esse Pompeji benefi-
cia, & magnas clientelas in citeriore provincia sciebat.

XIX. Itaque duabus legionibus missis in ulteriorem 1
Hispaniam cum Q. Cassio Tribuno pl. ipse cum equi-
tibus DC magnis itineribus progreditur, edictumque
præmittit, ad quam diem magistratus, principesque o-
mnium civitatum sibi esse præsto Cordubæ vellet. Quo 2
edicto tota provincia pervulgato, nulla fuit civitas,
quin ad id tempus partem Senatus Cordubam mitteret;
nullusve civis Romanus paullo notior, [1] quin ad diem
conveniret. Simul ipse Cordubæ conventus per se por- 3
tas Varroni clausit; custodias vigiliasque in muro tur-
ribusque disposuit. Cohortes II, quæ Colonicæ appel- 4
labantur, quum eo casu venissent, tuendi oppidi caus-
sa apud se retinuit. [2] Iisdem diebus Carmonenses, quæ 5
est

1. *Quin ad diem conveniret*] Pal. & Bong. habent *quin ad diem statutum conveniret*. Quod notare visum, quia etsi abesse poterat vox *statutum*, tamen Cæsaris simplicitas facit ut credam ita eum scripsisse: quippe qui alibi dixerit, *orientem solem*, & *terram Galliam*, & similia duobus extulerit verbis, quorum alterum sine sensus detrimento commode poterat omitti. *D. Vossius.*

*Ibid.*] MSS. *Bongars. Palat.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *ad diem statutum*. Sic fere *Justinus* lib. I. cap. X. *Equum pridie constitutam diem ad eundem locum ducit*. Et iterum; *cum ad statutam horam omnes convenissent*. Illorum quidem Codd. lectionem veram arbitrer, quippe quæ *Cæsaris* ἀφελότητι maxime conveniat: tantum abest, ut plane repudiandam cum *Fr. Hotomanno* censeam. *Davies.*

2. *Iisdem diebus Carmonenses*] Notanda constructio: *Carmonenses, quæ est firmissima civitas, portas præclusit.* Ait Servius, ad I. Æneid. ad versum. 21.

—— *Hic illius arma*
*Hic currus fuit.*

*Quotiescumque nomina singularis & pluralis numeri connectuntur, viciniori respondemus.* Non absimiliter infra lib. III. de bello Civil. *Nulla Thessalia fuit civitas, quin Cæsari parerent, atque imperata facerent.* Nam ita in v. c. nostro legitur: pro quo in vulgatis
est

eſt longe firmiſſima totius provinciæ civitas, deductis
III in arcem oppidi cohortibus à Varrone præſidio, per
ſe cohortes ejecit, portaſque præcluſit.
1 XX. Hoc vero magis properare Varro, ut cum le-
gionibus quamprimum Gades contenderet: ne itinere,
2 aut transjectu intercluderetur. [1] Tanta, ac tam ſecun-
da in Cæſarem voluntate provinciæ progreſſo ei paul-
lo longius literæ à Gadibus redduntur; ſimul atque
cognitum ſit de edicto Cæſaris, conſenſiſſe Gaditanos
principes [2] cum Tribunis cohortium, quæ eſſent ibi
in præſidio, ut Gallonium ex oppido expellerent, ur-
3 bem inſulamque Cæſari ſervarent. hoc inito conſilio,
denunciaviſſe Gallonio, ut ſua ſponte, dum ſine peri-
culo liceret, excederet Gadibus. ſi id non feciſſet, ſibi
conſilium capturos. hoc timore adductum Gallonium
4 Gadibus exceſſiſſe. His cognitis rebus, altera ex II le-
gionibus, quæ Vernacula appellabatur, ex caſtris Var-
ronis, adſtante & inſpectante ipſo, ſigna ſuſtulit, ſe-
ſeque Hiſpalim recepit, atque in foro, & porticibus
5 ſine maleficio conſedit. quod factum adeo ejus conven-
tus

eſt *pareret*, & *imperata faceret*. Contrarius loquendi mos eſt v. de bello Gall. c. xx. cum ait Cæſar, *Interim Trinobantes, propè firmiſſima earum regionum civitas, legatos ad Cæſarem mittunt:* nimirum quia civitas eſt collectivum. *D. Voſſius.*

1. *Tanta ac tam ſecunda in Cæſarem voluntate provinciæ progreſſo ei &c.*] Reſtituo ex MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Intercluderetur; tanta ac tam ſecunda in Cæſarem voluntas provinciæ reperiebatur. Progreſſo ei &c.* Eodem etiam modo alii omnes Codices, niſi quod *Urſin. voluntate provinciæ reperiebatur*, unde *Pet. Ciacconius*, ultima voce deleta, lectionem extudit, quam recepit *Joſ. Scaliger*, merito eam ob cauſam temeritatis inſimulandus. *Davies.*

2. *Cum Tribunis cohortium*] Conſtat duplices Tribunos fuiſſe legionum & cohortium; unde ſæpe invenias in lapidibus antiquis TRIBVNVS COHORTIS IV. & ſimilia. Nam ſex in quaque legione tribunos fuiſſe jam ſuo tempore Polybius docet. Tribunos legionum majores, cohortium minores vocat Vegetius lib. II. cap. VII. *Tribunus major per epiſtolam ſacram Imperatoris judicio deſtinatur. Minor tribunus provenit ex labore.* Ergo illa dignitas beneficii, hæc virtutis præmium. Nec male Tribunum Græci *χιλιάρχην* vocant, ſi poſterius ævum reſpicias, primæ cohortis tribunus milites aliquanto plures millenis habuit: unde teſte eodem Vegetio prima cohors *miliaria* vocata. Itaque vere ille *χιλιάρχης*. D. Voſſius.

tus cives Romani comprobaverunt, ut domum ad se
quisque hospitio cupidissime reciperet. Quibus rebus 6
perterritus Varro, quum, itinere converso, sese Itali-
cam venturum promisisset, certior à suis factus est,
præclusas esse portas. Tum vero, omni interclusus iti- 7
nere, ad Cæsarem mittit, paratum se esse, legionem,
cui jusserit, transdere. Ille ad eum Sex. Cæsarem mit-
tit, atque huic transdi jubet. Transdita legione, Var- 8
ro Cordubam ad Cæsarem venit: relatis ad eum pu-
blicis rationibus, cum fide, quod penes eum est pecu-
niæ, transdit; &, quod ubique habeat frumenti, ac
navium, ostendit.

XXI. Cæsar, habita concione Cordubæ, omnibus 1
generatim gratias agit; civibus Romanis, quod oppi-
dum in sua potestate studuissent habere; [1] Hispanis,
quod præsidia expulissent; Gaditanis, quod conatus
adversariorum infregissent, seseque in libertatem vin-
dicassent; tribunis milit. centurionibusque, qui eo præ-
sidii caussa venerant, quod eorum consilia sua virtute
confirmassent; pecunias, quas erant in publicum Var- 2
roni cives Romani polliciti, remittit; bona restituit
iis, quos liberius locutos hanc pœnam tulisse cognove-
rat, tributis quibusdam publicis privatisque præmiis:
reliquos in posterum bona spe complet; biduumque
Cordubæ commoratus Gades proficiscitur: pecunias 3
[2] monumentaque, quæ ex Fano Herculis collata erant
in

1. *Hispanis, quod præsidia expulissent*] Perperam in vet. cod. nostro legitur *Hispalis*. Nam Cæsar Cordubæ concionem habebat, quo civitatium omnium legati convenerant. Et Hispalenses præsidium non expulerant, sed Carmonenses. Itaque per Hispanos hic intelligit Carmonenses. *D. Vossius.*

2. *Monumentaque quæ ex fano Herculis*] Supra *ornamenta* vocat: *omniaque ornamenta ex Fano Herculis in oppidum Gades contulit.* Per ornamenta autem haud dubie intelligit simulachra & dona quæ pretiosa in templo Herculis reposita erant. Græci vocant *ἀναθήματα*. *Monumentum μνημεῖον* est, ut recte in Glossis Philox. exponitur: origo tamen ab sepulchris, unde Festus ait: *Monumentum est quod mortui caussa ædificatum est.* Quia nimirum admonebant ea inscriptiones mortalitatis, ut Varro ait. *Idem.*

in privatam domum, referri in templum jubet: pro-
vinciæ Q. Caſſium præficit. huic IV legiones attri-
4 buit: ipſe iis navibus, quas M. Varro, quaſque Ga-
ditani juſſu Varronis fecerant, Tarraconem paucis die-
bus pervenit. Ibi totius fere citerioris provinciæ lega-
5 tiones Cæſaris adventum exſpectabant. Eadem ratione
privatim ac publice [1] quibuſdam civitatibus habitis ho-
noribus, Tarracone diſcedit, pedibuſque Narbonem,
atque inde Maſſiliam pervenit. Ibi legem de Dictato-
re latam, ſeſeque Dictatorem dictum à M. Lepido
prætore cognoſcit.

1 XXII. Maſſilienſes omnibus defeſſi malis, rei fru-
mentariæ ad ſummam inopiam adducti, bis prœlio na-
vali ſuperati, crebris eruptionibus fuſi, gravi etiam pe-
ſtilentia conflictati, ex diutina concluſione, & muta-
tione victus ([2] panico enim vetere, atque hordeo cor-
rupto omnes alebantur; quod ad hujuſmodi caſus anti-
quitus paratum in publicum contulerant) dejecta tur-
ri, labefacta magna parte muri, auxiliis provinciarum
& exercituum deſperatis, quos in Cæſaris poteſtatem
veniſſe cognoverant, ſeſe dedere ſine fraude conſtitu-
2 unt. Sed paucis ante diebus L. Domitius, cognita Maſ-
ſilienſium voluntate, navibus III comparatis, ex qui-
bus II familiaribus ſuis attribuerat, unam ipſe con-
3 ſcenderat, nactus turbidam tempeſtatem, eſt profectus.
Hunc conſpicatæ naves, quæ juſſu Bruti conſuetudi-
ne

1. *Quibuſdam civitatibus*] V. c. noſter & Petavianus habent *quibuſque*. D. Voſſius.

2. *Panico enim vetere*] Quod non multum nutrimenti præbet: eoque durior ſors Maſſilienſium. Panicum Græcis ἔλυμος, & *μελίνη* ac *μέλινος* aliis. Uſos eo Gallos, & imprimis Aquitanos, ex Plinio diſcimus. Idem prodit lib. XXII. cap. XXIV. Dioclem medicum panicum appellaviſſe mel frugum: quod miror, cum ex Galeno tradant herbarum curioſi, ſiccum eſſe nec multi alimenti. Sed credere malim corruptum locum, & fortaſſis rectius emendabat Dalecampius *μέλιαν frugem*, à nigro colore. *Panicum*, ut vult Iſidorus, dictum quia multi homines eo panis loco utuntur quaſi *panivicium*. Barbarum vocabulum ex duobus integris more ſæculi ſui fecit. Sic in gloſſis ejus legas *Togipurium*, pro *toga pura*. Sed veram *panici* originem deducit Plinius à *paniculis*: de quibus vide, quæ omnium diligentiam ſupergreſſus notavit in Solinum magnus Salmaſius p. 125. *Idem*

ne quotidiana ad portum excubabant, ſublatis anchoris ſequi cœperunt. ex iis unum ipſius navigium con- 4
tendit, & fugere perſeveravit, auxilioque tempeſtatis ex conſpectu abiit; duo perterrita concurſu noſtrarum navium ſeſe in portum receperunt. Maſſilienſes 5
arma tormentaque ex oppido, ut eſt imperatum, proferunt: naves ex portu, navalibuſque educunt: pecuniam ex publico tranſdunt. Quibus rebus confectis, 6
Cæſar magis eos pro nomine, & vetuſtate, quam pro meritis in ſe civitatis, conſervans, II ibi legiones præſidio relinquit; ceteras in Italiam mittit: ipſe ad urbem proficiſcitur.

XXIII. Iiſdem temporibus C. Curio, in Africam 1
profectus ex Sicilia, & jam ab initio copias P. Attii Vari deſpiciens, [1] II legiones ex IV, quas à Cæſare acceperat, & D equites tranſportabat: [2] biduoque & noctibus III navigatione conſumptis, appellit ad eum locum, qui appellatur Aquilaria. [3] Hic locus abeſt à 2
Clupeis paſſuum XXII millia, [4] habetque non incommo-

1. *Duas legiones ex* IV ] Hæc vera eſt lectio, ut ex eo patet, quod, ut narrat *Cæſar* hujuſce libri cap. XXXVII, *Curio in Siciliam miſerit, ut duæ legiones reliquuſque equitatus ad ſe mitteretur.* Cum igitur lib. I. B. C. cap. XXX. dicatur Cæſarem miſiſſe *in Siciliam Curionem Propræt. cum legionibus* III. reponendum *legionibus* IV. *Davies.*

2. *Biduoque & noctibus tribus* ] Nimium profecto argutatur Ciacconius, cum ait corruptum hunc locum, quia dies noctem etiam includit. Sed ſcire debebat, diem quidem etſi noctem includat, & notet ſpatium illud XXIV horarum, conſtringi etiam intra crepuſculum & diluculum. Quando ais, *jam dies eſt*, nihil aliud vis, quam lucere. Itaque *dies* pro *luce*. Sed tædet talia monere. Solum adſcribam locum Plinii lib. XIV, cap. XII, quem ne ipſe quidem Ciacconius ignoravit. *Biduo duabuſque noctibus perpotationem continuaſſet.* D. Voſſius.

3. *Hic locus abeſt à Clupeis paſſuum* XXII *millia* ] Sic editt. *Rom. Ven. Beroald.* at MS. *Norvic. hic locus eſt à Clupeis*, quæ rara quidem, ſed proba eſt locutio. Supra lib. I. B. C. c. XVI. *Qui erat ab oppido millia paſſuum circiter* III. ubi vide notat. *Davies.*

4. *Habetque non incommodam æſtate ſtationem* ] Miror eorum arrogantiam qui contra omnium codicum autoritatem, vocem *æſtate* expungere audent, quia, eam enim cauſſam eſſe puto, ſequitur vox *ſtationem*. Quaſi vero non poſſit eadem ſtatio æſtate commoda, hyeme incommoda eſſe, prout alii aliique flant venti. *D. Voſſius.*

*Ibid.* ] Primam vocem expungendam cenſuere *Pet. Ciacconius & Joſ.*

modam æstate stationem, & duobus eminentibus pro-
3 montoriis continetur. Hujus adventum L. Cæsar filius cum x longis navibus ad Clupeam præstolans (quas naves, Uticæ ex prædonum bello subductas, P. Attius reficiendas hujus belli caussa curaverat) veritus navium multitudinem, ex alto refugerat; appulsaque ad proximum littus trireme constrata, & in littore re-
4 licta, pedibus Adrumetum profugerat. Id oppidum C. Considius Longus unius legionis præsidio tuebatur. Reliquæ Cæsaris naves ejus fuga Adrumetum se rece-
5 perunt. Hunc sequutus M. Rufus Quæstor navibus XII, quas præsidio onerariis navibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam relictam in littore navem conspexit, hanc remulco abstraxit: ipse ad Curionem cum classe redit.

1 XXIV. Curio Marcum Uticam navibus præmittit: ipse eodem cum exercitu proficiscitur: biduique iter
2 progressus, ad flumen Bagradam pervenit: ibi C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus relinquit: ipse cum equitatu antecedit ad castra exploranda Cor-
3 neliana; quod is locus peridoneus castris habebatur. Id autem est jugum directum, eminens in mare, utraque ex parte præruptum atque asperum, sed paullo tamen leniore fastigio ab ea parte, quæ ad Uticam vergit. abest [1] directo itinere ab Utica paullo amplius passuum
4 mille. Sed [2] hoc itinere est fons, quo mare succedit.

lon-

*Scaliger*, quorum arrogantiam miratur *D. Vossius*, quippe statio esse potest æstate commoda, hieme incommoda, prout alii aliique flant venti; eaque sane ratio valeret, si stati in iis locis essent venti; quia autem res aliter se habeat, illud vocabulum, per me licet, in spongiam incumbat, præsertim cum à MS. *Norvic.* exulare videam. *Davies.*

1. *Directo itinere*] Alibi *recta regione*: quod Tacito *cominus*, ut: *non Armeniam cominus, sed flexu Mesopotamiam petunt*. D. Vossius.

2. *Hoc itinere est fons, quo mare succedit*] Rubenius in Electis lib. 1. c. XXXV. emendabat, *est pons, quod mare succedit*. Sed quis autor de ponte? præsertim cum longe lateque locus restagnet, necessum est ingentem pontem fuisse: nec veterum ullus meminit. Sequentia etiam, *quem siquis vitare voluerit*, VI *millium circuitu in oppidum perveniet*, multo commodius ad fontem, vel ad locum refe-

longe lateque is locus restagnat: quem si quis vitare voluerit, VI millium circuitu in oppidum perveniet.

XXV. Hoc explorato loco, Curio castra Vari con- 1
spicit, muro oppidoque conjuncta ad portam, quæ appellatur Bellica, admodum munita natura loci: una ex parte ipso oppido Utica, altera theatro, quod est ante oppidum, substructionibus ejus operis maximis,
aditu ad castra difficili & angusto. simul animadvertit 2
multa undique portari atque agi plenissimis viis, quæ repentini tumultus timore ex agris in urbem conferebantur.
Huc equitatum mittit, ut diriperet, atque ha- 3
beret loco prædæ. Eodemque tempore his rebus subsidio DC equites Numidæ ex oppido, peditesque CD mittuntur à Varo, quos auxilii caussâ rex Juba paucis
diebus ante Uticam miserat. Huic & paternum hospi- 4
tium cum Pompejo, & simultas cum Curione intercedebant; quod tribunus pl. legem promulgaverat, qua
lege regnum Jubæ publicaverat. Concurrunt equites 5
inter se, neque vero primum impetum nostrorum Numidæ ferre potuerunt; sed, interfectis circiter CXX,
reliqui se in castra ad oppidum receperunt. Interim ad- 6
ventu longarum navium Curio pronunciari onerariis navibus jubet, quæ stabant ad Uticam numero circiter CC, *se in hostium habiturum loco, qui non è vestigio*
*ad castra Corneliana vela direxisset.* Qua pronunciatione 7
facta, temporis puncto, sublatis anchoris, omnes Uticam relinquunt, &, quo imperatum est, transeunt. Quæ res omnium rerum copia complevit exercitum.

XXVI. His rebus gestis, Curio se in castra ad Ba- 1
gradam recepit, atque universi exercitus conclamatione Imperator appellatur. Postero die Uticam exerci-
tum ducit, & prope oppidum castra ponit. Nondum 2
opere castrorum perfecto, equites ex statione nunciant, magna

referas: si, reponas *pons* vix sensus erit ullus. Quare probent conjecturam ejus alii; non ego. *D. Vossius.*

magna auxilia equitum peditumque ab rege miſſa U-
ticam venire, eodemque tempore vis magna pulveris
cernebatur; & è veſtigio temporis primum agmen erat
3 in conſpectu. Novitate rei Curio permotus præmittit
equites, qui primum impetum ſuſtineant, ac moren-
tur. ipſe celeriter ab opere deductis legionibus, aciem
4 inſtruit. Equites committunt prœlium: & prius, quam
plane legiones explicari & conſiſtere poſſent, tota au-
xilia regis impedita, ac perturbata, quod nullo ordi-
ne, & ſine timore iter fecerant, in fugam ſe conjici-
unt: equitatuque omni fere incolumi, quod ſe per lit-
tora celeriter in oppidum recepit, magnum peditum
numerum interficiunt.

1 XXVII. Proxima nocte centuriones Marſi II ex ca-
ſtris Curionis cum manipularibus ſuis XXII ad Attium
2 Varum perfugiunt. Ii, ſeu vere, quam habuerant, o-
pinionem perferunt, ſive etiam auribus Vari ſerviunt;
(nam quæ volumus, & credimus libenter; &, quæ
ſentimus ipſi, reliquos ſentire ſperamus) confirmant
quidem certe totius exercitus animos alienos eſſe à Cu-
3 rione: maxime opus eſſe in conſpectum exercitum ve-
4 nire, & colloquendi dare facultatem. Qua opinione
adductus Varus poſtero die mane legiones ex caſtris e-
ducit. Facit idem Curio: atque una valle non magna
interjecta, ſuas uterque copias inſtruit.

1 XXVIII. Erat in exercitu Vari Sext. Quinctilius Va-
rus, quem fuiſſe Corfinii ſupra demonſtratum eſt. Hic
dimiſſus à Cæſare in Africam venerat: [1] legioneſque
eas

1. *Legioneſque eas transduxerat Curio*] Vox *Curionis* in Pal. & Bong. non reperitur: & à ſuis quoque codicibus abfuiſſe teſtatur Ciacconius, unde mendum eſſe hoc loco putat. Sed conſtat ſenſus, ſi recte perpendas. Ait Cæſar in caſtris Attii Vari fuiſſe Quinctilium Varum, quem ipſe Corfinii dimiſerat. Hunc Varum in Africam profectum: at legiones Corfinienſes in Africam à Curione transductas fuiſſe: indeque occaſionem Quinctilio eas appellandi. Omnia clara erunt, ſi interpungas, *in Africam venerat: legioneſque eas*, &c. Petavianus vero codex manifeſte corruptus: quippe in eo eſt: *legioneſque eas traduxerat, quas Curio*. D. Voſſius.

eas transduxerat Curio, quas superioribus temporibus Corfinio receperat Cæsar; adeo ut, paucis mutatis centurionibus, iidem ordines manipulique constarent.
Hanc nactus appellationis caussam Quinctilius circumire aciem Curionis, atque obsecrare milites cœpit, *ne primi* [1] *sacramenti, quod apud Domitium, atque apud se Quæstorem dixissent,* [2] *memoriam deponerent;* 2
*neu contra eos arma ferrent, qui eadem essent usi fortuna, eademque in obsidione perpessi; neu pro iis pugnarent, à quibus contumelia perfugæ appellarentur. His pauca ad spem largitionis addit, quæ ab sua liberalitate, si se atque Attium secuti essent, exspectare deberent.* 3
Hac habita oratione, nullam in partem ab exercitu Curionis fit significatio: atque ita suas uterque copias reducit. 4

XXIX. At in castris Curionis [3] magnus omnium incessit timor; nam is variis hominum sermonibus celeriter augetur. unusquisque enim opiniones fingebat; & ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat. 1
hoc ubi uno auctore ad plures permanaverat, atque alius alii transdiderat, plures auctores ejus rei videbantur. 2
[4] *Civile bellum;* [5] *genus hominum, quod liceret li-* 3

1. *Sacramenti, quod apud Domitium, atque apud se Quæstorem dixissent*] Si soli, ut ex Polybio discimus, Tribuni militum sacramentum exigebant; dicere oportet factum illud præsentibus aut consulibus, aut prætoriis, aut denique quæstoribus: nam hoc manifeste indicare hæc verba videntur. Nisi dicamus alium turbis illis & diversum à prisco morem inductum; quod non arbitror. Forsan & ex his verbis colligas ab ipso Domitio, & Varo legiones sacramentum adactas. Sane parum abest quin hoc sentiam. *D. Vossius.*

2. *Memoriam deponerent*] Ita legitur in omnibus exemplaribus, & recte quidem. Sic supra lib. I. B. G. cap. XIV. *Quod Æduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent, memoriam deponere posset*, ubi frustra est *Joan. Brantius*, qui *memoria deponere* longe rectius & venustius dici contendit. *Davies.*

3. *Magnus omnium incessit timor; nam is variis hominum sermonibus augetur*] Locus mihi perquam suspectus: offendit tum illud *incessit timor omnium*: tum imprimis τὸ *nam*, alieno loco positum. Absterserone mendum si scribam? *Magnus omnium incessit timor animis. Is variis*, &c. Negligentia librarii illud *is* omissum erat, ut sæpe in syllabis repetitis accidit. Ita remansit *animis*: hinc primo *nimis*, postea *nam is* factum. *D. Vossius.*

4. *Civile bellum*] Paris est corruptissima, quam *J. F. Gronovius* in notulis *Tacito* editt. Blavian. præmissis,

*libere facere, & sequi, quod vellet. legiones eæ, quæ paullo ante apud adversarios fuerant (nam etiam Cæsaris beneficium* [1] *mutaverat consuetudo)* [2] *qua offerrentur municipia etiam adversis partibus conjuncta.* [3] neque enim ex Marsiis, Pelignisque veniebant, ut qui superiore nocte in contuberniis; [4] commilitonesque nonnulli graviores ser-

missis, hoc modo restituere conatus est: *Civile bellum: genus hominum, cui liceret libere facere & sequi, quod vellent, legiones eæ, quæ paullo ante apud adversarios fuerant; nam etiam Cæsaris beneficium mutaverat consuetudo: quæ offerrentur municipia diversis partibus conjuncta (utrique enim ex Marsis Pelignisque) videbat; & qui superiore nocte in contuberniis papilionibusque* (secum fuissent,) *nonnulli graviores sermones militum vulgi durius accipiebantur.* In locis tam mendosis latissima, ut conjiciendi, ita & aberrandi patet area; nos autem quæ verisimillima videntur, paucis proponemus. *Davies.*

5. *Genus hominum, quod liceret liberè facere, & sequi quod vellet*] Mendum latet, in prioribus erat editt. *quod vellent.* Malè. Ego rescribo: *Genus hominum, cui id liceret l. f. & s. quod vellet.* More antiquo prius exaratum erat *quoi id*, hinc inscitia librarii factum *quod.* Non dubito de veritate hujus conjecturæ. Et confirmant hæc, *legiones eæ.* D. Vossius.

1. *Mutaverat consuetudo) qua offerrentur. Municipia etiam adversis partibus conjuncta*] Alii Codices *qua efferrent municipia*, omnes vero *etiam diversis partibus*, quam lectionem temere mutavit *Pet. Ciacconius*, eumque secutus *Jos. Scaliger.* Sensus erit aliquis, si, verbis parenthesi inclusis, scribamus *nam etiam Cæsaris beneficium mutaverat consuetudo, qua efferrent municipia etiam diversis partibus conjuncta. Suetonius* August. cap. LI. *Ne enumerem quot & quos* diversarum partium *venia & incolumitate donatos. Sulpicius Severus* vit. B. Martini cap. IX. *Quo lecto, clamor populi tollitur*, pars diversa *confunditur.* Vide & *J. F. Gronovium* ad *Senecæ* de ira lib. II. c. XXIII. *Davies.*

2. *Qua offerrentur*] Sic Petav. Pal. & Bong. ac vet. noster codex. Alii *qua efferrent.* Utra vera lectio sit, non ante dixero quam rem ipsam intellexero. Tota enim hæc periodus corruptissima est. Et felicis eum ingenii judicabo, qui absque libris, non dico sensum bonum reponere possit, sed illum, quo Cæsar scripsit. Nam si mutare & transponere libuisset, non difficile alterum id futurum erat. *D. Vossius.*

3. *Neque enim ex Marsis*] Alii codd. *Namque enim.* si *enim* tollas, hoc prætulerim: nam quas Curio habebat legiones ex Marsis venerant. Sed obscura res est. *Idem.*

*Ibid.*] Intelligit legiones, quas Corfinii captas Curioni tradiderat Cæsar. Cum igitur Codex *Carrar.* cum aliis nonnullis exhibeat *namque enim ex Marsis*, ita reponendum arbitror. Sic *Plautus* Trinum. Act. I. Sc. II, 23. *Namque enim tu, credo, mihi imprudenti obrepseris*, unde patet *Pet. Ciacconium* & *D. Vossium* particulam secundam male sustulisse. In MS. quidem *Norvic.* omissa prima voce, legitur *enim ex Marsis*; ac sane ea conjunctio interdum præponitur, ut ostendit inter alios *G. J. Vossius* Anal. lib. IV. cap. XXVI. *Davies.*

4. *Commilitonesque*] *Commilitesque* v. cod. Quæ vox apud Plinium invenitur. Et millena id genus in veteribus lapidibus invenias: ut, *conveteranus*, *contribunus*, *commanipularis*, &c.

ſermones [1] militum vulgo durius accipiebant. nonnulla etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant, fingebantur.

XXX. Quibus de cauſſis [2] conſilio convocato de ſumma rerum deliberare incipit. Erant ſententiæ, quæ conandum omnibus modis, caſtraque Vari oppugnanda cenſerent; [3] quod hujuſmodi militum conſiliis otium 1

&c. In Palatino eſt *cum militiſque*. in Carrarienſi *cum milites*. & pro eo quod ſtatim ſequitur *graviores*. in v. cod. noſtro & Petav. eſt *graviora*. *D. Voſſius.*

*Ibid.*] V. C. *Commiliteſque: Norv. cum militeſque: Palat. cum militiſque: Carrar. cum milites.* In ſequentibus *Petav.* & *Norvic.* habent *nonnulli graviora ſermones militum dubii durius accipiebantur.* An legendum? *comminitanteſque nonnulli graviora; ſermones militum dubii durius accipiebantur.* Parva ſane eſt mutatio, qua recepta, mens erit aliqua, cum in vulgg. ſit nulla. *Davies.*

1. *Militum vulgo durius accipiebant*] *Militum dubii durius accipiebantur.* Petavian. Palatinus vulgatam lectionem retinet, niſi quod *accipiebantur* quoque agnoſcit. Hæc eo accuratius ſingula notare viſum, ut ſiquis in alios incidat codices, ope omnium veram lectionem eruat: nam deſperare me de loco hoc ſanando ingenuè fateor. Auguſtinus Urtica Italus interpres Cæſaris, ita totam hanc periodum vertit. *Ciaſcun di ſio ragionava: & tali diceano: à che far guerra fra Cittadini? ſemo tutti di una generation: & poi è in noſtra liberta ſeguir chi ne piace: altri dubbitavano che le leggioni ſtate con gli averſari ſe moveſſeno piu per la antiqua pratica, che per li beneſitii di Caſare: tanto piu che eran di diverſi loghi: ne veramente vegniano ſolo dalli Marſi, & Peligni: & coſi ſe entendea per ogni parte coſe diſpiacevoli: & alcuni che volean parer piu accorti fingeano altre inventioni.* Sed videtur aut non aſſecutus mentem Cæſaris, aut nimium ſibi in transferendo libertatis dare. *D. Voſſius.*

2. *Conſilio convocato*] Editt. *concilio*: ſed legendum, ut reſtituimus; Cæſar enim cap. XXXII ait *Dimiſſo conſilio, concionem advocat militum*: ſic enim ibi ſcribendum, non *concilio*, nec enim concilium differt à concione, & ridiculus eſt, ut paſſim, Gigas iſte *Joan. Goduinus*, qui *in concilium paucos convenire* affirmat, cum in *conſilium* pauci, in *concilium* omnes coëant. *Davies.*

3. *Quod hujuſmodi militum conſiliis otium maximè contrarium eſſe arbitrarentur*] Miles Curionis prope ſeditionem venerat: certe jam fidei infirmior erat. Talibus conſiliis otium maximè contrarium: ut mutilatus Cæſar ait. Atqui aliter Alexander ille Magnus, de quo Curtius ait, *non ignarus otii vitia negotio diſcuti.* Nec quiſquam aliud unquam ſenſit. Non tamen hæc verba quemquam Commentatorum offendere præter Hottomannum, cui tamen nihil in eo tentatum. Credo quia codices nihil mutabant. Ego inveteratum errorem tollo, & lego *hujuſmodi militum conſiliis negotium maxime contrarium eſſe.* Aut ſi non pateris addi aliquid, reſcribo, *quod hujuſmodi conſilium, militum otio maxime contrarium eſſe arbitrarentur.* Niſi malis una tantum voce tranſpoſita, *quod hujuſmodi conſiliis, militum otium maxime contrarium eſſe arbitrarentur.* Et ſane paſſim in Cæſaris codicibus videas tranſpoſitas voces. Sic infra ubi legitur: *Multum ad hanc rem probandam adjuvat adoleſcentia, magnitudo animi, ſu-*

2 tium maxime contrarium esse arbitrarentur. Postremo
præstare dicebant, *per virtutem in pugna belli fortunam*
*experiri; quam desertos, & circumventos à suis gravissi-*
3 *mum supplicium pati.* Porro erant, qui censerent *de ter-*
*tia vigilia in castra Corneliana recedendum; ut majore spa-*
*tio temporis interjecto militum mentes sanarentur: simul si*
*quid gravius accidisset, magna multitudine navium & tu-*
*tius, & facilius in Siciliam receptus daretur.*

1 XXXI. Curio utrumque improbans consilium,
*quantum alteri sententiæ deesset animi, tantum alteri super-*
*esse dicebat; hos turpissimæ fugæ rationem habere, illos etiam*
2 *iniquo loco dimicandum putare. Qua enim*, inquit, *fidu-*
*cia, & opere & natura loci munitissima castra* [1] *expugnari*
3 *posse confidimus? aut verò quid proficimus, si accepto magno*
*detrimento ab oppugnatione castrorum discedimus? quasi non*
*& felicitas rerum gestarum, exercitus benevolentiam impe-*
4 *ratoribus, & res adversæ odia concilient. Castrorum autem*
*mutatio quid habet nisi turpem fugam & desperationem o-*
*mnium, & alienationem exercitus?* [2] *nam neque pudentes*
*su-*

*superioris temporis proventus*, &c. Corrupte in Petaviano *est magnitudo superioris animi, temporis proventus.* Sed jam & tertium succurrit, ut pro *otium* reponas *prælium.* Scripserat quis *prælium*, temporis tractu inferior pars literæ *p* evanuit: inde nobis *otium* illud negotium creavit. Certe eam in mentem ipse Curio apud Lucanum,

*—— variam semper dant otia mentem,*
*Eripe consilium pugna: cum dira voluntas*
*Ense subit prenso, galea texere pudorem,*
*Quis conferre duces meminit? quis pendere causas?* D. Vossius.

*Ibid.*] Locum hunc corruptum putavit *Fr. Hotomannus*, ei autem sanando solus operam dedit *Dionys. Vossius*, qui reponit *hujusmodi militum consiliis negotium maxime contrarium esse*, aut *quod hujusmodi consilium otio maxime contrarium*, aut *hujusmodi consiliis, militum otium maxime* &c. aut denique, vulgata lectione in reliquis servata, loco *otii*, *prælium* rescribit. Tot conjecturæ ex eo sunt natæ, quod *σύνταξιν* non intellexerit, si enim vocem *consiliis* sexto casu accipiamus, nihil erit opus, ut Codicum scripturam sollicitemus. Sensus est, inter hæc militum consilia otium maxime nocere, ut recte etiam vidit *Joan. Freinshemius* ad *Curtii* lib. VII. cap. I. *Davies.*

1. *Expugnari posse confidimus*] Mediam vocem omisit *Jos. Scaliger*, quam, omnium Codicum voluntate, revocavimus. *Idem.*

2. *Nam neque prudentes suspicari oportet*] Reponunt nonnulli *pudentes*: ut notet ea vox militem, qui reverentiam sacramenti retinet. Ego etsi sciam pudentem & petulantem opponi; tamen emendationem eam pro-

*suspicari oportet, sibi parum credi; neque improbos scire, sese timeri;* [1] *quod illis licentiam timor augeat noster, his studia deminuat. Quod si jam,* inquit, *hæc explorata habemus, quæ de exercitus alienatione dicuntur; quæ quidem* 5
*ego aut omnino falsa aut certè minora opinione esse confido:*
*quanto hæc dissimulare, & occultare, quam per nos confir-* 6
*mari, præstat?* [2] *An non uti corporis vulnera, ita exercitus*
*incommoda sunt tegenda, ne spem adversariis augeamus? At* 7
*etiam, ut media nocte proficiscamur, addunt: quo majorem, credo, licentiam habeant, qui peccare conentur. namque hujusmodi res aut pudore, aut metu tenentur, quibus rebus*
*nox maxime adversaria est. Quare neque tanti sum animi,* 8
*ut*

probare nequeo. Ne vulgata quidem satis placent, habent tamen ita omnes codices. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Ex MSto *Ursin.* restitui *pudentes*, probante *Pet. Ciacconio.* In aliis nullo prorsus sensu legebatur *prudentes suspicari. Pudentes* interpreter modestos, Imperatori morigeros, & sacramenti religionem servantes. E contrario eos paullo post vocat *improbos*, qui seditiones excitarunt, fidemque datam nihili fecere. *Davies.*

1. *Quod illis licentiam timor augeat, nostris studia diminuat*] In v. c. nostro & manuscr. Cujac. ac Petav. qui omnes optimæ notæ codices, legitur: *quod his licentiam timor augeat noster: his studia diminuat.* Rectè. Neque opus est scribere, *his suspicio studia diminuat*, quippe timoris vox ad utrosque refertur. Nota quoque τὸ *illis* ad proximum, *his* ad remotius referri, uti à veteribus aliquando factum. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Vulgg. invenuste repræsentant *illis licentiam timor augeat, nostris studia diminuat:* tam enim improbi, quam pudentes, Curioniani erant exercitus pars; lectionem vero à me receptam in MSto *Norvic.* reperi, eandemque, laudante *D. Vossio*, exhibebant Codd. *Voss. Petav.* & *Cujac. Illis* autem Improbos, *his* pudentes significat, cum plerumque *hi* ad proximum referantur, *illi* ad remotius. Interdum tamen aliter se res habet. *Plinius* lib. I. Ep. XX. pag. 19. ed. Oxon. *Sed non minus non servat modum, qui infra rem quam qui supra, qui* adstrictius *quam qui* effusius *dicit. Itaque audis frequenter ut* illud immodice & redundanter, *ita* hoc jejune & infirme. *Alius* excessisse *materiam, alius dicitur* non implesse. *Æque uterque, sed* ille imbecillitate, hic viribus *peccat. Latinus Pacatus* Pan. XII. cap. XXIV, 5. *Alta licet vulnera* —— *proximus nobis* Italus, *& contiguus ostendat* Hispanus —— *Tyrannidem* ille *non vidit*, hic *tyrannicidium vidit.* Plura congessit *J. Fr. Gronovius* Observ. lib. III. cap. XVI. pag. 576. seq. *Davies.*

2. *An non uti corporis vulnera* &c?] Hæc sane lectio me non offendit, si est à MSS. Omnes vero nostri aliter exhibent. MS. *Norvic. An uti corporis vulnera*, omissa particula negante. Editt. *Rom. Ven. Beroald. An vero uti corporis vulnera.* Rescribendum puto *at vero uti corporis vulnera:* quod si probetur, delenda est interrogationis nota. *Idem.*

*ut ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeam ; neque tanti timoris , ut ipſe deficiam : atque omnia prius experienda arbitror : magnaque ex parte jam me una vobiſcum de re judicium facturum confido.*

1 XXXII. [1] Dimiſſo conſilio, concionem advocat militum : commemorat, *quo ſit eorum uſus ſtudio ad Corfinium Cæſar ; ut magnam partem Italiæ beneficio atque au-*
2 *ctoritate eorum ſuam fecerit. vos enim , veſtrumque factum ,* inquit , *omnia deinceps municipia ſunt ſecuta , neque ſine cauſſa & Cæſar amiciſſime de vobis , & illi graviſſime judicaverunt. Pompejus enim nullo prælio pulſus veſtri facti præjudicio demotus Italia exceſſit : Cæſar me , quem ſibi cariſſimum habuit , provinciamque Siciliam atque Africam , ſine quibus Urbem atque Italiam tueri non poteſt , veſtræ fidei*
3 *commiſit. Adſunt , qui vos hortentur , ut à nobis deſciſcatis. quid enim eſt illis optatius , quam uno tempore & nos cir-*
4 *cumvenire , & vos nefario ſcelere obſtringere ? aut quid irati gravius de vobis ſentire poſſunt , quam ut eos prodatis ,*
5 *qui ſe vobis omnia debere judicant ? & in eorum poteſtatem veniatis , qui ſe per vos periiſſe exiſtimant ? An vero in Hiſpania res geſtas Cæſaris non audiſtis ? duos pulſos exercitus ? duos ſuperatos duces ? duas receptas provincias ? hæc acta diebus* XL, [2] *quibus in conſpectu adverſariorum venerit Cæ-*
6 *ſar. An qui incolumes reſiſtere non potuerunt , perditi reſiſtant ? vos autem incerta victoria Cæſarem ſecuti , dijudicata jam belli fortuna victum ſequamini , quum veſtri officii*
7 *præmia percipere debeatis ? Deſertos enim ſe ac proditos à vo-*
8 *bis dicunt , & prioris ſacramenti mentionem faciunt. Voſne vero L. Domitium , an vos L. Domitius deſeruit ? nonne extremam pati fortunam paratos* [3] *projecit ille ? non ſibi clam vo-*

1. *Dimiſſo conſilio*] In prioribus editt. contra rem ipſam legebatur *concilio* , nos autem veram lectionem ex *Beroald.* reſtituimus. Vide not. ad hujuſce libri cap. XXX. *Davies.*

2. *Quibus in conſpectu adverſariorum venerit*] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in conſpectum adverſariorum* , quæ quidem loquendi ratio magis eſt pervulgata , cum tamen alterius exempla non deſint , ut oſtendimus ad lib. VIII. B. G. cap. VIII. *Idem.*

3. *Projecit ille ? non ſibi clam vobis ſalu-*

*vobis ſalutem fuga petivit? non proditi per illum, Cæſaris*
*beneficio eſtis conſervati? Sacramento quidem vos tenere qui* 9
*potuit; quum, projectis faſcibus, & depoſito imperio, pri-*
*vatus, & captus ipſe in alienam veniſſet poteſtatem? Re-*
*linquitur nova religio, ut eo neglecto ſacramento, quo nunc*
*tenemini, reſpiciatis illud, quod deditione ducis, & capi-*
*tis deminutione ſublatum eſt. At credo, ſi Cæſarem probatis,* 10
*in me offenditis, qui de meis in vos meritis prædicaturus*
*non ſum, quæ ſunt adhuc & mea voluntate, & veſtra ex-*
*ſpectatione leviora. ſed tamen ſui laboris milites ſemper, e-*
*ventu belli, præmia petiverunt; qui qualis ſit futurus, ne vos*
*quidem dubitatis. Diligentiam quidem noſtram, aut quem ad* 11
*finem adhuc res proceſſit, fortunamque cur præteream? An* 12
*pœnitet vos, quod ſalvum atque incolumem exercitum, nulla*
*omnino nave deſiderata, tranſduxerim? quod claſſem hoſtium*
*primo impetu adveniens profligaverim? quod bis per biduum*
*equeſtri prœlio ſuperaverim? quod ex portu, ſinuque adverſa-*
*riorum CC naves onerarias adduxerim? eoque illos compule-*
*rim, ut neque pedeſtri itinere, neque navibus commeatu ju-*
*vari poſſint? Hac vos fortuna atque his ducibus repudiatis,* 13
2 *Corfinienſem ignominiam, an Italiæ fugam, an Hiſpania-*
*rum*

*ſalutem fuga petivit?*] Perplacet quod in Palatino legitur. *projecit? ille ſibi clam non vobis ſalutem petivit? D. Voſſius.*

*Ibid.*] Non fugit Domitius, ſed fugiendi conſilium cepit; *fuga* igitur hoc in loco fugam deſtinatam ſignificat, ut lib. I. B. C. cap. XX. *Quæ ignorabant, de L. Domitii fuga cognoſcunt. Dionyſ.* autem *Voſſio* perplacet, quod in *Palatino* legitur *projecit? ille ſibi clam non vobis ſalutem petivit.* Hanc etiam ſcripturam in editt. *Rom. Ven. Beroald.* invenio, niſi quod illæ *ſalutem fuga petivit.* Ipſe vulgatam lectionem non moveo, quam retinet MS. *Norvic.* &, ut arbitror, nihil recepta venuſtius. *Davies.*

2. *Corfinienſem ignominiam, an Italia fugam, an Hiſpaniarum deditionem, an Africi belli præjudicia ſequimini?*] Variant Codices. In Editt. *Rom. Ven.* eſt *Corfinienſem ignominiam in Italiæ fuga, an in Hiſpaniarum deditione, an in Africi belli præjudicio ſequimini. Beroald.* cum MSS. *Ciaccon.* & *Carrar.* exhibet *Corfinienſem ignominiam in Italia fuga, an Hiſpaniarum deditionem in Africi belli præjudicio ſequimini?* MS. *Norvic.* à vulgata lectione non recedit, præterquam quod primam particulam interrogantem omittat; eas autem omnes delendas cenſuit *Pet. Ciacconius*, quem in ſua editione ſecutus eſt *Joſ. Scaliger.* Sana eſt lectio vulgata. *Varro* L. L. lib. VIII. *Quæ enim eſt pars mundi, quæ non innumerabiles habeat analogias? Cœlum, an mare, an terra, an aer, & cætera,*
*quæ*

14 *rum deditionem, an Africi belli præjudicia sequimini? Equidem me Cæsaris militem dici volui; vos me Imperatoris nomine appellavistis. cujus si vos pœnitet, vestrum vobis beneficium remitto, mihi meum restituite nomen; ne ad contumeliam honorem dedisse videamini.*

1 XXXIII. Qua oratione permoti milites, crebro etiam dicentem interpellabant; ut magno cum dolore
2 infidelitatis suspicionem sustinere viderentur. discedentem vero ex concione universi cohortantur, magno sit animo, neu dubitet prœlium committere, & suam fi-
3 dem virtutemque experiri. Quo facto commutata omnium voluntate, & opinione, consensu summo constituit Curio, quum primum sit data potestas, prœ-
4 lio rem committere. Postero die productos, loco eodem, quo superioribus diebus constiterat, in acie col-
5 locat. Ne Varus quidem Attius dubitat copias producere; sive sollicitandi milites, sive æquo loco dimicandi detur occasio, ne facultatem prætermittat.

1 XXXIV. Erat vallis inter duas acies, ut supra demonstratum est, non ita magno, at difficili & arduo adscensu. Hanc uterque si adversariorum copiæ transire conarentur, exspectabat; quo æquiore loco prœ-
2 lium committeret. Simul à sinistro cornu P. Attii equitatus omnis, & una levis armaturæ interjecti complures, quum se in vallem demitterent, cernebantur.
3 Ad eos Curio equitatum, & duas Marrucinorum cohortes mittit: quorum primum impetum equites hostium non tulerunt; sed, admissis equis, ad suos refugerunt. [1] relicti ab iis, qui una procurrerant, levis ar-

*quæ sunt in his? Dictys* Cretensis lib. II. cap. XXXI. *Pertinacia animi, an ob amorem captivæ.* Vide & *Jac. Perizonii* Dissert. de eo scriptore §. XL. *Davies.*

1. *Relicti ab iis, qui una procurrerant, levis armaturæ*] Equites ad suos refugerant; qui igitur relicti, ex levi erant armatura. Scribe cum MS. *Norvic. Relicti ab iis, qui una procurrerant, levis armatura*; & est σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, velites enim intelliguntur. Non male etiam se habet vulgata lectio, si *levis armaturæ* nominativi pluralis esse statuantur, nam paucis latet, veteres in

armaturæ, circumveniebantur, atque interficiebantur ab nostris. Huc tota Vari conversa acies suos fugere, & concidi videbat. Tum Rebilus legatus Cæsaris, 4
quem Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere usum in re militari sciebat, *Perterritum*, inquit, *hostem vides, Curio. Quid dubitas uti temporis opportunitate?* Ille, unum elocutus, ut memoria tenerent mili- 5
tes ea, quæ pridie sibi confirmassent, sequi sese jubet, & præcurrit ante omnes: adeoque erat impedita vallis, ut in adscensu, nisi sublevati à suis, primi non facile eniterentur. Sed præoccupatus animus Attianorum mi- 6
litum timore, & fuga, & cæde suorum, nihil de resistendo cogitabat; omnesque jam se ab equitatu circumveniri arbitrabantur. itaque prius, quam telum adjici 7
posset, aut nostri propius accederent, omnis Vari acies terga vertit, seque in castra recepit.

XXXV. Qua in fuga Fabius Pelignus quidam, ex 1
infimis ordinibus, de exercitu Curionis, primum agmen fugientium consecutus, magna voce Varum nomine appellans requirebat; uti unus esse ex ejus militibus, & monere aliquid velle, ac dicere videretur. U- 2
bi ille sæpius appellatus adspexit, ac restitit, & quis esset, aut quid vellet, quæsivit; [1] humerum apertum gladio appetit; paullumque abfuit, quin Varum interficeret. quod ille periculum, sublato ad ejus conatum scuto, vitavit. Fabius à proximis militibus cir- 3
cumventus interficitur. [2] Hac fugientium multitudine ac

in hujusce formæ adjectivis eum casum aliquando sic terminasse. *Leves armaturas* dixerunt *Hirtius* B. Afr. cap. LIX. & *Livius* lib. XXI. cap. LV. *Davies.*

1. *Humerum apertum gladio appetit*] Hoc est dextrum, qui scuto non tegebatur. Malo enim ita exponere, quam ut dicam *apertum* hic idem esse atque illud quod lib. VII. de bello Gallico ait Cæsar de Æduis, *tametsi dextris humeris exertis animadvertebantur.* Neque puto quicquam huic loco commune cum illo fuisse: etsi id, ni fallor, existimabat doctissimus Janus Gruterus. *D. Vossius.*

2. *Ac fugientium multitudine ac turba*] Lego ex Cujaciano *hac fugientium mult. a. t. Idem.*

*Ibid.*] Vulgg. *ac fugientium*: sed lectionem à me receptam in suo Codice invenit *Fulv. Ursinus*, in MSto *Cujac.*

ac turba portæ caſtrorum occupantur, atque iter impeditur; pluresque in eo loco ſine vulnere, quam in
4 prœlio aut fuga, intereunt. neque multum abfuit,
quin etiam caſtris expellerentur; ac nonnulli protinus
5 eodem curſu in oppidum contenderunt. ſed quum loci natura, tum munitio caſtrorum aditum prohibebat, quod ad prœlium egreſſi Curionis milites iis rebus indigebant, quæ ad oppugnationem caſtrorum erant u-
6 ſui. Itaque Curio exercitum in caſtra reducit, ſuis omnibus præter Fabium incolumibus, ex numero adverſariorum circiter DC interfectis, [1] ac ∞ vulneratis: qui omnes diſceſſu Curionis, multique præterea, per ſimulationem vulnerum, ex caſtris in oppidum, pro-
7 pter timorem, ſeſe recipiunt. Qua re animadverſa, Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in caſtris, & paucis ad ſpeciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia ſilentio exercitum in oppidum reducit.

1 XXXVI. Poſtero die Curio Uticam obſidere, & vallo circummunire inſtituit. [2] Erat in oppido multitudo inſolens belli, diuturnitate otii; [3] Uticenſes pro qui-

*Cujac. D. Voſſius*, ac ipſe in *Norvic.* & manifeſto vera eſt. *Davies.*

1. *Ac ∞ vulneratis*] In aliis omnibus legitur *atque vulneratis*, unde *Fr. Hotomannus* reponendum putavit *aut vulneratis*, ut vulnerati una cum interfectis numerum illum confecerint. Sed ejus conjecturam evertit *Appianus*, qui Bell. Civ. l. II. p. 455. D. Κουρίων μὲν, inquit, εἷς ἀνὴρ ἔπεσεν, Οὐάρου δ᾽ ἑξακόσιοι, καὶ κατετρώθησαν ἔτι πλείους. Veriſſima igitur videtur Codicis *Urſiniani* ſcriptura. *Davies.*

2. *Erat in oppido multitudo inſolens belli*] Belli inſueta. *Cicero* de Orat. lib. I. cap. XLVIII. *Ea requiruntur à me, quorum ſum ignarus atque inſolens.* *Salluſtius* Procem. Bell. Catil. *Quæ tametſi animus aſpernabatur inſolens malarum artium.* Brant. Vide *Lambinum* ad *Horatii* lib. I. od. V. *Idem.*

3. *Uticenſes pro quibuſdam Cæſaris in ſe beneficiis illi amiciſſimi: conventus, qui ex variis generibus conſtaret*] Non peccavero in perſpicuitatem & ſimplicitatem Cæſaris, ſi ex Cod. Cujac. Pet. Pal. & Bong. legam: *amiciſſimi erant, conventus is, qui ex variis*, &c. In codicibus quos dixi pro *is* erat *ſi*, haud dubiè depravatum. Porro nota hic conventum ab Uticenſibus ipſis diſtingui: ut credam conventum conſtitiſſe ex parte Uticenſium, & civibus Romanis, quomodo Cæſar ſupra hoc libro dixit de Hiſpalenſibus, *quod factum adeo conventus ejus cives Romani probaverunt*, &c. Tales autem conventus fere in omnibus provinciis Romanorum fuerunt, Hiſpania, Gallia, Sicilia, A-

chaja,

quibusdam Cæsaris in se beneficiis illi amicissimi: conventus, qui ex variis generibus constaret; terror ex superioribus prœliis magnus. Itaque [1] de deditione o- 2
mnes palam loquebantur, & cum P. Attio agebant, ne sua pertinacia omnium fortunas perturbari vellet.
Hæc quum agerentur, nuncii præmissi ab rege Juba 3
venerunt, qui illum cum magnis copiis adesse dicerent, & de custodia ac defensione urbis hortarentur. quæ res eorum perterritos animos confirmavit.

XXXVII. Nunciabantur hæc eadem Curioni, sed 1
aliquamdiu fides fieri non poterat: tantam habebat suarum rerum fiduciam! Jamque Cæsaris in Hispania res 2
secundæ in Africam nunciis ac literis perferebantur. quibus omnibus rebus sublatus, nihil contra se Regem nisurum existimabat. Sed ubi certis auctoribus compe- 3
rit [2] minus v & xx millibus longe ab Utica ejus copias abesse; relictis munitionibus, sese in castra Corneliana recepit. Huc frumentum comportare, castra mu- 4
nire, materiam conferre cœpit, statimque in Siciliam misit, uti II legiones, reliquusque equitatus ad se mitteretur. Castra erant ad bellum ducendum aptissi- 5
ma, natura, & loci munitione, & maris propinquitate,

chaja. Et arbitror in illis conventibus plerumque multos cives Romanos habitasse, quia illud honorum civitati erat, quod in eam à prætoribus, aut aliis magistratibus convocarentur totius provinciæ Senatores, ad jurisdictionem. *D. Vossius.*

1. *De deditione omnes palam loquebantur*] in v. c. nostro, Petav. & Pal. est *omnes in palam*. Lego, *omnes jam palam*. Idem.

*Ibid.*] Codd. *Voss. Petav. Palat.* & *Norvic.* habent *inpalam*, unde *Dionys. Vossius* rescribit *jam palam*. At illorum MStorum lectionem ferri posse arbitror. Glossarium *Isidori*. *Inpalam*, *aperte*. *Hilarius* adversus Constantium pag. 199. *Pugnaremus enim inpalam & cum fiducia contra negantes.* Non raro sane à veteribus præpositiones inter se componuntur. *Cæsar* hujusce libri cap. IX. *Hanc insuper contignationem*. Vide & *G. J. Vossium* de Anal. lib. IV. cap. XXIII. *Davies.*

2. *Minus v & xx millibus longe ab Utica abesse*] Vox *longe Pet. Ciacconio* abundare videtur, cujus judicium secutus *Jos. Scaliger*, eam, utpote delendam, uncinis cinxit. Codices autem pertinaciter retinent. ac recte quidem. *Hirtius* Belli Alex. cap. XXXVI. *Castra posuit* longe à Nicopoli *circiter millia passuum* VII. Et lib. de Bell. Afric. cap. LXVII. Ab ejus castris *millia passuum* VI longe, *trinis castris dispartitis copiis consedit*. Vide & cap. LXVIII. & LXXVII. *Idem.*

te, & aquæ & ſalis copia: cujus magna vis jam ex pro-
6 ximis erat ſalinis eo congeſta. Non materia multitudi-
ne arborum, non frumentum, cujus erant pleniſſimi
agri, deficere poterat. Itaque ſuorum omnium con-
ſenſu Curio reliquas copias expectare, & bellum du-
cere parabat.

1 XXXVIII. His conſtitutis rebus, probatiſque con-
ſiliis, ex perfugis quibuſdam oppidanis audit, Jubam
revocatum finitimo bello, & controverſiis Leptitano-
rum reſtitiſſe in regno; [1] Saburam ejus præfectum cum
2 mediocribus copiis miſſum Uticæ appropinquare. His
auctoribus temere credens conſilium commutat, & prœ-
lio rem committere conſtituit. Multum ad hanc rem
probandam adjuvat adoleſcentia, magnitudo animi,
ſuperioris temporis proventus, fiducia rei bene geren-
3 dæ. His rebus impulſus equitatum omnem prima nocte
ad caſtra hoſtium mittit, ad flumen Bagradam, quibus
præerat Sabura, de quo ante erat auditum. Sed rex
omnibus copiis inſequebatur, & VI millium paſſuum
4 intervallo à Sabura conſederat. Equites miſſi nocte iter
conficiunt. imprudentes, atque inopinantes hoſtes ag-
grediuntur; Numidæ enim quadam barbara conſuetu-
5 dine nullis ordinibus paſſim conſederant. Hos oppreſ-
ſos ſomno & diſperſos adorti, magnum eorum nume-
rum interficiunt. multi perterriti profugiunt. Quo fa-
cto ad Curionem equites revertuntur, captivoſque ad
eum reducunt.

1 XXXIX. Curio cum omnibus copiis quarta vigilia
2 exierat, cohortibus V caſtris præſidio relictis. Progreſ-
ſus millia paſſuum VI equites convenit; rem geſtam
co-

1. *Saburam*] In Petaviano ac Bongarſ aſſidue eſt *Saburram*. Etiam in Appiano B. C. l. II. p. 455. Σαβούρρα. Quare licentia poëtica ſcripſerit Lucanus:

*Ut ſibi commiſſi ſimulator Sabbura belli.*

Non arbitror. Id ſcio talem formam שבור non admittere duplex R; itaque magis è corrupta locutione Romanorum alterum R eſt, & recta Lucani ſcriptura: etiam Cæſaris vulgata. *D. Voſſius.*

cognovit; ex captivis quærit, quis castris ad Bagra-
dam præsit: respondent, Saburam. Reliqua, studio
itineris conficiendi, quærere prætermittit; proxima-
que respiciens signa, *Videtisne*, inquit, *milites*, *capti-* 3
*vorum orationem cum perfugis convenire? abesse regem*,
*exiguas esse copias missas*, *quæ paucis equitibus pares esse non*
*potuerunt*. *Proinde ad prædam*, *ad gloriam*, *properate*;
*ut jam de præmiis vestris*, *&* *de referenda gratia cogitare*
*incipiamus*. Erant per se magna, quæ gesserant equites, 4
præsertim quum eorum exiguus numerus cum tanta
multitudine Numidarum conferretur. hæc tamen ab
ipsis inflatius commemorabantur, ut de suis homines
laudibus libenter prædicant. multa præterea spolia præ- 5
ferebantur. [1] capti homines, equitesque produceban-
tur: ut, quidquid intercederet temporis, hoc omne
victoriam morari videretur. Ita spei Curionis militum
studia non deerant. Equites sequi jubet sese; iterque 6
accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri
posset. At illi itinere totius noctis confecti subsequi non
poterant: atque alii alio loco resistebant. Ne hæc qui-
dem res Curionem ab spe morabatur.

XL. Juba certior factus a Sabura de nocturno prœ- 1
lio, II millia Hispanorum & Gallorum equitum, quos
suæ custodiæ caussa circum se habere consueverat, &
peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburæ
submittit. Ipse cum reliquis copiis [2] elephantisque sub- 2
sequitur; suspicatus, præmissis equitibus, ipsum adfo-
re Curionem. Sabura copias equitum peditumque in- 3
struit:

1. *Capti homines equitesque producebantur*] *Pet. Ciacconius* & *Fr. Hotomannus* ex conjectura reponebant *capti homines equique*; sed hoc ex eo evenit, quod *homines* de peditibus κατ' ἐξοχὴν dici non animadverterent. *Livius* lib. XXI. cap. XXVII. *Omnem ripam* equites virique *obtinentes*. *Silius* Italicus lib. IX, 560.

*Magna voce trahens* equitemque, virosque, *feraque*
*Turrigeræ molem*.

Sic & *miles* crebro peditem denotat, & equiti opponitur, ut multis ostendit *J. F. Gronovius* ad *Livii* lib. XXVIII. cap. I. *Davies*.

2. *Elephantisque* XL] Petav. Pal. & Bong. LX habent. *D. Vossius*

ſtruit: [1] atque his imperat, ut ſimulatione timoris
paullatim cedant, ac pedem referant: ſeſe, quum opus
eſſet, ſignum prœlii daturum, &, quod rem poſtula-
4 re cognoviſſet, imperaturum. Curio, ad ſuperiorem
ſpem addita præſentis temporis opinione, hoſtes fuge-
re arbitratus, copias ex locis ſuperioribus in campum
deducit.

1 XLI. Quibus ex locis quum longius eſſet progreſ-
ſus, confecto jam labore exercitu, XVI millium ſpa-
2 tio, conſiſtit. Dat ſignum ſuis Sabura, aciem conſti-
tuit, & circuire ordines, atque hortati incipit. ſed
peditatu duntaxat procul ad ſpeciem utitur; equites in
3 aciem mittit. Non deeſt negotio Curio, ſuoſque hor-
tatur, ut ſpem omnem in virtute reponant. nec mili-
tibus quidem, ut defeſſis; neque equitibus, ut pau-
cis, & labore confectis, ſtudium ad pugnandum vir-
4 tuſque deerat. ſed ii erant numero CC. reliqui in itine-
re ſubſtiterant. Hi quamcunque in partem impetum
5 fecerant, hoſtes loco cedere cogebant. ſed neque lon-
gius fugientes proſequi, nec vehementius equos inci-
tare poterant. At equitatus hoſtium ab utroque cornu
circumire aciem noſtram, & averſos proterere incipit.
6 Quum cohortes ex acie procurriſſent, Numidæ inte-
gri, celeritate impetum noſtrorum effugiebant; rurſuſ-
que ad ordines ſuos ſe recipientes circumibant, & ab
acie excludebant. Sic neque in loco manere, ordineſ-
que ſervare, neque procurrere, & caſum ſubire, tu-
tum videbatur. Hoſtium copiæ ſummiſſis ab rege au-
7 xiliis crebro augebantur. Noſtris vires laſſitudine defi-
ciebant. ſimul ii, qui vulnera acceperant, neque acie
excedere, neque in locum tutum referri poterant;
quod tota acies equitatu hoſtium circumdata teneba-
8 tur. Hi de ſua ſalute deſperantes, ut extremo vitæ
tem-

1. *Atque his imperat, ut ſimulatione timoris paullatim cedant*] *Frontinus* Strateg. lib. II. cap. V. hoc conſilium non Saburæ, ſed regi Jubæ attribuit. *Davies*.

tempore homines facere consueverunt, aut suam mortem miserabantur, aut parentes suos commendabant, si quos ex eo periculo fortuna servare potuisset. Plena erant omnia timoris, & luctus.

XLII. Curio, ubi perterritis omnibus neque cohor- 1
tationes suas, neque preces audiri intelligit, unam, ut
in miseris rebus, spem reliquam salutis esse arbitratus,
proximos colles capere universos, atque eo inferri si-
gna jubet. Hos quoque præoccupat missus à Sabura 2
equitatus. Tum vero ad summam desperationem nostri
perveniunt, & partim fugientes ab equitatu interfi-
ciuntur, partim integri procumbunt. Hortatur Cu- 3
rionem Cn. Domitius [1] præfectus equitum, cum pau-
cis equitibus circumsistens, ut fuga salutem petat, at-
que in castra contendat: & se ab eo non discessurum
pollicetur. At Curio, nunquam amisso exercitu, quem 4
à Cæsare fidei suæ commissum acceperit, se in ejus
conspectum reversurum, confirmat; atque ita prœ-
lians interficitur. Equites perpauci ex prœlio se reci- 5
piunt. sed ii, quos ad novissimum agmen, equorum
reficiendorum caussa, substitisse demonstratum est, fu-
ga totius exercitus procul animadversa, sese incolumes
in castra conferunt. milites ad unum omnes interfi-
ciuntur. 1

XLIII. His rebus cognitis, M. Rufus quæstor in ca-
stris relictus à Curione cohortatur suos, ne animo defi-
ciant. Illi orant, atque obsecrant, ut in Siciliam navibus
reportentur. Pollicetur: magistrisque imperat navium,
ut primo verspere omnes scaphas ad littus appulsas ha-
beant. Sed tantus fuit omnium terror, ut alii adesse 2
copias Jubæ dicerent, alii cum legionibus instare Va-
rum, jamque se pulverem venientem cernere; quarum
re-

1. *Præfectus equitum*] In MS. Pet. & Pal. *pr. eq.* (In *Norvic.* corrupte *pater eques*) in Cujac. *pr. eque.* id est, *præfectus equestris*: nam præfectus equitum in vett. inscript. semper legitur *præf. equit.* nec unquam aliter, *D. Vossius.*

rerum nihil omnino acciderat: alii classem hostium ce-
3 leriter advolaturam suspicarentur. Itaque, perterritis
omnibus, sibi quisque consulebat. Qui in classe erant,
proficisci properabant. Horum fuga navium onераria-
rum magistros incitabat. pauci lenunculi ad officium
4 imperiumque conveniebant. sed tanta erat completis
littoribus contentio, qui potissimum ex magno nume-
ro conscenderent; ut multitudine atque onere nonnul-
li deprimerentur, reliqui ob timorem propius adire
tardarentur.

1 XLIV. Quibus rebus accidit, ut pauci milites, pa-
tresque familiæ, qui aut gratia aut misericordia vale-
rent, aut naves adnare possent, recepti in Siciliam in-
columes pervenirent. reliquæ copiæ, missis ad Varum
noctu [1] legatorum numero centurionibus, sese ei de-
2 diderunt. Quorum cohortes militum Juba postero die
ante oppidum conspicatus, suam esse prædicans præ-
dam, magnam partem eorum interfici jussit: paucos
3 electos in regnum remisit. Cum Varus suam fidem ab
eo lædi quereretur, neque resistere auderet; ipse equo
in oppidum vectus, prosequentibus compluribus se-
natoribus, quo in numero erat Ser. Sulpicius, & Li-
cinius Damasippus, paucis diebus, quæ fieri vellet,
Uticæ constituit, atque imperavit: diebusque post
paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit.

1. *Legatorum numero Centurionibus*] Pro legatis, Legatorum loco, quod cum non intelligerent Librarii in editt. *Rom. Ven. Beroald.* aliisque nonnullis corrupte legitur *legatis cum centurionibus*. Noster lib. v. de Bell. Gall. cap. XXVII. *Quos Atuatici* obsidum numero *missos apud se in servitute & catenis tenuissent*. *Corn. Nepos* Epam. cap. VII, 1. *Erat enim ibi privatus* numero militis. Alia hanc in rem exempla peti possunt ex *Joan. Frid. Gronovii* Observ. lib. 1. cap. VI, pag. 59. *Davies.*

LIBER

# LIBER III.

## SUMMARIUM LIB. III. DE BELLO CIVILI.

*Cæsar, rebus urbanis ordinatis,* VI. *in Ceraunios trajicit.* VIII. *Salonas,* XI. *Oricum,* XII. *Apolloniam, aliasque civitates occupat.* XIII. *Pompejus Dyrrhachium se recipit.* XVIII. *Bibulus moritur.* XIX. *Colloquia sæpius iterata de pace, semper turbantur.* XXII. *Motus in Urbe sedatur.* XXIII. *Libo Brundisinum portum frustra aliquamdiu obsidet.* XXVI. *Antonius & Calenus cum subsidiis ex Italia advenientes, Cæsari junguntur.* XXXI. *Scipionis in Syria tyrannides,* XXXVI. *atque in Macedonia & Thessalia res gestæ.* XXXIV. *Pompejus à Cæsare ad Dyrrhachium obsessus.* XLIV. *crebræ istic, variaque fortuna, velitationes.* LXIII. *Duplici clade affectus Cæsar, ab obsidione exercitum reducit.* LXXVIII. *In Thessaliam Pompejum elicit.* LXXXV. *Pugnandi facultatem nactus,* XCIII. *Pompejum fundit.* C. *Lælius interea Brundisinum portum obsidet;* CI. *& Cassius classes Cæsaris in Sicilia incendit.* CIV. *Pompejus in Ægypto ab Achilla & Septimio interficitur.* CVI. *Cæsar Alexandriam usque eum insequutus, novo ibi bello intricatur.*

I. DIctatore habente comitia Cæsare, [1] consules creantur Julius Cæsar, & P. Servilius. is enim erat annus, quo per leges ei consulem 1
fieri liceret. His rebus confectis, quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur, 2

1. *Consules creantur Julius Cæsar & P. Servilius*] Suspicor nomen *Julii* adjectum esse: nam Cæsar, cum de se loquitur, non solet illud ponere. Et fortasse cum esset scriptum, *consules creantur ipse, & P. Servilius,* ab aliquo ad marginem additus est *Julius Cæsar. Appianus* lib. II. B. C. pag. 457. ὑπάτυς ἀπέφηνεν ἑαυτόν τε ϗ Σερουίλιον Ἰσαυρικόν. Sed ibi mendose

tur, constituit, ut arbitri darentur: [1] per eos fierent
æstimationes possessionum, & rerum, quanti quæque
earum ante bellum fuissent, atque ex creditoribus
3 transderentur. Hoc & ad [2] timorem novarum tabula-
rum tollendum minuendumque, qui fere bella & ci-
viles dissensiones sequi consuevit, & ad debitorum tu-
4 endam existimationem, esse aptissimum existimavit. I-
tem, prætoribus tribunisque pl. rogationes ad popu-
lum ferentibus, nonnullos ambitus Pompeja lege dam-
natos, illis temporibus, quibus in Urbe præsidia le-
gionum Pompejus habuerat, quæ judicia, aliis audi-
entibus judicibus, aliis sententiam ferentibus, singu-
5 lis diebus erant perfecta, in integrum restituit: qui
se illi initio civilis belli obtulerant, si sua opera in
bello uti vellet; perinde æstimans, ac si usus esset,
6 quoniam sui fecissent potestatem. statuerat enim hos
prius judicio populi debere restitui, quam suo bene-
ficio videri receptos; ne aut ingratus in referenda gra-
tia,

dose Πομπτῖνον legitur pro Σερβίλιον. F. Ursin.

1. *Per eos fierent æstimationes possessionum*] Suetonius in Julio; *decrevit tandem, ut debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quasque ante civile bellum comparassent, deducta summa æris alieni, siquid usuræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset.* Deducto eo ait quod usuræ nomine numeratum fuisset, aut perscriptum; nam versura primo unciaria (ut ex Tacito lib. VI. Annalium discimus) permissa, deinde ad semuncias redacta, postremo vetita. Miror autem Scaligerum dicere incompertam sibi unciariam legem, cum præter Tacitum disertim ejus meminerit Livius, aliique, Porro addit Dio lib. XLI. pag. 159. hoc tempore Cæsarem legem tulisse, nequis in auro vel argento possideret plus quam LX sestertium. Verba sunt: Ἐπειδή τε συχνοὶ πολλὰ χρήματά τε ἔχειν καὶ πάντα αὐτὰ ἀποκρύπτειν ἐλέγοντο, ἀπηγόρευσε μηδένα πλεῖον πεντακισχιλίων καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ καὶ χρυσίῳ κεκτῆσθαι. Ait Hotomannus nequaquam se id intelligere: quod miror, cum disertim Tacitus sexto Annalium scribat: *Interea magna vis accusatorum in eos inrupit, qui pecunias fænore auctitabant, adversum legem dictatoris Cæsaris, qua de modo credendi possidendique intra Italiam cavetur; omissam olim, quia privato usui bonum publicum postponitur.* D. Vossius.

2. *Timorem novarum tabularum*] Novas tabulas Græci χρεῶν ἀποκοπὴν vocant. Plutarchus σεισάχθειαν, quasi *oneris excussionem* dicas; quia prioribus debitis solvebantur debitores, & novæ conficiebantur tabulæ. *Idem.*

tia, aut [1] arrogans in præripiendo populi beneficio videretur.

II. His rebus, & feriis Latinis, comitiisque omni- 1
bus perficiundis XI dies tribuit, Dictaturaque se ab-
dicat, & ab Urbe proficiscitur, Brundisiumque per-
venit. Eo legiones XII, equitatum omnem venire jus-
serat. sed tantum navium reperit, [2] ut anguste XX mil- 2
lia legionariorum militum & DC equites transportare
possent. hoc unum inopia navium Cæsari ad confici-
endi belli celeritatem defuit. atque eæ copiæ ipsæ hoc 3
infrequentiores imponuntur, quod multi Gallicis tot
bellis defecerant, longumque iter ex Hispania ma-
gnum numerum deminuerat; & gravis autumnus in
Apulia circumque Brundisium, ex saluberrimis Gal-
liæ & Hispaniæ regionibus omnem exercitum valetu-
dine tentaverat.

III. Pompejus annuum spatium ad comparandas co- 1
pias nactus, quod vacuum à bello, atque ab hoste o-
tio-

1. *Arrogans in præripiendo populi beneficio*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in præcipiendo populi beneficio*, quod idem valet ac præoccupando. Scriptor, qui sub *Daretis* Phrygii nomine circumfertur, cap. XXXIII. *Eum continuo Troilus* præcipit *& sauciat. Ovidius* lib. III. Trist. El. III. 34.

*Vel* præcepisset *mors properata fugam.*

Eandem vocem ita interpretatur *Servius* ad *Virgilii* Eclog. III, 98. *Davies.*

2. *Ut angustè* XX *milla legionariorum militum &* DC *equites transportare possent*] In prioribus editionibus, & mssis omnibus erat XV millia legionariorum. Scaliger XX edidit, an ex veteri codice ignarum mihi: illud credo non temere mutasse: præterquam quod historiæ hoc magis congruum videtur. Sed Ciacconio & Ursino assentiri nequeo, qui hic rescribebant VII *legiones*: Profecto audax emendatio illa est. Movit eos quod scribitur infra: *Impositis, ut supra demonstratum est, legionibus* VII. Verum dicit Cæsar ipse has copias infrequentiores fuisse, quia & Gallicanis bellis, & itinere Hispanico, & valetudine in Italia attritæ erant. Ita ut facile potuerint VII legiones redigi ad millia XX. Imo dubitari possit, an infra, ubi VII legiones nominantur, non præstet reponere *quinque*: quia tot legiones à Cæsare transductas ajunt Appianus & Plutarchus. Et profecto quinque legiones minus absint XX millium numero, nam efficiunt millia XXX si plenæ sint: at Cæsar dicit valde infrequentes fuisse; atque tunc tertia circiter pars desiderata fuerit. Sed nolo temere mutare: quia Appianus addit duas postea legiones supervenisse, & à Cæsare assumtas. *D. Vossius.*

tiosum fuerat, magnam ex Asia, Cycladibusque insu-
lis, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria,
Cilicia, Phœnice, & Ægypto classem coëgerat, ma-
2 gnam omnibus locis ædificandam curaverat: magnam
imperatam Asiæ, Syriæ, regibusque omnibus & dy-
nastis, & tetrarchis, & liberis Achaiæ populis pecu-
niam exegerat, magnam societates earum provinciarum,
quas ipse obtinebat, sibi numerare coëgerat.
1 IV. Legiones effecerat civium Romanorum IX; V
ex Italia, quas transduxerat; unam ex Sicilia vetera-
nam, quam factam ex duabus gemellam appellabat;
unam ex Creta & Macedonia, ex veteranis militibus,
qui dimissi à superioribus imperatoribus in iis provin-
ciis consederant; II ex Asia, [1] quas Lentulus con-
2 scribendas curaverat. Præterea magnum numerum ex
Thessalia, Bœotia, Achaia, Epiroque, supplementi
nomine, in legiones distribuerat. His [2] Antonianos
3 milites admiscuerat. Præter has exspectabat cum Sci-
pione ex Syria legiones II, sagittarios ex Creta, La-
cedæ-

1. *Quas Lentulus conscribendas curaverat*] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* hunc locum paullo auctiorem exhibent; in iis enim est *quas Lentulus* Consul *conscribendas curaverat*; nec de nihilo est hoc additamentum; nam L. Lentulus A. U. C. DCCV. quo hæ legiones sunt conscriptæ, gerebat consulatum, ut ostendit *Dion* lib. XLI, pag. 152. *Davies.*

2. *Antonianos milites admiscuerat*] Mirabar, in Pompeji copiis Antonianos milites numerari, cum tres Antonii fratres, Marcus, Cajus, Lucius, Cæsaris partes in civili bello secuti sint: sed postea comperi, exercitum C. Antonii, T. Pulcionis opera proditum, in Pompeji potestatem venisse, propterea, quasi dubia fides eorum esset, eos milites Pompejus admiscuerat suis. De hac Antoniani exercitus deditione, hic infra cap. x. *Se morte Curionis, & detrimento Africani exercitus tanto, militumque deditione ad Corcyram.* Et aliquanto post: *Hic paullisper est pugnatum; cum irrumpere nostri conarentur, illi castra defenderent, fortissime T. Pulcione, cujus opera proditum exercitum C. Antonii demonstravimus, eo loco propugnante.* Suetonius etiam, *Omnibus*, ait, *civilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos suos, passus est: quorum C. Curio in Africa periit, C. Antonius in Illyrico in adversariorum devenit potestatem.* Idem lib. XLI. & XLII. *Dio* scriptum reliquit. Quorum locorum testimonio, mutilos esse hos Cæsaris libros de bello civili, facile est intelligere: etenim, quod ipse ait, *se demonstrasse, Pulcionis opera proditum exercitum C. Antonii*, id in his libris nusquam reperitur. *Ald. Manut.*

cedæmone, Ponto, atque Syria, reliquiſque civitati-
bus III millia numero habebat: funditorum cohortes
VI: mercenarias II: equitum VII millia: ex quibus
[1] DC Gallos Dejotarus adduxerat, D Ariobarzanes ex
Cappadocia: ad eundem numerum Cotus ex Thracia
dederat, & Sadalem filium miſerat. Ex Macedonia CC 4
erant, [2] quibus Raſcipolis præerat, excellenti virtu-
te. D ex Gabinianis Alexandria, Gallos Germanoſque,
quos ibi [3] A. Gabinius præſidii cauſſa apud regem Pto-
lemæum reliquerat: Pompejus filius cum claſſe addu-
xerat DCCC, quos ex ſervis ſuis paſtorumque ſuorum
coëgerat: CCC Tarcundarius Caſtor & Donilaus ex 5
Gallogræcia dederant. horum alter una venerat, alter
filium miſerat. CC ex Syria à Comageno Antiocho,
cui magna præmia Pompejus tribuit, miſſi erant. [4] in
his plerique hippotoxotæ. Huc Dardanos, Beſſos, par- 6
tim mercenarios, partim imperio aut gratia compara-
tos, item Macedonas, Theſſalos, & reliquarum gen-
tium & civitatum adjecerat; atque eum, quem ſupra
demonſtravimus, numerum expleverat.

V. Frumenti vim maximam ex Theſſalia, Aſia, 1
Ægypto, Creta, Cyrenis, reliquiſque regionibus com-
paraverat. hiemare Dyrrhachii, Apolloniæ, omnibuſ- 2
que

1. DC, *Gallos Dejotarus adduxerat*] Galatas ſeu Gallogræcos intelligit, quibus præerat Dejotarus. Eorum regionem Γαλατίαν τὴν ἑῴαν vocat *Appianus* lib. II. B. C. pag. 458. & incolas Γαλάτας τοὺς ἑῴους pag. 472. Δηιόταρος μὲν, inquit, τετράρχης Γαλατῶν τῶν ἑῴων, Ἀριοβαρζάνης δέ, Καππαδόκων βασιλεύς, quem noſter Ariobarzanem nominat. *Davies.*

2. *Quibus Raſcipolis præerat*] Ita & Lucanus. Vellejus non multum recedens Raſcupolin vocat. Dio Ῥασκύποριν. Tacitus *Rheſcuporin.* D. Voſſius.

3. *A. Gabinius præſidii cauſſa apud Regem Ptolemæum reliquerat*] Ptolemæum enim in regnum Ægypti reduxerat Gabinius, ejecto Archelao, quem ſibi regem adſciverant, ut docet Epitome *Liviana* lib. CV. Rem totam fuſe narrat *Dion* lib. XXXIX. p. 116. ſeq. *Davies.*

4. *In his plerique Hippotoxotæ*] Poſt ultimam vocem in ed. *Veneta* additur *id eſt*, *equeſtres ſagittarii*, quæ gloſſa eſt, primum margini adſcripta, dein, ut fieri ſolet, in orationis contextum illata; ἱπποτοξότης enim vocabulum eſt Græcum, quod *ſagittarium equitem* ſignificat, prout Latine reddidit *Curtius* lib. V. cap. IV. 14. Eo utitur & *Hirtius* Afric. cap. XIX. *Davies.*

que oppidis maritimis conſtituerat, ut mare Cæſarem tranſire prohiberet. ejus rei cauſſa omni ora maritima
3 claſſem diſpoſuerat. Præerat Ægyptiis navibus Pompejus filius: Aſiaticis D. Lælius, & C. Triarius; Syriacis C. Caſſius; Rhodiis C. Marcellus cum C. Coponio: Liburnicæ atque Achaicæ claſſi Scribonius Li-
4 bo, & M. Octavius. Toti tamen [1] officio maritimo M. Bibulus præpoſitus cuncta adminiſtrabat: ad hunc ſumma imperii reſpiciebat.

1 VI. Cæſar, ut Brundiſium venit, concionatus apud milites, *quoniam prope ad finem laborum ac periculorum eſſet perventum, æquo animo mancipia atque impedimenta in Italia relinquerent; ipſi expediti naves conſcenderent, quo major numerus militum poſſet imponi; omniaque ex victoria, & ex ſua liberalitate ſperarent;* conclamantibus
2 omnibus, *imperaret, quod vellet, quodcunque imperaviſſet, ſe æquo animo eſſe facturos;* pridie Non. Jan. naves ſolvit, [2] impoſitis, ut ſupra demonſtratum eſt, legionibus VII. Poſtridie terram attigit Cerauniorum.
3 [3] Saxa inter & alia loca periculoſa quietam nactus ſtatio-

1. *Officio maritimo M. Bibulus præpoſitus*] Corrupta ſunt *Appiani* exemplaria pag. 459. A. ubi ſic legitur καὶ ἐπ' αὐτοῖς (ναυάρχοις) Μάρχος Βυβῖνος. Reſcribendum Μάρκος Βίβυλος, ut recte hunc noſtrum vocat *Dion* lib. XII. p. 174. *Davies.*

2. *Impoſitis —— legionibus* VII. *Poſtridie terram attigit Cerauniorum*] In MS. *Norvic* legitur *impoſitæ —— legiones* VII. eandemque lectionem in optimo Codice reperit *Pet. Victorius*, ut ait Var. Lect. lib. XIII. cap. I. ubi etiam mendum è *Cæſare* fœdiſſimum ſuſtulit: cum enim in aliis Codd. legeretur *terram attigit Germaniorum*, vel *Germanorum*, in aliis *Græcorum*, vir ille doctiſſimus egregie repoſuit *Cerauniorum*; nec tamen, niſi fallor, locum perpurgavit; nam mihi etiamnum ab interpunctione videtur laborare. Reſcribo *terram attigit: Cerauniorum ſaxa* &c. Mirum in modum firmat *Appianus* lib. II. B. C. pag. 461. Ὑπὸ δὲ χειμῶνος, inquit, ἐς τὰ ΚΕΡΑΎΝΙΑ ὌΡΗ παραχθείς. Sic & *Dion* lib. XLI. p. 174. *Davies.*

3. *Saxa inter & alia loca periculoſa*] Quatuor voces ultimas expungit *Janus Rutgerſius* Var. Lect. lib. IV. cap. V. eas ex Gloſſemate natas arbitratus, cum enim imperitus quidam ad oram libri ſui ſcripſerat *Italiæ loca periculoſa*, ea verba alius in textum recepit, & *alia* loco *Italiæ* ſubſtituit. Sed quæſiverim, unde factum, ut Librarii *Italiæ loca periculoſa* oræ Codicum adſcriberent; montes enim Ceraunii, ut notum eſt, in Epiro ſunt ſiti. Eam igitur conjecturam rejicio, præſertim cum æ-

tionem, & portus omnes timens, quos teneri ab adversariis arbitrabatur, [1] ad eum locum, qui appellatur Pharsalus, omnibus navibus ad unam incolumibus, milites exposuit.

VII. Erat Orici Lucretius Vespillo, & Minucius Rufus cum Asiaticis navibus XIIX: quibus jussu D. Lælii præerant; M. Bibulus cum navibus cx Corcyræ. [2] sed neque ii sibi confisi ex portu prodire sunt ausi; 1 2

*lia loca periculosa* possint esse Syrtes & brevia. Vide *Virgilium Æn.* I, 115. *Davies.*

1. *Ad eum locum, qui appellatur Pharsalus*] Profecto etsi ita habent omnes mssi, quibus usi sumus, tamen vix crediderim sanum esse locum: cum Pharsali propè Ceraunios montes nullus meminerit. Ex Lucano remedium loco huic peti oportebat, sed in eo legimus hæc verba:

—— —— *atque æquora classem*
*Curva sequi, quæ jam vento fluxuque secundo*
*Lapsa Palæstinas uncis confixit arenas.*

Sed & hic locus viris magnis suspicionem movit. Verùm etsi fuerint, qui in Epyro locum fuisse dicant cui Palæste nomen fuerit, vix tamen persuaserint mihi. Addunt, nescio quæ, de columbis ex Palæstina in Epyrum transgressis, ac Dodonæo oraculo, & alia multa, quæ referre supersedeo, quia frivola videntur. Hugo Grotius sæculorum omnium Phœnix, ingeniosissimè emendabat *Apamestinas*; quæ urbs sita est in prominente parte Italiæ: & ni fallor statuit huc Cæsarem tempestate rejectum, inde in Epyrum pervenisse. Ego etsi decebat acquiescere tanti viri autoritate, curâ tamen humani ingenii, cui sæpe ipsa veritas in dubium devocatur, rimando inquirebam, an nihil reperirem, quod pro vulgata Lucani lectione faceret. Nec tamen occurrit quidquam nisi dicamus *Palæstinas arenas.* Lucano ipsam Epyron vocari, ab urbe cui nomen *Phœnice:* memorat eam Polybius Liviusque, & in Chaonia sita est. Nam quod de Palæste urbe ad Lucanum, alii differunt, ut dixi, nec asse emerim. Marsus tamen in Cæsaris codice, Chalcide Eubœæ à se emto, affirmat se legisse *Palæste*, eo loco quo in vulgatis est *Pharsalus.* Verene an falso ille optime scivit: hoc ego adfirmare ausim, si fuit ea scriptura in codice Cæsariano, non ab alio profectam esse, quam qui Lucanum cum Cæsare contulit, & inde postea in contextum id nomen irrepsit. Causa autem cur de illo *Apamestinas* dubitem est quod nullus autorem dicat Cæsarem in Italiam tempestate rejectum. Cæsaris vero hunc locum quod attinet nescio quid de eo dicturus sim. In mssis plerisque lego *Pharsalia.* D. Vossius.

*Ibid.*] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven.* habent *Pharsalia*, *Ber. Palestina.* Sic *Lucanus* lib. v, 460. ubi de classe Cæsaris

*Lapsa* Palæstinas *uncis confixit arenas.*

*Paullus Marsus* testatur se in MS. Chalcidensi reperisse *qui appellatur Palæste.* Si de *Marsi* fide constaret, quin ea lectio esset recipienda, nullus dubitarem. *Davies.*

2. *Sed neque ii sibi confisi*] Sic recte est: in Petaviano erat *sed neque quatuor sibi.* Ortus error ex lineis: nam quia primo scriptum fuit *hii*, mutatum est in IIII, quomodo manifeste

ſi; quum Cæſar omnino XII naves longas præſidio du-
3 xiſſet; in quibus erant [1] conſtratæ IV. Bibulus, impe-
ditis navibus, diſperſiſque remigibus, ſatis mature occur-
rit: quod prius ad continentem viſus eſt Cæſar, quam de
ejus adventu fama omnino in eas regiones perferretur.
1 VIII. Expoſitis militibus, naves eadem nocte Brun-
diſium à Cæſare remittuntur; ut reliquæ legiones, e-
2 quitatuſque tranſportari poſſent. Huic officio præpoſi-
tus erat Fuſius Kalenus legatus, qui celeritatem in
tranſportandis legionibus adhiberet. Sed ſerius à terra
provectæ naves, neque uſæ nocturna aura, in redeun-
3 do offenderunt. Bibulus enim, Corcyræ certior factus
de adventu Cæſaris, ſperans ſe alicui parti onuſtarum
navium occurrere poſſe, inanibus occurrit; & nactus
circiter XXX, [2] in eas indiligentiæ ſuæ ac doloris ira-
cun-

feſte in Cujacio & v. c. noſtro legitur: ſimilis error infra erat, ubi nunc legitur *in quibus erant conſtratæ* IV. nam imperitia librarii ex IIII factum erat *illæ*, & legebatur in manuſcr. Cujac. *conſtratæ illæ.* In Petaviano, Palatino, & Bongarſiano propius ad veterem ſcripturam, ſed non minus corruptè *conſtructæ illi.* At poſtea eouſque locus iſte degeneraverat, ut niſi opem codices tuliſſent, deſperatus futurus fuerit; nam *ille* in *ipſe* mutatum erat: quod notare viſum, ut cauſſam videamus, cur ſæpe corrupti ſint codices. *D. Voſſius.*

1. *Conſtratæ* IV. *Bibulus*] Corruptus eſt locus. Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in quibus erat etiam ipſe: illi neque Bibulus.* MS. *Norvic. in quibus erant conſtructæ: illi neque Bibulus.* Loco *conſtructæ* in aliis Codd. eſt *Conſtratæ.* Legendum *in quibus erant conſtratæ* IIII. *neque Bibulus.* Librariorum imperitia nota numeralis IIII facta eſt *illi.* In vulgata autem lectione particulam negantem deeſſe certo eſt certius, ſi enim *prius ad continentem viſus eſt Cæſar, quam de ejus adventu fama in eas regiones perferretur*, quomodo fieri poteſt, ut illi Bibulus *ſatis mature* occurrerit. *Davies.*

2. *In eas indiligentiæ ſuæ*] Odi ſane illam libidinem emendandi, qua multi æſtuant, & ſæpius optimos nobis autores corrumpunt. Id huic loco accidit; nam Janus Rutgerſius, vir alioqui doctus, lib. IV. Var. Lect. cap. V. hæc verba depravata eſſe non dubitans emendat *bili gentis ſuæ.* Illam vocem *indiligentiæ* à viris doctis profectam ait. Imo in v. c. diſertim ea legitur; & ex more Cæſaris, qui ſimiliter alibi *inſcientia* dixit. Ipſeque locus evincit ita legendum eſſe; nam paullo poſt ait Cæſar, *cuſtodiiſque diligentius diſpoſitis.* Nam quod ille ait Calpurniam gentem, ex qua erat Bibulus, iracundam fuiſſe, & multis id exemplis probatum eat, etiam ex loco quodam Cæſaris, eſto illud: at quam validè illud probat hic ſcriptum fuiſſe *bili gentis ſuæ.* Ego ſane vulgatam lectionem mordicus retineo. *D. Voſſius.*

cundia erupit, omnesque incendit: eodemque igne nautas dominosque navium interficit, magnitudine pœnæ reliquos deterrere sperans. Hoc confecto nego- 4
tio, à Salonis ad Orici portum stationes, littoraque omnia longe lateque classibus occupavit: custodiisque diligentius dispositis, ipse gravissima hieme in navibus excubabat, neque ullum laborem aut munus despiciens, [1] neque subsidium exspectans, si in Cæsaris complexum venire posset. IX.

1. *Neque subsidium exspectans, si in Cæsaris complexum venire posset. Sed post discessum Liburnarum*] Locus & aliis, & mihi corruptus, adeoque desperatus. Scaliger tamen, quod pace ejus dixerim, magis etiam, quam ante erat, depravatum exhibuit. Nam pro *conspectum*, quomodo codices editi habent, & in Bongarsiano est, edidit *complexum*. Ciacconius & Ursinus ita hunc locum restituebant: *ne quod subsidium exspectabat Cæsar inconspectum venire posset*. Ut *inconspectum* una voce notet ἀόρατον, sive *invisum*. Mihi emendatio illa displicet: nam illud *neque* mutandum non arbitror, quia eadem vox paullo ante ponitur, & ostendit hanc requiri. Cogitabam an scribi posset: *neque prælium detrectans, si in Cæsaris conspectum venire posset*. Fateor audacem esse conjecturam: sed tales sæpe desperatio poscit: tamen ne usque adeo temere mutasse videar, addo scriptum primo, quantum arbitror, fuisse, *præsidium*, illud depravatum ex *prælium*: at *detrectans*, potuit mutari in *exspectans*. Si cui melius quid in mentem venerit, libens amplectar. Illud addo non dubitare me, quin postrema verba, *venire posset. Sed post discessum Liburnicarum.* ita scribenda sint, *venire posset. Discessu Liburnicarum*. Certum est illa *Sed post*, facta ex transpositione vocis *posset*: nam omnes codices in quibus est *Sed post*, non habent vocem *posset*. Contra in quibus est *posset*, in iis desiderantur illa *Sed post*. Atque ita ut rescripsi, etiam in Cujaciano codice (& MS. *Norvic.*) legitur. D. Vossius.

*Ibid.*] Codd. nihil mutant, nisi quod in nonnullis legatur *in Cæsaris conspectum veniret*. Ulcus est in verbis, cui medicinam invenire nequeo, nisi forte sit reponendum *ne qua subsidium exspectatum in Cæsaris complexum venire posset*. Bibulus ex iis, quæ ceperat, navigiis intellexit Cæsarem aliud subsidium exspectare, cujus intercipiendi caussa dies noctesque in navibus excubabat. Eodem sensu reponit *Pet. Ciacconius*, *ne quod subsidium exspectabat Cæsar*, *inconspectum* (hoc est, non conspectum) *venire posset*. Sed hæc emendatio nimium quantum à Codicum lectione recedit. Eodem vitio laborat *Dionysii Vossii* conjectura, *neque prælium detrectans si in Cæsaris conspectum* &c. præterquam quod sensus communis expers fuerit Bibulus oportet, si, cum Cæsare prœlium inire cupiens, in navibus excubaret, cum probe nosset, nullam huic fuisse navium facultatem. Locum mendi suspectum non habet *Fr. Hotomannus*; interpretatur autem, Bibulum nullam misericordiam exspectasse, si in Cæsaris manus veniret: sed exemplum similis locutionis prolatum oportuit, quod ab *Hotomanno* non est factum, nec id, ut opinor, præstabit alius quispiam. *Davies.*

1 IX. Sed post discessum Liburnarum, ex Illyrico
M. Octavius cum iis, quas habebat, navibus Salonas
pervenit; ibique concitatis Dalmatis, reliquisque bar-
2 baris, Issam à Cæsaris amicitia avertit: [1] conventum
Salonas quum neque pollicitationibus neque denun-
ciatione periculi permovere posset, oppidum oppugna-
3 re instituit. Est autem oppidum & loci natura, & col-
le munitum. Sed celeriter cives Romani, ligneis ef-
fectis turribus, iis sese munierunt: &, quum essent
infirmi ad resistendum, propter paucitatem hominum,
crebris confecti vulneribus, [2] ad extremum auxilium
descenderunt, servosque omnes puberes liberaverunt;
[3] & præsectis omnium mulierum crinibus, tormen-
4 ta effecerunt. Quorum cognita sententia, Octavius
[1] qui-

1. *Conventum Salonas cum neque pollicitationibus*] Hæc Scaligeri emendatio est contra omnium vv. cc. fidem, in quibus legitur *conventum Salonis*: rectè: nam conventus etsi subinde pro ipso oppido ponatur, diversus tamen est. Sic supra lib. II. ubi de Uticensibus Cæsar loquitur, manifestè eos & conventum distinguit. Sic etiam infra hoc libro *conventus civium Romanorum, qui Lyssum obtinebat*. Itaque *conventus Salonis*, sunt cives qui Salonas obtinent. *D. Vossius.*

2. *Ad extremum auxilium descenderunt, servosque omnes puberes liberaverunt*] Libertate donarunt; quod factitabant, quoties ad arma illos vocarent, quibus aliter militare non licebat. Exstat lex Gratiani, Valentiniani, Theodosii Imperatorum lib. VII. Cod. Theod. tit. II. *Ad militiam nullus adspiret, nisi quem penitus liberum aut genere aut vita conditione inquisitio cauta deprehenderit.* Alia l. VII. tit. XIII. *Inter optimas lectissimorum militum turmas neminem è numero servorum dandum esse decernimus.* *Florus* lib. II. cap. VI. *Arma*, inquit, *non erant, detracta sunt templis: deerat juventus, in sacramentum militia liberata servitia.* Sic à Scipione Africano majore, ut in ejus vita scribit *Plutarchus*, post cladem Cannensem trecenti servi bello gerendo idonei manu missi sunt. *Brantius.* Vide *Godesc. Stewechium* ad *Vegetii* lib. I. cap. VII. *Davies.*

3. *Et præsectis mulierum crinibus*] In Capitolii obsidione idem factum narrat *Vegetius* lib. IV. cap. IX. *Cum nervorum*, inquit, *copia defecisset, matronæ abscissos crines viris suis obtulere pugnantibus, reparatisque machinis adversariorum impetum repulerunt. Maluerunt enim pudicissimæ fœminæ deformato ad tempus capite libere vivere cum maritis, quam hostibus integro decore servire.* *L. Florus* lib. II. cap. XV. de Carthaginensibus exire & finibus migrare jussis: *Qui rebellantium*, inquit, *fuerit furor, vel hinc intelligi potest, quod in usum nova classis, tecta domusque resciderunt: in armorum officinis aurum & argentum pro ære ferroque conflatum est: in tormentorum vincula matronæ crines suos contulerunt.* Plura adhibet *Lipsius* lib. III. Poliorcet. dialog. III. *Idem.*

[1] quinis castris oppidum circumdedit, atque uno tempore obsidione & oppugnationibus eos premere cœpit. Illi omnia perpeti parati, maxime à re frumentaria la- 5
borabant. Quare missis ad Cæsarem legatis, auxilium ab eo petebant: reliqua, ut poterant, per se incommoda sustinebant: & longo interposito spatio, quum 6
diuturnitas oppugnationis negligentiores Octavianos effecisset, [2] nacti occasionem meridiani temporis, discessu eorum, pueris mulieribusque in muro dispositis, ne quid quotidianæ consuetudinis desideraretur, ipsi, manu facta, cum iis, quos nuper manumissos liberaverant, in proxima Octavii castra irruperunt. His 7
expugnatis, eodem impetu altera sunt adorti, inde tertia, & quarta, & deinceps reliqua: omnibusque eos castris expulerunt; &, magno numero interfecto, reliquos atque ipsum Octavium in naves confugere coëgerunt. Hic fuit oppugnationis exitus. [3] Jamque hiems 8
appropinquabat, &, tantis detrimentis acceptis Octavius, desperata oppugnatione oppidi, Dyrrhachium sese ad Pompejum recepit.

X. Demonstratum est L. Vibullium Rufum Pom- 1
peji præfectum bis in potestatem pervenisse Cæsaris, atque

1. *Quinis castris oppidum circumdedit*] Rideo Philippum Rubenium, qui legit Elect. l. II. c. VII. *quindenis castris*. Profecto aut immensus tunc Octavio exercitus; aut valde infirma præsidia. Movebat illum, quod infra scribitur *castra altera sunt adorti, inde tertia & quarta, & deinceps reliqua*. Ille reliqua castra putat complura fuisse, erant sola quinta, sed transeo. *D. Vossius*.

2. *Nacti occasionem meridiani temporis*] A Cæsaris relatione diversus abit *Dion* lib. XLII. pag. 190. edit. Hanov. narrat enim, mulieres cum viris erupisse nigris vestibus indutas καὶ τὸ σύμπαν πρὸς τὸ φοβερώτατον χρηματισαμένας, τῷ στρατοπέδῳ τῷ πολιορκοῦντι σφᾶς ΝΥΚΤΟΣ ΜΕΣΗΣ προσμῖξαι, cum hæc meridiano tempore accidisse, fæminis in muro dispositis, disertim testetur Imperator. *Davies*.

3. *Jamque hiems appropinquabat*] Totum hoc caput alieno loco ponitur, ut aliquatenus etiam vidit *Ph. Rubenius* Elect. lib. I. cap. XX. Cæsar enim *pridie Nonas Jan. naves solvit*, ut testatus est hujusce libri cap. VI. quod tempus *Dion* lib. XLI. p. 174. χειμῶνα vocat μεσοῦντα. Hæc igitur proximo Autumno sunt gesta, ac proinde, si temporis rationem habuit Cæsar, ad finem libri II. apponenda. *Idem*.

atque ab eo esse dimissum, semel ad Corfinium, ite-
2 rum in Hispania. Hunc pro suis beneficiis Cæsar judicaverat idoneum, quem cum mandatis ad Cn. Pompejum mitteret: eundemque apud Cn. Pompejum au-
3 ctoritatem habere intelligebat. Erat autem hæc summa mandatorum: *debere utrumque pertinaciæ finem facere, & ab armis discedere, neque amplius fortunam pe-*
4 *riclitari: satis esse magna utrimque incommoda accepta; quæ pro disciplina & præceptis habere possent, ut reliquos*
5 *casus timerent. illum ab Italia expulsum, amissa Sicilia, & Sardinia, duabusque Hispaniis, & cohortibus in Italia, atque in Hispania civium Romanorum* C *atque* XXX. *se morte Curionis, & detrimento Africani exercitus tan-*
6 *to,* [1] *militumque deditione ad Corcyram. proinde sibi ac reip. parcerent, quantumque in bello fortuna posset, jam*
7 *ipsi incommodis suis satis essent documento; hoc unum esse tempus de pace agendi, dum sibi uterque confideret, & pares*

1. *Militumque deditione ad Corcyram*] Intelligit deditionem Antonii, qui ut Florus disertim ait, Corcyræo littore castra posuerat. Sed ne erres, Corcyram non illam Epyro objectam hic accipe, sed aliam, quæ in sinu Illyrico jacet sub Pharo insula, haud procul Salonis: *μέλαιναν* Græci vocant. tangit eam rem Lucanus lib. VII. 404.

*Qua maris Hadriaci longas ferit unda Salonas,*
*Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader;*
*Illic bellaci confisus gente Curetum,*
*Quos alit Hadriaco tellus circumflua Ponto,*
*Clauditur extrema residens Antonius ora.*

Philipp. Rubenius in Electis corruptum Cæsaris locum existimans, emendat *Curictam*, quæ insula est in extremo mari Adriatico, jacetque in sinu eo, quem Flanaticum vocant. Mihi longe falli videtur; nam Curicta immani spatio ab Salonis distat. Quare ergo Lucanus propinquam diceret: quid Curictæ cum Iadro. Nugæ hæ sunt. At objiciat quis illud Curetum quo tunc spectet. Dicam quod in mentem venit. Curetum prima, si veterum multis credimus, origo ex Creta fuit: ii etiam Ætoliam & Acarnaniam, teste Strabone lib. VII. inhabitarunt: neque ego dubito eosdem in hanc Corcyram insulam venisse. Quod nequis temere dictum putet: est in eadem insula urbs Gnidos. Autor Plin. lib. III. cap. XXVI. *Ab his Corcyra, Melana cognominata, cum Gnidiorum oppido.* Item Strabo lib. VII. ὧν τοῖς μὲν πλησιάζει νῆσος ἡ Μέλαινα Κέρκυρα καλουμένη, καὶ πόλις Κνιδίων κτίσμα. Vides, ille à Cnidiis conditam dicit; Cnidii sunt Cretes: unde nihil mirum Lucanum quoque Curetes appellasse gentem Creticam. *D. Vossius.*

*pares ambo viderentur : si vero alteri paullum modo tribuisset fortuna, non esse usurum conditionibus pacis eum, qui superior videretur, neque fore æqua parte contentum,*
*qui se omnia habiturum confideret; conditiones pacis, quo-* 8
*niam antea convenire non potuissent, Romæ à Senatu, & à populo peti debere :* [1] *interea & Reip. & ipsis pla-* 9
*cere oportere, si uterque in concione statim juravisset, se triduo proximo exercitum dimissurum : depositis armis, auxiliisque, quibus nunc confiderent, necessario po-*
*puli senatusque judicio fore utrumque contentum : hæc quo* 10
*facilius Pompejo probari possent, omnes suas terrestres, urbiumque copias dimissurum.*

XI. Vibullius, [2] his expositis à Cæsare, non minus 1
necessarium esse existimavit, de repentino adventu Cæsaris Pompejum fieri certiorem, uti ad id consilium capere posset, antequam de mandatis agi inciperet: atque ideo, continuato & nocte & die itinere, atque mutatis ad celeritatem jumentis, ad Pompejum conten-
dit; ut adesse Cæsarem omnibus copiis nunciaret. Pom- 2
pejus erat eo tempore in Candavia; iterque ex Macedonia

donia

1. *Interea & Reip. & ipsis placere oportere*] Nihil variant Codd. nisi quod MS. *Norvic.* priorem conjunctionem omittat : hic tamen locus viros eruditos offendit, & *Fr. Hotomanno* sine meliorum librorum ope non videtur sanabilis. *Gabr. Faërnus* reposuit *interea expedire & ipsis placere oportere*; qua conjectura repudiata *Pet. Ciacconius* substituit *interea & Pompeio & ipsi sufficere oportere.* Ut verum fatear, nihil video, quod aures tam delicatas jure merito possit lædere, sensus enim est, par esse, ut tum Senatui populoque Romano, tum Pompejo & Cæsari æquum videatur, si uterque juret se ab armis triduo discessurum. *Davies.*

2. *His expositis à Cæsare*] MS. *Norvic. Brant.* editt. *Rom. Ven. Beroald.* aliique Codd. exhibent *his expositis Corcyræ.* Ita etiam legit *Jul. Celsus*, ut patet ex eo quod pag. 195. dicat *hæc cum Vibullio ad Corcyram, ubi eum forte compererat, cum egisset* &c. Vulgatam tamen lectionem retinendam puto, quod Cæsar, post Italiam relictam, Corcyræ non fuerit : certe nulla hujusce rei apud Historicos memoria. Scitu etiam est difficile, quomodo cum Vibullio data sit colloquendi facultas; cum enim dimiserat Cæsar, cum in ejus potestatem pervenisset, semel ad Corfinium, iterum in Hispania, ut testatus est hujusce libri cap. x. At fortasse tertium alicubi captus est; nam *Plutarchus* in Pompejo p. 653. tradit Cæsarem, cum hæc agerentur, Ἰόβιον (sic Vibullium corrupte nominat) αἰχμάλωτον ἔχειν σὺν ἑαυτῷ. Idem.

donia in hiberna, Apolloniam, Dyrrhachiumque habebat. ſed, re nova perturbatus, majoribus itineribus
Apolloniam petere cœpit; ne Cæſar oræ maritimæ ci-
3 vitates occuparet. At ille expoſitis militibus, eodem
die Oricum proficiſcitur. Quo quum veniſſet, L. Torquatus, qui juſſu Pompeji oppido præerat, præſidiumque ibi Parthinorum habebat, conatus portis clauſis
oppidum defendere, Græcos murum adſcendere, at-
4 que arma capere jubet. Illi autem quum ſe contra imperium populi Rom. pugnaturos eſſe negarent, oppidani autem ſua ſponte Cæſarem recipere conarentur;
deſperatis omnibus auxiliis, portas aperuit; & [1] ſe atque oppidum Cæſari dedit, incolumiſque ab eo conſervatus eſt.
1 XII. Recepto Cæſar Orico, nulla interpoſita mora, Apolloniam proficiſcitur. Ejus adventu audito, L.
Staberius, qui ibi præerat, aquam comportare in arcem, atque eam munire, obſideſque ab Apolloniatibus
2 exigere cœpit. Illi vero daturos ſe negare; *neque portas conſuli præcluſuros, neque ſibi judicium ſumpturos con-*
3 *tra atque omnis Italia populuſque R. judicaviſſet.* Quorum
cognita voluntate, [2] clam profugit. Apolloniates ad
4 Cæſarem legatos mittunt, oppidoque recipiunt. Hos
ſequuntur Bullidenſes, Amantiani, & reliquæ finitimæ civitates, totaque Epirus; & legatis, ad Cæſarem
miſſis, quæ imperaret, facturos pollicentur.

XIII.

1. *Se atque oppidum Cæſari dedit*] Sic legitur in MSStis; & recte quidem. *Cicero* de Orat. lib. II. cap. LXX. *Id quoque toto capite annuit, ut ſe Craſſo daret. Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. lib. I. cap. XXIII. *Gabaonitæ —— ultro ſe Hebræis dederunt.* Hoc cum non intelligerent editor Romanus & *Ph. Beroaldus*, in illis editionibus legas *ſe atque oppidum Cæſari dedidit*, quæ loquendi ratio magis eſt proletaria. *Davies.*

2. *Clam profugit. Apolloniates ad Cæſarem*] MSS. *Brant. Norvic.* editt. *Rom. Ven. Beroald.* aliæque repræſentant *clam profugit Apollonia*, vel *ab Apollonia, Straberius. Illi ad Cæſarem* &c. Sed *Staberius* verum eſt nomen, ut ex antiquis lapidibus conſtat. Hunc *Appianus* B. C. lib. II. p. 462. Σταμίεϱιον vocat, Interpres Latinus *Tiberium*, qui ex *Cæſare* ſunt emendandi. *Davies.*

XIII. At Pompejus, cognitis iis rebus, quæ erant 1
Orici atque Apolloniæ geſtæ, Dyrrhachio timens, di-
urnis eo, nocturniſque itineribus, contendit. Simul 2
ac Cæſar appropinquare dicebatur, tantus terror inci-
dit ejus exercitui, quod properans noctem diei conjun-
xerat, neque iter intermiſerat, ut pene omnes in Epi-
ro finitimiſque regionibus ſigna relinquerent; complu-
res arma projicerent; ac fugæ ſimile iter videretur. Sed 3
quum prope Dyrrhachium Pompejus conſtitiſſet, ca-
ſtraque metari juſſiſſet; perterrito etiam tum exercitu,
princeps Labienus procedit; juratque, ſe eum non de-
ſerturum, eundemque caſum ſubiturum, quemcum-
que ei fortuna tribuiſſet. Hoc idem reliqui jurant le- 4
gati. hos tribuni mil. centurioneſque ſequuntur; at-
que idem omnis exercitus jurat. Cæſar præoccupato 5
itinere ad Dyrrhachium, finem properandi facit: ca-
ſtraque ad flumen Apſum ponit in finibus Apollonia-
tium, [1] ut vigiliis caſtelliſque benemeritæ civitates
tutæ eſſent præſidio; ibique reliquarum ex Italia le-
gionum adventum exſpectare, & ſub pellibus hiema-
re conſtituit. Hoc idem Pompejus facit; & trans flu- 6
men Apſum poſitis caſtris, eo copias omnes auxiliaque
conduxit.

XIV. Kalenus, legionibus equitibuſque [2] Brun- 1
diſii

1. *Ut vigiliis caſtelliſque benemeritæ civitates tutæ eſſent præſidio* ] Ex his verbis ſenſum eruere nequierunt viri eruditi, ideoque ad conjecturas deſcendendum. Emendabat *Gabr. Faërnus*, *ut vigiliis caſtelliſque bene meritæ civitati eſſet præſidio*; *Ciacconius* autem *ut vicis caſtelliſque bene meritæ civitatis eſſet præſidio*. Uterque præter alias mutationes, vocem *tutæ* ejicit. MS. *Norvic.* & edit. *Beroald.* tranſpoſita voce exhibent *ut caſtellis vigiliiſque* &c. Antiquiſſimi ex impreſſis *Rom. Ven.* repræſentant *ut caſtellis beneficiiſque emeritæ civitates tutæ eſſent præſidio*. Hi, niſi fallor, veræ lectionis ſervant veſtigia. Reſcribo *ut caſtella, vici, beneque meritæ civitates tutæ eſſent præſidio*. Hanc conjecturam unice firmat locus ex hujuſce libri cap. XXXII. ubi ait noſter, *non ſolum* urbibus. *ſed pene* vicis caſtelliſque *ſingulis cum imperio præficiebantur Bene meritas* autem *civitates* vocat eas, quæ cis Apſum ſitæ, ſe ei tradiderunt. Vide cap. XII. *Davies.*

2. *Brundiſii in naves poſitis* ] Lego ex *Bongarſiano* cod. *in naves impoſitis*, quæ phraſis *Livio* familiariſſima. Imo jam idem reperio in v. c. noſtro, & Petav. *D. Voſſ.* Sic & MSS.

disii in naves positis, ut erat præceptum à Cæsare, [1] quantum navium facultatem habebat, naves solvit, paullumque à portu progressus, litteras à Cæsare accipit; quibus est certior factus, portus littoraque o-
2 mnia classibus adversariorum teneri. Quo cognito, se in portum recipit, navesque omnes revocat. Una ex iis, quæ perseveravit, neque imperio Kaleni obtemperavit, quod erat sine militibus, privatoque consilio administrabatur, delata Oricum, atque à Bibulo expu-
3 gnata est: qui de servis liberisque omnibus ad impuberes supplicium sumit, & ad unum interficit. Ita, exiguo tempore, magno casu totius exercitus salus constitit.

1 XV. Bibulus, ut supra demonstratum est, erat cum classe ad Oricum: &, sicut mari, portubusque Cæsarem prohibebat; ita ipse omni terra earum regionum
2 prohibebatur. præsidiis enim dispositis, omnia littora à Cæsare tenebantur; neque lignandi, neque aquandi, neque naves ad terram religandi, potestas fiebat.
3 Erat res in magna difficultate: summisque angustiis rerum necessariarum premebantur; adeo ut cogerentur, sicuti reliquum commeatum, ita ligna, atque aquam
4 Corcyra navibus onerariis supportare: atque uno etiam tempore accidit, ut difficilioribus usi tempestatibus,

*Brant.* & *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* Davies.

1. *Quantum navium facultatem habebat, naves solvit*] Lego *quantum navium habebat, solvit.* Nam illud *naves* à glossemate esse certum habeo. Quod si *facultatis* vocem expungi non pateris, emendandum, *quantam navium facultatem habebat, solvit.* Ciacconius legebat: *quamprimum navigandi facultatem habuit, naves solvit.* Metuo ne ingeniose magis, quam verè. *D. Vossius.*

Ibid.] *Gabr. Faërnus* reponit *quantum navium* &c. quam emendationem se intelligere negat *Fr. Hotomannus.* Legit autem *Ciacconius*, *quamprimum navigandi facultatem habuit, naves solvit.* *Jos. Scaliger* delet *facultatem.* *Dionys. Vossio* placet *quantum navium habebat, solvit*; aut *quantam navium facultatem habebat, solvit.* Audacter nimis omnes. Lego, minima mutatione, *quarum navium facultatem habebat, naves solvit.* Vehementer fallor, nisi ii, quibus nota est *Cæsaris* ἀφιλότης, hanc emendationem censeant amplectendam. *Davies.*

bus, [1] ex pellibus, quibus erant tectæ naves, noctur-
num excipere rorem cogerentur: quas tamen difficul- 5
tates patienter & æquo animo ferebant, neque sibi nu-
danda littora, & relinquendos portus existimabant.
Sed, quum essent in quibus demonstravi angustiis; ac 6
se Libo cum Bibulo conjunxisset; loquuntur ambo ex
navibus cum M. Acilio & [2] Statio Murco legatis: quo-
rum [3] alter oppidi muris, alter præsidiis terrestribus
præerat; velle se de maximis rebus cum Cæsare loqui,
si sibi ejus facultas detur. Huc addunt pauca rei confir- 7
mandæ caussa, ut de compositione acturi viderentur.
Inte-

1. *Ex pellibus, quibus erant tecta naves*] Notabilis locus. Et forsan, quas alibi sæpe adeo *tectas* naves Cæsar vocat, solum pellibus tectæ erant; sub quibus miles ceu tentoriis agitabat. Atque ita *constrata naves* à tectis distinguendæ sint, quas perperam confudit Bayfius: *constrata*, sunt νῆες καταφρακτοι. ut Græci vocant: *tecta* erant revera ἄφρακτοι, sed pelles in iis pro tentoriis. Illæ enim erant constratæ assibus, & hoc vere consternere. Sed incerta hæc. Illud fortassis verum *tectas* & *constratas naves* diversas esse, quod tectæ pellibus extrinsecus contectæ erant: constratæ non item. De pellibus docet nos Pollux, lib. I. cap. IX. Περὶ δὲ τὰς ἐμβολὰς αὐτῶν, ἀντεσοφίζοντο, βύρσας προσηλοῦντες πρὸς τὰ τειχίσματα τῶν νεῶν, ὅπως ὁ σίδηρος ὀλισθαίνῃ πρὸς τὸ ἀντίτυπον ἀντιλαβὴν οὐκ ἔχων. *Contra irruptiones vero fallaciis contendebant, coria affigentes parietibus navium, ut ferrum delaberetur, quando id quod ictum excipit, non recipit.* Tectarum quoque scapharum meminit Cæsar III. de bello Civili, cap. C. *Vatinius qui Brundisio praerat, tectis instratisque scaphis, elicuit naves Lælianas.* Ita Scal. edidit in priorib. editt. erat *instructisque*. Vide an non melius. Si recte Scaliger, diversa sunt genera tectæ & instratæ: nimirum illæ pellibus, hæ, ut puto, ligno. *D. Vossius.*

2. *Statio Murco*] Vellejus lib. II. c. LXXII. *Staius Murcus, qui classi & custodia maris præfuerat.* Et postea iterum, *Staium autem Murcum, qui adventu suo classisque celeberrima, vires duplicaverat.* Miror ne Lipsium quidem corruptum nomen advertisse: omnino lege *Statius* non *Staius*: nam Murci ex Statia gente erant. Dion quoque & Appianus hunc Στάτιον Μᾶρκον vocant. Extat denarius, cujus uno latere tropæum erectum, & infra scriptum MVRCVS IMP. altero latere effigies Statii addito tridente: nimirum quia classi præpositus fuit. *Idem.*

3. *Alter oppidi muris, alter præsidiis terrestribus præerat*] Præsidia hic propriè accipienda: nam non aliud intelligit Cæsar, quam unum legatorum castra & militem ante urbem habuisse, alterum murorum custodiæ præpositum. Simili modo supra locutus est Cæsar cum ait: *omnes suas terrestres urbiumque copias dimissurum.* Ubi per *terrestres copias* intellige eas, quæ in hostem ducebantur, sive quæ apud nos dicuntur in campum ire, *te velde gaen*: at urbium copiæ sunt quæ hodie *præsidia*, aut *garnisoenen* appellamus. *Idem.*

Interim postulant, ut sint induciæ; atque ab iis impe-
8 trant. magnum enim, [1] quod afferebant, videbatur;
& Cæsarem id summe sciebant cupere; & [2] profectum
aliquid Bibuli mandatis existimabatur.
1 XVI. Cæsar eo tempore cum legione una profectus
ad recipiendas ulteriores civitates, & rem frumenta-
riam expediendam, qua anguste utebatur, erat ad Bu-
2 throtum oppositum Corcyræ. Ibi ab Acilio certior &
Murco per litteras factus de postulatis Libonis & Bi-
3 buli legionem relinquit; ipse Oricum revertitur. Eo
quum venisset, evocantur illi ad colloquium. Prodit
Libo, atque excusat Bibulum, *quod is iracundia sum-
ma erat, inimicitiasque habebat etiam privatas cum Cæsa-
re [3] ex ædilitate & prætura conceptas: ob eam rem collo-
quium vitasse, ne res maximæ spei maximæque utilitatis ejus
4 iracundia impedirentur. Pompeji summam esse, ac fuisse
sem-*

1. *Quod afferebant*] Vox est nunciorum & legationum propria. *Jos. Scaliger* edidit *quod asserebant*; sed, præterquam quod dubium videatur, an hanc vocem in *affirmandi* significatione adhibuerint aureæ ætatis scriptores, MS. *Norvic.* & edit. *Rom. Ven. Beroald.* lectionem à me retentam exhibent. Vide *Christ. Cellarii* Cur. Poster. pag. 104. & Discussionem Append. Danicæ pag. 32. seq. *Davies.*

2. *Profectum aliquid Bibuli mandatis existimabatur*] Locus depravatus, qui tamen levi mutatiuncula restitui potest: quantum enim discriminis inter nomen *Bibuli* & *Vibullii*, seu potius, ut in antiquis codicibus id nomen scribitur, *Bibullii*, aut *Bibulii*. Decepit librarium quod hic sermo de Bibulo est: Cæsar verò respicit ad mandata illa, quæ Vibullio à se data supra memoravit. Viderunt hoc quoque, ne quem debita laude fraudem, Guilhelmus Canterus, & Ciacconius. Hottomannus tamen ambigit an legere liceat Vibullii, & inquit, ambigere se an mandata, quæ Cæsaris passim dicuntur, possint vocari mandata Vibullii. Sed possunt, quatenus ille eorum nuncius erat: addit Hottomannus videri sibi, tunc nondum videri exposita à Vibullio fuisse mandata: quod libenter fateor: neque Cæsar ait exposita fuisse: sed suos hoc putasse. Interea non omnino rejicio conjecturam Hottomanni, qui legebat, *profectum iri aliquid Bibuli mandatis existimabatur.* D. Vossius.

3. *Ex ædilitate & prætura conceptas*] In ædilitate & consulatu inter Cæsarem & Bibulum non bene convenisse, tradunt *Suetonius* in Jul. capp. x. & xx. ac *Dion* lib. XXXVIII. pag. 60. Sed de jurgiis, dum una præturam gererent, ortis silent auctores. Edit. quidem *Beroald.* repræsentat *ex ædilitate & consulatu conceptas*: cum autem lectionem vulgatam omnes alii Codd. retineant, vereor, ne eam manus Critica temere mutaverit. *Davies.*

*ſemper voluntatem, ut componeretur, atque ab armis di-*
*ſcederetur: ſed poteſtatem ſe ejus rei nullam habere; pro-* 5
*pterea* [1] *quod de conſilii ſententia ſummam belli rerumque*
*omnium Pompejo permiſerint: ſed poſtulatis Cæſaris cogni-*
*tis, miſſuros ad Pompejum, atque illum reliqua per ſe a-*
*cturum, hortantibus ipſis: interea manerent induciæ, dum*
*ab illo rediri poſſet; neve alter alteri noceret.* Huc addit
pauca de cauſſa, & de copiis, auxiliiſque ſuis.

XVII. Quibus rebus neque tum reſpondendum Cæ- 1
ſar exiſtimavit, neque nunc, ut memoriæ prodatur,
ſatis cauſſæ putamus. Poſtulabat Cæſar, *ut legatos ſibi* 2
*ad Pompejum ſine periculo mittere liceret; idque ipſi fore*
*reciperent, aut acceptos per ſe ad eum perducerent.* Quod 3
ad inducias pertineret, *ſic belli rationem eſſe diviſam,*
*ut illi claſſe naves auxiliaque ſua impedirent, ipſe ut aqua*
*terraque eos prohiberet:* [2] *&, ſi hoc ſibi remitti vellent,* 4
*remitterent ipſi de maritimis cuſtodiis; ſin illud tenerent,*
*ſe quoque id retenturum:* [3] *nihilominus tamen agi poſſe de*
*compoſitione, ut hæc non remitterentur; neque* [4] *hanc rem*
*eſſe impedimenti loco.* Illi neque legatos Cæſaris recipe- 5
re, neque periculum præſtare eorum, ſed totam rem
ad Pompejum rejicere; unum inſtare de induciis, ve-
hementiſſimeque contendere. Quos ubi Cæſar intelle- 6
xit præſentis periculi, atque inopiæ vitandæ cauſſa o-
omnem

1. *Quod de conſilii ſententia*] Malo *concilii*. (Sic & *Norvic.*) *Concilium* hic *Cæſar* quaſi per contemptum vocat Senatum Romanum: nam quia pars Senatorum Romæ manſerat; hunc ille legitimum Senatum: Conſules, Pompejumque & qui in parte Reip. erant, turbidos & factioſos nuncupabat. *D. Voſſius.*

2. *Et ſi hoc ſibi*] Deleo particulam *&*, quæ in v. c. noſtro & Palat. ac Pet. non deſideratur, quia recte abeſt. *Idem.*

3. *Nihilominus tamen agi poſſe*] Vir doctiſſimus *Fr. Hotomannus* ſecundam particulam delendam cenſuit; quod miror: noſter enim hujuſce libri cap. XVIII. dixit *conatus* tamen nihilominus *eſt*: & *Cicero* ad Fam. lib. IV. Epiſt. XIII. Tamen nihilominus *eis conficior curis*. Aliæ etiam ejuſdem ſignificationis particulæ conjunctim leguntur, ut oſtendit *Fr. Sanctius* Min. lib. III. cap. XIV. p. 572. ſeqq. *Davies.*

4. *Hanc rem eſſe impedimenti loco*] MS. *Norv.* edit. *Rom. Ven. Beroald.* habent *hanc rem illis eſſe impedimenti loco*. Legendum *hanc rem illi eſſe* &c. nimirum compoſitioni, de qua agebatur. *Idem.*

mnem orationem inſtituiſſe, neque ullam ſpem, aut
conditionem pacis afferre; ad reliquam cogitationem
belli ſeſe recepit.

1 XVIII. Bibulus multos dies terra prohibitus, &
graviore morbo ex frigore ac labore implicitus, quum
neque curari poſſet, neque ſuſceptum officium deſe-
2 rere vellet, vim morbi ſuſtinere non potuit. Eo mor-
tuo, ad neminem unum ſumma imperii redit: ſed ſe-
paratim ſuam quiſque claſſem ad arbitrium ſuum admi-
3 niſtrabat. Vibullius, ſedato tumultu, quem repenti-
nus adventus Cæſaris concitaverat, [1] ubi primum rur-
ſus adhibito Libone, & L. Luccejo, & Theophane,
[2] quibus communicare de maximis rebus Pompejus
conſueverat, de mandatis Cæſaris agere inſtituit, eum
ingreſſum in ſermonem Pompejus interpellavit, & lo-
4 qui plura prohibuit. *Quid mihi*, inquit, *aut vita aut
civitate opus eſt, quam beneficio Cæſaris habere videbor?
cujus rei opinio tolli non poterit, quum in Italiam, ex qua
5 profectus ſum, reductus exiſtimabor, bello perfecto.* [3] Ab
iis Cæſar hæc dicta cognovit, qui ſermoni interfue-
runt. conatus tamen nihilo minus eſt aliis rationibus
per colloquia de pace agere. XIX.

1. *Ubi primum rurſus adhibito Libone*] Urſino illud *rurſus* abundare videtur. Sed probum eſt: locus tamen non uſquequaque ſanus: nam nuſquam ſupra dixit Cæſar Vibullium de mandatis ſuis cum Pompejo egiſſe. Quare una litera immutata ex Petav. codice lego *ibi primum*: ſed commode diſtinguendum eſt, alioqui ne ſic quidem ſenſus bonus erit: ita interpunge, *ibi primum, rurſus adhibito Libone*; nam Libo paullo ante cum Cæſare de compoſitione locutus erat: porro pro *eum*, quod ſtatim ſequitur, in Pet. & Palat. eſt *quem*: & ſic quoque in ſuo codice reperit Urſinus. *D. Voſſius.*

2. *Quibus communicare*] Aliquando ſane huic verbo dandi caſum adjungunt poſterioris ætatis ſcriptores, ut oſtendit *Chr. Cellarius* Antibarb. pag. 231. Sæculum vero aureum ſemper aut abſolute utitur, aut *cum his* vel *inter hos communicare* dicit. Repono itaque cum *Joan. Frid. Gronovio* Obſerv. lib. II. cap. VI. *quibuſcum communicare*: facile enim fit, ut, cum duæ ſyllabæ inter ſe non abſimiles concurrant, earum una omittatur. Hujuſce tamen lectionis veſtigia ſervat Codex *Urſinianus*, in quo legitur *quibuſque communicare*. Davies.

3. *Ab iis Cæſar hæc dicta cognovit*] MS. meus (ut & *Norvic.*) *Cæſar hæc facta cognovit*. *Facta* autem pro *dictis* noſter ſæpe poſuit. Et in ſacris litteris *videamus hoc verbum, quod factum eſt*, id eſt, rem geſtam. Adi *Lucæ* II, 15. *Brant.*

XIX. Inter bina castra Pompeji atque Cæsaris unum 1
flumen tantum intererat Apsus: crebraque inter se colloquia milites habebant: neque ullum interim telum
[1] per pactiones colloquentium transjiciebatur. Mittit 2
P. Vatinium legatum ad ripam ipsam fluminis: qui ea, quæ maxime ad pacem pertinere viderentur, ageret; & crebro magna voce pronunciaret, *liceretne civibus ad cives* [2] *de pace legatos mittere? quod etiam* [3] *fugitivis ab saltu Pyrenæo prædonibusque licuisset;* [4] *præsertim, ut id agerent, ne cives cum civibus armis decertarent.*
Multa suppliciter locutus, ut de sua atque omnium 3
salute debebat, silentioque ab utrisque militibus auditus, responsum est ab altera parte, A. Varronem profiteri se altera die ad colloquium venturum, [5] atque una etiam utrimque admodum tuto legati venire, &, quæ vellent, exponere possent: certumque ei rei
tempus constituitur. Quo quum esset postero die ven- 4
tum;

1. *Per pactiones colloquentium transjiciebatur* ] In Palatino est *jaciebatur*. quod non improbo. *D. Vossius.*

2. *De pace legatos mittere* ] Constanter in MS. nostro, Pet. Pal. Bong. est *duos legatos mittere.* (Ita & editt. *Rom. Ven. Beroald.*) Suspicor corruptum ex *suos legatos*; aut, quod malo, ex *tuto*: nam sic infra, *admodum tuto legati venire.* D. Vossius.

3. *Fugitivis ab saltu Pyrenæo prædonibusque licuisset* ] Ineptit *Joan. Rhellicanus*, qui Afranianos & Petreianos denotari putat. Hæc autem verba mire illustrat *Hieronymus* contra Vigilantium lib. II. fol. 55. B. edit. Froben. ubi sic loquitur. *Qui de Latronum & convenarum natus est semine, quos Cn. Pompeius edomita Hispania ad triumphum adire festinans de Pyrenæi jugis deposuit, & in unum oppidum congregavit, unde & Convenarum urbs nomen accepit.* Hinc omissa conjunctione videtur scribendum *Fugitivis ab saltu Pyrenæo prædonibus licuisset*, nisi forte *prædonum* nomine Cilicas piratas intelligat, qui Pompeio se dediderunt; eos enim *latrones* vocat *Florus*, quem vide lib. III. cap. VI. *Davies.*

4. *Præsertim ut id agerent* ] V. c. noster, MSS. *Cujac.* & *Petav.* (ac *Norvic.*) habent, *cum id agerent*: quod probo. *D. Vossius.*

5. *Atque una etiam utrimque admodum tuto legati venire, & quæ vellent exponere possent* ] Verba hæc integra esse nullus mihi persuaserit: in Petaviano pro *etiam* erat *ubi*: sed à manu emendatrice; ea tamen, quæ priora scripserat. In v. c. nostro & Palatino est *uis*. Sed nihil isti juvant: Fulvius pro *possent* reponebat *posse*, nec videt σολοικὸν esse hunc modum loquendi: tum *legatos* non *legati* scribendum esset. Mihi legere placet, *utque una etiam*. Quod refero ad verba illa *responsum est. Varronem profiteri se ad colloquium venturum*, utque una possent etiam tuto legati venire. Mallem tamen aliam conjecturam si succurreret. *Idem.*

tum ; magna utrimque multitudo convenit : magna-
que erat ejus rei exſpectatio : atque omnium intenti a-
5 nimi ad pacem eſſe videbantur. Qua ex frequentia T.
Labienus prodiit. ſummiſſa oratione loqui de pace, at-
que altercari cum Vatinio incipit. Quorum mediam o-
rationem interrumpunt undique ſubito tela immiſſa ;
6 [1] quæ ille obtectus armis militum vitavit. vulneran-
tur tamen complures ; in his Cornelius Balbus , M.
Plotius , L. Tiburtius centuriones , militeſque non-
7 nulli. Tum Labienus, *Deſinite ergo de compoſitione lo-
qui. nam nobis , niſi Cæſaris capite relato , pax eſſe nul-
la poteſt.*

1 XX. Iiſdem temporibus Romæ [2] M. Cœlius Ru-
fus prætor, cauſſa debitorum ſuſcepta, [3] initio magi-
ſtratus tribunal ſuum juxta C. Trebonii prætoris urba-
ni ſellam collocavit ; &, ſi quis appellaſſet de æſtima-
tione , & de ſolutionibus , quæ per arbitrum fierent,
ut Cæſar præſens conſtituerat, fore auxilio pollicеba-
2 tur. ſed fiebat æquitate decreti, & humanitate Trebo-
nii, qui his temporibus clementer & moderate jus di-
cendum exiſtimabat, ut reperiri non poſſet, à quibus
3 initium appellandi naſceretur. nam fortaſſe inopiam
excuſare, & calamitatem aut propriam ſuam, aut tem-
porum queri, & difficultates auctionandi proponere,
etiam

1. *Quæ ille obtectus armis*] Vatinium intelligit. *Jul. Celſus* pag. 197. *Vatinium armis milites protexerunt.* In edit. *Rom.* corrupte legitur *quæ ille objectis armis militum.* Davies.

2. *M. Cœlius Rufus*] Hic eo anno, quo Milo Clodium occidit, Tribunatum pl. gerebat, ejuſque, ut *Aſconius* ſcribit, ſtudioſiſſimus fuit. Poſtquam vero ad Cæſarem cum Curione & Antonio venit, Curionem ipſum in Siciliam quæſtor, claſſique præfectus in Africam ſecutus eſt, ut dicitur lib. II. de bello Civili. Domum Cæſari ab Hiſpania revertenti præſto fuit Romæ, ab eoque dictatore prætor cum C. Trebonio factus, indignatus quod præturam urbanam Trebonio extra ſortem dediſſet, poſt Cæſaris in Macedoniam tranſitum rumores ſparſit, quaſi mortuus aut victus eſſet, atque ea geſſit, quæ hic copioſe *Cæſar* narrat, & *Dio* lib. XLII. pag. 195. ſeq. *Ciaccon.*

3. *Initio magiſtratus*] An non præſtet, *invito magiſtratu.* Nam conſules poſtea eum pepulerunt. Mſſi tamen tres habent ut in vulgata eſt. *D. Voſſius.*

etiam mediocris est animi: integras vero tenere possessiones, qui se debere fateantur, cujus animi, aut cujus imprudentiæ est? itaque, qui hoc postularet, reperiebatur nemo. Atque ipsis, ad quorum commo- 4
dum pertinebat, durior inventus est Cœlius. [1] Et ab hoc profectus initio, ne frustra ingressus turpem caussam videretur, [2] legem promulgavit, ut sexies seni dies sine usuris creditæ pecuniæ solvantur.

XXI.

1. *Et ab hoc profectus initio* ] *Pet. Ciacconius* reponit *sed ab hoc* &c. Malim *at ab hoc profectus initio*; hæ enim particulæ non raro confunduntur. Sic in præclara illa sententia apud *Silium* Italicum lib. VII, 88.

*Tanta adeo, cum res trepida, reverentia Divûm*
*Nascitur, & rara fumant felicibus aræ:*

Reponendum *at raræ* &c. *Davies.*

2. *Legem promulgavit, ut sexies seni dies sine usuris creditæ pecuniæ solvantur* ] Locus tam certò corruptus, quam splendente sole diem esse constat. In codice suo, quem cum mss. contulerat, hæc verba scripsit Cujacius, *Sexagies senis diebus*] *Id est, anno, quem Cæsar instituere jam animo conceperat.* An illud *sexagies senis diebus* in manuscripto suo repererit, an ipsius emendatio sit dicere mihi arduum. Hoc si verum est, improbo: quis enim ille modus loquendi, *sexagies senis diebus*? Si in vet. cod. invenit, ne sic quidem recipio. Sunt qui rescribant, *ut sex pensionibus*: male: nam tempus tunc nullum additur, quod necessario faciendum. Manutius legebat, *ut sexenni die sine usuris persolvantur.* Mihi certe illud spatium perquam longum videtur: & in Tacito lib. VI. Annal. habemus datum annum & sex menses, queis familiares quisque rationes componerent. Quare emendo ut *sex mensium die sine usuris creditæ pecuniæ solvantur.* Sic apud Ulpianum Tit. VI. Instit. *Ita propter majoris mores præsentem dotem reddit, propter minores senum mensium die.* D. Vossius.

Ibid. *Glareanus* monet τὸ *seni dies* abesse plerisque libris; reliqui sensum esse, ut sine usuris per sex partes solverentur: sed non fert sermo Latinus *sexies solvere debitum* pro sex æquis partibus. *Camerarius* suspicatur *sexies, senos in dies*, ut habuerint sex tempora solutionis, & singulis intervalli sex dierum spatium. Nihilo Latinius. *Paullus Manutius*, *sexenni die*; filius ejus *Aldus*, *sex pensionibus*. *Hotomannus*, *sexies senis Idibus*, quod sit triennio menstruis pensionibus. Præter illud, quod in duabus primis conjecturis notavimus, & istæ & omnes labuntur in idem vitium, ut parum juvent debitores, minus certe quam Cæsaris ratio, quæ dodrante creditores jubebat esse contentos. MS. *Lavini* quondam *Torrentii*, *ut se exiffeni dies*; unde horum, quæ proxime diximus, memori facile est facere *ut semisse in dies sine usuris credita pecunia solvantur*; hoc est, ut dimidio crediti restituto sine usuris (iis, quæ solutæ erant, sorti imputatis) satisfacerent debitores; eoque non præsenti, sed *in dies*, id est, pensionibus, quæ convenissent illis, quorum res agebatur; vel potius annua, bima, trima die, sive triennio æquis pensionibus: quoniam enim multis in contractibus utebantur illa triplici die, seu solutione in tres pensiones, breviter dixit *in dies*,

1 XXI. Quum resisteret Servilius consul, reliquique magistratus; & minus opinione sua efficeret; ad hominum excitanda studia, sublata priore lege, duas promulgavit: unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit; alteram tabularum novarum:
2 impetuque multitudinis in C. Trebonium facto, & nonnullis vulneratis, eum de tribunali deturbavit: de quibus rebus Servilius Consul ad Senatum retulit; Se-
3 natusque Cœlium ab Rep. removendum censuit. Hoc decreto eum Consul Senatu prohibuit, & concionari
4 conantem de Rostris deduxit. Ille ignominia & dolore permotus palam se proficisci ad Cæsarem simulavit, clam nunciis ad Milonem missis, qui Clodio interfecto, eo nomine erat damnatus; atque, eo in Italiam evocato, quod magnis muneribus datis gladiatoriæ familiæ reliquias habebat, sibi conjunxit, atque eum in
5 Turinum ad sollicitandos pastores præmisit. Ipse, quum Casilinum veniret, unoque tempore signa ejus militaria atque arma Capuæ essent comprehensa, familia Neapoli visa, atque proditio oppidi appareret; patefactis consiliis, exclusus Capua, & periculum veritus, quod conventus arma ceperat, atque eum hostis loco habendum existimabat, consilio destitit; atque eo itinere sese avertit.

1 XXII. Interim Milo, dimissis circum municipia litteris, ea, quæ faceret, jussu atque imperio facere Pompeji, [1] quæ mandata ad se per Bibulum delata essent: quos

*dies*, eos scilicet, quos nemo ignorabat plurimum celebrari & destinari in solutione, quæ partibus sive pensionibus fieret. Hæc vir summus *J. F. Gronovius* de Pec. Vet. lib. IV. cap. V. p. 635. seq. ex quibus patet frustra esse *Jac. Cujacium*, qui reponit *sexagies senis diebus*, id est, ut ipse explicat, *anno quem Cæsar instituere jam animo conceperat*; nemo enim unquam ita locutus est. Nauci etiam est *D. Vossii* emendatio *ut sex mensium die*; nam, hac recepta, dici non potest, Rursum *debitorum caussam suscepisse*, quum iis potior fuerit Cæsaris ratio. *Davies.*

1. *Quæ mandata ad se per Bibulum delata essent*] Lego *Vibullium*: uti scriptum est in v. c. nostro & Petav. nam Bibulus jam mortuus erat; præterea ille semper in mari. *D. Vossius.*

quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, ſollicitabat.
apud quos quum proficere nihil poſſet; quibuſdam ſo- 2
lutis ergaſtulis, [1] Coſam in agro Turino oppugnare
cœpit. Eo quum à Q. Pædio prætore cum legione **
lapide ictus eſſet ex muro, periit: & Cœlius profe- 3
ctus, ut dictitabat, ad Cæſarem, pervenit Thurios:
ubi, quum quoſdam ejus municipii ſollicitaret, equi-
tibuſque Cæſaris Gallis atque Hiſpanis, qui eo præſi-
dii cauſſa miſſi erant, pecuniam polliceretur, ab iis eſt
interfectus. [2] Itaque magnarum initia rerum, quæ oc- 4
cupatione magiſtratuum & temporum ſollicitam Ita-
liam habebant, celerem & facilem exitum habuerunt.

XXIII. Libo profectus ab Orico cum claſſe, cui 1
præerat, navium L, Brundiſium venit, inſulamque,
quæ contra Brundiſinum portum eſt, occupavit, quod
præſtare unum locum arbitrabatur, qua neceſſarius
noſtris erat egreſſus, quam omnium littora ac portus
cuſtodia clauſos teneri. Hic repentino adventu naves 2
onerarias quaſdam nactus incendit, & unam frumento
onuſtam abduxit; magnumque noſtris terrorem inje-
cit, & noctu militibus & ſagittariis in terram expoſi-
tis, præſidium equitum dejecit; & adeo loci oppor- 3
tunitate profecit, ut ad Pompejum litteras mitteret;
naves reliquas, ſi vellet, ſubduci, & refici juberet:
ſua claſſe auxilia ſeſe Cæſaris prohibiturum.

XXIV.

1. *Coſam in agro Turino*] Vellejus lib. II. ad *Compſam Hirpinorum* Milonem periiſſe ait. *D. Voſſius.*

Ibid.] *Joan. Glandorpius* emendat *Coſam in agro Hirpino*, quam conjecturam firmat *Vellejus Paterculus* lib. II. cap. LXVIII. ubi ait *Milo Compſam in Hirpinis oppugnans, ictuſque lapide, tum P. Clodio, tum patriæ, quam armis petebat, pœnas dedit.* Dubium ſane non videtur quin hæc urbs in Hirpinis fuerit poſita, ut oſtendit etiam *Livius* lib. XXIII. cap. I. Nihil tamen in *Cæſare* mutarim, cum conſtet vicinarum gentium terminos ſæpius eſſe confuſos, unde factum, ut *Ptolemæus* etiam hanc civitatem Lucaniæ adſcribat. *Compſam* vero melius repones, quod Coſa urbs fuerit Hetruriæ. *Davies.*

2. *Itaque magnarum initia rerum, quæ occupatione magiſtratuum & temporum*] Lego *ita magnarum*, ex v. c. noſtro ac Palat. & Petaviano. Cætera mihi ſuſpecta ſunt. In veteri codice noſtro eſt *praoccupatione magiſtratuum*, ſed illa *& temporum*, vel corrupta videntur, vel deeſt vox aliqua. *D. Voſſius.*

1 XXIV. Erat eo tempore Antonius Brundisii; qui
[1] virtuti militum confisus scaphas navium magnarum
circiter IX cratibus pluteisque contexit; eoque milites
delectos imposuit; atque eas in littore pluribus locis
separatim disposuit; navesque triremes II, quas Brun-
disii faciendas curaverat, per caussam exercendorum
2 remigum ad fauces portus prodire jussit. Has quum
audacius progressas Libo vidisset, sperans intercipi pos-
se, quadriremes V ad eas misit. quæ quum navibus no-
stris appropinquassent, nostri veterani in portum refu-
3 gerunt; illi studio incitati incautius sequebantur. [2] Jam
ex omnibus partibus subito Antonianæ scaphæ, signo
dato, se in hostes incitaverunt; primoque impetu u-
nam ex his quadriremem cum remigibus defensori-
busque suis ceperunt; reliquas turpiter fugere coëge-
4 runt. Ad hoc detrimentum accessit; ut equitibus per
oram maritimam ab Antonio dispositis aquari prohi-
berentur. qua necessitate & ignominia permotus Li-
bo, discessit à Brundisio obsessionemque nostrorum
omisit.

1 XXV. [3] Multi jam menses transierant; & hiems
jam

1. *Virtuti militum confisus*] MS. *Norvic.* habet *virtute militum confisus*, quod rectius est, ita enim loqui amat *Cæsar*. Sic lib. I. B. C. cap. LVIII. *Celeritate navium & scientia gubernatorum confisi.* Ac cap. LXXV. *Castrorum propinquitate confisi.* *Hirtius* lib. VIII. B. G. c. III. *Aut privatis hospitiis confisi, aut societate consiliorum.* Vide & cap. XV. *Davies.*

2. *Jam ex omnibus partibus*] Malim, *tum ex omnibus partibus.* D. Vossius.

3. *Multi jam menses transierant*] Cæsar ipse supra dixit, se pridie Non. Januar. Brundisio solvisse: hic ait, præcipitasse jam hyemem, & multos interea menses elapsos: quod quomodo fieri possit non video: nam Non. Januariis jam media hyems est, neque ejus mensis unus, aut summum sesquimensis superest. Animadverterat hoc Philippus Rubenius, l. I. Elect. c. XX. itaque rescribit, *multum jam mensis transierat.* sed repugnantibus codicibus. Ego firmum locum arbitror, & puto Cæsarem, non ut res erat, sed pro desiderio suo scripsisse, nam adventum Antonii ardentissimis votis expetebat: quod non mirum, quia inferior copiis, cum Pompejo confligere nequibat. Simile est illud Juvenalis Satyr. VI. 303.

*Cum bibitur concha; cum jam vertigine tectum*
*Ambulat, & geminis exsurgit mensa lucernis.*

Nimirum tectum non ambulat, sed ebriis videtur verti; unde dicit Juvenalis *cum bibitur concha:* nam id ge-

jam præcipitaverat; neque Brundisio naves legionesque ad Cæsarem veniebant; ac nonnullæ ejus rei prætermissæ occasiones Cæsari videbantur, quod certe sæpe flaverant venti, quibus necessario committendum
existimabat. quantoque ejus amplius processerat tem- 2
poris, tanto erant alacriores ad custodias, qui classibus præerant; majoremque fiduciam prohibendi habebant:
& crebris Pompeji litteris castigabantur, quoniam pri- 3
mo venientem Cæsarem non prohibuissent, ut reliquos ejus exercitus impedirent. duriusque quotidie tempus ad transportandum lenioribus ventis exspectabant.
Quibus rebus permotus Cæsar, Brundisium ad 4
suos severius scripsit, ut nacti idoneum ventum, ne occasionem navigandi dimitterent, [1] si vel ad littora Apolloniatium cursum dirigerent, quod eo naves ejicere possent.
Hæc à custodiis classium loca maxime va- 5
cabant; [2] quod se longius portubus committere non auderent.

XXVI.

genus vasa solita inferri ubi jam mero incaluerant convivæ, ut hodieque aureas pateras & similes adhibemus, postquam exemta fames est. Sic dico, & Cæsar scripsit multos menses transisse, quia illius impatienti desiderio multi videbantur. *D. Vossius.*

1. *Si vel ad littora Apolloniatium cursum dirigerent, quod eo naves ejicere possent* ] *Sive ad littora Apolloniatium cursum dirigere, atque eo naves digere possent:* sic mſ. Cujac. & cæteri omnes: nisi quod in Palat. est *dicere*, in Bong. *elicere*, in Petav. *eligere*, & sic quoque in nostro v. c. reperio. Vulgata præstat. *Idem.*

*Ibid.* ] Edit. *Aldin.* habet *& ad Oricum sive ad littora Apolloniatium cursum* &c. Sic & Amstelodamensis A. D. 1697. sed hanc lectionem rejicio, quia Oricum fere semper adversariorum classibus obsidebatur, præterquam quod eas voces non exhibeant MSS. & veteres cusi, Codex *Bongarſ.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Dimitterent, sive ad littora Apolloniatium* (vel *Apolloniatum*) *cursum dirigere atque eo naves elicere possent.* Sic & alii omnes, nisi, quod in *Petav. Norvic.* & *Voſſ.* sit *eligere*, in *Cujac. digere*, in *Pal. dicere possent.* Rescribendum credo *dimitterent, si vel ad littora Apolloniatium cursum dirigere, atque eo naves ejicere possent*, quam lectionem *Fr.* etiam *Hotomannus* in vetere suo inventam probavit. *Davies.*

2. *Quod se longius portubus committere non auderent* ] Contra rem & mentem Cæsaris hoc: qui ait litora ad Apolloniam vacavisse custodiis hostium, quod ii se procul à portubus committere non auderent. Itaque addita literula scribatur, *quod se longius à portubus.* Nisi forte, ut *procul oppido*, & *procul ab oppido* dicitur, ita & dixere veteres *longius urbe*, & *longius ab urbe.* Sane exemplum quæro nec reperio. *D. Vossius.*

*Ibid.* ]

1 XXVI. Illi adhibita audacia & virtute, administrantibus M. Antonio, & Fusio Kaleno, multum ipsis militibus hortantibus, neque ullum periculum pro salute Cæsaris recusantibus, nacti Austrum, naves solvunt; atque altera die Apolloniam, [1] Dyrrhachium-
2 que prætervehuntur. Qui quum essent ex continenti visi, Q. Coponius, qui Dyrrhachii classi Rhodiæ præerat, naves ex portu educit, & quum jam nostri remissiore vento appropinquassent, idem Auster incre-
3 buit, nostrisque præsidio fuit. Neque vero ille ob eam caussam conatu desistebat; sed labore & perseverantia nautarum se vim tempestatis superare posse sperabat; prætervectosque Dyrrhachium magna vi venti nihilo
4 secius sequebatur. Nostri, usi fortunæ beneficio, tamen impetum classis timebant, si forte ventus remisisset. Nacti portum, qui appellatur Nymphæum, ultra Lissum millia passuum III, eo naves introduxerunt. [2] qui portus ab Africo tegebatur, ab Austro non

*Ibid.*] Addita litterula, *D. Vossius* emendat *longius à portubus*. Recte quidem quoad sensum, sed nihil opus est ut quidquam mutemus. *Statius* Achilleid. lib. I, 176.

*Par studiis aevique modis, sed robore longe.*

*Apuleius* Metam. lib. VIII. p. 169. editt. *Pricæan. Longe quæsituris firma latebra viderentur.* Editt. *Rom. Ven. Beroald.* apud nostrum *longis portibus* malè exhibent. *Davies.*

1. *Dyrrhachiumque prætervehuntur*] Edit. *Rom.* aliæque veteres exhibent *Dyrrhachiumque pervehuntur*, unde *Janus Rutgersius* Ven. Lect. cap. XIV. p. 315. reponit *Dyrrhachiumque prævehuntur*. Retineo autem lectionem receptam, à MS. *Norvic.* exhibitam, & illam varietatem ex compendiaria scriptura natam arbitror. *Davies.*

2. *Qui portus ab Africo tegebatur, ab Austro non erat tutus*] At aliter prorsus Lucanus lib. V. vers. 720.

*Nymphæumque tenent: nudas aquilonibus undas.*

*Succedens Borea jam portum fecerat Auster.*

Nisi Lucani verba aliter ac Cæsariana accipiamus: & illud *nudas undas aquilonibus*; explicemus, portum quo quis intrare nequit flante aquilone. Nam ut nudus & apertus homo telis impeti, qui impeti quit, etiam prohiberi accessu potest; ita aquilonibus flantibus navibus ingredi non licet: nam aquilo ex Italia Illyricum petentibus ex parte adversus est. Quid si etiam universè accipiamus de mari Adriatico, ut dicat Lucanus mare concitatum ab Aquilonibus, sed mox flantibus Austris placidum fuisse. Hunc tamen legere malim,

— *motas aquilonibus undas*

*Succedens Borea jam portum fecerat Auster.*

Hæc fortassis ad excusandum Lucanum dici possint. At mihi, ut dicam quod

non erat tutus: leviusque tempestatis, quam classis pe-
riculum æstimaverunt. Quo simul atque intus est itum, 5
incredibili felicitate Auster, qui per biduum flaverat,
in Africum se vertit.

XXVII. Hic subitam commutationem fortunæ 1
videre licuit. Qui modo sibi timuerant, hos tutissi-
mus portus recipiebat: qui nostris navibus periculum
intulerant, de suo timere cogebantur. Itaque tempo- 2
re commutato tempestas & nostros texit, & naves
Rhodias afflixit, ita ut ad unam constratæ omnes nu-
mero XVI eliderentur, & naufragio interirent; & ex
magno remigum propugnatorumque numero pars ad
scopulos allisa interficeretur, [1] pars à nostris distra-
heretur: quos omnes conservatos Cæsar domum re-
misit.

XXVIII. Nostræ naves II, tardius cursu confecto, 1
in noctem conjectæ, quum ignorarent quem locum
reliquæ cepissent, contra Lissum in anchoris constite-
runt. Has scaphis, minoribusque navigiis compluri- 2
bus summissis, Otacilius Crassus, qui Lissi præerat,
expugnare parabat: simul de deditione eorum agebat,
&

quod sentio, parum accuratè hæc scripsisse videtur, quod disertim ait Cæsar, suos levius tempestatis quam classis periculum æstimavisse. Ubi nota, per classis periculum velle Cæsarem periculum, quod suis ab hostili classe imminebat. *D. Vossius.*

*Ibid.*] De hac re ita *Lucanus* lib. V, 720.

*Nymphæumque tenent, nudas Aquilonibus undas.*
*Succedens Boreæ jam portum fecerat Auster.*

Unde putat vir summus *H. Grotius*, aut, quos nos habemus, *Cæsaris* commentarios non legisse Poetam, aut non intellexisse. Sed, ut videtur, *Lucanus* à nostro non abit diversus; nam *undas Aquilonibus nudas* dixit eas, in quas, flante Aquilone, non intrant naves; at *Auster portum facit Nymphæum*, quia tum temporis liber classi datur ingressus. Hinc liquet operam lusisse *D. Vossium*, cui placuit *motas Aquilonibus undas*. Davies.

1. *Pars à nostris distraheretur*] Locus à nemine tentatus, quem tamen sanum esse ne ipsa quidem ὑγιεία persuaserit. Quærit solummodo *Fr. Hotomannus*, an verbum ultimum idem denotet, ac *sublevaretur*, *è naufragio eriperetur*; nec à quoquam responsum tulit. Sed in veteribus talem vocis notionem frustra indagabis. Codex *Ursin.* habet *a nostris detraheretur*, unde, littera mutata, rescripserim *à nostris extraheretur*, ex aqua scilicet, in quam fractis navibus deciderant. *Idem.*

3 & incolumitatem deditis pollicebatur. Harum altera navis ducentos viginti ex legione tironum sustulerat: altera ex veterana paullo minus ducentis [1] se compleve-
4 rat. Hic cognosci licuit quantum esset hominibus præsidii in animi firmitudine. Tirones enim multitudine navium perterriti, & salo nauseaque confecti, jurejurando accepto, nihil iis nocituros hostes, se Otacilio dediderunt: qui omnes ad eum perducti, contra religionem jurisjurandi, in ejus conspectu crudelissime in-
5 terficiuntur. At veteranæ legionis milites, item conflictati [2] & tempestatis & sentinæ vitiis, non ex pristina virtute remittendum aliquid putaverunt; sed tractandis conditionibus, & simulatione deditionis extracto primo noctis tempore, gubernatorem in terram na-
6 vem ejicere cogunt: ipsi idoneum locum nacti reliquam noctis partem ibi confecerunt, & luce prima, missis ad eos ab Otacilio equitibus, [3] qui eam partem oræ maritimæ asservabant, circiter CD, quique eos armati

1. *Se compleverat*] Has quidem voces repræsentant editt. *Rom. Ven. Beroald.* omittunt autem MSS. *Norvic. Brant.* & *Ciaccon.* Integra profecto sententia, abesse possunt, ac inepti hominis additamentum videntur. Hac in opinione fuit vir maximus *Jos. Scaliger*, in cujus editione uncinis cinguntur. *Davies.*

2. *Et tempestatis & sentinæ vitiis*] *Sentinæ vitia* Latinissime vocaveris fætorem, qui ex ea oritur, sed *tempestatis vitia* nemo unquam dixit. Sana tamen est lectio vulgata; interdum enim veteres, duobus pluribusve vocabulis vocem adjungunt, quæ uni tantum conveniat. *Corn. Nepos* Alcib. cap. III. *Non solum spem in eo habebant maximam, sed etiam timorem*; cum *timorem in aliquo habere* novum prorsus sit & inauditum. *Florus* lib. III. cap. XXI. *Oculis, manibus, cruribusque defossis:* at eruuntur oculi, non defodiuntur; quam ob causam hunc locum mendi suspectum habuere *Lipsius*, *Freinshemius*, alii: sed immerito, ut ostendit vir doctissimus *Joan. Georg. Grævius.* Adi etiam quæ notavit eruditissima matrona *Anna Daceria* ad *Dictym* Cretensem lib. I. cap. IX. *Idem.*

3. *Qui eam partem oræ maritimæ asservabant*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *eam partem oræ maritimæ observabant*; cui lectioni firmandæ erunt, quæ ex *Pet. Fabro* notavit *Joan. Brantius* ad lib. I. B. C. cap. XXI. Sic *Sulpicius Severus* Hist. Sacr. lib. I. cap. XXXIII, 7. *Non imperia exequi, non ordines observare*; quem locum frustra sollicitat *Joan. Vorstius*, ut fidem faciet *Eumenius*, qui Paneg. VII. cap. IV; 2. ait; *Tum demum irrumpendas rebellibus Gallicanis portas reliquerunt, quum fessi* observare non *possent.* Sic & *observare ostium* dixit *Plautus* Mil. Glor. Act. II. Sc. III, 81. *Davies.*

armati ex præsidio secuti sunt, se defenderunt; & nonnullis eorum interfectis, incolumes ad nostros sese receperunt.

XXIX. Quo facto, conventus civium Romanorum 1
qui Lissum obtinebat, quod oppidum iis antea Cæsar
attribuerat, muniendumque curaverat, Antonium re-
cepit, omnibusque rebus juvit. Otacilius sibi timens
oppido fugit, & ad Pompejum pervenit. Ex omnibus 2
copiis, Antonius, quarum erat summa, veteranorum
III legionum, uniusque tironum, & equitum DCCC,
plerasque naves in Italiam remittit, ad reliquos mili-
tes equitesque transportandos: [1] pontones, quod est
genus navium Gallicarum, [2] Lissi relinquit; hoc con- 3
silio, ut, si forte Pompejus vacuam existimans Italiam
eo transjecisset exercitum, quæ opinio erat edita in vul-
gus, aliquam Cæsar ad insequendum facultatem habe-
ret: nunciosque ad eum celeriter mittit, quibus re- 4
gionibus exercitum exposuisset, & quid militum trans-
vexisset.

XXX. Hæc eodem fere tempore Cæsar atque Pom- 1
pejus cognoscunt. Nam prætervectas Apolloniam Dyr-
rhachiumque naves viderant; ipsi iter secundum eas
terra direxerant: sed [3] quo essent eæ delatæ, primis
diebus

1. *Pontones, quod est genus navium Gallicarum*] Nos hodieque & nomen & genus agnoscimus. Meminit Isidorus, emendandus nobis, lib. XVIII. cap. I. *Pontonium navigium fluminale tardum & grave, quod non nisi remigio progredi potest.* In v. c. nostro perantiquo, est *Poto*. Lego *Ponto*. Etiam apud Gellium lib. x. cap. XXV. est *Pontones*. D. Vossius.

2. *Lissi relinquit*] Sic rescripsi ex MSS. *Norvic.* & *Ciaccon.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* ob verba præsentis temporis quæ antecedunt & sequuntur. In nuperius impressis erat *reliquit*. Davies.

3. *Quo essent ea delata*] Edit. *Ven.* *quo essent ea* quadringentæ *delata*: *Rom. Beroald.* *quo essent ea* quattuorcentæ *delata*: quæ quidem vox est nihili, sed tamen veteris lectionis, nisi fallor, vestigia retinet. Rescribo *vi venti*. Sic supra cap. XXVI. de his ipsis dixit *prætervectasque Dyrrhachium magna* vi venti *nihilo secius sequebantur*. Primo scriptum fuit VI, postea, litteris transpositis, IV. quæ vox, pro nota numerali habita, integris tandem litteris descripta fuit, unde factum *quatuor*, sequente etiam ob hanc causam vocabulo mutato, quia Librarii pro egregia sua peritia *quatuorcentos* idem ac *quadringentos* sunt arbitrati. *Davies.*

2 diebus ignorabant: cognitaque re, diversa sibi ambo consilia capiunt; Cæsar, ut quamprimum se cum Antonio conjungeret; Pompejus, ut venientibus in itinere se opponeret, &, si imprudentes ex insidiis ado-
3 riri posset. Eodemque die uterque eorum ex castris stativis à flumine Apso exercitum educunt: Pompejus
4 clam, & noctu, Cæsar palam, atque interdiu. Sed Cæsari circuitu majore iter erat longius, adverso flumine, ut vado transire posset. Pompejus, quia expedito itinere flumen ei transeundum non erat, magnis
5 itineribus ad Antonium contendit; atque, ubi eum appropinquare cognovit, idoneum locum nactus ibi copias collocavit: suosque omnes castris continuit, ignesque fieri prohibuit; quo occultior esset ejus adventus.
6 Hæc ad Antonium statim per Græcos deferuntur. Ille missis ad Cæsarem nunciis unum diem sese castris te-
7 nuit. altero die ad eum pervenit Cæsar. Cujus adventu cognito Pompejus, ne duobus circumcluderetur exercitibus, ex eo loco discedit: omnibusque copiis ad Asparagium Dyrrhachinorum pervenit, atque ibi idoneo loco castra ponit.

1 XXXI. His temporibus [1] Scipio detrimentis quibus-

1. *Scipio detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis, sese Imperatorem appellaverat*] Testantur nummi, quîs inscriptum. Q. METELLVS. PIVS. SCIPIO. IMP. Sed torquet hic locus Ursinum, cui ridiculum videtur, Scipionem sese Imperatorem appellasse, quia detrimentum passus sit. Itaque mendum hic esse putat, & legit *emolumentis*. Non intellexit mentem Cæsaris, qui Scipionem deridet, quia non ob res præclarè gestas, sed detrimenta provinciæ illata, ab exercitu Imperator appellatus sit. *Detrimentis acceptis*, scilicet à provincia. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Mendum suspicatur *Pet. Ciacconius*, unde *Fulv. Ursino* reponendum videtur *emolumentis quibusdam. Sam.* autem *Petitus* Observ. lib. I. cap. VI. emendat *petris mænitis*. Hæ conjecturæ ex eo sunt ortæ, quod ridiculum putarint, ut Scipio ob detrimenta sese Imp. appellarit. Hoc quod attinet, recte quidem illi; sed propterea prisca lectio non erat sollicitanda: hostem enim infensissimum Cæsar deridendum propinat, quod sese ob detrimenta Imp. appellaverat, cum alii ob maximas res gestas & insignes victorias hoc nomine fuerint salutati. Sic fere se gessit Antonius, qui, teste *Velleio Paterculo* lib. II. cap. LXXXII. *fugam suam, quia vivus exierat, victoriam vocabat*. Vulgatam scripturam retinet etiam *Dionys. Vossius*, sed male prorsus

busdam circa montem Amanum acceptis sese Imperatorem appellaverat. Quo facto civitatibus tyrannisque 2
magnas imperaverat pecunias : item à publicanis suæ provinciæ debitam biennii pecuniam exegerat, & ab eisdem insequentis anni mutuam [1] præceperat; equitesque toti provinciæ imperaverat. Quibus coactis, fi- 3
nitimis hostibus Parthis post se relictis, qui paullo ante M. Crassum imperatorem interfecerant, & M. Bibulum in obsidione habuerant, legiones equitesque ex Syria deduxerat: summaque in sollicitudine ac timore 4
Parthici belli in provinciam quum venisset, ac nonnullæ militum voces audirentur, *sese, contra hostem si ducerentur, ituros; contra civem & consulem arma non laturos;* deductis Pergamum, atque in locupletissimas urbes in hiberna legionibus, maximas largitiones fecit: &, confirmandorum militum caussa, diripiendas iis civitates dedit.

XXXII. Interim acerbissime imperatæ pecuniæ to- 1
ta provincia exigebantur. Multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur. In capita singula servorum ac liberorum, tributum imponebatur. Columna- 2
ria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Cujus modo rei nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias videbatur. Non solum urbibus, sed pene vicis, 3
castellisque singulis cum imperio præficiebantur. qui horum quid acerbissime crudelissimeque fecerat, is & vir,

sus interpretatur, dum putat Scipionem à Cæsare derisum esse, quod ob detrimenta provinciæ illata Imperator sit appellatus; quem sensum Latinitas non patitur, præterquam quod circa Amanum hostes erant Romanorum sempiterni, ut docet *Cicero* ad Attic. lib. v. Ep. xx. & alibi. *Davies.*

1. *Præceperat* ] Anteceperat. Noster cap. LXXXVII. *Jam animo victoriam præcipiebant.* *Silius* Italicus lib. VI, 30C.

—— *De sanguine pœnas*
*Præcepit Tyrio, & præsumta piacula mortis.*

Alia hujusce significatus exempla suppeditabit vir elegantissimus *Janus Broukhusius* ad *Propertii* lib. IV. El. II, II. *Davies.*

4 vir, & civis optimus habebatur. [1] Erat plena lictorum & imperiorum provincia, differta præfectis atque exactoribus: qui, præter imperatas pecunias, suo etiam privato compendio serviebant. dictitabant enim, se domo patriaque expulsos, omnibus necessariis egere rebus, ut honesta præscriptione rem turpissimam tege-
5 rent. Accedebant ad hæc gravissimæ usuræ, quod in bello plerumque accidere consuevit, universis imperatis pecuniis: quibus in rebus prolationem diei donationem esse dicebant. Itaque æs alienum provinciæ eo
6 biennio multiplicatum est. Nec minus ob eam caussam civibus Romanis ejus provinciæ, sed in singulos conventus, singulasque civitates certæ pecuniæ imperabantur; mutuasque illas ex S C. exigi dictitabant: publicanis, [2] uti in sorte fecerant, insequentis anni vecti-
7 gal promutuum. Præterea Ephesi à Fano Dianæ depositas antiquitus pecunias Scipio tolli jubebat, [3] ceterasque ejus deæ statuas.

1 XXXIII. Quum in Fanum ventum esset, adhibitis compluribus Senatorii ordinis, quos advocaverat Scipio, litteræ ei redduntur à Pompejo, *mare transisse cum legionibus Cæsarem, properaret ad se cum exercitu venire,*
2 *omniaque postbaberet.* His litteris acceptis, quos advocaverat,

1. *Erat plena lictorum & imperiorum provincia*] Pro *imperantium.* Sic Spartianus *administrationes*, pro *administrantibus* dixit in Pescennio Nigro: *cum videret provincias facili administrationum mutatione subverti.* Sic *pulsis regnis* pro *regibus* Florus lib. I. cap. X. & *orationes* pro *oratoribus* apud Historiæ Augustæ scriptores: ut notatum à magno Salmasio. Idem quoque Græcis loquendi mos, Xenophon I. Cyripæd. p. 4. τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῆς μεγίστης ἀρχῆς. *præcepta a summo magistratu.* Denique ipsa vox *magistratus* eodem prorsus modo usurpatur, pro magistratum fungentibus. *D. Vossius.*

2. *Uti in sorte fecerant*] *Gabr. Faërnus* & *Pet. Ciacconius* reponunt *uti in Syria fecerant*; ac ita sane legitur in edit. *Rob. Stephani* A. D. 1544. sed contra Codicum manuariorum fidem, qui vulgatam lectionem constanter retinent. Forsan Cæsar Syriam dixit *sortem*, quia Scipioni sortito obvenerat. *Davies.*

3. *Cæterasque ejus Deæ statuas*] In msſ. Cujacii & Pet. invenio: *cæteraque ejus diei constituta.* Unde Ursinus argute *certaque ei rei die constituta.* Sed non probo: quia opus non est, nam Dianæ templum plenum donariis pretiosis, vide Strabonem lib. XIV. *D. Vossius.*

verat, dimittit : ipſe iter in Macedoniam parare incipit : paucisque poſt diebus eſt profectus. Hæc res Epheſiæ pecuniæ ſalutem attulit.

XXXIV. Cæſar Antonii exercitu conjuncto, de- 1
ducta Orico legione, quam tuendæ oræ maritimæ cauſa poſuerat, tentandas ſibi provincias, longiuſque
procedendum exiſtimabat ; &, quum ad eum legati 2
veniſſent ex Theſſalia, Ætoliaque, qui præſidio miſſo pollicerentur earum gentium civitates imperata facturas, L. Caſſium Longinum cum legione Tironum, quæ appellabatur vigeſima ſeptima, atque equitibus cc in Theſſaliam, C. Calviſium Sabinum cum cohortibus v, paucisque equitibus in Ætoliam miſit. maxime eos, quod erant propinquæ regiones, de re fru-
mentaria, ut providerent, hortatus eſt. Cn. Domi- 3
tium Calvinum cum legionibus duabus XI, & XII, &
equitibus D, in Macedoniam proficiſci jubet. cujus pro- 4
vinciæ ab ea parte, quæ Libera appellabatur, Menedemus, princeps earum regionum, miſſus legatus, omnium ſuorum excellens ſtudium profitebatur.

XXXV. Ex his Calviſius, primo adventu ſumma 1
omnium Ætolorum receptus voluntate, præſidiis adverſariorum Calydone & Naupacto rejectis, omni Ætolia potitus eſt. Caſſius in Theſſaliam cum legione
pervenit. Hic quum eſſent factiones duæ, varia vo- 2
luntate civitatum utebatur. Egeſaretus veteris homo potentiæ Pompejanis rebus ſtudebat. Petrejus ſummæ nobilitatis adoleſcens ſuis ac ſuorum opibus Cæſarem enixe juvabat.

XXXVI. Eodemque tempore Domitius in Mace- 1
doniam venit : &, quum ad eum frequentes civitatum legationes convenire cœpiſſent, nunciatum eſt adeſſe Scipionem cum legionibus, magna & opinione & fama omnium. nam plerumque in novitate fama ante-
cedit. Hic nullo in loco Macedoniæ moratus, magno 2

impetu contendit ad Domitium; &, quum ab eo millia passuum xx abfuisset, subito se ad Cassium Longinum in Thessaliam convertit. Hoc adeo celeriter fe-
3 cit, ut simul adesse, & venire nunciaretur. &, quo iter expeditius faceret, M. Favonium ad flumen Haliacmonem, quod Macedoniam à Thessalia dividit, cum cohortibus iix præsidio impedimentis legionum
4 reliquit, castellumque ibi muniri jussit. Eodem tempore [1] equitatus regis Coti ad castra Cassii advolavit,
5 qui circum Thessaliam esse consueverat. Tum timore perterritus Cassius, cognito Scipionis adventu, visisque equitibus, quos Scipionis esse arbitrabatur, ad montes se convertit, qui Thessaliam cingunt; atque
6 ex his locis Ambraciam versus iter facere cœpit. At Scipionem properantem sequi litteræ sunt consecutæ à M. Favonio, Domitium cum legionibus adesse, nec se præsidium, ubi constitutus esset, sine auxilio Sci-
7 pionis tenere posse. Quibus litteris acceptis, consilium Scipio iterque commutat; Cassium sequi desistit; Fa-
8 vonio auxilium ferre contendit. Itaque die ac nocte continuato itinere ad eum pervenit, tam opportuno tempore, ut simul Domitiani exercitus pulvis cerneretur, & primi antecursores Scipionis viderentur. Ita Cassio industria Domitii, Favonio Scipionis celeritas salutem attulit.

1 XXXVII. Scipio [2] in castris stativis biduum moratus

1. *Equitatus Regis Coti*] *Pet. Ciacconius* & *Aldus Manutius* reponunt *equitatus Regis Cotys*; & sane hoc nomen ita effert *Vellejus Paterculus* lib. II. cap. CXXIX. aliique. Sed nihil opus est, ut quidquam mutemus. Noster hujusce libri cap. IV. *Ad eundem numerum* Cotus *ex Thracia dederat*, quem etiam locum temere sollicitant viri eruditi. *Cicero* in Pisonem p. 2398. *Cum tu trecentis talentis Regi* Coto *vendidisses*. Et iterum: *quorum omnium capita regi* Coto *vendidisti*. Sic *Corn. Nepos* in Iphicr. cap. III. *Menesthea filium reliquit ex Thressa natum*, Coti *regis filia*. Idem tamen in Timoth. cap. I. *Cotym* dixit, adeo ut vel hoc vel illo modo scribi possit; licet in contraria opinione fuerit etiam *Car. Sigonius* ad *Livii* lib. XLV. cap. XLII. *Davies.*

2. *In castris stativis*] Stativorum castrorum supra meminit Cæsar hujusce libri cap. XXX. Vide & *Hirtium* Bell. Afric. cap. XXVI. Nomen habent

ratus ad flumen, quod inter eum & Domitii castra fluebat, Haliacmonem, tertio die prima luce exercitum vado transducit; & castris positis, postero die mane
copias ante frontem castrorum instruit. Domitius tum 2
quoque sibi dubitandum non putavit, quin productis legionibus prœlio decertaret. sed quum esset inter bina castra campus circiter millium passuum VI, [1] castris
Scipionis aciem suam subjecit. Ille à vallo non discede- 3
re perseveravit. Attamen, ægre retentis Domitianis militibus, est factum, ne prœlio contenderetur; & maxime, quod rivus difficilibus ripis castris Scipionis sub-
jectus, progressus nostrorum impediebat. Quorum stu- 4
dium alacritatemque pugnandi quum cognovisset Scipio, suspicatus fore, ut postero die aut invitus dimicare cogeretur, aut magna cum infamia castris se continere, qui magna exspectatione venisset, temere progressus turpem habuit exitum: & noctu, ne conclamatis quidem vasis, flumen transit, atque in eandem partem, ex qua venerat, rediit: ibique prope flumen
edito natura loco castra posuit. Paucis diebus interpo- 5
sitis, noctu insidias equitum collocavit: quo in loco superioribus fere diebus nostri pabulari consueverant. Et quum quotidiana consuetudine Q. Varus præfectus equitum Domitii venisset; subito illi ex insidiis con-
surrexerunt. sed nostri fortiter eorum impetum tule- 6
runt, celeriterque ad suos quisque ordines rediit, at-
que ultro universi in hostes impetum fecerunt. Ex his 7
circiter LXXX interfectis, reliquis in fugam conjectis, nostri duobus amissis, in castra se receperunt.

XXXVIII. His rebus gestis Domitius sperans Sci- 1
pionem

bent ex eo quod structa sint, ut in iis aliquamdiu maneretur, quemadmodum docet *J. Lipsius* Mil. Rom. lib. v. Dial. I. *Davies.*

1. *Castris Scipionis aciem suam subjecit*] In MSto *Norv.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* hic locus uno verbo auctior legitur, habent enim ii Codices, *Domitius castris Scipionis*, &c. Ac hæc est ipsius Cæsaris manus; vocem aut expunxerunt ii, qui nostri simplicitatem in animum non revocabant. *Davies.*

pionem ad pugnam elici poſſe, ſimulavit ſeſe anguſtiis
rei frumentariæ adductum caſtra movere; vaſiſque mi-
litari more conclamatis, progreſſus millia paſſuum III
loco idoneo & occulto omnem exercitum equitatum-
2 que collocavit. Scipio ad inſequendum paratus, equita-
tum magnamque partem levis armaturæ ad exploran-
3 dum iter Domitii & cognoſcendum præmiſit. qui quum
eſſent progreſſi, primæque turmæ inſidias intravissent,
ex fremitu equorum illata ſuſpicione, ad ſuos ſe reci-
pere cœperunt; quique hos ſequebantur, celerem eo-
4 rum receptum conſpicati reſtiterunt. [1] Noſtri cognitis
hoſtium inſidiis, ne fruſtra reliquos exſpectarent, duas
nacti hoſtium turmas exceperunt. In his fuit M. Opi-
mius præfectus equitum. Reliquos omnes earum turma-
rum aut interfecerunt, aut captos ad Domitium dedu-
xerunt.

1 XXXIX. Deductis oræ maritimæ præſidiis [2] Cæ-
ſar,

1. *Noſtri cognitis hoſtium inſidiis*] Sic primus Scaliger ex v. c. edidit: de verbis Cæſaris, quod fugitivam vocem reſtituit, bene, (nam in prioribus editionibus vox *hoſtium* deſiderabatur) de ſenſu peſſimè: nam Domitius poſuerat inſidias, Scipionis miles advertit, & vix effugit: quomodo ergo ſuos, ſive Domitianos, ait Cæſar inſidias hoſtium cognoviſſe? Nihil hic congrui ſenſus, & tamen ſic quoque legitur in Pet. Palat. & Bong. codice. Quare emendo: *Noſtri, cognitis hoſti inſidiis, ne fruſtra reliquos exſpectarent, duas turmas exceperunt.* Nihil certius, nihil clarius. Corruperat verba Cæſaris librarius, dum *hoſti inſidiis* ſcriptum inveniens, illud *in* voci *hoſti* conjungit, ac *hoſtium* facit. Paullo poſt in vulgatis legitur *duas hoſtium turmas exceperunt.* Ubi omitte vocem *hoſtium*, quæ recte abeſt à v. c. noſtro & Petaviano. *D. Voſſius.*

*Ibid.*] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *Noſtri cognitis hoſtium inſidiis,* —— *duas nacti turmas exceperunt*, nec ulli Codd. vocem *hoſtium* bis repræſentant, unde, niſi præplaceat *D. Voſſii* conjectura, reſcriberem *Noſtri, cognitis inſidiis* (quas ipſi hoſtibus ſtruxerant) —— *duas nacti hoſtium turmas*, adeo ut MSS. & veteres editi in eo ſolo fuerint corrupti, quod Librariorum incuria vocem *hoſtium* ex inferiore verſu in ſuperiorem tranſtulerat. *Davies.*

2. *Cæſar, ut ſupra demonſtratum eſt, III cohortes Orici* —— *reliquit*] Nullibi hoc ſupra eſt demonſtratum, ſed narrat Cæſar cap. XXXIV. *Orico deductam* fuiſſe *legionem, quam tuendæ oræ maritimæ cauſſa poſuerat*; quamobrem, voce tranſpoſita, hic legendum videtur *deductis oræ maritimæ præſidiis, ut ſupra demonſtratum eſt, Cæſar III cohortes* &c. Hanc emendationem res ipſa poſtulat. *Idem.*

ſar, ut ſupra demonſtratum eſt, III cohortes Orici, oppidi tuendi cauſſà, reliquit; iiſque cuſtodiam navium longarum transdidit, quas ex Italia tranſduxerat. Huic officio oppidoque [1] præerat Acilius legatus. Is naves 2
noſtras in interiorem partem poſt oppidum reduxit, & ad terram deligavit, faucibuſque portus navem onerariam ſubmerſam objecit; & huic alteram conjunxit; ſuper qua turrim effectam ad ipſum introitum portus oppoſuit, & militibus complevit, tuendamque ad omnes repentinos caſus tranſdidit.

XL. Quibus cognitis rebus [2] Cn. Pompejus filius, 1
qui claſſi Ægyptiæ præerat, [3] ad Oricum venit; ſubmerſamque [4] navim remulco, multiſque contendens funi-

1. *Præerat Acilius legatus*] Sic ipſa poſcit hiſtoria: teſtante Dione *Acilium*, ſive ut ille vocat Α'κιλιον Orico præfuiſſe: idem ſupra Cæſar ait; nequeo tamen diſſimulare in v. c. noſtro legi *legatus Canınianus*, in Petav. & Bongarſ. *legatus Caninius*. D. Voſſius.

2. *Cn. Pomp. filius*] Ita Scaliger edidit, quia variabant codices, & ille *Pompejus*, hic *Pompeji* habebat: & noluit credo ſubire aliena judicia, eodem modo quo olim rogatus à Pompejo Tullius *tertium* an *tertio conſul* ſcribendum eſſet; quia nonnullos hunc, alios illum loquendi modum præferre ſciebat, ſcribi juſſit III. cos. Et Cicero quidem recte, non Scaliger: quia utrum Pompeji filius, an Pompejus filius dicas, haud multum intereſt: at ſi *Pomp. filius* ſcribas, non *Pompeji*, verum & *Pomponii filius* valet. Quare hoc contra vetuſtatis morem. tu, ut libet, Pompeji vel Pompejus retine. Ego hoc malo. *D. Voſſius.*

3. *Ad Oricum venit*] Sic recte mſſ, licet reluctante Ciacconio, qui *ad* expungit. Sed diſtinguere oportet inter hæc, *ad Oricum venire*, & *Oricum venire*. Nam illud tantundem valet, ac ſi dicas, ad terram venit in qua Oricum eſt. Hoc notat, Oricum ingreſſus eſt. Atque Pompejus non intravit, ſed ad urbem conſtitit. *Idem.*

4. *Navim remulco, multiſque contendens funibus abduxit*] De remulco multi diſſeruerunt & contenderunt. Alii funem, alii ſcapham, aut minus navigium eſſe volunt. Nomen ipſum à ῥυμουλκεῖν factum, quod eſt funibus trahere. Iſidorus funem eſſe ait, & C. Valgii verſus adducit hos:

*Hic mea me longo ſuccedens prora remulco*
*Lætantem gratis ſiſtit in hoſpitiis.*

Quibus ex verbis colligunt remulcum funem eſſe. At navem eſſe probatum eunt ex his Hygini verbis, quæ apud Cariſium extant: *Ibi ſolent itineris minuendi cauſſa, remulco, quem Græci πάκτωνα dicunt, navem traducere.* Eſt autem πάκτων navigium διὰ σκυταλίδων πεπηγὸς, ſive ex virgis contextum ut Strabo ait. Mihi *remulcus* & aliud quam funem notare videtur. An navigium notet nec negare auſim nec dicere: de fune non dubito, quia clara res eſt, & multorum teſtimoniis comprobari poteſt. Sed arbitror remulcum notare etiam machinam quâ funibus attra-

2 funibus abduxit : atque alteram navem, quæ erat ad cuſtodiam ab Acilio poſita, pluribus aggreſſus navibus,

attrahitur navis, & denique quicquid navem fune promovet, ſive jumenta, ſeu naves, ſeu homines ſint. Unde legas *remulco quadriremis* apud Livium lib. v. decad. III. Inde videtur Auſonius dixiſſe in Moſellâ :

*Et quum per ripas nunquam ceſſante remulco,*
*Intendunt collo malorum vincula nautæ.*

Ubi quid aliud remulcus nunquam ceſſans, quam beſtia, quæ per ripas decurrens fune attrahit navem? At de machina dicere me, fortaſſe magis quiſpiam miretur. Tamen videor id colligere ex veterum quibuſdam locis. In his eſt ille Hygini, quem alii perperam cepiſſe mihi videntur. Expendamus verba : *Ab Actio*, inquit, *navigantes ſtadia* XL, *veniunt ad iſthmum Leucadienſium ; ibi ſolent itineris minuendi cauſſa remulco, quem Græci πάκτωνα dicunt, navem traducere.* Solent remulco naves iſthmum traducere, hoc eſt trochlea quali hodieque videmus transduci naves ſi injectus alveo agger curſum moretur. Nos nautico vocabulo vocamus *over-winden*, aut *over-toomen*. Similitudine ab equis ſumta, qui freno ducuntur ubi ſeſſor deſcendit ; ita & navis velut freno proræ alligato protrahitur. Nam niſi machinationem talem intelligas, quæ manus navem moliri queat. Scutulis fortaſſis dicat aliquis : ſed repugnant Hygini verba, qui addit : *quem Græci πάκτωνα dicunt.* Πάκτων eſt, exponente Strabone, * navigii genus ex virgultis contextum. Sed hoc nullum hic uſum habet : neque ullus unquam tam inſanus, qui navigio navem per terram protrahi unquam dixerit aut cogitarit. Quare neceſſario aliud vult Hyginus : quod quale fuerit videor mihi obſervaſſe. Πακτοῦν Græcis eſt *contexere*, aut *compingere*, ſed & κλεῖσαι *claudere*, ut Pollux explicat, & Suidas : unde Sophocles δῶμα πάκτου in Ajace dixit, h. e. *claude domum.* Item *obſtruere*, unde Ariſtophanes dixit ὑδρορρόας & ἐπιπακτοῦν, hoc eſt injicere aggerem alveo, eumque obſtruere. Amplius ab eodem πήγνυμι venit & πάγος, id eſt *collis*, vel *tumulus*, quod Euſtathius ad ἰῶτα Iliadis p. 742. 42. exponit ὀξύτητα ὀρεινὴν ; & πάγη, quod *laqueum*, *tendiculam*, imo & *compedes* ac quaſi *frenum* notat. Hinc ego illud πάκτων accipio pro tali machinatione, qualibus hodieque videmus naves traduci per iſthmos aut aggeres. Primo enim ea in aggeribus hujuſmodi collocatur, qui aquæ injecti ſunt. Deinde tum ipſa, tum ille agger, cui imponitur, in altum adſurgit : denique & hic funes ſunt, quaſi retia, queis naves ducuntur, & trajiciuntur. Hoc nimirum eſt quod voluit Hyginus, cum ait minuendi itineris cauſſa traduci remulco naves ; quæ alioqui obſtante iſthmo, circumnavigare inſulam Leucada debuiſſent. χαμουλκεῖν Græci vocavere ut me docuit Pollux, lib. VII. cap. XXXIII. αἱ δὲ καλούμεναι χαμουλκοί, inquit, μηχαναὶ δ' ἂν εἶκοντο ſcilicet αἱ νῆες. Adeo ut χαμουλκὸς ſit remulci ſpecies : nam remulcus duplex eſt, terreſtris, aut qui aqua fit : aqua navis attrahit, terra machina qualem dixi, vel jumentum, vel homo. Videtur potius χαμουλκὸς pars eſſe talis remulci qualem deſcripſi :

* Perpende verba Strabonis apud Martin. fortaſſe poſſint huc aptari. Vide quoque an ſana ſint.

bus, [1] in quibus ad libram fecerat turres, ut ex superiori pugnans loco, integrosque semper defatigatis summittens, & reliquis partibus simul ex terra scalis, & classe mœnia oppidi tentans, ut adversariorum manus diduceret, labore, & multitudine telorum nostros vicit: [2] defectisque defensoribus, qui omnes scaphis ex- 3
cepti

scripsi: nam scutulæ in remulco complures sunt; & scutula nihil aliud quam χαμηλκὶς. Quod vero ad hunc Cæsaris locum attinet, designat ille machinam non absimilem, quam tamen hodie paullo alia forma ædificari videmus. Nam nisi machinam intelligamus, quare hic Cæsar ait *remulco*, *multisque funibus contendens?* Vidi ipse hujusmodi machinationes. Infiguntur in

*Forma remulci.*

terram pali directi duo, quis tertium tignum transversum incumbit, à quo dependens funis navi alligatur, dein trochlea ea attollitur. Sic etiam hic Pompejus remulcum in portum defixit, & multis contendens funibus demersam navem extraxit. Funium multitudo utilis, quia tanto major vis in attrahendo, quanto à pluribus partibus navis eodem tempore sublevatur. Sed ut dixi non solum tales machinas denotat *remulcus*, verum & omnia quæ fune navem protrahunt. Unde Ausonius alio loco dixit *celeris remulci cursum*. Sed hæc dicta sufficiant. *D. Vossius.*

1. *In quibus ad libram fecerat turres*] Miror mutare Ursinum & Ciacconium *altiores fecerat turres*. Si uspiam certe in nave ad libram erigendæ turres, ne in hoc vel illud latus inclinantes, totam navem subvertant. *Idem.*

2. *Defectisque defensoribus*] Editt. nuperæ *dejectisque*: sed lectionem à me receptam exhibent MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* Sic & constanter alii Codices manu exarati, ut testatur vir eruditissimus *Marquardus Gudius* ad *Phædri* lib. I. fab. XXI. quem vide. Apud *Sulpicium Severum* in eadem voce bis peccarunt Librarii: nam lib. I. Hist. Sacr. cap. IIV. habemus *ita* defessis *inedia defensoribus*; & lib. II. cap. XXX. *Igitur* defessis *defensoribus*, *irrupere Romani*. Utrobique legendum *defectis*, ut ex ipso sensu liquet. Similiter in *Vegetii* lib. I. cap. XXVIII. Codices vulgati repræsentant *neque enim degeneravit in hominibus Martius calor*, *nec* effœtæ *sunt terræ*, *quæ Lacedæmonios* &c. *progenuere*. At ex *Modesto* p. 375. & MS. *Colon.* reponendum *nec* defectæ *sunt terræ*. Denique *Tibullus*, poeta suavissimus, lib. I. El. V, 9. in editis ait

—— *Cum tristi morbo* defessa *jaceres*;

Lego *defecta*. Sic *Gratius* Cyneg. vs. 435. *pecuaria tabe defecta*, & *Vitruvius* Archit. lib. I. cap. VI. *Defectis morbo viribus eorum* dixere. *Davies.*

4 cepti refugerunt, etiam navem expugnavit: eodemque tempore [1] ex altera parte molem tenuit naturalem objectam, quæ pene insulam contra oppidum effecerat. IV biremes [2] subjectis scutulis impulsas vectibus in interiorem partem transduxit. Ita ex utraque parte naves longas aggressus, quæ erant deligatæ ad terram, atque inanes, IV ex his abduxit, reliquas incen-
5 dit. Hoc confecto negotio, D. Lælium ab Asiatica classe

1. *Ex altera parte molem tenuit naturalem objectam, quæ pene insulam contra oppidum effecerat*] Ursinus & Ciacconius, qui plurimum se fatigarunt ut hunc locum emendarent, nihil intellexerunt. Nam naturalis moles objecta oppido, est Cæsari lingua, quæ in mare procurrit, & à natura, non humana arte, urbi objecta erat. Addit autem illud *naturale* propter opera Acilii legati, qui, ut ante narravit, demersa nave portum obstruxerat; unde nequis hanc quoque molem ab eodem putaret jactam, addidit *naturalem*: idque faciebat ad descriptionem loci, in qualibus non alius Cæsare est accuratior. Cæterum ut judicium quisque facere possit, adscribam ipsa verba quomodo à Fulvio & Ciacconio emendata sunt. *Eodemque tempore exteriore parte molis, quæ tenui tramite objecta* (sive *injecta*) *peninsulam oppidum efficiebat*, &c. Ego certe illud objecta hoc pacto sumi posse nego. *D. Vossius.*

2. *Subjectis scutulis impulsas vectibus*] Magnus Turnebus (cui vereor ne quis me arguendi magis quam veritatis studio contradicere putet) lib. XXVII. Advers. cap. XXIV. locum hunc varie tentans, tandem *rutulis* (id est *rotulis*) emendat, & adducit verba Maronis, qui ait, Æn. II. 235.

—— *pedibusque rotarum*
*Subjiciunt lapsus.*

Sed procul hoc à simplicitate Cæsaris, ut rotulas pro *palangis* usurpet. *Scutula* est virga. deductaque vox à Græco σκυτάλη. Unde in glossis Cyrilli σκυτάλη *scutula*. Alibi Cæsar *palangas* dixit. Et quia idem est σκυτάλη & φαλάγγη, ideo internodia digitorum, sive teretia illa ossa, quæ inter singulos digitorum nodos intercedunt, & Græcis vocantur σκυταλίδες. Aristophanes vocavit φαλάγγας, teste Polluce. Nimirum quia & φαλάγγη, & σκυταλίδες teretes sunt. Quin & Suidas in Σκυτάλη inquit, non modo scuticæ corium ea voce designari, verum & lignum ejus oblongum & politum: quæ ferme rotunda sunt. Porro scutulas quoque χαμουλκοὺς vocat Pollux lib. VII. cap. XXXIII. αἱ δὲ καλούμεναι χαμουλκοί, μηχαναὶ δὲ ὧν εἵλκοντο scilicet αἱ νῆες. Meminit & Ammianus, l. XVII. p. 100. *Chamulcis impositis* (de obelisco loquitur) *tractusque lenius per Ostiensem portam, piscinamque publicam, circo illatus est maximo.* in Glossis χαμουλκὸς *traha* reperio. Quin & Plauto scutula pro palanga ponitur. *Idem.*

*Ibid.*] Vir diligentissimus *Joan. Schefferus* Mil. Nav. lib. III. cap. III. pag. 193. dubitat, an non legendum sit *subjectis scutinis*, ut coria denotentur, quibus oleo inunctis ad hanc rem aliquando usos fuisse constat ex *Dionis* lib. I. At, præterquam quod hoc ut singulare prorsus & inauditum notet Historicus, sana est lectio vulgata, ideoque conjecturis nihil opus. *Davies.*

classe abductum reliquit, qui commeatus Bullide at-
que Amantia importari in oppidum prohibebat; ipse 6
Lissum profectus naves onerarias xxx à M. Antonio
relictas intra portum aggressus omnes incendit; Lis-
sum expugnare conatus, defendentibus civibus Ro-
manis, qui ejus erant conventus, militibusque, quos
præsidii caussa miserat Cæsar, triduum moratus, pau-
cis in oppugnatione amissis, re infecta, inde discessit.

XLI. Cæsar, postquam Pompejum ad Asparagium 1
esse cognovit, eodem cum exercitu profectus, & ex-
pugnato in itinere oppido Parthinorum, in quo Pom-
pejus præsidium habebat, III die in Macedoniam ad
Pompejum pervenit, juxtaque eum castra posuit; &
postridie, eductis omnibus copiis, acie instructa, [1] de-
cernendi potestatem Pompejo fecit. Ubi eum suis lo- 2
cis se tenere animadvertit; reducto in castra exercitu,
aliud sibi consilium capiendum existimavit. Itaque po- 3
stero die omnibus copiis, magno circuitu, difficili an-
gustoque itinere, Dyrrhachium profectus est, sperans
Pompejum aut Dyrrhachium compelli, aut ab eo in-
tercludi posse, quod omnem commeatum, totiusque
belli apparatum is eo contulisset; ut accidit. Pompe- 4
jus enim primo ignorans ejus consilium, quod diver-
so ab ea regione itinere profectum videbat, angustiis
rei frumentariæ compulsum discessisse existimabat: po-
stea per exploratores certior factus postero die castra
movit; breviore itinere se occurrere ei posse sperans.
Quod fore suspicatus Cæsar, militesque adhortatus, 5
ut

1. *Decernendi potestatem*] Prœliandi. *Hirtius* Bell. Afric. cap. XIV. *Artificio magis quam viribus decernendum videret.* Auctor de Bell. Hisp. cap. XLI. *Inter se decernere.* *Silius* Italicus lib. XVI, 531.
*Decrevere pares ferro* ——
*Corn. Nepos* Hannib. cap. IV. *Cum hoc eodem de Clastidio apud Padum decernit.* MS. quidem *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *decertandi potestatem*, quæ vox, explicationis causa, oræ Codicum adscripta, veram lectionem loco suo movit. Sic apud *Corn. Nepotem* Hannib. cap. X, 4. ubi nonnulli recte edunt *Classe paucis diebus erant decreturi*, in plurimas editt. *decertaturi* ex Glossemate irrepsit. *Davies.*

ut æquo animo laborem ferrent, parva parte noctis
itinere intermiſſo, mane [1] Dyrrhachium venit, quum
primum agmen Pompeji procul cerneretur; atque ibi
caſtra poſuit.

1 XLII. Pompejus interclusus Dyrrhachio, ubi pro-
poſitum tenere non potuit, ſecundo uſus conſilio, e-
dito loco, qui appellatur Petra, aditumque habet na-
vibus mediocrem, atque eas à quibuſdam protegit ven-
2 tis, caſtra communit. Eo partem navium longarum
convenire, frumentum commeatumque ab Aſia, at-
que omnibus regionibus, quas tenebat, comportari
3 imperat. Cæſar longius bellum ductum iri exiſtimans,
& de Italicis commeatibus deſperans, quod tanta di-
ligentia omnia littora à Pompejanis tenebantur, claſ-
ſeſque ipſius, quas hieme in Sicilia, Gallia, Italia fe-
cerat, morabantur, in Epirum [2] rei frumentariæ cauſ-
4 ſa L. Canulejum legatum miſit: quodque hæ regio-
nes aberant longius, locis certis horrea conſtituit; ve-
cturaſque frumenti finitimis civitatibus deſcripſit. item
Liſſo, Parthiniſque, & omnibus caſtellis, quod eſſet
5 frumenti, conquiri juſſit. Id erat perexiguum, quum
ipſius agri natura, quod ſunt loca aſpera & montuoſa,
ac plerumque utuntur frumento importato; tum quod
Pompejus hæc providerat, & ſuperioribus diebus præ-
dæ loco Parthinos habuerat; frumentumque omne
conquiſitum, ſpoliatis effoſſiſque eorum domibus, per
equites comportaverat.

XLIII.

1. *Dyrrachium venit*] Reponendum ex MSto *Norvic. ad Dyrrhachium venit*; oppidum enim Cæſar non eſt ingreſſus; præterquam quod urbium nominibus præpoſitiones frequenter adjungat Noſter. *Davies.*

2. *Rei frumentariæ cauſſa L. Canulejum legatum miſit*] In manuſcr. noſtro & Petav. eſt *Q. Tillium & L. Canulejum legatum.* In Palat. & Bong. *Quintilium & L. Canulejum legatum.* In Cujaciano *Q. Titium.* Quod probo: nam Quintilius ſolum prænomen eſt. Tilliorum nulla gens aut familia; at Titiorum nomen notum, & infra L. Titius ab Hirtio lib. de bello Alexandrino nominatur Trib. milit. legionis Vernaculæ. Extant etiam denarii, in quibus reperias Q. TITIVS. Quare reddendum hoc nomen Cæſari, & ſcribendum: *rei frumentariæ cauſſa Q. Titium & L. Canulejum legatum miſit.* D. Voſſius.

XLIII. Quibus rebus cognitis Cæſar conſilium ca- 1
pit ex loci natura. Erant enim circum caſtra Pompeji
permulti editi atque aſperi colles. hos primum præſi-
diis tenuit; [1] caſtellaque ibi communiit. inde, ut lo- 2
ci cujuſque natura ferebat, ex caſtello in caſtellum per-
ducta munitione, circumvallare Pompejum inſtituit:
hæc ſpectans, quod anguſta re frumentaria utebatur;
quodque Pompejus multitudine equitum valebat, quo
minore periculo undique frumentum commeatumque
exercitui ſupportare poſſet: ſimul, ut pabulatione 3
Pompejum prohiberet, equitatumque ejus ad rem ge-
rendam inutilem efficeret: tertio, ut auctoritatem, 4
qua ille maxime apud exteras nationes niti videbatur,
minueret; quum fama per orbem terrarum percre-
buiſſet illum à Cæſare obſideri, neque audere prœlio
dimicare.

XLIV. Pompejus neque à mari Dyrrhachioque di- 1
ſcedere volebat; quod omnem apparatum belli, tela,
arma, tormenta ibi collocaverat, frumentumque exer-
citui navibus ſupportabat; neque munitiones Cæſaris
prohibere poterat, niſi prœlio decertare vellet; quod
eo tempore ſtatuerat non eſſe faciendum. Relinque- 2
batur, ut extremam rationem belli ſequens quamplu-
rimos colles occuparet, & quam latiſſimas regiones
præſidiis teneret, Cæſariſque copias, quammaximè
poſſet, diſtineret; [2] idque accidit. caſtellis enim XXIV 3
effectis, XV millia paſſuum circuitu amplexus, hoc ſpa-
tio pabulabatur; multaque erant inter eum locum ma-
nu ſata, quibus interim jumenta paſceret. Atque ut 4
no-

1. *Caſtellaque ibi communiit*] Sic repoſui ex edit. *Steph.* atque ita legendum conjecit *Pet. Ciacconius.* In MS. *Norvic.* eſt *communivit*, quod eodem redit. Vulgg. *communit*; huic autem lectioni minus bene convenit cum verbis præteriti temporis, quæ ſequuntur & antecedunt. *Davies.*

2. *Idque accidit*] MS. *Norvic.* habet *id quod accidit.* Rectius. Scriptor de Bell. Hiſpan. cap. XV. *Id quod in hoc accidit certamine.* Ac cap. XXIX. *Id quod adverſarios exiſtimabamus eſſe facturos.* Vide & cap. XXXVI. *Idem,*

noſtri, qui perpetuas munitiones habebant, perductas ex caſtellis in proxima caſtella, ne quo loco erumperent Pompejani, & noſtros poſt tergum adorirentur, timebant: ita illi interiore ſpatio perpetuas munitiones efficiebant; ne quo loco noſtri intrare, atque ipſos à
5 tergo circumvenire, poſſent. Sed illi operibus vincebant; quod & numero militum præſtabant, & inte-
6 riore ſpatio minorem circuitum habebant. Quæ quum erant loca Cæſari capienda, etſi prohibere Pompejus totis copiis & dimicare non conſtituerat; tamen ſuis locis ſagittarios funditoreſque mittebat, quorum magnum habebat numerum: multique ex noſtris vulne-
7 rabantur; magnuſque inceſſerat timor ſagittarum: atque omnes fere milites [1] aut ex coactis, aut ex centonibus,

1. *Aut ex coactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas fecerant*] Tria ait, coacta, centones, & corium. Coacta haud dubie ſunt *cilicia*, quorum in bello uſus ad tegendas etiam turres. Servius in III. Georg. ad verſum 313.

*—— —— ſetaſque comantes*
*Uſum in caſtrorum & miſeris velamina nautis.*

ait: *de ciliciis poliuntur loricæ, & teguntur tabulata turrium; ne jactis facibus ignis poſſit adhærere.* Ubi confundit centones & cilicia, quæ diſertim diſtinguuntur à Siſenna apud Nonium. Cilicio quoque poſtera ætas uſa, & veſtem talem vocarunt cilicinam. Unde Theobaldus in vita S. Wilhelmi Eremitæ, cap. XXIV. *Cilicinis ſuper loricam veſtibus diebus & noctibus utebatur.* Et eodem modo hactenus in Solino legebatur. Mutat tamen magnus Salmaſius ex v. c. & pro *cilicina* reſcribit *cilicia.* Ait autem Solinus cilicia vocari ab Arabibus *velementa è caprarum pilis texta.* Quod negat verum eſſe Salmaſius, quando *κιλίκια* Græca vox eſt, & veſti huic nomen ab hircis Cilicibus, qui maxime villoſi. Secutus Solinum Iſidorus lib. XIX. cap. XXVI. ait: *Cilicia Arabes nuncupant velamenta pilis caprarum contexta, ex quibus ſibi tentoria faciunt.* Neque profecto vel hic vel ille uſque adeo accuſandus, quod id dicat. Nam Hebræis קְלָעִים *kelagnim*, quod à *kelag* (nam ע litera mixta ex *g* & *n* eſt, adeo ut pro *e* quoque à Judæorum nonnullis ſubinde ponatur) notat cortinas, imo & tentoria ac vela: ut exponit doctiſſimus David de Pomis in צֶמַח דָּוִד. Etſi talibus nomen R. Selomoh putaverit ita eſſe vocatas', quia perforatæ eſſent in modum cribri. Sed potius acceſſerim R. David Kimchi qui vocem מִקְלַעַת ab eadem radice venientem exponit, צורות שדה הינו עשבים וכינפים שכשיטו הסדרה: *figuras campi, cujuſmodi ſunt herbæ & ramuſculi, qui campum ornant.* Quod verum putaverim, præſertim cum hodieque obtinere morem videam pingendi id genus figuris tentoria. Certe ut *cilicia* magnam cum hac voce ſimilitudinem habent; ita in Polluce legimus: Βαίτη σαγμάκης χιτών· ἔστι ἢ

Σα

nibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent.

XLV. [1] In occupandis præsidiis magna vi uterque 1
utebatur. Cæsar, ut quam angustissime Pompejum
contineret; Pompejus, ut quam plurimos colles quam
maximo circuitu occuparet. crebraque ob eam caussam
prœlia fiebant. In his quum legio Cæsaris IX [2] præsi- 2
dium quoddam occupavisset, & munire cœpisset; huic
loco propinquum & contrarium collem Pompejus oc-
cupavit, nostrosque opere prohibere cœpit: & quum 3
una ex parte prope æquum aditum haberet, primum
sagittariis funditoribusque circumjectis, postea levis
armaturæ magna multitudine missa, tormentisque
prolatis, munitiones impediebat. neque erat facile no- 4
stris uno tempore propugnare, & munire. Cæsar,
quum suos ex omnibus partibus vulnerari videret, re-
cipere se statuit, & loco excedere. Erat per declive
receptus: illi autem hoc acrius instabant, neque re- 5
gredi nostros patiebantur, quod timore adducti locum
relinquere videbantur. Dicitur eo tempore glorians a- 6
pud suos Pompejus dixisse, *Non recusare se, quin nul-
lius*

Σοφοκλῆς· καὶ τὰς σκηνὰς τὰς βαρβαρικὰς καλεῖ. Βαίτη, inquit, *promissa est tunica, & sic quoque Sophocles tentoria barbarica vocat.* Nihil manifestius quam illud Βαίτη esse ab Hebræo בַּיִת *bait*, quod *domum* illis denotat. Centonum in bello usum demonstrat Vegetius lib. IV. cap. XV: cum ait *crudis ac recentibus coriis, vel centonibus* operiri vinearum latera. Etiam naves tegi illis docet disertim Sisenna apud Nonium: *Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur.* Ubi egregiè emendat magnus Salmasius, *perpetua ac laxe suspensa.* Quam conjecturam confirmo Ammiani verbis lib. XXIV. pag. 287. *Per propugnacula ciliciis undique laxius pansis, quæ telorum impetus cohiberent.* Centones autem sunt ῥαπτοὶ, seu vestes ex variis lanis aut pannis consutæ. De coriis nota res est. *D. Vossius.*

1. *In occupandis præsidiis magna vi uterque utebatur. Cæsar,* ] Scribo ex MSS. Petav. Bong. Cujacii, *magna vi uterque nitebatur, Cæsar ut* &c. *Idem.*

2. *Præsidium quoddam occupavisset* ] Præsidium pro castello seu loco munito hic ponitur. Sic apud *Livium* lib. XXI. cap. LVII. *Pavore hostibus injecto, defensum egregie præsidium est.* Et paullo post: *fama impigre defensi ad Placentiam præsidii. Petr. Ciacconius* reposuit *præsidio collem occupavisset*, quod hanc *præsidii* significationem in animum non revocaret. *Davies.*

*lius usus Imperator existimaretur, si sine maximo detrimento legiones Cæsaris sese recepissent inde, quo temere essent progressæ.*

1 XLVI. Cæsar receptui suorum timens crates ad extremum tumulum contra hostem proferri, & adversas locari; intra has mediocri latitudine fossam, tectis militibus, obduci jussit, locumque in omnes partes quam-
2 maxime impediri. Ipse idoneis locis funditores instruxit, ut præsidio nostris se recipientibus essent. His re-
3 bus completis legiones reduci jussit. Pompejani hoc insolentius atque audacius nostros premere & instare cœperunt; cratesque pro munitione objectas [1] propule-
4 runt, ut fossas transcenderent. Quod quum animadvertisset Cæsar, veritus, ne non reducti, sed rejecti viderentur, majusque detrimentum caperetur, à medio fere spatio suos per Antonium, qui ei legioni præerat, cohortatus, tuba signum dari, atque in hostes
5 impetum fieri jussit. Milites legionis IX subito [2] constipati

1. *Propulerunt, ut fossas transcenderent*] Sana est hæc lectio, & nihil opus, ut cum *Pet. Ciacconio* rescribatur *propulerunt & fossas transcenderunt*; crates enim eum in finem dejecere, ut iis fossas insternerent æquarentque. Sic lib. VII. de Bell. Gall. cap. LXXIX. *Proximam fossam cratibus integunt*. Vide & ejusdem libri c. LXXXVI. *Davies.*

2. *Constipati pila conjecerunt*] Msf. Pal. *complicati*. Sed noster & Cujacianus ac Pet. *conspirati*, συνεσπειραμένοι: seu *conglobati*. Nam σπεῖρα, ut Hesychius exponit, quoque est πλῆθος, τάγμα, & Suidas πλῆθος στρατευμάτων, & φάλαγγα explicat, unde σπεῖρα στρατηγὶς *cohors prætoria* Appiano; proprie si vertas *globus* erit: eaque propria Romanis vox, unde Annalium scriptor lib. XIV. *Donec Carrhenem integer à tergo globus circumvenit*. Vere hoc σπεῖρα. Ennius tamen, ut ex Festo discimus, hominum multitudinem ita appellavit, unde hemistichium hoc ejus,

— *spiras legionibus nexunt.*

Quod idem quam si dicas *conspirati*. Plinius de viris illustribus eam vocem proprie usurpavit de serpente. *Anguis è sedibus ejus elapsus, venerabilis, non horribilis, per mediam urbem cum admiratione omnium perrexit, & se in volumnii tabernaculo conspiravit.* Quomodo Maro de Laocoonte,

*Corripiunt, spirisque ligant ingentibus.*

D. Vossius.

*Ibid.*] Sic edidere *Just. Lipsius* & *Jos. Scaliger* ex conjectura *Paulli Manutii*. Codex *Pal. complicati*; editt. *Rom. Ven. Beroald. conspicati*; MSS. *Voss. Petav. Cujac.* & *Norvic. conspirati*, quæ recta est scriptura, ac idem denotat, quod condensati, in globum collecti. Vide *Marqu. Gudium* ad *Phædri* lib. I. Fab. 11, 4. *Davies.*

ſtipati pila conjecerunt; & ex inferiore loco adverſus clivum incitati curſu, præcipites Pompejanos egerunt, & terga vertere coëgerunt. quibus ad recipiendum crates directæ, longuriique objecti, & inſtitutæ foſſæ magno impedimento fuerunt. Noſtri vero, qui ſatis 6
habebant ſine detrimento diſcedere, compluribus interfectis, v omnino ſuorum amiſſis, quietiſſime ſe receperunt, paulloque citra eum locum, aliis comprehenſis collibus, munitiones perfecerunt.

XLVII. Erat nova & inuſitata belli ratio, quum 1
tot caſtellorum numero, tantoque ſpatio, & tantis munitionibus, & toto obſidionis genere, tum etiam reliquis rebus. nam, quicunque alterum obſidere co- 2
nati ſunt, perculſos atque infirmos hoſtes adorti, aut prœlio ſuperatos, aut aliqua offenſione permotos continuerunt, quum ipſi numero militum equitumque præſtarent. Cauſſa autem obſidionis hæc fere eſſe con- 3
ſuevit, ut frumento hoſtes prohibeantur. at contra integras atque incolumes copias Cæſar inferiore militum numero continebat; quum illi omnium rerum copia abundarent. quotidie enim magnus undique navium 4
numerus conveniebat, quæ commeatum ſupportarent: neque ullus flare ventus poterat, quin aliqua ex parte [1] ſecundum curſum haberet. Ipſe autem, conſum- 5
ptis omnibus longe lateque frumentis, ſummis erat in anguſtiis. Sed tamen hæc ſingulari patientia milites fe- 6
rebant. recordabantur enim, [2] eadem ſe ſuperiore anno in Hiſpania perpeſſos, labore & patientia maximum bellum confeciſſe. Meminerant ad Aleſiam magnam ſe inopiam perpeſſos, multo etiam majorem ad Avaricum, maximarum ſe gentium victores diſceſſiſſe. Non, illis 7
hor-

1. *Secundum curſum haberet* ] Licet hæc lectio non ſit prorſus ſolœca, malim tamen *ſecundum curſum haberent*, quod in MS. *Norvic.* & edit. *Steph.* reperi. *Davies.*

2. *Eadem ſe ſuperiore anno in Hiſpania perpeſſos* ] MS. Petav. *eandem ſe ſuperiore anno in Hiſpania inopiam perpeſſos.* D. Voſſius.

Mm 3

hordeum quum daretur, non legumina recuſabant: pecus vero, cujus rei ſumma erat ex Epiro copia, magno in honore habebant.

1 XLVIII. Eſt etiam genus radicis inventum [1] ab iis, qui fuerant cum Valerio, [2] quod appellatur Chara: quod admiſtum lacte multum inopiam levabat: id ad
2 ſimilitudinem panis efficiebant. Ejus erat magna copia.
[3] ex hoc effectos panes, quum in colloquiis Pompejani

1. *Ab iis qui fuerant cum Valerio*] Legionem deſignat xx. Nam illa cum Valerio Flacco in Aſia adverſus Mithridatem miſſa, ab eo Valerio, nomen accepit *Valerianæ*; ſed & altera fuit legio viceſima, cui nomen *Victricis*. nam in vet. lap. quo recenſentur nomina legionum, invenio ſcriptum XX *Victrix*. Egregius eſt hac de re locus Dionis lib. LV. pag. 564. Οἱ εἰκοστοὶ, οἱ ϗ Οὐαλερίειοι, ϗ νικήτορες ὠνομασμένοι, ϗ ἐν Βρεττανίᾳ τῇ ἄνω ὄντες, οὕς τινας αὐτοὺς, ἐμοὶ δοκεῖν, μετὰ τῶν τὴν τε τοῦ εἰκοστοῦ ἐπωνυμίαν ἐχόντων, ϗ ἐν τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω χειμαζόντων, εἰ ϗ τὰ μάλιστα μηθ' ὑφ' ἁπάντων Οὐαλερίειοι ἐπεκλήθησαν, μήτε νῦν ἔτι ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ χρῶνται, παραλαβὼν ἐτήρησε. Loquitur autem de Auguſto aitque illud nomen *Valeriæ*, jam ſua ætate periiſſe, ut mirum non ſit eam in lapp. non memorari. Fuit autem iſte L. Valerius Flaccus in Aſia anno U. C. DCLXVIII à legato ſuo C. Fimbria interfectus. Atque quia ex eo Fimbria ipſe exercitum tenuit, ideo milites eos, qui Dioni Valeriani ſunt, Plutarchus Fimbrianos vocat in vita Luculli. Meminit ejus Valerii ipſe Cæſar infra, cum ait; in eo fuit numero *Valerius Flaccus* L. filius ejus, *qui prætor Aſiam obtinuerat*. D. Voſſius.

2. *Quod appellatur chara*] Diſputant docti quæ hæc radix ſit; Plinio *Lapſana* vocatur lib. XIX. cap. VIII. *Nec non olus quoque ſylveſtre eſt, trium foliorum* (*triumphorum* alii legunt) *Divi Julii carminibus præcipuè jocisque militaribus celebratum. Alternis quippe verſibus exprobravere, lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrhachium, præmiorum parſimoniam cavillantes.* Sed alio loco (lib. XIX. cap. V.) de generibus braſſicarum loquens ait: *Etiam unum ſylveſtre Græci cheram vocant, Pontici armon, alii leucen, noſtri armoraciam, fronde copioſius quam corpore.* Armoraciam Iſidorus libro XVII. cap. X. exponit *lapſanam*. Theophraſtus lib. IX. φύεται δὲ παρ' αὐτοῖς (de Arcadibus loquitus) ὅτι ἐλλέβορος ἀμφότερος, ϗ ὁ λευκὸς ϗ ὁ μέλας ἔτι δὲ δαῦχον δαφνοειδὲς κρόκειν, ϗ ἣν ἐκεῖνοι μὲν ῥάφανον ἀγρίαν καλοῦσι, τῶν δ' ἰατρῶν τινὲς κέραν. Hic quoque braſſicæ ſylveſtris nomen facit *ceram*: quantillum hoc abeſt à *chera*. Quare illa chara Cæſaris, & *chera* ac *lapſana* Plinii, deinde & *cera* Theophraſti eadem radix eſſe videtur. Carolus Cluſius ambigebat, an Tataria Hungarica ea eſſet herba, de qua loquitur Cæſar: An verè, judicare non eſt meum. Illud dicere audeo, Plinium & *armoraciam*, & *lapſanam*, & *cheram* pro eodem ſumſiſſe. Alii vero, qui ad Dioſcoridis κάρον nos remittunt, multum falli videntur. *D. Voſſius.*

3. *Ex hoc effectos panes cum in colloquiis Pompeiani* &c.] Contra ea tradit *Appianus* Bell. Civ. lib. II. pag. 465. ſeq. Ὅτι αὐτόμολοι Πομπηΐῳ τοιούσδε ἄρτους (τὴν πόαν ἀρτοποιηθεῖσαν)

ni

ni famem nostris objectarent, vulgo in eos jaciebant,
ut spem eorum minuerent.

XLIX. Jamque frumenta maturescere incipiebant; 1
atque ipsa spes inopiam sustentabat; quod celeriter se
habituros copiam confidebant. crebroque voces mili- 2
tum in vigiliis colloquiisque audiebantur, *prius se cor-
tice ex arboribus victuros, quam Pompejum e manibus di-
missuros.* Frequenter etiam ex perfugis cognoscebant e- 3
quos eorum vix tolerari, reliqua vero jumenta interis-
se; uti autem ipsos valetudine non bona, quum angu- 4
stiis loci, [1] & odore tetro ex multitudine cadaverum,
& quotidianis laboribus, insuetos operum, tum [2] aquæ
summa inopia affectos. omnia enim flumina, atque o-
mnes rivos, qui ad mare pertinebant, Cæsar aut aver-
terat, aut magnis operibus obstruxerat. Atque, ut e-
rant loca montuosa, & ad specus angustiæ vallium,
has sublicis in terram dimissis præsepserat, terramque
aggesserat, ut aquam continerent. Itaque illi necessa- 5
rio loca sequi demissa, ac palustria, & puteos fodere,
cogebantur: atque hunc laborem ad quotidiana opera
addebant: qui tamen fontes à quibusdam præsidiis ab-
erant

περιτέτυχαν, ὡς εὐφρανθέντες ἰδόντα· ὁ δ' οὐχ ἥσθη, ἀλλ' εἶπεν, Οἵοις θηρίοις μαχόμεθα. Vide & *Suetonium* in Julio cap. LXVIII. At à *Cæsaris* narratione stat *Plutarchus* in Cæsare pag. 726. *Davies.*

1. *Odore tetro ex multitudine cadaverum*] Sic reposui ex MSS. *Ciaccon.* & *Norvic.* ac ita laudat *J. F. Gronovius* Observ. lib. IV. cap. XVII. cum in vulgatis edatur *odore tetro, & multitudine cadaverum*; inepte prorsus: unde enim teter odor nisi ex multitudine cadaverum? aut cur ob multitudinem cadaverum mala valetudine uterentur Pompeiani, si fœtorem non emittebant mortuorum corpora? *Odor ex multitudine cadaverum* idem est ac odor multitudinis cadaverum, ut paullo ante *corticem ex arboribus* pro arborum cortice posuit; nec aliter hujusce libri cap. LVIII. *frondem ex arboribus* dixit. *Davies.*

2. *Aquæ summa inopia affectos*] In MS. quidem *Ciaccon.* est *afficeret*; at reliqui omnes vulgatam lectionem constanter retinent. Hoc tamen non impediit, quo minus *Pet. Ciacconius* & *Jos. Scaliger* ultimam vocem excludendam censerent, quibus succinit *J. F. Gronovius* Observ. lib. IV. cap. XVII. Non accedo; simili enim modo *Vitruvius* lib. I. Archit. cap. I. *Hostes horrescerent timore eorum fortitudinis affecti.* Locutio sane carpi non potest, nam *malo affici* dixit etiam *Phædrus* lib. I. Fab. V, 10. *Davies.*

6 erant longius, & celeriter æſtibus exareſcebant. At Cæſaris exercitus optima valetudine, ſummaque aquæ copia utebatur; tum commeatus omni genere præter frumentum abundabat: quibus quotidie [1] melius ſuccedere tempus, majoremque ſpem maturitate frumentorum proponi videbant.

1 L. In novo genere belli novæ ab utriſque bellandi rationes reperiebantur. Illi, quum animadvertiſſent ex ignibus noctu cohortes noſtras ad munitiones excubare, [2] ſilentio adverſi univerſas intra multitudinem ſagittas conjiciebant, & ſe confeſtim ad ſuos recipie-
2 bant. Quibus rebus noſtri, uſu docti, hæc reperiebant remedia, [3] ut alio loco ignes facerent, alio excubarent.

*Deſunt.*

1 LI. Interim certior factus P. Sulla, quem diſcedens caſtris præfecerat Cæſar, auxilio cohorti venit cum legionibus II. cujus adventu facile ſunt repulſi Pom-
2 pejani. neque vero conſpectum aut impetum noſtrorum tulerunt: primiſque dejectis, reliqui ſe verterunt, & loco ceſſerunt. Sed inſequentes noſtros, ne lon-

1. *Melius ſuccedere tempus*] V. c. noſter *ſubtrere*, MS. *Cujac.* (& *Norvic.*) *ſubterere*, Pet. *ſubterire*. An corruptum eſt ex *ſubvenire*? D. Voſſius.

2. *Silentio adverſi univerſas intra multitudinem ſagittas conjiciebant*] In aliis codd. erat *ſilentio adgreſſi*. Sed *adverſi* in v. c. noſtro & mſ. Cujaciano legitur; qui & pro *intra* habet *inter*. & ſic quoque Pet. at pro *univerſas* in Pal. & Bong. ſcribitur *univerſam*. Idem.

*Ibid.*] Sic edidit *Joſ. Scaliger*, ac ita ſane ſcribitur in MSS. *Voſſ. Cujac. Petav.* & *Norvic.* niſi quod illi *inter multitudinem* exhibeant. Ex hac tamen lectione nihil ſani poſſum exſculpere. Editt. *Rom. Ven. Beroald.* *Silentio aggreſſi univerſam intra multitudinem*; unde reſcribendum crediderim *ſilentio egreſſi univerſam intra multitudinem* &c. Sic lib. VII. B. G. cap. XI. *Silentio ex oppido egreſſi*. Ac cap. XXXVI. *Silentio noctis Cæſar ex caſtris egreſſus*. Vide & ejuſdem libri cap. LVIII. *Davies.*

3. *Ut alio loco ignes facerent, alio excubarent*] Poſtremæ duæ voces ab omnibus mſſis abſunt. In v. c. noſtro quoque eſt ſignum hiatus. Et nihil certius eſt quam deeſſe complura. Deſideratur autem quo abierit Cæſar: & initium irruptionis Pompejanorum; an plura non facile dixerim. *D. Voſſius.*

longius prosequerentur, Sulla revocavit. At plerique 3
existimant, si acrius insequi voluisset, bellum eo die
potuisse finiri. cujus consilium reprehendendum non
videtur. [1] aliæ enim sunt legati partes atque Impera- 4
toris. alter omnia agere ad præscriptum; [2] alter libere
ad summam rerum consulere debet. Sulla à Cæsare ca- 5
stris relictus, liberatis suis, hoc fuit contentus, neque
prœlio decertare voluit: [3] quæ res tamen fortasse ali-
quem reciperet casum; ne imperatorias sibi partes sum-
psisse videretur. Pompejanis magnam res ad receptum 6
difficultatem afferebat. nam ex iniquo progressi loco
in summo constiterant: si per declive sese reciperent,
nostros ex superiore insequentes loco verebantur. ne- 7
que multum ad solis occasum temporis supererat. spe
enim conficiendi negotii, prope in noctem rem dedu-
xerant. Ita, necessario, atque ex tempore capto con- 8
silio, Pompejus tumulum quendam occupavit: qui
tantum aberat à nostro castello, [4] ut telum tormen-
to

1. *Aliæ enim sunt legati partes, atque Imperatoris*] Hanc quidem lectionem retinent editt. vett. præplacet tamen ea, quam in MS. *Norvic.* reperi; hic enim habet *aliæ sunt legati partes, aliæ Imperatoris.* Sic etiam in suo Codice videtur legisse *Jul. Celsus* pag. 198. editt. Londin. *Davies.*

2. *Alter libere ad summam rerum consulere debet*] Nihil agunt Ursinus & Ciacconius, cum locum sanum corrigere nituntur. *Ad summam rerum consulere* est *consulere rebus* secundum τὰς περιστάσεις, quod Imperatoris est. At *consulere de summa rerum*, quomodo emendatum frustra volebat Ciacconius, est *cum aliis communicare consilium de summa rerum.* Unde ipse Cæsar, *neque de summa belli suum judicium sed imperatoris esse existimat.* Hic judicare de summa belli, & consulere ad summam rerum unius viri sunt, nimirum solius imperatoris. Miror doctos adeo viros in tam facili re cœcutire & errare potuisse. *D. Vossius.*

3. *Quæ res tamen fortasse aliquem casum*] *Ciacconius* conjicit *cum res tanta*, vel *si res tanta.* Sed illud *tamen* suspectissimum mihi, in *Petaviano* non reperiri gaudeo. *D. Vossius.* Abest etiam à MS. *Norvic.* Davies.

4. *Ut telum tormentumve missum adjici non posset*] An tormentum quoque mittitur? Contra mentem Cæsaris hoc, & contra rationem ipsam. Lego ex v. c. nostro & Palat. ac Bongars. *telum tormento missum.* Nisi malis, ne illud *ve* penitus pereat, legere *tormento emissum.* Parum certe refert. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Editt. nullo sensu habent *telum tormentumve missum*: sed lectionem, quam recepi, diserte exhibet MS. *Norvic.* eamque in aliis Codd. inventam probarunt *D. Vossius* & *Marquard. Gudius* ad *Phædri* lib. IV. Fab. III. Sic *tormento missa tela* apud *Hirtium* lib. VIII. B. G. cap.

to missum adjici non posset. Hoc consedit loco, [1] atque eum communit: omnesque ibi copias continuit.
1 LII. Eodem tempore duobus præterea locis pugnatum est. nam plura castella Pompejus [2] pariter, distinendæ manus caussa, tentaverat; ne ex proximis præ-
2 sidiis succurri posset. Uno loco Volcatius Tullus impetum legionis sustinuit cohortibus III, atque eam loco depulit. altero Germani munitiones nostras egressi, compluribus interfectis, sese ad suos incolumes receperunt.
1 LIII. Ita uno die VI prœliis factis, III ad Dyrrhachium, III ad munitiones, quum horum omnium ratio haberetur, ad duorum millium numerum ex Pompejanis cecidisse reperiebamus, evocatos centurio-
2 nesque complures. In eo fuit numero Valerius Flaccus L. filius, ejus qui prætor Asiam obtinuerat: signaque sunt sex militaria relata. Nostri non amplius XX omni-
3 bus sunt prœliis desiderati. Sed in castello nemo fuit omnino militum, quin vulneraretur; quatuorque ex
4 una cohorte centuriones oculos amiserunt. &, quum laboris sui periculique testimonium afferre vellent, millia sagittarum circiter XXX in castellum conjecta Cæsari renumeraverunt: scutoque ad eum relato Scævæ centurionis, [3] inventa sunt in eo foramina CCXXX. Quem

cap. XIV. *Seneca* de Ira lib. I. cap. IX. *Tormentis exprimuntur tela*; nemo autem fando accepit, tormenta cum telis simul esse missa. *Davies.*

1. *Atque eum communit*] Ob verba præteriti temporis, quibuscum hoc committitur, lege ex editt. *Ven. Steph. communiit*, vel ex MS. *Norvic.* & impressis *Rom. Beroald. communivit*. Utrum eligas, nihil refert. *Idem.*

2. *Pariter — tentaverat*] Simul, eodem tempore. *Justinus* lib. XVII. cap. II. *Regnum Macedoniæ cum vita pariter amittit*, *Sallustius* Jug. cap. LXVIII. *Pariter cum occasu solis.* Abest sane vox à MS. *Norvic.* quod hanc ejus potestatem non caperet Librarius. *Idem.*

3. *Inventa sunt in eo foramina* CCXXX] Sic vulgati & Petavian. codex. Sed Pal. CXX. & Bong. *centum* XX. Et sic quoque Suetonius *centum viginti ictibus*, item Celsus. Quare ita emendo, nec sola Plutarchi auctoritas mihi tanti est, ut ideo & Suetonium, & Celsum in mendi suspicionem trahi velim. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Sic *Plutarchus.* Apud *Suetonium* tamen CXX leguntur. Uterque autem addit excussum eidem oculum,




A. Dyrrachium. 92.1. B. ... commovit. 92.1. D. Caesar ex castello in castella
... perductis munitione, circumvallat, XV. millia passuum circuitu amplexus hoc spatio pabul
tur. 94.1. F. Caesar exercitum ... de media nocte cohortes LX. ex maximis castris pr
subsisse deductus, ad eam partem munitiones a castris ad flumen perductae. 70.2. L. Castr
Caesaris inter mare & flumen contrahere deductum, sui subsidio mittit. 69.1. N. Petra, locus c

Quem Cæsar, ut erat de se meritus, & de Republica, donatum [1] millibus ducentis æris ab octavis ordinibus ad Primipilum se transducere pronunciavit. ejus enim opera castellum conservatum esse magna ex parte constabat. 5 [2] cohortemque postea duplici stipendio, 6 frumento, vel speciariis militaribusque donis amplissime donavit.

LIV. Pompejus noctu magnis additis munitionibus, 1

lum, fœmoreque & humero transfixum fuisse; quod idem *Lucanus* scribit. & *Valerius Maximus* lib. III. cap. II. *Hotoman.*

1. *Millibus ducentis æris*] Meus liber non habet *æris*. (Abest etiam à MS. *Norv.*) Recte: nam *Sestertiorum* intelligitur. *Ciaccon.*

2. *Cohortemque postea duplici stipendio, frumento, vel speciariis militaribusque donis amplissime donavit*] Locum depravatum jampridem ingens criticorum turba infeliciter tentavit: Victorius *frumento, veste diariis*. Cujacius *frumento veste cibariis*. Ellebodius *frumento, vestiariis*. Alii, *frumento, speciosisque aliis militaribus donis*. Omnes tantundem dixere, & Cæsarem ex eorum mente scripsisse nullus affirmare, quod sciam, ausit, certe probare nequibit. Ego primo legebam: *frumento, hasta pura, militaribus donis amplissime donavit*. Ubi ne id quidem satis placebat, reposui, *frumento, veste, armillis, militar. donis*. Nam armillas etiam datas totis cohortibus ex Livio probari potest, qui ait lib. x. *quatuor centuriones, manipulumque hastatorum, armillis aureisque coronis donat*. Sed egregia sunt Zonaræ verba Tom. II. Annal. qui percursis omnibus militaribus donis, tandem ait, καὶ οὐ κατ' ἄνδρα μόνον ἀριστεύσαντα ταῦτα ἐδίδετο, ἀλλὰ καὶ λόχοις, καὶ στρατοπέδοις ὅλοις παρείχετο. *Atque hæc non uni tantum militi, qui strenue se gessisset, dabantur, verum & manipulis, ac totis legionibus.* Sed jam ne ipse quidem arbitror ita Cæsarem scripsisse: & succurrit conjectura, quam adeo probo ut non dubitem ipsum Cæsarem ita scripsisse. Ea est: *frumento veste & aliis militaribus donis amplissime donavit*. Pretium autem est literas literis conferre, ne quis audaciæ hic locum esse putet: in vv. cc. erat *frumento vespe ciariis militaribusque*. Nos mutamus: *frumento veste & aliis militaribus donis*. Nam τὸ *que* quod voci *militaribus* adhæret, ortum est ex perturbatione sensus. Ita habemus hic duplex stipendium: & frumentum, haud dubie etiam duplex: nam id solitum arguit vetus lapis extra Eboram, cui inscriptum:

D. M. S.
C. ANTONIO. C. F. FLA
VINO. VI. VIRO. IVN
HAST. LEG. II. AVG. TORQ
AVR. ET. AN. DVPL. OB. VIRT
DONATO. IVN. VERECVN
DA. FLAM. PERP. MVN. EBOR
MATER. P. C.

Ubi vides torque aureo & annonâ duplici donatum ob virtutem. & idem est annona duplex, ac frumentum. Veste etiam Cæsar cohortem donavit; nimirum *pura*. Exempla obvia sunt inter cætera hoc Livii lib. VII. *Milites qui in præsidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum; in præsentia singulis bobus, binisque tunicis donati.* Per alia militaria dona, intellige armillas, hastas puras, aut, quæ similia, obsidionales coronas, aut torques. *D. Vossius.*

bus, reliquis diebus turres exſtruxit ; & in altitudinem pedum XV effectis operibus, vineis eam partem
2 caſtrorum obtexit ; & V intermiſſis diebus, [1] alteram
noctem ſubnubilam nactus, exſtructis omnibus caſtrorum portis, & ad impediendum objectis, tertia inita vigilia, ſilentio exercitum eduxit, & ſe in antiquas munitiones recepit.

1 LV. Ætolia, Acarnania, Amphilochis per Caſſium Longinum, & Calviſium Sabinum, ut demonſtravimus, receptis, tentandam ſibi Achajam, ac paullo longius progrediendum, exiſtimabat Cæſar, itaque eo Fuſium Kalenum miſit : & Q. Sabinum, & Caſſium
2 cum cohortibus adjungit. Quorum cognito adventu, Rutilius Lupus, qui Achajam miſſus à Pompejo obtinebat, [2] Iſthmum præmunire inſtituit, ut Achaja
3 Fuſium prohiberet. Kalenus Delphos, Thebas, Orchomenum voluntate ipſarum civitatum recepit : [3] nonnullas per vim expugnavit : reliquas civitates, circummiſſis legationibus, [4] amicitiæ Cæſaris conciliare

1. *Alteram noctem ſubnubilam nactus*] Ait Ciacconius & Fulvius : *vel illud alteram abundat, vel aliquid deeſt, quod de Pompejo dictum ſit, qui ſubnubila nocte aut caſtra moviſſet, aut ad munitiones acceſſiſſet*. Falſum : nec abundat, nec deeſt quidquam. Statim enim præmiſit Cæſar : *Pompejus noctu magnis additis munitionibus*. D. Voſſius.

2. *Iſthmum præmunire inſtituit, ut Achaja Fuſium prohiberet*] Iſthmum Achaicum, hic Corinthiacum intellige. Nam Achajam temporibus hiſce totam Græciam fere vocaverunt, quia cum ea à Romanis vinceretur, principatus Græciæ penes Achæos erat. At quærat quiſpiam, cur Lupus, Calenum Achaja prohibere cupiens, Iſthmum præmuniverit. Nimirum ne in Peloponneſum penetraret : nam & hæc Achaja eſt : adeoque in illa eſt etiam Achaja, quam propriam vocat Ptolemæus. Etſi non illuc reſpexerit Cæſar : ſed locutus ſit more Romanorum, quibus in Achaja quoque Corinthus & aliæ Peloponneſi urbes cenſebantur. Abſque hoc hiſtoriam intelligere nequeas. *D. Voſſius.*

3. *Nonnullas per vim expugnavit*] MSS. & impreſſi vett. exhibent *nonnullas* urbes *per vim expugnavit*, ſed eam vocem, jubente *Pet. Ciacconio*, omiſit *Joſ. Scaliger* ; quod nollem factum : hic enim aliud eſt *urbs*, aliud *civitas* ; illa vox ipſum oppidum denotat, hæc urbium incolas. *Davies.*

4. *Amicitiæ Cæſaris conciliare ſtudebat*] Ita primus Scaliger edidit, repugnantibus mſſis, in quibus eſt *amicitia*. Ego vero veterem lectionem repono, levi correctiuncula ex Petav. & vet. cod. noſtro : *amicitia Cæſari conciliare ſtudebat*. Opponit Cæ-

liare ſtudebat. In his rebus fere erat Fuſius occupatus.

LVI. Omnibus deinceps diebus Cæſar exercitum in 1
aciem æquum in locum produxit, ſi Pompejus prœ-
lio decertare vellet; ut pene caſtris Pompeji legiones
ſubjiceret: tantumque à vallo ejus prima acies abe-
rat, [1] uti ne in eam telum tormentumve adigi poſ-
ſet. Pompejus autem, ut famam & opinionem homi- 2
num teneret, ſic pro caſtris exercitum conſtituebat,
ut tertia acies vallum contingeret, omniſque ejus in-
ſtructus exercitus telis ex vallo adjectis protegi poſ-
ſet.

LVII. Hæc quum in Achaja atque apud Dyrrha- 1
chium gererentur, Scipionemque in Macedoniam ve-
niſſe conſtaret; non oblitus priſtini inſtituti Cæſar,
mittit ad eum Clodium, ſuum atque illius familiarem;
quem ab illo tranſditum initio, & commendatum, in
ſuorum neceſſariorum numero habere inſtituerat. Huic 2
dat litteras, mandataque ad eum: quorum hæc erat
ſumma: *Seſe omnia de pace expertum, nihil adhuc arbitrari
factum, vitio eorum, quos eſſe auctores ejus rei voluiſſet:
quod ſua mandata perferre non opportuno tempore ad Pom-
pejum vererentur: Scipionem ea auctoritate eſſe, ut non ſo- 3
lum libere, quæ probaſſet exponere; ſed etiam ex magna
parte compellere, atque errantem regere poſſet: præeſſe au-
tem ſuo nomine exercitui; ut, præter auctoritatem, vires
quoque ad coërcendum haberet: quod ſi feciſſet, quietem 4
Italiæ, pacem provinciarum, ſalutem imperii uni omnes
acceptam relaturos.* Hæc ad eum mandata Clodius re- 5
fert.

ſar quod antea dixit, *per vim*, & *amicitiam*. Nobis uſitatiſſimus mos loquendi, *met goeden wille ende vriendſchap*: etiam, *met goedlyke onderhandelinge*. idem hic vult Cæſar. *D. Voſſius.*

1. *Uti ne in eam telum tormentumve adigi poſſet*] Emendo ut ſupra ex Bongarſ. *telum tormento.* Idem.

*Ibid.*] Sic edidit *Joſ. Scaliger*; at MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* repræſentant *telo termentove adigi poſſet*, unde reponit *Pet. Ciacconius*, *tela tormentave adigi poſſent*. Sed reſcribendum *telum tormento adigi poſſet*, ut habet MS. *Bongarſ.* probante *D. Voſſio*. Hanc ſane veram eſſe lectionem res ipſa clamat. Vide notat. ad hujuſce libri cap. III. *Davis.*

fert. Ac primis diebus, ut videbatur, libenter auditus,
6 reliquis ad colloquium [1] non admittitur. Caſtigato
Scipione à Favonio, ut poſtea confecto bello reperie-
bamus; infectaque re, ſeſe ad Cæſarem recepit.

1 LVIII. Cæſar, quo facilius equitatum Pompejanum
ad Dyrrhachium contineret, & pabulatione prohibe-
ret, aditus duos, quos eſſe anguſtos demonſtravimus,
magnis operibus præmunivit: caſtellaque his locis po-
2 ſuit. Pompejus, ubi nihil profici equitatu cognovit,
paucis intermiſſis diebus, rurſum cum navibus ad ſe
3 intra munitiones recipit. Erat ſumma inopia pabuli,
adeo ut foliis ex arboribus ſtrictis, & teneris arun-
4 dinum radicibus contuſis equos alerent. frumenta e-
nim, quæ fuerant intra munitiones ſata, conſumpſe-
rant; & cogebantur Corcyra, atque Acarnania, lon-
go interjecto navigationis ſpatio, pabulum ſupportare:
quoque erat ejus rei minor copia, hordeo adaugere, at-
5 que his rationibus equitatum tolerare. Sed poſtquam non
modo hordeum, pabulumque omnibus in locis, her-
bæque defectæ, ſed etiam frons ex arboribus deficie-
bat, [2] corruptis equis macie, conandum ſibi aliquid
Pompejus de eruptione exiſtimavit.

1 LIX. Erant apud Cæſarem ex equitum numero Al-
lobroges duo fratres Roſcillus & Ægus, Adbucilli fi-
lii, qui principatum in civitate multis annis obtinue-
rat, ſingulari virtute homines, quorum opera Cæſar
omni-

1. *Non admittitur. Caſtigato Scipione à Favonio*] Sic quidem interpungunt editt. veteres, quas ſecuti ſunt *Juſt. Lipſius*, & *Joſ. Scaliger*, quod mihi ſane mirum videtur, cum ipſe ſenſus oſtendat eam diſtinctionem eſſe vitioſam. Emenda *ad colloquium non admittitur, caſtigato Scipione à Favonio* &c. Objurgarat Scipionem Favonius, quod mandata Cæſaris libenter audiiſſet: quam ob cauſſam poſtea Clodius in colloquium non admittitur. Si vulgatam interpunctionem ſerves, hiulca erit oratio. *Davies.*

2. *Corruptis equis macie*] Non multo aliter cap. LXIV. *corruptum timore* dixit. Sed & auctores *corruptum* pro macilento uſurpant. *Plautus* Amphit. Act. V. Sc. 1, 6. *Corrupta ſum, atque abſumta ſum. Phædrus* lib. II. Fab. VIII, 21. *Et quia corruptos nuper viderat boves.* Similis eſt verbi ratio apud *Propertium* lib. III. El. XIII, 20. *Idem.*

omnibus Gallicis bellis optima fortiſſimaque erat uſus.
His domi ob has cauſſas ampliſſimos magiſtratus man- 2
daverat; atque eos extra ordinem in ſenatum legendos
curaverat: agroſque in Gallia ex hoſtibus captos, præ-
miaque rei pecuniariæ magna tribuerat; locupleteſque
ex egentibus effecerat. Hi propter virtutem non ſolum 3
apnd Cæſarem in honore erant, ſed etiam apud exer-
citum cari habebantur. ſed freti amicitia Cæſaris, &
ſtulta ac barbara arrogantia elati deſpiciebant ſuos,
[1] ſtipendiumque equitum fraudabant, & prædam o-
mnem domum avertebant. Quibus illi rebus permoti u- 4
niverſi Cæſarem adierunt, palamque de eorum inju-
riis ſunt queſti; & ad cætera addiderunt, falſum ab his
equitum numerum deferri, quorum ſtipendium aver-
terent.

LX. Cæſar neque tempus illud animadverſionis eſ- 1
ſe exiſtimans, & multa virtuti eorum concedens, rem
diſtulit totam; illos ſecreto caſtigavit, quod quæſtui
equites haberent, monuitque ut [2] ex ſua amicitia o-
mnia exſpectarent, & ex præteritis ſuis officiis reliqua
ſperarent. Magnam tamen hæc res illis offenſionem, 2
& contemptionem ad omnes attulit. idque ita eſſe,
quum ex aliorum objectationibus, tum etiam ex do-
meſtico judicio atque animi conſcientia intelligebant.
Quo pudore adducti, & fortaſſe ſe non liberari, ſed 3
in aliud tempus reſervari arbitrati, diſcedere à nobis,
& novam tentare fortunam, novaſque experiri amici-
tias

1. *Stipendiumque equitum fraudabant*] Uſitatior eſt loquendi formula *ſtipendio equites fraudabant*, at hujuſce non deſunt exempla. *Hyginus* Fab. LXXXIX. pag. 144. *Quod & ipſum Laomedon fraudavit*, ubi vide *Th. Munckerum*. Eodem modo locutus eſt idem ſcriptor Fab. CCXXIX. *Davies*.

2. *Ex ſua amicitia omnia exſpectarent, & ex præteritis ſuis officiis reliqua ſperarent*] Ultimam verborum bigam delevit *Pet. Ciacconius*, cujus judicium ſecutus *Joſ. Scaliger*, eas voces in ſua editione uncinis cinxit. Mihi quidem ſtat, locum eſſe corruptum, ſed qui leniore medicinæ ſanari poſſit, ſi legamus *ex ſua amicitia omnia ſperarent, & ex præteritis ſuis officiis reliqua ſpectarent*. Elegans hicce *ſpectandi* uſus videtur in cauſſæ fuiſſe, cur imperiti Librarii *noſtrum* corruperint Alioquin hæc verba paſſim inter ſe confunduntur. *Idem*.

4 tias conſtituerunt: & cum paucis collocuti clientibus
ſuis, quibus tantum facinus committere audebant, pri-
mum conati ſunt præfectum equitum C. Voluſenum
interficere, ut poſtea, bello confecto, cognitum eſt;
ut cum munere aliquo perfugiſſe ad Pompejum vide-
5 rentur. Poſtquam id difficilius viſum eſt, neque facul-
tas perficiendi dabatur, quam maximas potuerunt pe-
cunias mutuati, [1] perinde ac ſatisfacere, & fraudata re-
ſtituere vellent, multis coëmptis equis, ad Pompe-
jum tranſierunt cum iis quos ſui conſilii participes ha-
bebant.

1 LXI. Quos Pompejus, quod erant honeſto loco
nati, & inſtructi liberaliter, magnoque comitatu, &
multis jumentis venerant, virique fortes habebantur,
& in honore apud Cæſarem fuerant; quodque novum,
& præter conſuetudinem acciderat, omnia ſua præſi-
2 dia circumduxit, atque oſtentavit. nam ante id tem-
pus nemo aut miles, aut eques, à Cæſare ad Pompe-
jum tranſierat; quum pene quotidie à Pompejo ad Cæ-
ſarem perfugerent, vulgo vero in Epiro, atque Ætolia
lia conſcripti milites, earumque regionum omnium,
3 quæ à Cæſare tenebantur. Sed hi, cognitis omnibus
rebus, ſeu quid in munitionibus perfectum non erat,
ſeu quid à peritioribus rei militaris deſiderari videba-
tur, temporibuſque rerum, & ſpatiis locorum, [2] &
cuſtodiarum varia diligentia animadverſa, prout cu-
juſque

1. *Perinde ac ſatisfacere*] Sic *Ciacconii* liber, cujus fidem ſecutus eſt *Joſ. Scaliger*. Reliqui omnes *perinde ac* ſuis *ſatisfacere*; quorum conſenſus non eſt ſpernendus, cum huic verbo *Dativum caſum* alibi *Cæſar* adjunxerit. Sic lib. I. B. G. cap. XIV. *Si Allobrogibus ſatisfaciant, ſeſe cum iis pacem facturum*. Et cap. XLI. *Egerunt, uti Cæſari ſatisfacerent*. Ac iterum lib. VII. B. G. cap. LXXXIX. *Morte ſua Romanis ſatisfacere, ſeu vivum tranſdere velint*. Vide & ſcriptorem de Bell. Hiſp. cap. XXII. *Davies*.

2. *Et cuſtodiarum varia diligentia animadverſa*] Hæc *Scaligeri* lectio, quæ in *Palat.* quoque ac *Bong.* reperitur. In prioribus editt. erat *vera diligentia*; peſſime. Vera eſt *cuſtodiarum viribus ac diligentia*, quomodo diſertim in *Petaviano*, optimo codice (& MSto *Norvic.*) legitur. v. c. noſter *viria diligentia*; Cujacianus *viria diligentia*. Nimirum *viribus ac* primo depravatum in *viria*, poſtea in *vera*. D. Voſſius.

jusque eorum, qui negotiis præerant, aut natura aut
studium ferebat, hæc ad Pompejum omnia detulerunt.
LXII. Quibus ille cognitis, eruptionisque jam an- 1
te capto consilio, ut demonstratum est, tegmenta ga-
leis milites ex viminibus facere, atque aggerem com-
portare jubet. His paratis rebus, magnum numerum 2
levis armaturæ & sagittariorum, aggeremque omnem
noctu in scaphas & naves actuarias imponit; & de me-
dia nocte cohortes LX ex maximis castris præsidiisque
deductas, ad eam partem munitionum ducit, quæ per-
tinebant ad mare, longissimeque à maximis castris Cæ-
saris aberant. Eodem naves, quas demonstravimus ag- 3
gere & levis armaturæ militibus completas, quasque
ad Dyrrhachium naves longas habebat, mittit; & quid
à quoque fieri velit, præcipit. Ad eas munitiones Cæ- 4
sar [1] Lentulum Marcellinum quæstorem cum legione
IX positum habebat. Huic, quod valetudine minus com-
moda utebatur, Fulvium Postumum adjutorem sum-
miserat.
LXIII. Erat eo loco fossa pedum XV, & [2] vallus 1
con-

1. *Lentulum Marcellinum*] *Lentulus Marcellinus*, qui à Cæsare hic nominatur, potest esse filius Cn. Lentuli Marcellini Consulis anno DCXCVII. qui in argenteo denario LENTULUS MARCELLINUS Cos. dicitur. Sed sive is, sive alius fuerit, qui Cæsaris Quæstor describitur, à Marcellis omnino adoptatus videtur, cum esset Cornelia familia oriundus. Et fortasse P. Lentulus esse potest, is qui à M. Marcello adoptatus, ut in Bruto refert *Cicero*, ex ipsa adoptionis formula Marcellinus dictus est. Ad indicandum vero utriusque familiæ honorem in altera denarii parte, Idææ matris simulacrum Marcellini signare consueverunt, à quo extant apud *Ciceronem* hæc verba in oratione de Aruspicum responsis: *Sacra ista majores nostri ascita ex Phrygia Roma collocaverunt: quæ vir accepit is, qui est optimus à Populo Rom. judicatus, P. Scipio; femina autem, quæ matronarum castissima putabatur, Q. Claudia. Valerius Maximus* lib. VII. cap. V. *P. autem Scipio Nasica, togatæ potentiæ clarissimum lumen, is qui Consul Jugurthæ bellum indixit: qui matrem Idæam Phrygiis sedibus ad nostras aras focosque migrantem sanctissimis manibus excepit.* Vide & *Livium* lib. XXIV. *Ovidium* lib. IV. Fast. & *Solinum* cap. VII. *F. Ursinus.*

2. *Vallus contra hostem in altitudinem pedum* X] Vallus proprie est Stipes. *Servius* ad illud *Virgilii* Georg. II, 25.

*Quadrifidasque sudes, & acuto robore vallos,*

ait *Bis idem dixit; nam & valli & su-*

N n

des

contra hostem in altitudinem pedum x: tantundemque
2 ejus valli agger in latitudinem patebat. Ab eo, intermisso spatio pedum DC, alter conversus in contrariam
3 partem erat vallus, humiliore paullo munitione. hoc enim superioribus diebus timens Cæsar, ne navibus nostri circumvenirentur, duplicem eo loco fecerat vallum, ut si ancipiti prœlio dimicaretur, posset resisti.
4 Sed operum magnitudo, & continens omnium dierum labor, quod [1] millia passuum in circuitu XIIX munitiones erat complexus, perficiendi spatium non dabat.
5 Itaque contra mare transversum vallum, qui has duas munitiones contingeret, nondum perfecerat. quæ res nota erat Pompejo, delata per Allobroges perfugas;
6 magnumque nostris attulit incommodum. nam, ut ad mare nostræ cohortes IX legionis excubuerant, accessere subito prima luce Pompejani exercitus: novusque eorum adventus exstitit: simulque navibus circumvecti milites [2] in anteriorem vallum tela jaciebant: fossæque aggere complebantur: & legionarii, interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormentisque cujusque generis, telisque terrebant; magnaque multitudo sagittariorum ab utraque parte circumfundebatur.
7 Multum autem ab ictu lapidum, quod unum nostris erat telum, viminea tegmenta galeis imposita de-
8 fendebant. Itaque, quum omnibus rebus nostri premerentur, atque ægre resisterent; animadversum est vitium

*des idem sunt.* Vide & eundem Grammaticum ad Æn. IX, 146. ac X, 120. *Vegetius* lib. III. cap. VIII. *Supra quem* (aggerem) *valli, id est, sudes, vel tribuli lignei per ordinem digeruntur.* Hic autem & sæpius hoc in capite munitionem ex stipitibus concinnatam denotat. *Davies.*

1. *Millia passuum —— XIIX munitiones erat complexus*] Sic quidem MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* At ex Codice *Ciacconiano* rescribendum arbitror *munitionibus erat complexus*; id quod Latinitas videtur postulare. *Idem.*

2. *In anteriorem vallum tela jaciebant*] Alii legunt *in interiorem vallum*: ego emendaveram *exteriorem*, quod statim interioris munitionis fit mentio. Postea ita omnino reperi scriptum in meo veteri libro *Ciaccon.* Hanc lectionem confirmat *Joan. Fr. Gronovius* Observat. lib. III. cap. XVIII. *Davies.*

tium munitionis, quod supra demonstratum est; atque inter duos vallos, qua perfectum opus non erat, per mare, navibus expositi in aversos nostros impetum fecerunt; atque ex utraque munitione dejectos terga vertere coëgerunt.

LXIV. Hoc tumultu nunciato, Marcellinus cohor- 1
tes subsidio nostris laborantibus summisit; quæ ex ca-
stris fugientes conspicatæ, neque illos suo adventu con-
firmare potuerunt, neque ipsæ hostium impetum tu-
lerunt. Itaque quodcumque addebatur subsidio, id cor- 2
ruptum timore fugientium terrorem & periculum au-
gebat. hominum enim multitudine receptus impedie-
batur. In eo prœlio; quum gravi vulnere esset affe- 3
ctus Aquilifer, [1] & à viribus deficeretur, conspicatus
equites nostros, *Hanc ego*, inquit, *& vivus multos per
annos magna diligentia defendi, & nunc moriens eadem
fide Cæsari restituo. Nolite, obsecro, committere, quod ante* 4
*in exercitu Cæsaris non accidit,* [2] *ut rei militaris dedecus
admittatur; incolumemque ad eum referte.* Hoc casu A-
quila conservatur, [3] omnibus primæ cohortis centu-
rio-

1. *A viribus deficeretur*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* repræsentant *viribus deficeret*; sed lectionem à me receptam disertim exhibent MSS. *Norvic.* & *Ursin.* eamque in Codice *Petav.* reperit *Marq. Gudius.* In eo tamen falsus est vir doctissimus, quod ad *Phædri* lib. I. Fab. XXI. tradiderit, omnes editiones habere *viribus deficeret*, cum *Jos. Scaliger* imprimendum curaverit *viribus deficeretur*. Davies.

2. *Ut rei militaris dedecus admittatur*] Non damno lectionem. Sed quid, si scribatur, *ut rei militaris decus amittatur.* Ut decus rei militaris appelletur vexillum. Sane *admittatur* facile ex *amittatur* fieri potuit: nam in mssis hæc promiscue scribuntur *admittatur*, *ammittatur*, *amittatur*. Sed, ut dixi, non muto vulgata: nam & in Celso invenio: *caveta dedecus Cæsarianis castris indignum.* D. Vossius.

Ibid.] *D. Vossius.* mavult *decus amittatur*, ut *decus rei militaris* appelletur vexillum. Eam quidem lectionem exhibet MS. *Norvic.* nec tamen probo; vulgatam enim scripturam in suo Codice invenit *Jul. Celsus*, qui pag. 201. de hac re ait *caveta dedecus Cæsaris castris insolitum, ne forte hostium in manus veniat tanti ducis signum*; præterea, quod rem extra omnem dubitandi ansam ponit, aquila amissa maximæ erat ignominiæ, quippe apud Romanos sacra fuit habita, ideoque delictum mors sequebatur. Adi, si nescis, *Just. Lipsium* Mil. Rom. lib. IV. Dial. V. *Davies.*

3. *Omnibus primæ cohortis centurio-*

rionibus interfectis, præter principem priorem.

1 LXV. Jamque Pompejani, magna cæde nostrorum, castris Marcellini appropinquabant, non mediocri ter-
2 rore illato reliquis cohortibus. & M. Antonius, qui proximum locum tenebat præsidiorum, ea re nunciata, cum cohortibus XII descendens ex loco superiore cernebatur. cujus adventus Pompejanos compressit; nostrosque firmavit, ut se ex maximo timore collige-
3 rent. Neque multo post Cæsar, significatione per castella fumo facta, ut erat superioris temporis consuetudo, deductis quibusdam cohortibus ex præsidiis,
4 eodem venit. qui, cognito detrimento, quum animadvertisset Pompejum extra munitiones egressum, castra secundum mare, ut libere pabulari posset, nec minus aditum navibus habere, commutata ratione belli, quoniam propositum non tenuerat, juxta Pompejum munire jussit.

1 LXVI. Qua perfecta munitione, animadversum est à speculatoribus Cæsaris, cohortes quasdam, quod instar

*nibus interfectis præter principem priorem*] *Cohortes* nusquam nominat *Polybius*, alioqui diligentissimus in acie Romana explicanda. Omittendi caussam, opinor, habuit, quia Cohors in exercitu ordinaria non fuit, sed, si res posceret, ex tribus manipulis fiebat, uno hastatorum, altero principum, tertio triariorum. Quæ autem ex primis manipulis fiebat, *prima*; quæ è secundis, *secunda*; è tertiis, *tertia* vocabatur, usque ad decimam; quoniam deni erant manipuli in singulis militum generibus, hastatis, principibus, triariis: nam velites, neque manipulos, neque signa, neque centuriones proprios habebant; sed post *velitationem*, id est, jactum pilorum, & levem quandam pugnam ad acies utrimque committendas, æqua portione ad signa hastatorum, principum, triariorum redibant. *Princeps* autem *prior* dicebatur, Centurio ille manipuli principum, qui ex duobus prior creatus erat: nam, ut ait *Polybius*, duæ fiebant electiones centurionum à tribunis militum, utraque denum, quia deni erant manipuli in singulis generibus. Prior electio erat honoratior, usque eo, ut, qui centuriones in ea creabantur, iis rebus, quæ de bello deliberabantur, interessent. Hi rursus duos ipsi, qui posteriorem manipuli partem regerent, creabant, quos *Polybius* οὐραγοὺς appellat. Ita erant in singulis manipulis bini centuriones, & bini οὐραγοί. Omnino igitur, cum ex tribus manipulis, ut dixi, constaret cohors, quinque sunt interfecti primæ cohortis centuriones, uno conservato Principe priore. *Ald. Manut.*

ſtar legionis videretur, eſſe poſt ſilvam, & in vetera
caſtra duci. Caſtrorum hic ſitus erat. Superioribus die- 2
bus, quum ſe IX legio Cæſaris objeciſſet [1] Pompeja-
nis copiis, atque opere, ut demonſtravimus, ** cir-
cummuniret, caſtra eo loco poſuit. Hæc ſilvam quan- 3
dam contingebant, neque longius à mari paſſibus CD
aberant. Poſt mutato conſilio quibuſdam de cauſſis, 4
Cæſar paullo ultra eum locum caſtra tranſtulit: pau-
ciſque intermiſſis diebus, hæc eadem Pompejus occu-
paverat; & quod eo loco plures erat legiones habitu-
rus, relicto interiore vallo, majorem adjecerat muni-
tionem. Ita minora caſtra incluſa majoribus caſtelli at- 5
que arcis locum obtinebant. Item ab angulo caſtrorum 6
ſiniſtro munitionem ad flumen perduxerat, circiter paſ-
ſus CD, quo liberius, ac ſine periculo milites aquaren-
tur. ſed is quoque, mutato conſilio quibuſdam de cauſ-
ſis, quas commemorari neceſſe non eſt, eo loco exceſ-
ſerat. Ita complures dies manſerant caſtra. Munitiones 7
quidem integræ omnes erant.

LXVII. Eo ſigno legionis illato, ſpeculatores Cæ- 1
ſari renunciarunt. Hoc idem viſum ex ſuperioribus qui-
buſdam caſtellis confirmaverant. Is locus aberat à no- 2
vis Pompeji caſtris circiter paſſus D. Hanc legionem
ſperans Cæſar ſe opprimere poſſe, & cupiens ejus diei
detrimentum ſarcire, reliquit in opere cohortes II,
quæ ſpeciem munitionis præberent. ipſe diverſo itine- 3
re, quam potuit occultiſſime, reliquas cohortes, nu-
mero XXXIII, in quibus erat legio IX, multis amiſſis
centurionibus, deminutoque militum numero, ad le-
gionem Pompeji caſtraque minora duplici acie duxit.
Neque eum prima opinio fefellit. nam & pervenit 4
prius, quam Pompejus ſentire poſſet; & tametſi erant
munitiones caſtrorum magnæ, tamen ſiniſtro cornu,
ubi

1. *Pompejanis copiis atque opere* *] Dubitem deſint aliqua, an depravata, an denique tranſpoſita tantum verba ſint. In manuſcriptis nullum lacunæ veſtigium reperitur. *D. Voſſius.*

ubi erat ipse, celeriter aggressus Pompejanos ex vallo
5 deturbavit. [1] Erat objectus portis eritius. hic paullisper
est pugnatum. Quum irrumpere nostri conarentur, illi castra defenderent, fortissime T. Pulcione, cujus opera proditum exercitum C. Antonii demonstravimus,
6 è loco propugnante. Sed tamen nostri virtute vicerunt: excisoque eritio, primo in majora castra, post etiam in castellum, quod erat inclusum majoribus castris, irruperunt, [2] &, quod eo pulsa legio sese receperat, nonnullos ibi repugnantes interfecerunt.

1 LXVIII. Sed fortuna, quæ plurimum potest, quum in reliquis rebus, tum præcipue in bello, parvis momentis magnas rerum commutationes efficit; ut tum
2 accidit. Munitionem, [3] quam pertingere à castris ad flumen supra demonstravimus, dextri Cæsaris cornu cohortes ignorantia loci sunt secutæ, quum portam quærerent, castrorumque eam munitionem esse arbi-
3 trarentur. Quod quum esset animadversum conjunctam esse flumini; protinus his munitionibus, defendente

1. *Erat objectus portis eritius*] Est trabs, cui infixæ pinnæ ferreæ; & sæpe versatilis. Hodie quoque utimur iis nonnunquam ad obstruendas aquas, nisi quod nunc superne tantum aculei infigantur: in illo vetere ex omnibus lateribus. Meminit machinæ Sisenna apud Nonium in Verutum: *Saxaque ingentia & axe juncta trabes, per pronum incitabantur: axibusque eminebant, in modum eritii militaris, veruta binum pedum.* Certum est locum corruptum esse. In veteri Venetâ editione legebatur: *Saxaque ingentia evincti trabe per pronum mutabantur.* Unde faciebam; *Saxaque ingentia, revincta trabe per pronum incitabantur.* Nam illa violenta verè machina si in lateribus molares, in medio axis verutis confixus. Turnebus scribebat: *Saxaque ingentia, & orbes axe juncti.* Non damno: si per orbes ut dixi intelligas saxa: nam de rotis ligneis si accipias, videtur non magnus impetus esse potuisse. Nomen machinæ ab ericio, seu erinaceo animali. In Pet. & Pal. constanter utroque loco scribitur *ericius.* In Bongars. bis *erycius.* quod addo, quia de literis hujus vocis disputare doctos viros video. *D. Vossius.*

2. *Et, quod eo pulsa legio sese receperat*] In Petaviano τὸ *&* desideratur. Palatinus habet *& quo pulsa legio sese receperat.* Legendum ajo, *quo pulsa legio sese receperat.* D. Vossius.

3. *Quam pertingere*] Rescribendum puto *pertinere*; altera enim voce nusquam alibi usus est *Cæsar*, perpetuo autem ea, quam dixi. *Davies.*

dente nullo, transcenderunt: omnisque noster equitatus eas cohortes est secutus.

LXIX. Interim Pompejus, hac longa satis interje- 1
cta mora, & re nunciata, v legionem ab opere deductam subsidio suis duxit: eodemque tempore equitatus ejus nostris equitibus appropinquabat, & acies instructa à nostris, qui castra occupaverant, cernebatur:
omniaque sunt subito mutata. Pompejana enim legio 2
celeris spe subsidii confirmata ab Decumana porta resistere conabatur, atque ultro in nostros impetum faciebat. Equitatus Cæsaris, quod angusto itinere per aggeres adscendebat, receptui suo timens, initium fu-
gæ faciebat. Dextrum cornu, quod erat à sinistro se- 3
clusum, terrore equitum animadverso, ne intra munitionem opprimeretur, [1] ex parte, qua proruebat, sese recipiebat: ac plerique ex iis, ne in angustias inciderent, x pedum munitionis sese in fossas præcipitabant: primisque oppressis, reliqui per horum corpora salu-
tem sibi, atque exitum pariebant. Sinistro cornu mi- 4
lites, quum ex vallo, Pompejum adesse, & suos fugere cernerent, veriti, ne angustiis intercluderentur, quum extra & intus hostem haberent, [2] eodem, quo venerant, receptui consulebant: omniaque erant tumultus, timoris, fugæ plena. adeo, ut, quum Cæsar signa fugientium manu prehenderet, & consistere juberet, alii, dimissis equis, eundem cursum conficerent; alii

1. *Ex parte, qua proruebat*] Vett. editt. *ex parte, ex qua proruebat*. MS. *Ciaccon. ex parte, quam proruebat*; unde vir ille doctissimus reponit *ex parte, quam proruerat*. MS. *Norvic.* vulgatam lectionem servat, ex qua tamen sensum congruum exsculpere nequeo. Credo *ea parte* (munitionis scilicet) *qua proruebat*; ut sit Hellenismus, quales in bonis auctoribus non desunt. *Hirtius* Bell. Afric. cap. XLI. *In eo loco*, quo *paullo ante commemoravi, ante oppidum constitit*; ubi nos plura. Adi & virum clarissimum *Jac. Gronovium* ad *Ciceronis* de Fin. lib. I. num. XXIX. *Davies*.

2. *Eodem quo venerant, receptui consulebant*] In mss. Cujac. v. c. nostro, Pet. Palat. ac Bong. est *receptui sibi consulebant*. Emendo, *receptu sibi consulebant*. Nam quod ab Scaligero editum *receptui consulebant* non probo: nec sic locutum quemquam scio. *D. Vossius*.

alii ex metu etiam ſigna dimitterent, neque quiſquam omnino conſiſteret.

1 LXX. His tantis malis hæc ſubſidia ſuccurrebant, quo minus omnis deleretur exercitus, quod Pompejus inſidias timens, credo, quod hæc [1] præter ſpem acciderant ejus, qui paullo ante ex caſtris fugientes ſuos conſpexerat, munitionibus appropinquare aliquandiu non audebat; [2] equiteſque ejus, anguſtiis, portiſque à Cæſaris militibus occupatis, ad inſequendum tardabantur. Ita parvæ res magnum in utramque partem
2 momentum habuerunt. Munitiones enim à caſtris ad flumen perductæ, expugnatis jam caſtris Pompeji, [3] propriam & expeditam Cæſaris victoriam interpellaverunt. Eadem res, celeritate inſequentium tardata, noſtris ſalutem attulit.

1 LXXI. Duobus his unius diei prœliis Cæſar [4] deſideravit milites DCCCCLX, & notos [5] equites R* Felgina-

1. *Præter ſpem acciderant, ejus*] Deleta virgula, quæ in *Lipſii*, *Scaligeri*, nuperiſque editt. obtinuit, reſcribendum *præter ſpem acciderant ejus*, niſi cum *Rom. Ven. Beroald. Steph.* malis, ordine verborum mutato, *præter ſpem ejus acciderant*. Davies.

2. *Equiteſque ejus, anguſtiis, portiſque à Cæſaris militibus occupatis*] In mſ. Cujac. v. c. noſtro, Pet. Palat. ac Bong. reperio, *anguſtis portis, atque his a Cæſaris militibus occupatis*. Sed non damno vulgata, quia infra dicit Cæſar: *non illi anguſtias præoccupatis caſtris*. D. Voſſius.

3. *Propriam & expeditam Cæſaris victoriam*] In Petav. *propriam expeditam*. Mihi illud *propriam* aures offendit. Scio quidem dicere Hirtium de bello Alexandr. *victoriam ſibi propriam à diis immortalibus portendi*. & de bello Africano: *victoriam propriam ſe eis brevi daturum pollicetur*. Sed alia ibi res eſt. Ego hic multò malim legere: *victoriam prope jam expeditam*. Certe ſi propria jam erat victoria, nihil opus addere expedita: ſi expedita tantum, nondum propria. Sed judicium aliorum eſto. *Idem*.

Ibid.] *Victoria propria* eſt perpetua, qua locutione uſus eſt *Hirtius* Bell. Afric. capp. XXXII. & LXXII. At mirum ſane eſſet, ſi *Cæſar* ex victa hoſtium legione tantum commodum ſperaſſet. Omnino itaque reponendum *prope jam expeditam*, ut diſerte exhibet MS. *Norvic. Livius* lib. XLV. cap. XLI. *Ad alterum* prope jam *exſpirantem veni. Hilarius* ad Conſtant. pag. 211. editt. Baſil. Prope jam *nemo Chriſti eſt. Terentius* Heaut. Act. I. Sc. I, 46. Prope jam *ut pro uxore haberet*. Vide & vſ. 52. *Davies*.

4. *Deſideravit milites* DCCCCLX] Plutarchus de duobus millibus, Oroſius de quaternis ait. In Celſo nihil hâc de re invenio. *D. Voſſius*.

5. *Equites R. * Felginatem, Tuticanum &c.*] Etſi non probo vv. cc. lectionem, non dubito tamen adſcri-

ginatem Tuticanum Gallum, Senatoris filium; C. Felginatem Placentia; A. Gravium Puteolis; M. Sacrativirum Capua; tribunos milites & centuriones xxx.
Sed horum omnium pars magna in fossis, munitioni- 2
busque, & fluminis ripis oppressa suorum terrore ac
fuga sine ullo vulnere interiit, signaque sunt militaria
xxxii amissa. Pompejus eo prœlio Imperator est ap- 3
pellatus. Hoc nomen obtinuit; atque ita se postea salutari passus est. sed neque in litteris, quas scribere est
solitus, neque in fascibus insignia laureæ prætulit. At 4
Labienus, quum ab eo impetravisset, ut sibi captivos transdi juberet, omnes productos ostentationis, ut videbatur, caussa, [1] quo major perfugæ fides haberetur, commilitones appellans, & magna verborum contumelia interrogans, *solerentne veterani milites fugere*, in omnium conspectu interficit.

LXXII. His rebus tantum fiduciæ ac spiritus Pom- 1
pejanis accessit, ut non de ratione belli cogitarent, sed
vicisse jam sibi viderentur. Non illi paucitatem nostro- 2
rum militum, non iniquitatem loci, atque angustias præoccupatis castris, & ancipitem terrorem intra extraque munitiones, non abscissum in duas partes exercitum, quum [2] alter alteri auxilium ferre non posset,
caussæ fuisse cogitabant. non ad hæc addebant, non 3
ex concursu acri facto, non prœlio dimicatum; sibique

scribere, quia immane quantum à vulgata abit. *Equites Ro.* cccc *& Tuticanum Gallum, Senatoris filium, & à Placentia* c, *& à Puteolis* c, *& à Capua* x. *sacrati viri &* x *Trib. militum, & centuriones* xxx. Sic Palatin. & Bong. nisi quod hic pro *Tuticanum* depravate habet *Tutianum.* & pro xxx, xxxii. Qui numerus & in mss. Cujacii, ac Pet. & v. c. nostro reperitur. Orosius habet *centuriones* xxii. Sed pro *Felginatem* Petav. & v. c. noster constanter habent utroque loco *Fleginatem.* D. Vossius.

1. *Quo major perfugæ fides haberetur*] Noli cum Ursino aut Ciacconio putare hunc esse corruptum locum. sanissimus est. Perfugam Cæsar per contumeliam vocat ipsum Labienum. Eundem errorem Rubenius erravit: quod tamen in Cæsare illi novum non est. *Idem.*

2. *Alter alteri*] Placet, quod in MSto *Norvic.* legere est, *altera alteri*, nimirum pars exercitus. *Davies.*

que ipsos multitudine atque angustiis majus attulisse
4 detrimentum, quam ab hoste accepissent. non denique
communes belli casus recordabantur, quam parvulæ
sæpe caussæ vel falsæ suspicionis, vel terroris repenti-
ni, vel objectæ religionis, magna detrimenta intulis-
sent: quoties vel culpa ducis, vel tribuni vitio in ex-
ercitu esset offensum: sed proinde, ac si virtute vicis-
sent, neque ulla commutatio rerum posset accidere,
per orbem terrarum, fama ac litteris victoriam ejus
diei concelebrabant.

1 LXXIII. Cæsar à superioribus consiliis depulsus, o-
mnem sibi commutandam belli rationem existimavit.
Itaque uno tempore, præsidiis omnibus deductis, &
oppugnatione dimissa, coactoque in unum locum ex-
ercitu, concionem apud milites habuit; hortatusque
2 est, *ne ea, quæ accidissent, graviter ferrent, neve his*
*rebus terrerentur, multisque secundis prœliis unum adver-*
3 *sum, & id mediocre, opponerent: habendam fortunæ gra-*
*tiam, quod Italiam sine aliquo vulnere cepissent: quod duas*
*Hispanias, bellicosissimorum hominum peritissimis atque ex-*
*ercitatissimis ducibus, pacavissent; quod finitimas frumen-*
*tariasque provincias in potestatem redegissent: denique re-*
*cordari debere,* [1] *qua facilitate inter medias hostium clas-*
*ses, oppletis non solum portubus, sed etiam littoribus, o-*
4 *mnes incolumes essent transportati: si non omnia caderent*
*secunda, fortunam esse industria sublevandam: quod esset*
*acceptum detrimenti,* [2] *ejus juri potius, quam suæ culpæ*
5 *debere tribui:* [3] *locum æquum ad dimicandum dedisse: po-*
*titum*

1. *Qua facilitate inter medias hostium classes*] Sic solus Bongars. at msf. Cujac. & Petav. ac Palat. *qua felicitate*, quare sic rescribo. *D. Vossius.*

2. *Ejus juri potius*] Fortunam intelligit, quæ, ut queritur *Pedo Albinovanus* Eleg. 1, 54.

— *Injustum jus sibi ubique facit.*

Editt. *Rom. Ven. Beroald.* hic exhibent *exercitus potius*; MS. autem *Norvic. cujusvis potius.* Sic & alii Codd. Sed hæc varietas ex eo est orta, quod vim *Cæsareæ* locutionis non caperent Librarii. *Davies.*

3. *Locum se tum ad dimicandum dedisse*] Ita Scaliger, qui textum corrupit magis, quam emendavit. Antea scriptum in editis codicibus erat *securum*. Sed in vv. cc. duobus erat *secum*,

*titum esse hostium castris; expulisse, ac superasse pugnantes, sed sive ipsorum perturbatio, sive error aliquis, sive etiam fortuna partam jam præsentemque victoriam interpellassent, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute sarciretur:* [1] *quod si esset factum, detrimentum* [2] *in bo-* 6
*num verteret, uti ad Gergoviam accidisset, atque ii, qui ante dimicare timuissent, ultro se prœlio offerrent.*

LXXIV. Hac habita concione, [3] nonnullos si- 1
gniferos ignominia notavit, ac loco movit. Exerci- 2
tui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, tantumque studium infamiæ sarciendæ, ut nemo

*secum*, unde ille fecit *se tum*. Nihil minus potuit ad mentem Cæsaris dici: illud *securum* quod in duobus manuscriptis Palat. & Petav. reperitur multo ad veram lectionem propius accedit. Ego scribo *locum se tutum ad dimicandum dedisse*. Nam hoc imperatoris est, præstare ut æquo & tuto loco pugnam milites capessant. At locum qualemcunque dare pugnaturis; id vero etiam possit, qui bella nunquam vidit. Quare ergo ad sui commendationem hoc Cæsar dicat? Jam verò video in alio quoque codice quem Brutus contulit, legi *se tantum*, pro *se securum*, quare certissima est conjectura nostra. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Editt. vett. *locum securum: Jos. Scaliger* edidit *locum se tum*, ex nonnullis Codd. qui *secum* exhibebant. *Joan. Freinshemius* ad *Curtii* lib. IV. cap. XIV, 12. conjecit *locum se aptum* vel *tutum*, quæ quidem emendatio *D. Vossio* in mentem venerat. *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. XXX. cap. XXII. & *Ald. Manutius* reponunt *locum se æquum*; sed lancem deprimit MS. *Norvic.* quem in hac editione sum secutus; pronomen enim reciprocum subaudiri posse, sexcentis exemplis constat. *Davies.*

1. *Quod si esset factum, detrimentum in bonum verteret*] Gryphii editio: *quod si esset factum, & detrimentum in bonum verteret.* Palatinus codex: *ut detrimentum in bonum verteret.* Ne hoc quidem recte: rescribo *quod si esset factum, fore ut detrimentum in bonum verteret.* D. Vossius.

*Ibid.*] Edit. *Gryph.* habet *factum, & detrimentum*, unde rescribit *D. Vossius*, *factum, fore ut detrimentum.* Mihi placet *quod si esset, futurum ut detrimentum* &c. Phrasis est elegantissima, cujus exempla suppeditabit vir doctissimus *Joan. Clericus* ad *Corn. Severi Ætn.* vers. 504. *Davies.*

2. *In bonum verteret*] Editt. vett. *verterent.* Male. *Livius* lib. II. cap. XXVII. *Periculum libertatis — in creditores à debitoribus verterat.* Et cap. LII. *Ea* (mulcta) *in caput vertit. Dictys* Cretensis lib. II. cap. III. *Propere ad eum convertit.* Et cap. XXVIII. *Cum magna præda ad suos convertit.* Vide etiam not. ad lib. V. B. G. cap. XLIX. *Idem.*

3. *Nonnullos signiferos ignominia notavit ac loco movit*] Hoc pro clementia Cæsaris, non more Romano. Nam qui signa amiserant, ignominiosa peribant morte. Unde apud Livium lib. II. *Inermes milites, signo amisso signiferos, duplicariosque qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percussit.* Obvia sunt exempla. *D. Vossius.*

mo aut tribuni aut centurionis imperium desideraret ;
& sibi quisque etiam pœnæ loco graviores imponeret
labores , simulque omnes arderent cupiditate pugnan-
di ; quum superioris etiam ordinis nonnulli oratione
permoti manendum eo loco & rem prœlio committen-
3 dam existimarent. Contra ea Cæsar neque satis militi-
bus perterritis confidebat ; [1] spatiumque interponen-
dum ad recreandos animos putabat ; relictisque muni-
tionibus magnopere rei frumentariæ timebat.

1 LXXV. Itaque nulla interposita mora, sauciorum
modo & ægrorum habita ratione, impedimenta omnia
silentio prima nocte ex castris Apolloniam præmisit,
ac conquiescere ante iter confectum vetuit. His una le-
2 gio missa præsidio est. His explicitis rebus, duas in ca-
stris legiones retinuit , reliquas de IV vigilia complu-
ribus portis eductas eodem itinere præmisit ; parvoque
spatio intermisso, ut & militare institutum servaretur ,
& quam serissime ejus profectio cognosceretur , con-
clamari jussit ; statimque egressus , & novissimum a-
gmen consecutus , celeriter è conspectu castrorum di-
3 scessit. Neque vero Pompejus, cognito consilio ejus,
moram ullam ad sequendum intulit : sed eadem spe-
ctans,

1. *Spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat : relictisque munitionibus magnopere rei frumentariæ timebat* ] Nunquam ita scripserat Cæsar ; nam certum est ad Dyrrhachium manenti metuendam fuisse famem. Ideoque alia loca petenda erant. Non ignoravit hoc Celsus , in quo legitur : *Nam neque victis tam cito in aciem reversurus sat fidebat , & reparandis animis spatio opus esse ; neque præterea tam hostem quam frumenti inopiam metuendam eo loci manentibus judicabat.* Fulvius pro *relictisque* legebat *retentisque* : audaci conjectura , & phrasi , quam certum mihi nunquam a Cæsare manasse. Codicum plerique pro vulgata stant , præter Palatinum , in quo itidem male est *reliquisque munitionibus.* Sed optimi duo Vetus noster & Petavianus codex habent *relictis.* Haurio inde veram lectionem , certe sensum bonum , & distinguo. *Spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat relictis munitionibus. Magnopere rei frumentariæ timebat : itaque , &c.* Ne ipsa quidem invidia negabit commodiorem hic sensum esse : quare neminis censuram defugio. Non repugnem tamen siquis inserto *&* , legat , *& magnopere rei frumentariæ timebat.* Qualia à librariis sæpe omitti quotidie in codicibus antiquis video. Sic omnia erunt multo clariora. *D. Vossius.*

ctans, si itinere impeditos & perterritos deprehendere
posset, exercitum è castris eduxit, equitatumque præ-
misit ad novissimum agmen demorandum: neque con-
sequi potuit; quod multum expedito itinere antecesse-
rat Cæsar. sed quum ventum esset ad flumen Genu- 4
sum, quod ripis erat impeditis, consecutus equitatus
novissimos prœlio detinebat. Huic suos Cæsar equites, 5
opposuit, expeditosque antesignanos admiscuit CD, qui
tantum profecere, ut, equestri prœlio commisso, pel-
lerent omnes, compluresque interficerent, ipsi inco-
lumes se ad agmen reciperent.

LXXVI. Confecto justo itinere ejus diei, quod pro- 1
posuerat Cæsar, transductoque exercitu flumen Genu-
sum, veteribus suis in castris contra Asparagium con-
sedit; militesque omnes [1] intra vallum continuit; e-
quitatumque per caussam pabulandi emissum confestim
Decumana porta in castra se recipere jussit. Simili ra- 2
tione Pompejus, confecto ejusdem diei itinere, in suis
veteribus castris ad Asparagium consedit, ejusque mi-
lites, quod ab opere, integris munitionibus, vaca-
bant, alii lignandi pabulandique caussa longius progre-
diebantur; alii, quod subito consilium profectionis ce-
perant, magna parte impedimentorum & sarcinarum
relicta, ad hæc repetenda invitati propinquitate supe-
riorum castrorum, depositis in contubernio armis, val-
lum relinquebant. Quibus ad sequendum impeditis, 3
Cæsar, quod fore providerat, meridiano fere tempo-
re, signo profectionis dato, exercitum educit, dupli-
catoque ejus diei itinere, IIX millibus passuum ex eo
loco procedit. Quod facere Pompejus discessu militum
non potuit.

LXXVII.

1. *Intra vallum continuit*] Edit. *Rob. Stephani* A. D. 1544. exhibet *intra castrorum munitionem*, quam lectionem ab emendatorculo profectam arbitror, nam reliqui omnes Codd. repræsentant *intra vallum castrorum*. Sic *Cæsar* lib. III. B. G. cap. XVII. *Ut jam ad vallum castrorum hostes accedere auderent*. Ita igitur & his repone. *Davies*.

1 LXXVII. Postero die Cæsar similiter præmissis pri-
ma nocte impedimentis, de IV vigilia ipse egreditur;
ut, si qua imposita esset dimicandi necessitas, subitum
casum expedito exercitu subiret. Hoc idem reliquis
2 fecit diebus. Quibus rebus perfectum est, ut altissi-
mis fluminibus, atque impeditissimis itineribus nul-
3 lum acciperet incommodum. Pompejus enim, primi
diei mora illata, & reliquorum dierum frustra labore
suscepto, quum se magnis itineribus extenderet, &
progressos consequi cuperet, IV die finem sequendi
fecit, atque aliud sibi consilium capiendum existi-
mavit.

1 LXXVIII. Cæsari ad saucios deponendos, stipen-
dium exercitui dandum, socios confirmandos, præsi-
dium urbibus relinquendum, necesse erat adire Apol-
2 loniam. sed his rebus tantum temporis tribuit, quan-
tum erat properanti necesse: timensque Domitio, ne
adventu Pompeji præoccuparetur, ad eum omni cele-
3 ritate & studio incitatus ferebatur. Totius autem rei
consilium his rationibus explicabat, ut, si Pompejus
eodem contenderet, abductum illum à mari, atque ab
iis copiis, quas Dyrrhachii comparaverat, frumento
ac commeatu abstractum pari conditione belli secum
4 decertare cogeret: si in Italiam transiret, conjuncto
exercitu cum Domitio per Illyricum Italiæ subsidio pro-
ficisceretur: sin Apolloniam Oricumque oppugnare,
& se omni maritima ora excludere conaretur, obsesso
tamen Scipione, necessario illum suis auxilium ferre
5 cogeret. Itaque præmissis nunciis ad Cn. Domitium
Cæsar scripsit, [1] &, quid fieri vellet, ostendit: præ-
sidioque Apolloniæ cohortibus IV, Lissi I, III Orici
relictis, quique erant ex vulneribus ægri, depositis;
6 per Epirum atque Acarnaniam iter facere cœpit. Pom-
pejus

1. *Et, quid fieri vellet, ostendit*] Vulgg. *ecquid fieri vellet, ostendit.* Sed omnes Codd. repugnant, quorum auctoritatem sum secutus. *Davis.*

pejus quoque de Cæsaris consilio conjectura judicans,
ad Scipionem properandum sibi existimabat, si Cæsar
iter illo haberet, ut subsidium Scipioni ferret; si ab ora
maritima Corcyraque discedere nollet, quod legiones
equitatumque ex Italia exspectaret, ipse ut omnibus co-
piis Domitium aggrederetur.

LXXIX. Iis de caussis uterque eorum celeritati stu- 1
debat, ut suis esset auxilio, &, ad opprimendos adver-
sarios, ne occasioni temporis deesset. Sed Cæsarem A-
pollonia directo itinere averterat. Pompejus per Can- 2
daviam iter in Macedoniam expeditum habebat. Ac- 3
cessit etiam improviso aliud incommodum, quod Do-
mitius, qui dies complures castris Scipionis castra col-
lata habuisset, rei frumentariæ caussa ab eo discesserat,
& [1] Heracleam Senticam, quæ est subjecta Candaviæ,
iter fecerat; ut ipsa fortuna illum objicere Pompejo vi-
deretur. Hæc ad id tempus Cæsar ignorabat. Simul à 4
Pompejo litteris per omnes provincias civitatesque di-
missis, de prœlio ad Dyrrhachium facto [2] elatius in-
flatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebue-
rat, *pulsum fugere Cæsarem pene omnibus copiis amissis.*
[3] Hæc itinera infesta reddiderant: hæc civitates non-
nullas ab ejus amicitia averterant. Quibus accidit 5
rebus, ut, pluribus dimissi itineribus à Cæsare ad Do-
mitium, & ab Domitio ad Cæsarem, nulla ratione i-
ter

1. *Heracleam Senticam*] Sic in omnibus codicibus legitur. Ptolemæo tamen Heraclea est urbs Σιντικῆς. & Plinius lib. IV. cap. X. *Heracleam Sinticam* vocat. Sed facile potuit *i* in *e* mutari, sic in vet. cod. *Heraclia* pro *Heraclea* scribitur; & in multis libris non raro reperias *Mauritania*, pro *Mauritania*. Quod perperam Fulvius inde probabat rectum esse, quia Græcis Μαυρετανία dicitur. Nam si id verum, quare non æquè *Bretania* dicere liceat; quando Græcis Βρετανία est. *D. Vossius.*

2. *Elatius inflatiusque*] Ταυτότης ista placuit Scaligero, in mss. omnibus est *latius inflatiusque*. Idem.

3. *Hæc itinera infesta reddiderant: hæc civitates nonnullas ab ejus amicitia averterant*] MS. *Norvic.* exhibet *hæc itinera infesta reddiderat, hæc civitates nonnullas* &c. *avertebat*, unde rescripserim *hæc itinera infesta reddiderat, hæc civitates nonnullas ab ejus amicitia averterat*, ut ad *famam* hæc referantur. *Davies.*

6 ter conficere possent. Sed Allobroges Roscilli, atque
Ægi familiares, quos perfugisse ad Pompejum demon-
stravimus, conspicati in itinere exploratores Domitii,
seu pristina sua consuetudine, quod una in Gallia bel-
la gesserant; seu gloria elati, cuncta, ut erant acta,
exposuerunt, & Cæsaris profectionem, & adventum
7 Pompeji docuerunt. à quibus Domitius certior factus
vix IV horarum spatio antecedens hostium beneficio
periculum vitavit: & ad Æginium, quod est obje-
ctum oppositumque Thessaliæ, Cæsari venienti oc-
currit.
1 LXXX. Conjuncto exercitu, Cæsar Gomphos per-
venit; quod est oppidum primum Thessaliæ venien-
tibus ab Epiro; quæ gens paucis ante mensibus ultro
ad Cæsarem legatos miserat, ut suis omnibus faculta-
tibus uteretur, præsidiumque ab eo militum petierat.
2 sed eo fama jam præcurrerat, quam supra docuimus,
de prœlio Dyrrhachino, quod multis auxerat partibus.
3 itaque Androsthenes, prætor Thessaliæ, quum se vi-
ctoriæ Pompeji comitem esse mallet, quam socium Cæ-
saris in rebus adversis, omnem ex agris multitudinem
servorum ac liberorum in oppidum cogit, portasque
præcludit, & ad Scipionem Pompejumque nuncios
mittit, ut sibi subsidio veniant: se confidere munitio-
nibus oppidi, si celeriter succurratur: longinquam op-
4 pugnationem sustinere non posse. Scipio discessu exer-
cituum à Dyrrhachio cognito Larissam legiones addu-
xerat. Pompejus nondum Thessaliæ appropinquabat.
Cæsar castris munitis scalas musculosque ad repentinam
5 oppugnationem fieri, & crates parari jussit. Quibus
rebus effectis, cohortatus milites docuit quantum usum
haberet ad sublevandam omnium rerum inopiam, po-
tiri oppido pleno atque opulento; simul reliquis civi-
tatibus urbis hujus exemplo inferre terrorem; & id fie-
6 ri celeriter, priusquam auxilia concurrerent. Itaque u-
sus

ſus ſingulari militum ſtudio, eodem, quo venerat, die, poſt horam IX, oppidum altiſſimis mœnibus oppugnare aggreſſus, ante ſolis occaſum expugnavit, & ad diripiendum militibus conceſſit; ſtatimque ab oppido caſtra movit, & Metropolim venit, ſic, ut nuncios expugnati oppidi, famamque antecederet.

LXXXI. Metropolitæ, eodem primum uſi conſilio, iiſdem permoti rumoribus, portas clauſerunt, muroſque armatis compleverunt. ſed poſtea caſu [1] civitatis Gomphenſis ex captivis cognito, quos Cæſar ad murum producendos curaverat, portas aperuerunt. Quibus diligentiſſime conſervatis, [2] collata fortuna Metropolitum cum caſu Gomphenſium, nulla Theſſaliæ fuit civitas præter Lariſſæos, qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur, quin Cæſari [3] parerent, atque imperata facerent. Ille ſegetis idoneum locum in agris nactus, quæ prope jam matura erat, ibi adventum exſpectare Pompeji, eoque omnem rationem belli conferre conſtituit.

LXXXII. Pompejus paucis poſt diebus in Theſſaliam pervenit: concionatuſque apud cunctum exercitum ſuis agit gratias: Scipionis milites cohortatur, ut parta jam victoria prædæ ac præmiorum velint eſſe participes: receptiſque omnibus in una caſtra legionibus, ſuum cum Scipione honorem partitur: claſſicumque apud eum cani, & alterum illi jubet prætorium tendi. Auctis

1. *Civitatis Gomphenſis ex captivis cognito*] Nomen proprium, ut fit, in omnibus Codd. erat corruptum; illi enim *civitatis* comprehenſis *ex captivis cognito*; ſed locum hunc egregie ſanarunt doctiſſimi viri *Fr. Hotomannus* & *Pet. Ciacconius*, quorum conjecturam recepit *Joſ. Scaliger.* Hunc autem Gomphenſium caſum, præter Hiſtoricos, memorat etiam auctor Panegyr. VIII. cap. VI, I. *Davies.*

2. *Collata fortuna Metropolitum*] Ἑλληνισμός. *Metropolitum* Μητροπολιτῶν, pro Metropolitanorum. *D. Voſſius.*

3. *Parerent atque imperata facerent*] In vulgg. erat *pareret atque imperata faceret*; ſed lectionom à me receptam exhibent MSS. *Voſſ.* & *Norvic.* quam mutarunt Librarii, quippe neſcierunt verbum *plurale* nomini multitudinis *ſingulari* ſæpius eſſe conjunctum. Vide notat. ad lib. II. B. C. cap. VI. *Davies.*

2 Auctis copiis Pompeji, duobusque magnis exercitibus conjunctis, pristina omnium confirmatur opinio, & spes victoriæ augetur adeo, ut, quicquid intercederet
3 temporis, id morari reditum in Italiam videretur; &, si quando quid Pompejus tardius aut consideratius faceret, unius esse negotium diei, sed illum delectari imperio, & consulares prætoriosque servorum habere nu-
4 mero, dicerent. Jamque inter se palam de præmiis ac sacerdotiis contendebant; in annosque consulatum definiebant. alii domos bonaque eorum, qui in castris e-
5 rant Cæsaris, petebant: magnaque inter eos in consilio fuit controversia, oporteretne L. Hirri, quod is à Pompejo ad Parthos missus esset, proximis comitiis prætoriis absentis rationem haberi: quum ejus necessarii fidem implorarent Pompeji, ut præstaret, quod proficiscenti recepisset, ne per ejus auctoritatem deceptus videretur; reliqui, in labore pari ac periculo, ne unus omnes antecederet, recusarent.

1 LXXXIII. Jam de sacerdotio Cæsaris Domitius, Scipio, Spintherque Lentulus quotidianis contentionibus ad gravissimas verborum contumelias [1] palam descenderunt: quum Lentulus ætatis honorem ostenta-
2 ret; Domitius Urbanam gratiam dignitatemque jactaret; Scipio affinitate Pompeji confideret. Postulavit etiam L. Afranium proditionis exercitus Attius Rufus
3 apud Pompejum, quod gestum in Hispania diceret. & L. Domitius in consilio dixit, placere sibi bello confecto ternas tabellas dari ad judicandum iis, qui ordinis essent senatorii, belloque una cum ipsis interfuissent, sententiasque de singulis ferrent, qui Romæ remansissent, quique intra præsidia Pompeji fuissent,
4 neque operam in re militari præstitissent. unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerent; alteram, qui capitis damnarent; tertiam, qui pecunia multarent.
5 Postremo omnes aut de honoribus suis, aut de

1. *Palam descenderun.*] Malim *descenderant.* D. Vossius.

de præmiis pecuniæ, aut [1] de persequendis inimicis agebant. nec quibus rationibus superare possent; sed quemadmodum uti victoria deberent, cogitabant.

LXXXIV. [2] Re frumentaria præparata, confirma- 1
tisque militibus, & satis longo spatio temporis à Dyrrhachinis prœliis intermisso, quum satis perspectum militum animum habere videretur, tentandum Cæsar existimavit, quidnam Pompejus propositi aut voluntatis ad dimicandum haberet. Itaque ex castris exerci- 2
tum eduxit, aciemque instruxit, primum suis locis, paulloque à castris Pompeji longius; continentibus vero diebus, ut progrederetur à castris suis, collibusque Pompejanis aciem subjiceret. Quæ res in dies confirmatiorem ejus efficiebat exercitum. Superius tamen in- 3
stitutum in equitibus, quod demonstravimus, servabat, ut, quoniam numero multis partibus esset inferior, adolescentes atque expeditos ex antesignanis electos milites ad pernicitatem, armis inter equites prœliari juberet, qui quotidiana consuetudine usum quoque ejus generis prœliorum perciperent. His erat rebus 4
effectum, ut equites ∞ apertioribus etiam locis VII millium Pompejanorum impetum, quum adesset usus,

1. *De persequendis inimicis agebant*] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* miro consensu repræsentant *de persequendis* inimicitiis *agebant*; nec quidquam est causæ, cur hæc lectio rejiciatur, *abstractum* enim pro *concreto*, ut loquuntur Scholastici, eleganter usurpatur *Justinus* lib. XXXI. cap. VI. *Omnia igitur variis* assentantum *generibus corrumpebantur.* Sic ex *Pelerini* Codice edidit *J. G. Grævius*, probante *Bongarsio*; at alii MSSti *assentationum*, quomodo legendum arbitror. *Dictys* Cretensis lib. II. cap. XLII. *Graii infrequentes incuriosique ab armis turbati*, hoc est, ab armatis militibus. Alia exempla huc conferre nihil attinet, cum eorum affatim suppeditabunt not. ad lib. VII. B. G. cap. LXXVIII. & lib. VIII. cap. XIX. *Davies.*

2. *Re frumentaria præparata*] A re sane frumentaria mediocriter instructus erat Cæsar, si verum est, quod tradit *Appianus* lib. II. B. C. pag. 466. ideoque Pompejus *τρίβειν τὸν πόλεμον ἐγνώκει, καὶ ἐς λιμὸν ἐκ λιμοῦ τοὺς πολεμίους περιφέρειν.* Lego *ἐς λοιμὸν ἐκ λιμοῦ in pestilentiam ex fame*, quod solenne est. *Justinus* lib. II. cap. XIII. *Multorum deinde dierum inopia contraxerat & pestem. Cl. Mamertinus* Pan. I, cap. V, 2. *Ille passus est in profundam famem, & ex fame in pestilentiam.* Vide & *Florum* lib. III. cap. V, 17. *Idem.*

ſus, ſuſtinere auderent, neque magnopere eorum multitudine terrerentur. namque etiam per eos dies prœlium ſecundum equeſtre fecit, [1] atque unum Allobrogem ex duobus, quos perfugiſſe ad Pompejum ſupra docuimus, cum quibuſdam interfecit.

1 LXXXV. Pompejus, quia caſtra in colle habebat, ad infimas radices montis aciem inſtruebat, ſemper, ut videbatur, ſpectans, ſi iniquis locis Cæſar ſe ſub-
2 jiceret. Cæſar nulla ratione ad pugnam elici poſſe Pompejum exiſtimans, hanc ſibi commodiſſimam belli rationem judicavit, uti caſtra ex eo loco moveret, ſemperque eſſet in itineribus. hoc ſperans, ut, movendis caſtris, pluribuſque adeundis locis, commodiore frumentaria re uteretur; ſimulque, in itinere ut aliquam occaſionem dimicandi nanciſceretur, & inſolitum ad laborem Pompeji exercitum quotidianis itineribus de-
3 fatigaret. His conſtitutis rebus, ſigno jam profectionis dato, [2] tabernaculiſque detenſis, animadverſum eſt, paullo ante, extra quotidianam conſuetudinem, longius à vallo eſſe aciem Pompeji progreſſam, ut non
4 iniquo loco poſſe dimicari videretur. Tunc Cæſar apud ſuos, quum jam eſſet agmen in portis, *Differendum eſt*, inquit, *iter in præſentia nobis, & de prœlio cogitandum, ſicut ſemper depopoſcimus: animo ſimus ad dimicandum parati: non facile occaſionem poſtea reperiemus.* confeſtimque expeditas copias educit. LXXXVI.

1. *Atque unum Allobrogem*] Petav. *Egum Allobrogem*. D. Voſſius.

*Ibid.*] MSS. *Petav.* & *Norvic.* exhibent *Ægum Allobrogem ex duobus*; ac hoc quidem nomine inſignitus erat Allobrogum unus, qui ad Pompeium perfugere. Adi hujuſce libri cap. LXXIX. Ita igitur reponendum arbitror; non enim temere fit, ut Librarii nomina propria in contextum intruſerint; quin potius ea, utpote rariora, corruperunt mutaruntque. Vocem partitivam *unum* ſubaudiri poſſe docebit *G. J. Voſſius* de Conſtruct. cap. x. pag. 41. *Davies.*

2. *Tabernaculiſque detenſis*] Pal. & Bong. *tabernaculiſque incenſis*. Male. *Tendere tabernacula*, eſt *erigere*. unde tentoria, ut Maro: Æn. VIII. 605.

*— omnis legio tendebat in arvis.*

*Detendere* eſt oppoſitum. Livius: *Nautici tabernacula detendunt.* Adde quod Tabernacula nunquam quiſquam incendi dixit, ſed tuguria. Quia tabernacula ex pellibus, illa ex ſtraminibus fieri ſolita. *D. Voſſius.*

LXXXVI. Pompejus quoque, ut postea cognitum 1
est, suorum omnium hortatu statuerat prœlio decer-
tare. namque etiam in concilio superioribus diebus di-
xerat, *prius, quam concurrerent acies, fore, ut exercitus*
*Cæsaris pelleretur.* Id quum essent plerique admirati, 2
*Scio me*, inquit, *pene incredibilem rem polliceri: sed ra-*
*tionem consilii mei accipite, quo firmiore animo in prœlium*
*prodeatis. Persuasi equitibus nostris, idque mihi se facturos* 3
*confirmaverunt, ut, quum propius sit accessum, dextrum*
*Cæsaris cornu ab latere aperto aggrederentur, ut, circum-*
*venta ab tergo acie, prius perturbatum exercitum pellerent,*
*quam à nobis telum in hostem jaceretur. Ita sine periculo le-* 4
*gionum, & pene sine vulnere bellum conficiemus. id au-*
*tem difficile non est, quum tantum equitatu valeamus.* Si- 5
mul denunciavit, *ut essent animo parati in posterum; &,*
*quoniam fieret dimicandi potestas,* [1] *ut sæpe cogitavissent, ne*
*usu manuque reliquorum opinionem fallerent.*

LXXXVII. Hunc Labienus excepit, ut, quum 1
Cæsaris copias despiceret, Pompeji consilium summis
laudibus efferret. *Noli*, inquit, *existimare, Pompei,* 2
*hunc esse exercitum, qui Galliam Germaniamque devicerit.*
*omnibus interfui prœliis; neque temere incognitam rem pro-*
*nuncio. perexigua pars illius exercitus superest; magna pars*
*deperiit: quod accidere tot prœliis fuit necesse. multos au-* 3
*tumni pestilentia in Italia consumpsit: multi domum disces-*
*serunt: multi sunt relicti in continenti. An non audistis ex* 4
*iis, qui per caussam valetudinis remanserunt, cohortes esse*
*Brundisii factas? hæ copiæ, quas videtis, ex delectibus ho-* 5
*rum annorum in citeriore Gallia sunt refectæ: & pleræque*
*sunt ex coloniis Transpadanis. Attamen, quod fuit roboris,*
*duo-*

1. *Ut sæpe cogitavissent, ne usu manuque reliquorum opinionem fallerent*] Suspectus mihi locus: in Cujaciano codice erat *ne usu manuum.* D. Vossius.

*Ibid.*] Reponendum puto *ut sæpe optavissent*; Pompeium enim tarditatis insimulaverant milites, ut supra notavit *Cæsar* cap. LXXXII. nec sane video, quem locum hic habere poterit vox altera. *D. Vossio* sequentia etiam sunt suspecta, qui notat Codicem *Cujac.* habere *ne usu manuum*; & ipse testor *ne usu manus* in MSto *Norvic.* reperiri. *Davis.*

6 *duobus prœliis Dyrrhachinis interiit*. Hæc quum dixisset, juravit, *se*, *nisi victorem*, *in castra non reversurum*: reliquosque, ut idem facerent, hortatus est. Hoc laudans Pompejus idem juravit. nec vero ex reliquis fuit
7 quisquam, qui jurare dubitaret. Hæc quum facta essent in concilio, magna spe & lætitia omnium discessum est. ac jam animo victoriam præcipiebant, quod de re tanta, & à tam perito Imperatore nihil frustra confirmari videbatur.

1 LXXXVIII. Cæsar, quum Pompeji castris appropinquasset, ad hunc modum aciem ejus instructam [1] animum advertit. Erant in sinistro cornu legiones duæ, transditæ à Cæsare initio dissensionis ex S C. [2] quarum una prima, altera tertia appellabatur. in eo loco ipse erat Pompejus. Mediam aciem Scipio cum legioni-
2 bus Syriacis tenebat. Ciliciensis legio conjuncta cum co-

1. *Animum advertit* ] Vulgg. *animadvertit*: sed lectionem, quam è MSto *Norvic.* recepimus longe esse elegantiorem aliquoties monuimus. Vide notat. ad lib. I. B. G. cap. XXIV. *Davies.*

2. *Quarum una prima*, *altera tertia appellabatur* ] Magnus Lipsius Mil. Rom. lib. IV. Dialog. VIII. illud *appellabatur* omnino à Cæsare esse negat, putatque à librario substitutum. Ego etsi non dubito, audaciæ plerosque judicaturos, quod refragari ausim, attendere tamen eum voluissem ad verba, quæ hoc libro supra leguntur: *L. Cassium Longinum cum legione Tyronum*, *quæ appellabatur* XXVII, *&c.* Ubi similis prorsus loquendi modus. Alibi etiam dixit, *legio quæ vernacula appellabatur.* Sed hoc loco monendum præterea, pro tertia legione legendum alios putasse quartâ: ex Lucano: qui ait

——— *cornus tibi cura sinistri*
*Lentule cum primâ*, *quæ tum fuit optima bello*
*Et quartâ legione datur.*

Nisi ipsum Lucanum erravisse dicamus: aut, quod malim, non convenisse inter autores: nam Lucanus in dextro cornu Domitium, in sinistro Lentulum: contra Appianus illum in lævo, hunc in dextro collocat. Cæsar ipse Pompejum in sinistro, ait fuisse, Plutarchus in dextro, & Domitium in lævo. Sed de Pompejo movere non debet nisi quatenus dicitur hic fuisse in dextro, illic in sinistro cornu: nam etsi ille in sinistro, tamen præposuerat quoque huic peculiarem legatum. Ut Cæsar ipse dicit, dextro cornu præfuisse Syllam, & tamen se contra Pompejum constitisse ait, h. e. dextro cornu suo, quod opponebatur sinistro hostium in quo Pompejus erat. Ut profecto credere debeam etiam hunc locum de numero legionum in antiquissimis codicibus diversè scriptum fuisse. *D. Vossius.*

cohortibus Hispanis, quas transductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erant collocatæ. Has firmissimas se habere Pompejus existimabat. Reliquas inter 3
aciem mediam, cornuaque interjecerat: numeroque
[1] cohortes cx expleverat. (hæc erant millia xlv.) evoca- 4
torum circiter duæ, quæ ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum convenerant: quæ tota acie dispersæ erant. Reliquas cohortes vii castris propinquisque
castellis præsidio disposuerat. Dextrum cornu ejus ri- 5
vus quidam impeditis ripis muniebat. quam ad caussam
[2] cunctum equitatum, sagittarios funditoresque omnes in sinistro cornu objecerat.

LXXXIX.

1. *Cohortes* cx *expleverat: hæc erant millia* xlv.] Ita in omnibus codicibus. Tradunt quoque Plutarchus, & Appianus Cæsari millia xxii. Pompeio numerum altera parte majorem fuisse. Tamen cohortes cx faciunt millia lv. quomodo in editis libris nonnullis legere est. Et fortasse ita Cæsar scripsit. Scio quidem potuisse atteri bello cohortes, ut cx non plures quam xlv mille milites continerent: sed non videtur Cæsar id sincere expressurus fuisse: quia quo major hostium numerus, eo illustrior ejus victoria. Florus l. iv. c. ii. *trecenta hinc illinc millia fuisse præter auxilia Regum & Senatus* ait. Vereor multum, ne mendosus locus sit, & scribendum *centena*. Alioqui vanissimus jactator est. *D. Vossius.*

*Ibid.*] Dubium quidem non est, quin mendosus sit *Flori* locus, non tamen in ea re, quam voluit *Dionys. Vossius*: nam tradit *Appianus* lib. ii. B. C pag. 471. nonnullos esse qui scripserunt, in utroque exercitu fuisse ἀνδρῶν Ἰταλῶν τεσσαράκοντα μυριάδας, ideoque, cum vanissimus jactator fuerit *Florus*, non mirum est, eum cum iis auctoribus fecisse, qui multitudinem exaggerabant. Sed bene se gessisset vir eruditus, si perpendisset *auxilia Regum & Senatus*; ultima enim vox omni procul dubio est vitiata. Post ea *Joan. Freinshemius* substituit *nationum*, *Anna Daceria* & *J. G. Grævius* malunt *sociorum*; sed utraque conjectura nimium abit à Codicum MSS. lectione. Si mihi fas sit post tanta nomina emendationem tentare, reponerem *auxilia Regum & Dynastum*, eodem modo quo *Metropolitum* dixit *Cæsar* supra cap. lxxxi. Sic *noster* hujusce libri cap. iii. *Regibusque omnibus &* Dynastis *& tetrachis. Hirtius* Bell. Alex. cap. lxv. *Reges, Tyrannos*, Dynastas, *provinciæ —— dimittit.* Sed & Βασιλέας καὶ δυνάστας in recensendis Pompeii copiis jungit *Appianus* B. C. lib. ii. p. 472. *Davies.*

2. *Cunctum equitatum*] Si Frontinum audimus, lib. ii. Strateg. c. iii. sexcenti in dextro cornu equites fuere. Sed monere visum in eodem auctore, quod paullo ante ait: *Cn. Pompejus adversus C. Cæsarem palustri prælio Pharsaliæ, triplicem instruxit aciem.* Moneo, inquam, non intellexisse Stewechium, quid vox *palustre* hic vellet, ideoque corruptam putasse. Sed explicat ipse Frontinus, & paullo post ait: *Sinistrum latus, ne circuiri posset, admovit paludibus.* D. Vossius.

1 LXXXIX. Cæsar, superius institutum servans, x legionem in dextro cornu, ix in sinistro collocaverat, tametsi erat Dyrrhachinis prœliis vehementer attenuata: & huic sic adjunxit iix, ut pene unam ex duabus efficeret; atque alteram alteri præsidio esse jus-
2 serat. Cohortes in acie LXXX constitutas habebat. quæ summa erat ∞ XXII. Cohortes II castris præsidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, media acie Cn. Domitium præposuerat. Ipse contra
3 Pompejum consistit. Simul his rebus animadversis, quas demonstravimus, timens, ne à multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter [1] ex tertia acie singulas cohortes detraxit; atque ex his quartam instituit, equitatuique opposuit; &, quid fieri vellet, ostendit; monuitque ejus diei victoriam in ea-
4 rum cohortium virtute constare. Simul tertiæ aciei, totique exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret: se, quum id fieri vellet, vexillo signum daturum.

1 XC. Exercitum quum militari more ad pugnam cohortaretur, suaque in eum perpetui temporis officia prædicaret, *in primis commemoravit, testibus se militibus*
2 *uti posse, quanto studio pacem petisset: quæ per Vatinium in colloquiis, quæ per A. Clodium cum Scipione egessit; quibus modis*

1. *Ex tertia acie singulas cohortes detraxit*] Expone ex quaque legione tertiæ aciei; nam cohortes detractæ sex fuerunt, & totidem legiones in eadem acie. Docent veteres, docuitque olim Frontinus, sed nunc mire depravatus. Verba sunt: *In dextro cornu Cæsar posuit equitem, cui velocissimos miscuit peditum, & ad morem equestris pugnæ exercitatos. Sed deinde cohortes in subsidio retinuit ad res subitas; sed dextro latere conversas in obliquum, unde equitatum hostium expectabat, collocavit.* Lege: *Sex deinde cohortes in subsidio retinuit, ad res subitas; & dextro latere,* D. Vossius.

*Ibid.*] Dura videtur *D. Vossii* expositio; malim igitur *senas cohortes detraxit. Plutarchus* cum alibi, tum vit. Cæs. pag. 728. Ἀπὸ τῆς ἐσχάτης τάξεως ἀδήλως ἐπέλευσε περιελθεῖν περὶ ἑαυτὸν ἓξ σπείρας &c. Vide & cap. XCIII. Ac ita sane reposuerunt *Pet. Ciacconius* & *Just. Lipsius* Mil. Rom. lib. IV. Dial. VIII. *Latinus Latinius* conjecit *extrema acie sex cohortes.* Sic & *Fr. Hotomannus*, nisi quod *extremæ aciei* malit. Sed placet conjectura, quam dixi, quia minus recedit à receptæ lectionis vestigiis. *Davies.*

*modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset: neque se unquam abuti militum sanguine, neque Remp.* 3
*alterutro exercitu privare voluisse.* Hac habita oratione, 4
exposcentibus militibus, & studio pugnæ ardentibus, tuba signum dedit.

XCI. Erat Crastinus evocatus in exercitu Cæsaris, 1
qui superiore anno apud eum primum pilum in legione x duxerat, vir singulari virtute. Hic, signo dato, *Sequimini me*, inquit, *manipulares mei qui fuistis; &*
*vestro Imperatori, quam constituistis, operam date. Unum* 2
*hoc prælium superest: quo confecto, & ille suam dignitatem, & nos nostram libertatem recuperabimus.* simul re- 3
spiciens Cæsarem, *Faciam*, inquit, *hodie, Imperator, ut aut vivo mihi, aut mortuo gratias agas.* Hæc quum dixisset, primus ex dextro cornu procurrit: atque eum milites electi circiter cxx voluntarii ejusdem centuriæ sunt prosecuti.

XCII. Inter duas acies tantum erat relictum spatii, 1
ut satis esset ad concursum utriusque exercitus. sed Pompejus suis prædixerat, ut Cæsaris impetum exciperent, neve se loco moverent; aciemque ejus distrahi paterentur. idque admonitu C. Triarii fecisse dice- 2
batur, ut primus excursus visque militum infringeretur; aciesque distenderetur; atque suis ordinibus dispositi dispersos adorirentur: levius quoque casura pila sperabat, in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrissent: simul fore, ut, duplicato cursu, Cæsaris milites exanimarentur, & lassitudine conficerentur. Quod nobis quidem nulla ratione factum à 3
Pompejo videtur: propterea quod est quædam animi incitatio, atque alacritas naturaliter innata omnibus, quæ studio pugnæ incenditur. hanc non reprimere, sed augere imperatores debent; neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent, clamoremque universi tollerent: quibus rebus

& hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimaverunt.
1 XCIII. Sed noſtri milites dato ſigno, quum infe-
ſtis pilis procucurriſſent, atque animadvertiſſent non
concurri à Pompejanis, [1] uſu periti, ac ſuperioribus
pugnis exercitati ſua ſponte curſum repreſſerunt, &
ad medium fere ſpatium conſtiterunt, ne conſumptis
viribus appropinquarent; parvoque intermiſſo tempo-
ris ſpatio, ac rurſus renovato curſu, pila miſerunt;
celeriterque, ut erat præceptum à Cæſare, gladios
ſtrinxerunt. Neque vero Pompejani huic rei deſue-
2 runt. nam & tela miſſa exceperunt, & impetum le-
gionum tulerunt, & ordines conſervaverunt; piliſque
3 miſſis ad gladios redierunt. Eodem tempore equites à
ſiniſtro Pompeji cornu, ut erat imperatum, univerſi
procucurrerunt: omniſque multitudo ſagittariorum ſe
profudit: quorum impetum noſter equitatus non tu-
lit, ſed paullum loco motus ceſſit: equiteſque Pom-
pejani hoc acrius inſtare, & ſe turmatim explicare, a-
ciemque noſtram à latere aperto circuire cœperunt.
4 Quod ubi Cæſar animadvertit, IV aciei, quam inſti-
5 tuerat ſex cohortium numero, ſignum dedit. Illi cele-
riter procucurrerunt; infeſtiſque ſignis tanta vi in
Pompeji equites impetum fecerunt, ut eorum nemo
conſiſteret. omneſque converſi non ſolum loco exce-
derent, ſed protinus incitati, fuga montes altiſſimos
pete-

1. *Uſu periti*] Proba, licet rarior, eſt hæc conſtructio. *Hirtius* Bell. Afric. cap. XXXI. *Mirabili peritus ſcientia bellandi*, ubi fruſtra eſt *Juſt. Lipſius*, qui Elect. lib. II. cap. XXII. reponit *penitus ſcientia*. *Vitruvius* Archit. lib. I. cap. I. *Architectus, qui pluribus artibus debet eſſe peritus*. *Arnobius* lib. II. pag. 53. ed. Plantin. *Non quo illos* (Philoſophos) *negemus* —— *omni genere ſtudiorum & diſciplinarum peritos*. *Lactantius* Div. Inſtit. lib. V. cap. I. *Septimius quoque Tertullianus fuit omni genere litterarum peritus*. Eadem vox, ut & σύνταξις, reſtituenda eſt *Martiali*, qui in vulgg. Spectac. Epigr. XIX. ſic loquitur

*Occubuit tandem cornuto ardore petitus,*
*Dum facilem tolli ſic elephanta putat.*

*Ramireſius* ex v. c. legit *cornuto ardore potitus*, alii vulgatam lectionem retinent, mireque interpretantur. Reſcribendum puto *cornuto ardore peritus*, quod elegantiſſime dicitur de tauro exercitatis cornibus inſtructo. *Davies*.

peterent. Quibus summotis, omnes sagittarii, funditoresque destituti inermes, sine præsidio, interfecti
sunt. Eodem impetu cohortes sinistrum cornu, pugnan- 6
tibus etiam tum ac resistentibus in acie Pompejanis, circumierunt, eosque à tergo sunt adorti.

XCIV. Eodem tempore tertiam aciem Cæsar, quæ 1
quieta fuerat, & se ad id tempus loco tenuerat, procurrere
jussit. Ita, quum recentes atque integri defessis succes- 2
sissent, alii autem à tergo adorirentur, [1] sustinere Pompejani non potuerunt, atque universi terga verterunt.
Neque vero Cæsarem fefellit, quin ab iis cohortibus, 3
quæ contra equitatum in IV acie collocatæ essent, initium victoriæ oriretur, ut ipse in cohortandis militibus pronunciaverat. ab his enim primum equitatus est pulsus: ab iisdem facta cædes sagittariorum atque fun-
ditorum: ab iisdem acies Pompejana à sinistra parte e- 4
rat circumventa, atque initium fugæ factum. Sed 5
Pompejus, ut equitatum suum pulsum vidit, atque eam partem, cui maxime confidebat, perterritam animadvertit, aliis diffisus, acie excessit, protinusque se in
castra equo contulit; & iis centurionibus, quos in sta- 6
tione ad prætoriam portam posuerat, clare, ut milites exaudirent, *Tueamini*, inquit, *castra*, *& defendite diligenter, si quid durius acciderit. Ego reliquas portas circumeo, & castrorum præsidia confirmo.* Hæc quum dixisset, 7
se in prætorium contulit, summæ rei diffidens, & tamen eventum exspectans.

XCV. Cæsar, Pompejanis ex fuga intra vallum com- 1
pulsis, nullum spatium perterritis [2] dare oportere æsti-

1. *Sustinere Pompejani non potuerunt*] Ait Frontinus: l. IV. Strateg. c. VII. *C. Cæsar, cum in partibus Pompejanis magna equitum Romanorum esset manus, eaque armorum scientia milites conficeret, ora oculosque eorum gladiis peti jussit, & sic adversam faciem cadere coëgit.* Corrupta verba emendo, *adversam aciem cedere coëgit*: Stewechii conjectura est, *aversa facie cedere coëgit*. Neque hanc improbo. *D. Vossius.*

2. *Dare oportere æstimans*] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *dare oportere existimans*; proprie quidem: nihil tamen opus est ut quidquam mutemus, simili enim modo hanc vocem usurpant probi auctores. *Sallustius* Hist. lib. 1. *Ne am*

ſtimans, milites cohortatus eſt, ut beneficio fortunæ
uterentur, caſtraque oppugnarent: qui, etſi magno
æſtu fatigati (nam ad meridiem res erat perducta;) ta-
men, ad omnem laborem animo parati, imperio parue-
2 runt. Caſtra à cohortibus, quæ ibi præſidio erant re-
lictæ, induſtrie defendebantur; multo etiam acrius à
3 Thracibus, barbariſque auxiliis. nam qui acie refuge-
rant milites, & animo perterriti & laſſitudine confe-
cti, miſſis pleriſque armis, ſigniſque militaribus, ma-
gis de reliqua fuga, quam de caſtrorum defenſione co-
4 gitabant. Neque vero diutius, qui in vallo conſtite-
rant, multitudinem telorum ſuſtinere potuerunt; ſed
confecti vulneribus locum reliquerunt; protinuſque
omnes, ducibus uſi centurionibus, tribuniſque mil.
in altiſſimos montes, qui ad caſtra pertinebant, con-
fugerunt.

1 XCVI. In caſtris Pompeji videre licuit [1] triclinia ſtra-

*ant ipſi, neſanda quæ æſtimatis, ea parum credendo de aliis circumveniamini.* *Phædrus* Fab. lib. III. Fab. IV, 5. *Ridicule magis hoc dictum, quam vere æſtimo.* Et lib. IV. Fab. XVII, 15. *Turpe æſtimantes aliquid commiſſum à ſuis.* Sic etiam perſæpe loquitur *Hyginus.* Vide Fabb. CIV. & CVI. *Davies.*

1. *Triclinia ſtrata, magnum argenti pondus expoſitum*] In vv. cc. eſt *trichilas ſtratas.* Quod Scaligero in notis ad Catalecta placet. Ego damno: neque enim ſternuntur trichilæ; vidit hoc quoque magnus Salmaſius, & ingenioſe reſtituit *ſtructas.* Si *trichilas* admitterem illud, *ſtructas* recipere non dubitarem. Sed non dubito vulgatam lectionem veram eſſe. Habemus apud Spartianum in Hadriano: *Triclinia de caſtris, & porticus, & cryptas, & topia dirueret.* Vides hic quoque *triclinia* in luxu caſtrorum. Quid mirum? cum illud procul ſit à veteri Romanorum ſimplicitate, procul à more Græcorum, de quibus Curtius, *cibus quem occupant ſatiat, feſſis humus cubile eſt.* Præterea ſi hic *trichilas* legas quid volunt ſibi verba ſequentia, *magnum argenti pondus expoſitum!* Denique & illa, *L. Lentuli & nonnullorum tabernacula protecta hedera.* Topia hic deſignat Cæſar, atqui illa nihil aliud quam trichilæ. itaque ταυτολόγος ſit, quod non fero. Quare expono Cæſaris verba *triclinia ſtrata*, ſcilicet ad mollitiem, ut recubantes cibum caperent. Idem in Hadriano Spartianus. Et Lucanus de hac ipſa re,

*— capit improba plebes*
*Ceſpite patritio ſomnos.*

*Magnum argenti pondus expoſitum* exponit Plutarchus, *καὶ τράπεζαι ἐκπωμάτων μεσταί· καὶ κρατῆρες οἴνου προέκειντο.* Nimirum vaſa argentea Cæſar intelligit. Locutus ſic quoque Tullius Verr. VI. *cum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum in ædibus.* Nihil clarius. Denique, *tabernacula protecta hedera,*

ſtrata, magnum argenti pondus expoſitum, recenti-
bus ceſpitibus tabernacula conſtrata, L. etiam Lentu-
li, & nonnullorum tabernacula protecta edera, mul-
taque præterea, quæ nimiam luxuriam, & victoriæ
fiduciam deſignarent; ut facile æſtimari poſſet, nihil
eos de eventu ejus diei timuiſſe, qui non neceſſarias
conquirerent voluptates, atque ii miſerrimo ac patien- 2
tiſſimo exercitui Cæſaris luxuriem objiciebant, cui
ſemper omnia ad [1] neceſſarium uſum defuiſſent. Pom- 3
pejus jam, quum intra vallum noſtri verſarentur, e-
quum nactus, detractis inſignibus imperatoris, Decu-
mana porta ſe ex caſtris ejecit; protinuſque equo cita-
to Lariſſam contendit. neque ibi conſtitit, ſed eadem 4
celeritate paucos ſuorum ex fuga nactus, nocturno iti-
nere non intermiſſo, comitatu equitum xxx ad mare
pervenit, navemque frumentariam conſcendit; ſæpe,
ut dicebatur, querens, tantum ſe opinionem fefelliſſe,
ut à quo genere hominum victoriam ſperaſſet, ab eo
initio fugæ facto, pene proditus videretur.

XCVII. Cæſar caſtris potitus à militibus contendit, 1
ne in præda occupati reliqui negotii gerendi faculta-
tem dimitterent. Qua re impetrata, montem opere 2
circumvenire inſtituit. Pompejani, quod is mons erat
ſine aqua, diffiſi ei loco, relicto monte, [2] univerſi ju-
ris ejus Lariſſam verſus ſe recipere cœperunt. [3] Qua re
ani-

*hedera*, ſunt topia, quorum & in Spartiano mentio. Ut nullus ambigam & Cæſaris & Spartiani locum ſaniſſimum eſſe. *D. Voſſius.*

1. *Ad neceſſarium uſum*] Palat. *ad neceſſarium victum.* Recte. *D. Voſſius.*

2. *Univerſi juris ejus Lariſſam verſus ſe recipere*] Sic quoque Petav. niſi quod *ſe* in eo abſit. Palatinus *τὸ juris ejus* omittit. Locus à multis tentatus. Manutius *viris equis* legebat. Victorius per *juris ejus* intelligit victos, ego Pompejanos. Dixit initio 1, de Bello civili Cæſar: *univerſi ordinis ejus à Pompejo evocantur*, ubi Pompejanos intelligit, nam cave ne de toto Senatu id dictum putes. Etſi exponere poſſis, univerſi qui in ordine Senatorio faverent Pompejo. Et hoc cæteris præfero. *D. Voſſius.*

3. *Qua re animadverſa*] MSS. *Norvic.* & *Brant.* repræſentant *qua ſpe animadverſa*, eandemque lectionem in optimo Codice invenit, receptaque multo elegantiorem judicavit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. IX. cap. XXIV. Illi quippe videtur eſſe *ἀντί-*
*θετο*

3 animadversa, Cæsar copias suas divisit; partemque legionum in castris Pompeji remanere jussit, partem in sua castra remisit: IV secum legiones duxit; commo-
4 dioreque itinere Pompejanis occurrere cœpit: & progressus millia passuum VI aciem instruxit. Qua re animadversa, Pompejani in quodam monte constiterunt. Hunc montem flumen subluebat. Cæsar, milites cohortatus, etsi totius diei continenti labore erant confecti, noxque jam suberat, tamen munitione flumen à monte seclusit, ne noctu Pompejani aquari possent.
5 Quo jam perfecto opere, illi de deditione, missis legatis, agere cœperunt. Pauci ordinis Senatorii, qui se cum iis conjunxerant, nocte fuga salutem petierunt.
1 XCVIII. Cæsar prima luce omnes eos, qui in monte consederant, ex superioribus locis in planitiem de-
2 scendere, atque arma projicere jussit. Quod ubi sine recusatione fecerunt, passisque palmis, projecti ad terram, flentes ab eo petierunt salutem: consolatus consurgere jussit: & pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conservavit; [1] militibusque suis jussit, ne qui eorum violarentur, neu

θετον superioris vocis *dissisi*, eique verbo, à contrario, respondere. *Davies.*

1. *Militibusque suis jussit, ne qui eorum violarentur* ] Ἑλληνίζει, ut κελεύω τινὶ, nam *jubeo* apud Latinos nullum casum regit, nisi cognatæ significationis nomen addatur, ut si dicas *jubeo jussionem.* Sed in mſ. Cujac. & Petavii pro *jussit*, est *commendavit.* An ita Cæsar scripsit? profecto vereor ne verum sit. *D. Vossius.*

*Ibid.* ] MSS. *Norvic. Petav. Cujac.* & *Ursin.* exhibent *militibusque suis commendavit.* Sed vulgatam lectionem non desero, quæ proba est & Latina. *Dictys* Cretensis lib. II. cap. XXXV. *Militibus, ut apud arma essent, jubet.* Fictitius *Abdias* Hist. Apost. lib. III. cap. XXIX. *Jussit fratribus, ut unusquisque tenens mortuum, diceret* &c. Sic etiam passim inferioris ævi scriptores, ut agnoscit *G. J. Vossius* de Construct. cap. XXXVI: qui tamen falsus est in eo quod confirmarit nec *Livium* nec illius seculi quenquam sic locutum esse. En ipsa *Livii* verba lib. XXVII. cap. XXIV. *Inde portas custodire jussit tribunis militum, præfectisque socium & centurionibus*; sic omnes MSSti, fatente viro summo *J. F. Gronovio*, qui tamen aliter ex conjectura edidit, quod hanc locutionem solœcam esse perperam existimaret, ut pluribus ostendere viri doctissimi *Casp. Scioppius* & *Jac. Perizonius* ad *Sanctii* Minerv. lib. II. cap. IV. *Davies.*

neu quid sui desiderarent. Hac adhibita diligentia, ex 3
castris sibi legiones alias occurrere, & eas, quas secum
duxerat, invicem requiescere, atque in castra reverti
jussit: eodemque die Larissam pervenit.

XCIX. In eo prœlio non amplius cc milites desi- 1
deravit; sed centuriones, fortes viros, circiter xxx a-
misit. Interfectus est etiam fortissime pugnans Crasti-
nus, cujus mentionem supra fecimus, gladio in os ad-
versum conjecto. Neque id fuit falsum, quod ille in 2
pugnam proficiscens dixerat. Sic enim Cæsar existima-
bat, eo prœlio excellentissimam virtutem Crastini
fuisse; optimeque eum de se meritum judicabat. Ex 3
Pompejano exercitu circiter millia xv cecidisse vide-
bantur: sed in deditionem venerunt amplius millia
xxiv, (namque etiam cohortes, quæ præsidio in castel-
lis fuerunt, sese Sullæ dediderunt. multi præterea in
finitimas civitates refugerunt) signaque militaria ex 4
prœlio ad Cæsarem sunt relata CLXXX, & Aquilæ IX.
L. Domitius ex castris in montem refugiens, quum
vires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est in-
terfectus.

C. Eodem tempore D. Lælius cum classe [1] ad 1
Brundisium venit; eademque ratione, qua factum à
Libone antea demonstravimus, insulam objectam por-
tui Brundisino tenuit. Similiter Vatinius, qui Brundi- 2
sio præerat, tectis instratisque scaphis elicuit naves Læ-
lianas; atque ex his longius productam unam quinque-
remem, & minores duas in angustiis portus cepit: i-
temque per equites dispositos aqua prohibere classiarios
instituit. Sed Lælius tempore anni commodiore usus 3
ad navigandum, onerariis navibus Corcyra Dyrrhachio-
que aquam suis supportabat; neque à proposito deter-
reba-

1. *Ad Brundisium* ] Læva mens *Pet. Ciacconium* urgebat, cum hanc præpositionem delendam esse censeret; nam cap. CI legitur *Cassius ad Messanam navibus advolavit.* Et cap. XL. *Cn. Pompeius filius — ad Oricum venit.* Sic & innumeris in locis *Cæsar* aliique boni auctores. *Davies.*

4 rebatur; neque ante prœlium, in Thessalia factum, co-
gnitum, aut ignominia amissarum navium, aut ne-
cessariarum rerum inopia, ex portu insulaque expel-
li potuit.

1 CI. Iisdem fere temporibus Cassius cum classe Sy-
rorum, & Phœnicum, & Cilicum in Siciliam venit:
& quum esset Cæsaris classis divisa in duas partes, &
dimidiæ parti præesset P. Sulpicius prætor [1] Liboque
ad fretum, dimidiæ M. Pomponius ad Messanam;
prius Cassius ad Messanam navibus advolavit, quam
2 Pomponius de ejus adventu cognosceret: perturbatum-
que eum nactus, nullis custodiis, neque ordinibus cer-
tis, magno vento & secundo completas onerarias na-
ves tæda, & pice, & stupa reliquisque rebus, quæ
sunt ad incendia, in Pomponianam classem immisit,
atque omnes naves incendit XXXV, [2] in quibus erant
3 XX constratæ: tantusque eo facto timor incessit, ut,
quum esset legio præsidio Messanæ, vix oppidum de-
fenderetur: &, nisi eo ipso tempore nuncii de Cæsa-
ris victoria per dispositos equites essent allati, existi-
4 mabant plerique futurum fuisse, ut amitteretur. Sed
opportunissime nunciis allatis oppidum fuit defensum;
Cassiusque ad Sulpicianam inde classem [3] profectus est
& Libonem: applicatisque nostris ad terram navibus,
propter eundem timorem, pari, atque antea, ratione
egit.

1. *Liboque ad fretum*] Libo, à quo paullo ante memoravit insulam contra portum Brundisinum fuisse occupatam, Pompeianarum erat partium. Vide hujusce libri cap. XXIII. De alio itaque hic loquitur *Cæsar*, cujus tamen auctores non meminerunt, adeo ut locum mendi suspectum habeam. MS. *Norvic.* & edit. *Rom.* exhibent *Jubone ad fretum*; *Beroald. Vibone ad fretum*: & sic legendum arbitror; Vibo enim oppidum erat Bruttiorum, à freto Siculo non longe dissitum. Vide *Christ. Cellarium* Geogr. Antiq. lib. II. cap. IX. p. 584. ed. Contabr. *Davies.*

2. *In quibus erant* XX *constratæ*] Palat. Petav. & Bongars. *rostratæ.* Idem in codice Florentino & Carrariensi reperit Brutus. *D. Vossius.*

3. *Profectus est & Libonem*] Particula copulans non est in Codd. MS. *Norvic.* & editt. *Rom.* A. D. 1472. *Profectus est Jubonem*; *Ven. Profectus est Libonem. Beroald. Profectus est Vibonem*, quæ vera est lectio, ut paullo ante comprobatum dedi. *Davies.*

egit. ſecundum nactus ventum, onerarias naves circi- 5
ter XL præparatas ad incendium immiſit, & flamma ab
utroque cornu comprehenſa, naves ſunt combuſtæ V.
quumque ignis magnitudine venti latius ſerperet; mi- 6
lites, qui ex veteribus legionibus erant relicti præſidio
navibus, ex numero ægrorum, ignominiam non tu-
lerunt, ſed ſua ſponte naves conſcenderunt, & à terra
ſolverunt; impetuque facto in Caſſianam claſſem, quin-
queremes II, in quarum altera erat Caſſius, ceperunt.
ſed Caſſius exceptus ſcapha refugit. Præterea duæ ſunt 7
deprehenſæ triremes. neque multo poſt de prœlio fa-
cto in Theſſalia cognitum eſt; ut ipſis Pompejanis fi-
des fieret. nam ante id tempus fingi à legatis amiciſ-
que Cæſaris arbitrabantur. Quibus rebus cognitis, ex
iis locis Caſſius cum claſſe diſceſſit.

CII. Cæſar omnibus rebus relictis perſequendum ſi- 1
bi Pompejum exiſtimavit, quaſcumque in partes ex
fuga ſe recepiſſet, ne rurſus copias comparare alias, &
bellum renovare poſſet: & quantum itineris equitatu
efficere poterat, quotidie progrediebatur: legionem-
que unam minoribus itineribus ſubſequi juſſit. Erat e- 2
dictum Pompeji nomine Amphipoli propoſitum, uti
omnes ejus provinciæ juniores, Græci, civeſque Ro-
mani jurandi cauſſa convenirent. ſed, utrum averten- 3
dæ ſuſpicionis cauſſa Pompejus propoſuiſſet, ut quam
diutiſſime longioris fugæ conſilium occultaret, an no-
vis delectibus, ſi nemo premeret, Macedoniam tene-
re conaretur, [1] exiſtimari non poterat. Ipſe ad ancho- 4
ram

1. *Exiſtimari non poterat*] Lego *æſtimari*, ut plerumque in mſſis hæc duo confunduntur. Niſi *exiſtimari* pro *æſtimari* ponatur. *D. Voſſius.*

Ibid.] *Dionyſ. Voſſio* legendum videtur *æſtimari non poterat*; ſed nihil opus eſt manu medica, nam in optimis ſcriptoribus hæ voces confunduntur. *Terentius* Heaut. Act. II. Sc. III, 41. *Nam ea res dedit tum exiſtumandi copiam Cotidianæ vitæ conſuetudinem.* Idem Phorm. Act. I. Sc. I, 11. *Haud exiſtimans Quanto labore partum.* Ubi *Donatus*, *pro æſtimans*, inquit. *Salluſtius*, *Si*, *Quirites*; *pacem exiſtimaretis.* *Livius* lib. XXIII. cap. XV. *Inde exiſtimatu facile eſſe.* Vide & *J. F. Gronovium* ad l. XXXIV. cap. II. *Davies.*

ram una nocte constitit; & vocatis ad se Amphipoli hospitibus, & pecunia ad necessarios sumptus corrogata, cognito Cæsaris adventu, ex eo loco discessit, &
5 Mitylenas paucis diebus venit. Biduum tempestate retentus, navibusque aliis additis actuariis, in Ciliciam,
6 atque inde Cyprum pervenit. Ibi cognoscit, consensu omnium Antiochensium, civiumque Romanorum qui illic negotiarentur, arcem ante captam esse excludendi sui caussa; nunciosque dimissos ad eos, qui se ex fuga in finitimas civitates recepisse dicerentur, ne Antiochiam adirent: id si fecissent, magno eorum capitis
7 periculo futurum. Idem hoc L. Lentulo, qui superiore anno consul fuerat, & P. Lentulo consulari, ac nonnullis aliis acciderat Rhodi, qui quum ex fuga Pompejum sequerentur, atque in insulam venissent, oppido ac portu recepti non erant: missisque ad eos nunciis, ut ex iis locis discederent, contra voluntatem suam naves solverunt. Jamque de Cæsaris adventu fama ad civitates perferebatur.

1 CIII. Quibus cognitis rebus, Pompejus, deposito adeundæ Syriæ consilio, pecunia societatis sublata, & à quibusdam privatis sumpta, & æris magno pondere ad militarem usum in naves imposito, duobusque millibus hominum armatis, partim quos ex familiis societatum delegerat, partim à negotiatoribus coëgerat, quosque ex suis quisque ad hanc rem idoneos existi-
2 mabat, Pelusium pervenit. Ibi casu rex erat Ptolemæus, puer ætate, magnis copiis, cum sorore Cleopatra gerens bellum; quam paucis ante mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat: castraque Cleopatræ non longo spatio ab ejus castris dista-
3 bant. Ad eum Pompejus misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur, atque illius o-
4 pibus in calamitate tegeretur. Sed qui ab eo missi erant, confecto legationis officio, liberius cum militi-
bus

bus regis colloqui cœperunt, eosque hortari, ut suum officium Pompejo præstarent, neve ejus fortunam despicerent. In hoc erant numero complures Pompeji mi- 5
lites; quos ex ejus exercitu acceptos in Syria Gabinius Alexandriam transduxerat, belloque confecto apud Ptolemæum patrem pueri reliquerat.

CIV. His tunc cognitis rebus, amici regis, qui 1
propter ætatem ejus in procuratione erant regni; sive timore adducti, ut postea prædicabant, ne, sollicitato exercitu regio, Pompejus Alexandriam Ægyptumque occuparet; sive despecta ejus fortuna, ut plerumque in calamitate ex amicis inimici existunt, iis, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt, eumque ad regem venire jusserunt. Ipsi clam consilio inito A- 2
chillam præfectum regium singulari hominem audacia, & [1] L. Septimium tribunum militum ad interficiendum Pompejum miserunt. Ab his liberaliter ipse appella- 3
tus, & quadam notitia Septimii productus, [2] quod bello prædonum apud eum ordinem duxerat, [3] naviculam par-

1. *Septimium tribunum militum* ] In vulgatis *Appiani* exemplaribus lib. II. B. C. pag. 480. legere est Σεμπρώνιος ἀνὴρ Ῥωμαῖος, τότε μὲν τῷ βασιλεῖ, πάλαι δὲ αὐτοῦ Πομπηΐου στρατευσάμενος. Et p. 481. Τὸν Σεμπρώνιον εἶδε ἐπεγνώκει Ῥωμαῖον ὄντα, &c. sed utrobique reponendum est Σεπτιμίου nomen. Vide *Plutarchum* in Pomp. pagg. 660, 661. & *Dionem* lib. XLII. pagg. 186, 187. *Davies.*

2. *Bello prædonum* ] Id bellum intelligit, quod contra piratas Cilicas gessit Pompeius. Vide, præter alios Historicos, *Florum* lib. III. cap. VI. *Idem.*

3. *Naviculam parvulam conscendit cum paucis suis atque ibi ab Achilla & Septimio interficitur* ] Sic quidem omnes Historici. Adi *Plutarchum* in Pompeio pag. 661. *Appianum* lib. II. B. C. pag. 481. & *Dionem* lib. XLII. pag. 187. At *Cicero* de Divin. lib. II. cap. IX. *An*, inquit, *Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si scisset se in* solitudine Ægyptiorum trucidatum iri, *amisso exercitu:* quæ si vera lectio, cum ab aliis omnibus, tum ab se ipso diversus abit vir præstantissimus. Vide Tusc. Quæst. lib. III. pag. 145. ed. Fabric. Unde mendosum esse locum crediderim. Repono *si scisset se in* celone (vel potius *celoce*; hoc enim navigium à plerisque *celox* dicitur. Vide Nonium Marcellum pag. 557.) *Ægyptiorum trucidatum iri*. Celo navis est biremis, vel triremis, ut testatur *Isidorus* Hispalensis lib. XIX. cap. I. quod pulcre convenit cum *Lucano*, qui lib. VIII. vs. 562. seqq. auctor est interfectores Pompeii *biremi* vectos fuisse. Imperiti Monachi, cum non

parvulam conſcendit cum paucis ſuis, & ibi ab Achilla & Septimio interficitur. Item L. Lentulus comprehenditur à rege, & in cuſtodia necatur.

1 CV. Cæſar, quum in Aſiam veniſſet, reperiebat,
T. Ampium conatum eſſe tollere pecunias Epheſo ex
Fano Dianæ; cjuſque rei cauſſa, ſenatores omnes ex
provincia vocaſſe, [1] ut iis teſtibus in ſumma pecuniæ
uteretur; ſed interpellatum adventu Cæſaris profugiſ-
ſe. Ita duobus temporibus Epheſiæ pecuniæ Cæſar au-
2 xilium tulit. Item conſtabat, [2] Elide in templo Mi-
nervæ, repetitis atque enumeratis diebus, quo die prœ-
lium ſecundum feciſſet Cæſar, ſimulacrum Victoriæ,
quod ante ipſam Minervam collocatum erat, & ante
ad ſimulacrum Minervæ ſpectabat, ad valvas ſe tem-
3 pli, limenque convertiſſe. Eodemque die Antiochiæ
in Syria bis tantus exercitus clamor, & ſignorum ſo-
nus exauditus eſt, ut in muris armata civitas diſcurre-
4 ret. Hoc idem Ptolemaide accidit. [3] Pergami in occul-
tis

non intelligerent quid ſit *Celo*, *ſolitudinem*, notius vocabulum, ſubſtituere. *Tan.* quidem *Faber* Epiſt. Crit. lib. I. Epiſt. IV. *ſe à ſatellite Ægyptio contrucidatum iri* conjecit, quæ ſane hariolatio nimium abit à receptæ lectionis veſtigiis, ideoque non temere eſt admittenda. *Davies.*

1. *Ut iis teſtibus in ſumma pecuniæ uteretur*] Codex *Brant.* & editt. *Rom. Ven.* omiſſa præpoſitione, habent *ut iis teſtibus ſumma pecuniæ uteretur*, unde reſcribit *Ph. Rubenius* Elect. lib. I. cap. XXXV. *ut iis teſtibus ſumma pecuniæ iniretur.* MS. *Ciaccon.* & editt. *Beroald.* repræſentant *ea ſumma pecuniæ*, at lib. *Urſin. in ſummam pecuniæ uteretur*, unde conjecit *Ciacconius* legendum *in ſumenda pecunia uteretur.* Sed memores eſſe deberent viri eruditi, Criticen jubere, ne vulgata lectio ſollicitetur, cum ſana ſit & ſincera. *Idem.*

2. *Elide in templo Minervæ* —— *ſimulacrum Victoriæ* &c.] Non Elide tantum hoc accidit, ſed *pleriſque locis ſigna ſua ſponte converſa*, ſi *Jul. Obſequenti* cap. LXIII. fides ſit adhibenda. Quin & *Valerius Maximus* lib. I. cap. VI, 12. *in delubris Deûm ſua ſponte ſigna converſa* tradit. *Idem.*

3. *Pergami in occultis ac remotis templi---quæ Græci ἄδυτα appellant*] In fano Bacchi accidiſſe autor eſt Dio lib. XLI. p. 182. Ἔν τε Περγάμῳ τυμπάνων τε τινὰ ϗ κυμβάλων ψόφον ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀρθέντα, διὰ πάσης τῆς πόλεως χωρῆσαι. Porro quæ Cæſari hic remota & occulta templi, Valerius Maximus lib. I. cap. VI. *abdita* nuncupat, niſi locus corruptus eſt, ait: *Sonum tympanorum Pergami abditis delubris editum.* Illud certum, non hic *delubris*, ſed *delubri* ſcribendum; facileque adducor ut credam Valerium ſcripſiſſe *adytis templi.* cum iſtud *abditis* de hac re inuſitatius ſit. Sane Cæſar cum diceret occultis tem-

tis ac remotis templi, quo, præter ſacerdotes, adire fas non eſt, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana ſonuerunt. Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæſaris 5
ſtatuam conſecraverant, [1] palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento exſtitiſſe oſtendebatur.

CVI. Cæſar paucos dies in Aſia moratus, quum au- 1
diſſet Pompejum Cypri viſum, conjectans eum in Ægyptum iter habere, propter neceſſitudines regni, reliquaſque ejus loci opportunitates, cum legionibus, una, quam ex Theſſalia ſe ſequi juſſerat, & altera, quam ex Achaja à Fuſio legato evocaverat, equitibuſque DCCC, & navibus longis Rhodiis X, & Aſiaticis paucis, Alexandriam pervenit. [2] In his erant legionibus 2
hominum III millia CC. reliqui vulneribus ex prœliis, & labore, ac magnitudine itineris confecti conſequi non potuerant. Sed Cæſar confiſus fama rerum geſtarum in- 3
fir-

templi, addendum ſibi putavit, quæ Græcis ἄδυτα appellant. Sed, quod monendum, putavi in mſ. Cujac. pro *remotis* eſt *conditis*. In Pal. Petav. & Bongarſ. *reconditis*. Quæ fortaſſe vera lectio eſt. *D. Voſſius.*

1. *Palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento exſtitiſſe oſtendebatur*] Plutarchus vit. Cæſ. p. 730. ait παρὰ τὴν βάσιν τοῦ ἀνδριάντος exſtitiſſe φοίνικα. Etiam Valerius Maxim. lib. I. cap. VI. affirmat, *palmam viridem Trallibus in æde Victoriæ, ſub Cæſaris ſtatuâ inter coagmenta lapidum juſtæ magnitudinis enatam.* (ſic & *Jul. Obſeq.* de prod. cap. LXIII. qui ſua ex *Valerio* hauſit) Unde Urſinus hic legebat *intecto* una voce. Sed non video quæ tunc mens verborum eſſe poſſit. *In tecto* Cæſari eſt ἐπὶ δώματος. Credo movit Urſinum, quod poſtea Cæſar ait *ex pavimento*: nam *tectum* & *pavimentum* duo oppoſita ſunt. Verum neſcivit paviri etiam tectum poſſe, ideoque pavimenti vocem de tecto recte uſurpari, qui mos hodieque apud gentes orientes viget. Certe Hirtius quoque initio libri de bello Alex. ait: *ſine contignatione ac materia ſunt ædificia, & ſtructuris ac fornicibus continentur, tectaque ſunt rudere, aut pavimentis.* Quod vero ad Valerii ac Plutarchi loca attinet, potuerunt ii alios autores ſecuti eſſe; vel etiam ipſe Cæſar ab aſſentatoribus perperam edoctus. ut ut eſt, verba ejus clara ſunt, & vult palmam in tecto templi exſtitiſſe; quod majoris miraculi quam alterum, ut ex pavimento enata ſit. *Idem.*

2. *In his erant legionibus hominum III millia*] Malo legere, *in his erant legionariorum III millia.* Quam vocem in Palat. & Bong. invenio, qui habent *legionariorum hominum.* Sed puto illud *hominum* eradendum: ex *legionariorum*, quod primo erat factum *legion. hominum.* D. Voſſius.

firmis auxiliis proficiſci non dubitaverat; atque omnem
4 ſibi locum tutum fore exiſtimabat. Alexandriæ de Pompeji morte cognoſcit: atque ibi primum è navi egrediens clamorem militum audit, quos rex in oppido præſidii cauſſa reliquerat; & concurſum ad ſe fieri videt, quod faſces anteferrentur. In hoc omnis multitu-
5 do majeſtatem regiam minui prædicabat. Hoc ſedato tumultu, crebræ continuis diebus ex concurſu multitudinis concitationes fiebant: compluresque milites hujus urbis omnibus partibus interficiebantur.

1 CVII. Quibus rebus animadverſis, legiones ſibi alias ex Aſia adduci juſſit, quas ex Pompejanis militibus confecerat. ipſe enim neceſſario Eteſiis tenebatur; qui A-
2 lexandria navigantibus ſunt adverſiſſimi venti. Interim controverſias regum ad populum R. & ad ſe, quod eſſet conſul, pertinere exiſtimans, atque eo magis officio ſuo convenire, quod ſuperiore conſulatu cum patre Ptolemæo, & lege, & S C. ſocietas erat facta; oſtendit ſibi placere, regem Ptolemæum, atque ſororem ejus Cleopatram, exercitus, quos haberent, dimittere; & de controverſiis jure apud ſe potius, quam inter ſe armis, diſceptare.

1 CVIII. Erat in procuratione regni [1] propter ætatem pueri nutricius ejus, eunuchus, nomine Pothinus. Is primum inter ſuos queri atque indignari cœpit, re-
2 gem ad dicendam cauſſam evocari; deinde adjutores quoſdam conſcios ſui nactus ex regiis amicis, exercitum à Peluſio clam Alexandriam evocavit; atque eundem Achillam, cujus ſupra meminimus, omnibus copiis præfecit. Hunc incitatum ſuis, & regis inflatum pollicitationibus, quæ fieri vellet, litteris nunciiſque
3 edocuit. In teſtamento Ptolemæi patris heredes erant ſcripti ex duobus filiis major; & ex duabus ea, quæ æta-

1. *Propter ætatem pueri*] Erat tantum annos tredecim natus, teſtante *Appiano* lib. 11. B. C. pag. 480. *Davies.*

ætate antecedebat. Hæc uti fierent, per omnes deos,
perque fœdera, quæ Romæ fecisset, eodem testamen-
to Ptolemæus populum R. obtestabatur. Tabulæ te- 4
stamenti, unæ per legatos ejus Romam erant allatæ,
[1] ut in ærario ponerentur (eæ, quum propter publi-
cas occupationes poni non potuissent, apud Pompejum
sunt depositæ,) alteræ, eodem exemplo, relictæ, at-
que obsignatæ Alexandriæ proferebantur.

CIX. De his rebus quum ageretur apud Cæsarem; 1
isque maxime vellet pro communi amico atque arbitro
controversias regum componere: subito exercitus re-
gius, equitatusque omnis venire Alexandriam nuncia-
tur. Cæsaris copiæ nequaquam erant tantæ, ut eis ex- 2
tra oppidum, si esset dimicandum, confideret. relin-
quebatur, ut se suis locis oppido teneret, consilium-
que Achillæ cognosceret. Milites tamen omnes in ar- 3
mis esse jussit: Regemque hortatus est, ut ex suis ne-
cessariis, quos haberet maximæ auctoritatis, legatos
ad Achillam mitteret; &, quid esset suæ voluntatis,
ostenderet. A quo missi Dioscorides, & Serapion, qui 4
ambo legati Romæ fuerant, magnamque apud patrem
Ptolemæum auctoritatem habuerant, ad Achillam per-
venerunt. Quos ille, quum in conspectum ejus venis- 5
sent, prius, quam audiret, aut, cujus rei caussa missi
essent, cognosceret, corripi, ac interfici jussit. quorum
[2] alter accepto vulnere occupatus, per suos pro occiso
subla-

2. *Ut in ærario ponerentur*] Quod in æde Saturni. Notum est solitos Romanos, fœdera, pactiones, testamenta in templis reponere, tanquam custodia tutissima. Forsan & quod hâc re pactorum aut supremæ voluntatis violatoribus, imprecarentur iram Deorum. Sic apud Tacitum I. Annal. *Augusti testamentum inlatum per virgines Vestæ.* quibus sæpe talia committi solita. Memini quoque in Salustio legere me, in fano repositas fuisse tabulas fœderis. Et exempla alia congessit Lipsius. *D. Vossius.*

2. *Alter accepto vulnere occupatus*] Ultima vox huc non convenit, cum ipsa etiam *interfectum* denotet. *Velleius Paterculus* lib. II. cap. LVII. ubi de Cæsaris morte loquitur: *Dum clementiam, quam præstiterat, exspectat, incautus ab ingratis occupatus est. Justinus* lib. VII. cap. IV. *Insidiis autem Eurydices uxoris —— occupatus fuisset* &c. Hoc sensit *J. F. Gronovius*, qua de causa rescribit *alter accepto vulnere*

6 ſublatus, alter interfectus eſt. Quo facto, regem ut in ſua poteſtate haberet, Cæſar effecit; magnamque regium nomen apud ſuos auctoritatem habere exiſtimans, & ut potius privato paucorum & latronum conſilio, quam regio ſuſceptum bellum videretur.

1 CX. Erant cum Achilla copiæ, ut neque numero, neque genere hominum, neque uſu rei militaris contemnendæ viderentur. millia enim XX in armis habe-
2 bat. Hæ conſtabant ex Gabinianis militibus: qui jam in conſuetudinem Alexandrinæ vitæ atque licentiæ venerant, & nomen diſciplinamque populi R. dedidicerant, uxoreſque duxerant, ex quibus plerique libe-
3 ros habebant. Huc accedebant collecti ex prædonibus latronibuſque Syriæ, Ciliciæque provinciæ, finitima-
4 rumque regionum. Multi præterea, capitis damnati, exuleſque convenerant: fugitiviſque omnibus noſtris certus erat Alexandriæ receptus, certaque vitæ conditio, ut dato nomine militum eſſent numero: quorum ſi quis à domino comprehenderetur, concurſu militum eripiebatur, [1] qui vim ſuorum, quod in ſimili cul-
5 pa verſabantur, ipſi pro ſuo periculo defendebant. Hi regum amicos ad mortem depoſcere; hi bona locupletum diripere ſtipendii augendi cauſſa, regis domum obſidere, regno expellere alios, alios accerſere, vete-
re

*re ſopitus*; dicuntur enim *ſopiri*, qui aut icti aut aliunde mente conſternati deliquium patiuntur & pro mortuis concidunt, ut plurimis oſtendit vir doctiſſimus Obſerv. lib. IV. cap. VIII. pag. 120. Mihi tamen hic præplacet *alter accepto vulnere obſopitus*, hæc enim conjectura proxime Codicum ſcripturam accedit, eaque voce uſus eſt *Solinus* cum alibi, tum cap. XII. editt. Salmaſ. *Davies.*

1. *Qui vim ſuorum defendebant*] Inſolens loquendi genus, *vim ſuorum*, pro, *vim ſuis inlatam.* Non abſimili modo libro de bello Africano, ni fallor, legitur *Scipio multa de terrore ſuo*, id eſt, quem hoſtibus incuſſiſſet ipſe. *D. Voſſius.*

*Ibid.*] Propulſabant vim ſuis illatam. *Dictys* Cretenſis lib. I. cap. IV. *Ob* injuriam affinium, *quas ſupra memoravimus, conſternabatur.* Sic & lib. II. cap. XXX. *Injuria ſacerdotis* eſt injuria ſacerdoti illata. Simili modo apud *Apuleium* Metam. lib. I. pag. 9. *Impune ſe relaturum* meas contumelias *putat.* De hujuſmodi vocibus reciprocis vide *A. Gellium* Noct. Attic. lib. IX. cap. XII. ac intt. ad *Phædri* lib. II. Fab. VIII. *Davies.*

A. *Urbs Alexandria*. B *ad portum*. D. *Insula Pharus*. E. *Angustum iter in longitudinem passuum adit*. G. *Naves Rhodiæ numero 9. in dextro cornu Cæsaris*. H. *Naves Ponticæ in fronte*. L. *Naves reliquæ Alexandrinæ subsidio in secundo ordine*. M. *Nilum alluens*. O. *Vallum Cæsaris ad paludem*.

re quodam Alexandrini exercitus instituto consueve-
rant. Erant præterea equitum millia II, qui invete-
raverant compluribus Alexandriæ bellis. Hi Ptole- 6
mæum patrem in regnum reduxerant, Bibuli filios
duos interfecerant, bella cum Ægyptiis gesserant. Hunc
usum rei militaris habebant.

CXI. His copiis fidens Achillas, paucitatemque mi- 1
litum Cæsaris despiciens, occupat Alexandriam: [1] præ-
terea oppidi partem, quam Cæsar cum militibus tene-
bat, primo impetu domum ejus irrumpere conatus est:
sed Cæsar dispositis per vias cohortibus impetum ejus
sustinuit. Eodemque tempore pugnatum est ad por- 2
tum: ac longe maximam ea res attulit dimicationem.
simul enim, diductis copiis, pluribus viis pugnaba-
tur: & magna multitudine naves longas occupare ho-
stes conabantur: quarum erant auxilio L missæ ad Pom-
pejum: quæ, prœlio in Thessalia facto, domum re-
dierant. Illæ triremes omnes, & quinqueremes erant, 3
aptæ instructæque omnibus rebus ad navigandum. Præ- 4
ter has, XXII erant, quæ præsidii caussa Alexandriæ
esse consueverant, constratæ omnes; quas si occupas-
sent, classe Cæsari erepta, portum ac mare totum in
sua potestate haberent: commeatu auxiliisque Cæsarem
prohiberent. Itaque tanta est contentione actum, quan- 5
ta agi debuit. quum ille celerem in ea re victoriam, hi
salutem suam consistere viderent. Sed rem obtinuit Cæ- 6
sar; omnesque eas naves, & reliquas, quæ erant in na-
valibus, incendit; quod tam late tueri tam parva manu
non poterat, confestimque ad Pharum navibus milites
exposuit.

CXII. Pharus est in insula turris, magna altitudi- 1
ne, mirificis operibus exstructa, quæ nomen ab insu-
la accepit. Hæc insula objecta Alexandriæ portum effi- 2
cit:

1. *Præterea oppidi partem, quam Cæsar*] Locus literula corrigendus, quamvis libri vett. repugnent. Scribo *oppidi parte*. Manuscriptus noster non incommode habet, *præter eam oppidi partem*. D. Vossius.

cit : [1] ſed à ſuperioribus regionibus in longitudinem
paſſuum DCCCC in mare jactis molibus, anguſto itine-
3 re, & ponte cum oppido conjungitur. In hac ſunt in-
ſula domicilia Ægyptiorum, & vicus, oppidi magni-
tudine: quæque ubique naves imprudentia, aut tem-
peſtate paullulum ſuo curſu deceſſerint, has more præ-
4 donum diripere conſueverunt. Iis autem invitis, à qui-
bus Pharus tenetur, non poteſt eſſe, propter angu-
5 ſtias, navibus introitus in portum. Hoc tum veritus
Cæſar, hoſtibus in pugna occupatis militibuſque ex-
poſitis, Pharum apprehendit, atque ibi præſidium po-
6 ſuit. Quibus eſt rebus effectum, uti tuto frumentum,
auxiliaque navibus ad eum ſupportari poſſent: dimiſit
enim circum omnes propinquas regiones; atque inde
7 auxilia evocavit: reliquis oppidi partibus ſic eſt pugna-
tum, ut æquo prœlio diſcederetur, & neutri pelleren-
tur, (id efficiebant anguſtiæ loci) pauciſque utrimque
interfectis, Cæſar loca maxime neceſſaria complexus,
8 noctu præmunit: hoc tractu oppidi pars erat regiæ e-
xigua, in quam ipſe habitandi cauſſa initio erat indu-
ctus, & Theatrum conjunctum domui, quod arcis te-
nebat locum, adituſque habebat ad portum, & ad re-
liqua navalia. Has munitiones inſequentibus auxit die-
bus, ut pro muro objectas haberet, neu pugnare invi-
9 tus cogeretur. Interim filia minor Ptolemæi regis, va-
cuam poſſeſſionem regni ſperans, ad Achillam ſe ex
regia transjecit, unaque bellum adminiſtrare cœpit.
10 Sed celeriter eſt inter eos de principatu controverſia or-
ta,

1. *Sed à ſuperioribus regionibus — in mare jactis molibus*] *Joan. Brodæus* Miſcell. lib. III: cap. V. reponit *à ſuperioribus Regibus*, quia *in mare moles jacere*, non regionum eſt, ſed hominum. Et hanc quidem conjecturam occupaverat *Ph. Beroaldus*, ita enim legitur in edit. quam procuravit A. D. 1508. Verum, ut opinor, ſana eſt lectio à MSS. Codd. & antiquiſſimis editt. conſtanter repræſentata, nam vult *Cæſar*, in mare jactas fuiſſe moles, quas è ſuperioribus regionibus convexerant. *Superiores regiones* ſunt montuoſæ, aliiſque minus depreſſæ. Eodem ſenſu *ſuperiora loca* ſæpe dixit noſter. Vide lib. III. B. G. capp. III. & XIV. *Davies*.

ta, quæ res apud milites largitiones auxit. [1] magnis enim jacturis sibi quisque eorum animos conciliabat.
Hæc dum apud hostes geruntur, Pothinus, nutricius 11
pueri, & procurator regni, in parte Cæsaris, quum ad Achillam nuncios mitteret, hortareturque ne negotio desisteret, neve animo deficeret, indicatis deprehensisque internunciis, à Cæsare est interfectus. Hæc initia belli Alexandrini fuerunt.

1. *Magnis enim jacturis*] Codex *Brant.* perperam exhibet *aucturis*. Jacturæ sunt dona sive munera. Vide notat. ad lib. VI. B. G. cap. XII. Simili fere modo hujusmodi largitiones *damna* nuncupavit *Plinius* in Paneg. cap. XII. *Davies.*

A. HIR-

# C. JULII CÆSARIS

*Omnium quæ exstant*

TOMUS ALTER

Ex recensione

JOH. DAVISII

*Coll. Regin. Cantab.* SOCII,

CUM INTEGRIS EJUSDEM ALIORUMQUE VARIIS NOTIS.

Ut & qui vocatur

# JULIUS CELSUS

DE

VITA ET REBUS GESTIS

C. JULII CÆSARIS,

*Ex Musæo*

JOANNIS GEORGII GRÆVII.

*LUGDUNI BATAVORUM,*

Apud SAMUELEM LUCHTMANS,

*DELPHIS,*

Apud ADRIANUM BEMAN. MDCCXIII.

# A. HIRTII PANSÆ
# COMMENTARIORUM
## DE
# BELLO ALEXANDRINO
## LIBER UNUS.

# A. HIRTII PANSÆ COMMENTARIORUM DE BELLO ALEXANDRINO LIBER UNUS.

## SUMMARIUM LIBRI DE BELLO ALEXANDRINO.

*Belli Alexandrini historia continuata.* X. *Prœliis aliquot navalibus victor Cæsar,* XVII. *castella ad portum constructa, quædam occupat, quædam frustra tentans,* XXI. *natatu periculum evadit.* XXIV. *Ptolemæum Regem ad suos remissum, hostemque factum* XXVIII. *Cæsar, conjunctis cum Mithridate Pergameno copiis, profligat.* XXXI. *Ipse Rex mergitur.* XXXIV. *Interea Domitius Calvinus in Ponto parum prospere rem gerit:* XLII. *& Illyricum, varia aliquamdiu fortuna jactatum, tandem, virtute Vatinii,* XLVII. *Cæsari restituitur.* XLVIII. *Sub idem tempus turbæ in Hispania ulteriore, ob extorsiones Cassii Longini, exortæ,* LXIII. *interventu Lepidi, & morte Cassii, paullum sedantur.* LXXVII. *Cæsar, summa felicitate victo Pharnace, celerrimeque Pontico bello confecto, & provinciis pacatis, in Italiam revertitur.*

1 I. BEllo Alexandrino conflato, Cæsar Rhodo, atque ex Suria Ciliciaque omnem classem accersit, ex Creta sagittarios, equites [1] ab rege

1. *Ab rege Nabatæorum Malcho*] Ipsa vox ultima *Regem* significat, & ab Hebraica מֶלֶךְ ortum ducit. *Porphyrius* in vita Plotini. Βασιλεὺς δὲ τοὔνομα τῷ Πορφυρίῳ ἐμοὶ προσῆν, κατὰ μὲν πάτριον διάλεκτον Μάλχῳ κεκλημένῳ.

ge Nabatæorum Malcho evocat: tormenta undique conquiri, & frumentum mitti, auxiliaque adduci jubet. Interim munitiones quotidie operibus augentur: 2
atque omnes oppidi partes, quæ minus firmæ esse viderentur, [1] testudinibus, atque musculis aptantur: ex ædificiis autem per foramina in proxima ædificia arietes immittuntur; quantumque aut ruinis dejicitur, aut per vim recipitur loci, in tantum munitiones proferuntur: nam incendio fere tuta est Alexandria; quod sine 3
contignatione ac materia sunt ædificia, & structuris atque fornicibus continentur, tectaque sunt rudere, aut pavimentis. Cæsar studebat maxime, ut, quam angu- 4
stissimam partem oppidi [2] palus à meridie interjecta efficiebat, hanc operibus, vineisque agendis, à reliqua parte urbis excluderet; [3] illud sperans, primum, ut, 5
quum esset in duas partes urbs divisa, acies uno consilio atque imperio administraretur; deinde, ut laborantibus succurri, atque ex altera oppidi parte auxilium ferri posset; in primis vero, ut aqua, pabuloque abun- 6
daret: quarum alterius rei copiam exiguam, alterius nul-

*μίνα*. Vide & *Luc. Holstenium* de vit. & script. *Porphyrii* cap. II. *Davies.*

1. *Testudinibus atque musculis aptantur*] Ultima vox satis hic apta non videtur *Just. Lipsio*, qui lib. I. Poliorc. Dial. IX. *quatiuntur*, *captantur*, aut tale aliquid mallet: liquet enim, ut putat, è sequentibus, Cæsarem hoc fecisse, ut munitiones suas proferret, & plus loci occuparet. Itaque sententia est, testudines & musculos admotos ad minus firmas oppidi partes, easque dejectas. *Brant.*

2. *Palus à meridie interjecta*] Lacus à meridie Alexandriam alluit: nomen est *Marea* sive *Mareotis*. Hunc Nilus multis fossis è superioribus partibus simul & lateribus adauget, estque portus ibi longe copiosior & ditior maritimo. Vide *Strabonem* lib. XVII. pag. 793. *Glandorp.*

3. *Illud sperans*] *Fulv. Ursinus* ex conjectura reponit *illud spectans*, & sane sic exhibent editt. *Beroald. Vascos.* eoque alludunt MSS. *Brant. Norvic.* ac editt. *Rom. Ven.* in quibus est *illud exspectans*, præterquam quod eo modo sæpius loquatur *Cæsar:* interdum tamen aliter. Sic lib. I. B. C. cap. XLIII. *Hoc* sperans, *legiones tres ex castris educit.* Et lib. III. B. C. cap. LXXXV. *Hoc* sperans, *ut*, *movendis castris pluribusque adeundis locis, commodiore frumentaria re uteretur.* Manifestum igitur est, lectionem vulgatam ferri posse, quam tamen, vir erroribus exscribendis natus, *Joan. Godwinus* ejiciendam censet. *Davies.*

nullam omnino facultatem habebat : quod utrumque
palus large præbere poterat.

1 II. Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis
cunctatio ulla, aut mora inferebatur : nam in omnes
partes, per quas fines Ægyptii, regnumque pertinet,
legatos, conquisitoresque delectus habendi caussa miserant;
magnumque numerum in oppidum telorum,
2 atque tormentorum convexerant : nec minus in urbe
maximæ armorum erant institutæ officinæ : servos præterea
puberes armaverant, quibus domini locupletiores
3 victum quotidianum, stipendiumque præbebant. Hac
multitudine disposita, munitiones semotarum partium
tuebantur : veteranas cohortes vacuas in celeberrimis
urbis locis habebant; ut, quacumque regione pugnaretur,
integris viribus ad auxilium ferendum opportunæ
essent. Omnibus viis atque angiportis triplicem vallum
obduxerant : erat autem quadrato exstructus saxo;
4 nec minus XL pedes altitudinis habebat; quæque partes
urbis inferiores erant, has altissimis turribus denorum
5 tabulatorum munierant. Præterea [1] alias ambulatorias
totidem tabulatorum confixerant; subjectisque eas rotis,
[2] funibus jumentisque objectis, directis plateis in
quamcunque erat visum partem movebant.

1 III. Urbs fertilissima & copiosissima omnium rerum
ap-

1. *Alias ambulatorias totidem tabulatorum confixerant*] Nescio quem locum hic habere poterit vox ultima. Lego *confinxerant*. Sic *Plinius* H. N. lib. X. cap. XXXIII. dixit *nidus confingere*. Davies.

2. *Funibus jumentisque objectis, directis plateis*] In eo solo variant Codd. quod MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum aliis nonnullis exhibeant *directis pluteis*, unde *Pet. Ciacconius*, omissa voce & mutata distinctione, rescribit *funibus jumentisque objectis pluteis*, ut velit *Hirtius*, jumenta objectu pluteorum fuisse protecta; nec ab hac sententia abhorrere videtur *Just. Lipsius*, qui Poliorc. lib. II. Dial. IV. pro *objectu* præterea legit *obtectis*; absque causa quidem sontica, etiamsi priorem emendationem recipiamus, cum *Cæsar* lib. II. B. C. cap. XV. dixerit *adversus plutei objectu*. Sana est, ut arbitror, lectio vulgata. Sic hujusce libri cap. XXXVI. *Montibus tamen altis ab duobus lateribus* objectis. Hoc certe præstat *Scaligeranæ* rationi, pro qua vox *objectis* tota est eliminanda. Turres procul dubio aliaque omnia iis plateis facilius aguntur, quæ rectæ sunt & sine multis flexibus. *Davies*.

apparatus ſuggerebat. Ipſi homines ingenioſiſſimi atque acutiſſimi, quæ à nobis fieri viderant, ea ſollertia efficiebant, ut noſtri illorum opera imitati viderentur:
& ſua ſponte multa reperiebant; unoque tempore & no- 2
ſtras munitiones infeſtabant, & ſuas defendebant: at- 3
que hæc principes in conſiliis, concionibuſque agitabant, *populum Romanum paullatim in conſuetudinem ejus regni venire occupandi: paucis annis antea* [1] *Gabinium cum*
*exercitu fuiſſe in Ægypto: Pompejum ſe ex fuga eodem re-* 4
*cepiſſe; ac Cæſarem veniſſe cum copiis; neque morte Pompeji quidquam profectum, quo minus Cæſar apud ſe commoraretur:*
*tur: quem ſi non expuliſſent, futuram ex regno provinciam:* 5
*idque agendum mature: namque eum, interclusum tempeſtatibus propter anni tempus, recipere tranſmarina auxilia non poſſe.*

IV. Interim, diſſenſione orta inter Achillan, qui ve- 1
terano exercitui præerat, & Arſinoën regis Ptolemæi minorem filiam, ut ſupra demonſtratum eſt, [2] quum uterque utrique inſidiaretur; & ſummam imperii ipſe obtinere vellet; præoccupat Arſinoë per Ganymedem eunuchum, nutricium ſuum, atque Achillan interficit.
cit. Hoc occiſo ipſa ſine ullo ſocio & cuſtode omne im- 2
perium obtinebat: exercitus Ganymedi tranſditur. Is ſuſcepto officio largitionem in milites auget; reliqua pari diligentia adminiſtrat.

V. Alexandria eſt fere tota ſuffoſſa, ſpecuſque habet 1
ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quæ paullatim ſpatio temporis liqueſcit ac ſub-

1. *Gabinium cum exercitu fuiſſe in Ægypto*] Eo miſſus eſt Gabinius, ut Ptolemæum, ejecto Archelao, reduceret. Vide notat. ad lib. III. B. C. cap. v. Huc reſpicit *Valerius Maximus* lib. IX. cap. 1. ex. ext. 6. *Davies.*

2. *Quum uterque utrique inſidiaretur*] Locum hunc citat *Laurentius Valla* elegantiarum lib. III. non auſurus ſic loqui, eo quod *Cicero* & *Quintilianus* nunquam ita locuti ſint, cum tamen *Terentius* & *Cæſar* ſic ſcripſerint, idque Græcorum imitatione, qui dicunt ἑκάτερον ἑκατέρῳ, quomodo docet *Guilielmus Budæus*. Glandorp.

2 subsidit. Hac uti domini ædificiorum, atque eorum fa-
milia consueverunt: [1] nam quæ flumine Nilo fertur,
adeo est limosa atque turbida, ut multos variosque mor-
3 bos efficiat: sed ea plebes ac multitudo contenta est ne-
cessario, quod fons urbe tota nullus est. Hoc tamen
flumen in ea parte urbis erat, quæ ab Alexandrinis te-
4 nebatur: quo facto est admonitus Ganymedes, posse
nostros aqua intercludi; qui distributi munitionum tu-
endarum caussa vicatim ex privatis ædificiis specubus &
puteis extracta aqua utebantur.

1 VI. Hoc probato consilio, magnum ac difficile opus
aggreditur: interseptis enim specubus, atque omnibus
urbis partibus exclusis, quæ ab ipso tenebantur, aquæ
magnam vim ex mari rotis ac machinationibus expri-
2 mere contendit: hanc locis superioribus fundere in par-
tem Cæsaris non intermittebat: quamobrem salsior
paullo præter consuetudinem aqua trahebatur ex pro-
ximis ædificiis, magnamque hominibus admirationem
præbebat, quam ob caussam id accidisset; nec satis sibi
ipsi credebant; quum se inferiores ejusdem generis, ac
3 saporis, aqua dicerent uti, atque ante consuessent: vul-
goque inter se conferebant, & degustando, quantum
4 inter se differrent aquæ, cognoscebant. Parvo vero tem-
poris spatio, hæc propior bibi non poterat omnino: illa
inferior corruptior jam, salsiorque reperiebatur.

1 VII. Quo facto dubitatione sublata, tantus incessit
timor, ut [2] ad extremum casum omnes deducti vide-
ren-

1. *Nam quæ flumine Nilo fertur, adeo est limosa atque turbida*] *Servius* ad illum versum *Virgilii* lib. IV. Georgic. vs. 291.

*Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.*

*Novum enim*, inquit, *limum semper trahit, qui efficit fœcunditatem, unde & Nilus dictus est, quasi νέαν ἰλὺν trahens. Nam antea Nilus latine Melo dicebatur. Festus: Melo*, inquit, *alio nomine Nilus vocatur. Cicero* lib. II. de natur. deor. *Ægyptum Nilus irrigat, & cum tota æstate obrutam, oppletamque tenuerit; tum relinquit.* Vide *Pompon. Melam* lib. I. cap. IX. Et *Joan. Gorop. Becanum* in *Niloscopio.* Brant.

2. *Ad extremum casum omnes deducti viderentur*] MS. *Norvic.* & nonnullæ editt. *ad exremum casum periculi* &c. Sic *Curtius* lib. IV. cap. X, 2. *Sollicitisque sub ipsum tanti discrimi-*
minis

rentur, atque alii morari Cæſarem dicerent, quin naves conſcendere juberet; alii multo graviorem extimeſcerent caſum; quod neque celari Alexandrinos poſſent in apparanda fuga, quum hi tam parvo ſpatio diſtarent ab ipſis; neque, illis imminentibus atque inſequentibus, ullus in naves receptus daretur. Erat au- 2
tem magna multitudo oppidanorum in parte Cæſaris, quam domiciliis ipſorum non moverat; quod ea ſe fidelem palam noſtris eſſe ſimulabat, & deſciviſſe à ſuis videbatur: [1] ut, ſi mihi defendendi eſſent Alexandrini, quod neque fallaces eſſent, neque temerarii, multa oratio fruſtra abſumeretur: quum vero uno tempo- 3
re & natio eorum, & natura cognoſcatur; aptiſſimum eſſe hoc genus ad proditionem, nemo dubitare poteſt.

VIII. Cæſar ſuorum timorem conſolatione & ratio- 1
ne minuebat: *nam puteis foſſis aquam dulcem poſſe reperiri affirmabat;* [2] *omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis venas habere: quod ſi alia eſſet littoris Ægyptii natura, atque* 2
*omnium*

minis caſum *ingens religio — incuſſa eſt.* Non multo aliter *Livius* lib. IV. cap. XXVII. *caſum ancipitis eventus* dixit, & *caſum fortunæ Juſtinus* lib. XXVII. cap. I. *Davies.*

2. *Ut, ſi mihi defendendi eſſent Alexandrini, quod neque fallaces eſſent, neque temerarii*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *ut tum mihi* &c. MS. autem *Norvic. ut mihi defendendi eſſent Alexandrini, neque fallaces eſſent neque temerarii.* Teſtatur quidem *Joan. Goduinus*, locum eſſe corruptum & Codices MSStos variare, quorum utinam diverſas lectiones exhibuiſſet. Loquendi ſane modus vituperari non poteſt, eandem enim phraſin adhibet *Cicero* Offic. lib. III. cap. VII. ubi ait: *Primum Panætius in hoc* defendendus eſt, quod *non utilia cum honeſtis pugnare aliquando poſſe dixerit.* Attamen, niſi fallor, latens eſt mendum: nam licet *temeritatis* vitio laboraſſent Alexandrini, de eo agendi hic non erat locus. Reſtituo itaque *quod neque fallaces eſſent, neque* VETERATORII. Hujuſce libri cap. XXIV. *Etſi fallacem gentem* (de Alexandrinis loquitur) *ſemperque alia cogitantem, alia ſimulantem, bene cognitam habebat. Propertius* lib. III. Eleg. IX, 33.

*Noxia Alexandrea, dolis aptiſſima tellus.*

Quin & tota Ægyptiorum natio fraudibus & verſutiis adeo erat dedita; ut Etymologici Magni ſcriptor Αἰγυπτιάζειν interpretetur πανουργεύειν. Idem.

2. *Omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis venas habere*] Si hoc ſit perpetuum, ratio eſt, quia particulæ aquæ per terræ poros ferantur; dum ſalinæ, ob figuram, in arctioribus meatibus hæreant; unde nonnulli Philoſophi fontium à mari longiſſime diſſitorum originem duxere. Vide *Ren. Carteſium* Princ. Philoſ. Part. IV. §. LXIV. ſeqq. *Davies*

*omnium reliquorum; tamen, quoniam mare libere tenerent, neque hostes classem haberent, prohiberi sese non posse, quo minus quotidie aquam navibus peterent, vel à sinistra parte à Paratonio, vel à dextra ab insula; quæ diversæ navigationes nunquam uno tempore adversis ventis præcluderentur:*
3 *fugæ vero nullum esse consilium non solum iis, qui primam dignitatem haberent, sed ne iis quidem, qui nihil, præter-*
4 *quam de vita, cogitarent: magno negotio impetus hostium adversos ex munitionibus sustineri: quibus relictis, nec loco,*
5 *nec numero pares esse posse: magnam autem moram & difficultatem adscensum in naves habere, præsertim ex scaphis: summam esse contra in Alexandrinis velocitatem, locorum-*
6 *que & ædificiorum notitiam: hos præcipue in victoria insolentes, præcursuros & loca excelsiora atque ædificia occupaturos; ita fuga navibusque nostros prohibituros: proinde ejus consilii obliviscerentur, atque omni ratione esse vincendum cogitarent.*

1 IX. Hac oratione apud suos habita, atque omnium mentibus excitatis, dat centurionibus negotium, ut, reliquis operibus intermissis, ad fodiendos puteos animum conferant, neve quam partem nocturni temporis
2 intermittant. Quo suscepto negotio, atque omnium animis ad laborem incitatis, magna una nocte [1] vis aquæ dulcis inventa est. Ita operosis Alexandrinorum machinationibus, maximisque conatibus, non longi tempo-
3 ris labore, occursum est. Eo biduo legio XXXVII ex dedititiis Pompejanis militibus, cum frumento, armis, telis, tormentis imposita in naves à Domitio Calvino, ad littora Africæ, paullo supra Alexandriam, delata est.
4 Hæ naves Euro, qui multos dies continenter flabat, portum capere prohibebantur: sed loca sunt egregia omni

1. *Vis aquæ dulcis*] Ὕδωρ γλυκὺ Græcis aqua fluminum aut fontium, non salsa; contraria marinæ. *Cicero* VI. in Verr. *In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium.* *Virgilius* Eclog. V, 47.

*Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.* BRANT.

omni illa regione ad tenendas anchoras. Hi, quum diu retinerentur, atque aquæ inopia premerentur, navigio actuario Cæſarem faciunt certiorem.

X. Cæſar ut per ſe conſilium caperet, quid faciendum videretur, navim conſcendit, atque omnem claſ- 1
ſem ſequi juſſit, nullis noſtris militibus impoſitis; quod, 2
quum longius paullo diſcederet, munitiones nudare nolebat: quumque ad eum locum acceſſiſſet, qui appellatur Cherroneſus, aquandique cauſſà remiges in terram expoſuiſſet, nonnulli [1] ex eo numero, quum longius à navibus prædatum proceſſiſſent, ab equitibus hoſtium ſunt excepti: ex iis cognoverunt, Cæſarem ip- 3
ſum in claſſe veniſſe, nec ullos milites in navibus habere. Qua re comperta, magnam ſibi facultatem fortunam obtuliſſe bene gerendæ rei crediderunt: itaque 4
naves omnes, quas paratas habuerant ad navigandum, propugnatoribus inſtruxerunt, Cæſarique redeunti cum claſſe occurrerunt: qui duabus de cauſſis eo die 5
dimicare nolebat, quod & nullos milites in navibus habebat, & poſt horam x diei res agebatur: nox autem allatura videbatur majorem fiduciam illis, qui locorum notitia confidebant: ſibi etiam hortandi ſuos auxilium defuturum; quod nulla ſatis idonea eſſet hortatio, qua neque virtutem poſſet notare, neque inertiam. Quibus de cauſſis [2] naves, quas potuit, Cæſar ad ter- 6
ram detrahit: quem in locum illos ſucceſſuros non exiſtimabat.

XI. Erat una navis Rhodia in dextro Cæſaris cor- 1
nu longe ab reliquis collocata. Hanc conſpicati hoſtes non tenuerunt ſeſe; magnoque impetu IV ad eam con-
ſtratæ

1. *Ex eo numero* ] Sic repoſui ex MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum recentiores *pronomen* omittant, quod omnino videtur deſiderari. *Davies.*

2. *Naves, quas potuit, Cæſar ad terram detrahit* ] *Detrahere naves* hic eſt eas de mari in littus trahere, quod mare altius ſit, quam breve littoris vadum, deorſumque ex alto & pelago in vadoſa littora deduci videantur. Græcis κατάγειν, ut docet *Hadr. Turnebus* lib. XIV. adverſ. cap. XVI. *Brant.*

2 ſtratæ naves, & complures apertæ contenderunt: cui
coactus eſt Cæſar ferre ſubſidium, ne turpiter in con-
ſpectu contumeliam acciperet; quamquam, ſi quid
3 gravius illi accidiſſet, merito caſurum judicabat. Prœ-
lium commiſſum eſt magna contentione Rhodiorum:
qui quum in omnibus dimicationibus & ſcientia & vir-
tute præſtitiſſent, tum maxime illo tempore totum o-
nus ſuſtinere non recuſabant; ne quod ſuorum culpa
detrimentum acceptum videretur. Ita prœlium ſecun-
4 diſſimum eſt factum. Capta eſt una hoſtium quadrire-
mis: [1] depreſſa eſt altera: [2] deinde omnes [3] epibatis
nudatæ: magna præterea multitudo in reliquis navibus
5 propugnatorum eſt interfecta. Quod niſi nox prœlium
diremiſſet, tota claſſe hoſtium Cæſar potitus eſſet. Hac
calamitate perterritis hoſtibus, adverſo vento leniter
flante, naves onerarias Cæſar remulco victricibus ſuis
Alexandriam deducit.

1 XII. Eo detrimento adeo ſunt fracti Alexandrini,
quum non jam virtute propugnatorum, ſed ſcientia
claſſiariorum ſe victos viderent **** [4] quibus, & ſu-
perioribus locis ſublevabantur, ut ex ædificiis defendi
poſ-

1. *Depreſſa eſt altera, deinde omnes*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* aliæque nonnullæ exhibent *depreſſa eſt altera*, alteraque perturbata, *deinde* &c. unde reſcribit *J. Fr. Gronovius* Obſerv. lib. IV. cap. XIX. *alteraque perforata*. Feliciter, ut opinor, ſic enim, inter alios, locutus eſt noſter hujuſce libri cap. XXV. *Davies.*

2. *Deinde omnes epibatis nudatæ*] MSS. *Norvic.* & *Thuan.* cum editt. vett. repræſentant *deinde omnibus*, ex qua varietate *Joan. Glandorpius* ſcribendum putavit *deinde nonnulla omnibus*: *Hadr.* autem *Turnebus* Adverſ. lib. XIV. cap. XVI. *duæ omnibus* &c. Lubens reſcripſerim *dein duæ omnibus epibatis nudatæ*, quæ quidem minima eſt mutatio, multoque minus, quam reliquæ conjecturæ, abit à Codicum lectione. *Idem.*

3. *Epibatis nudatæ*] Sunt *Epibatæ* qui navalibus operis æs merent, non aliter atque in caſtris milites; *Claſſiarios* vocat poſtea *Hirtius*. Sic & paſſim *Cæſar*. Brant. Vide *Joan. Schefferum* Mil. Nav. lib. II. cap. III. *Davies.*

4. *Quibus & ſuperioribus locis ſublevabantur, ut ex ædificiis defendi poſſent*] Ante hæc verba manifeſtiſſimus eſt hiatus, quem intulit vetuſtas, unde apparet temere ſe geſſiſſe *Pet. Ciacconium*, qui repoſuit *ut vix ædificia defendi poſſent*, cum de locis tam mutilis nihil certo poſſit definiri. Hujus tamen lacunæ in MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* nullum eſt indicium. *Idem.*

possent: & materiam cunctam objicerent, quod nostræ
classis oppugnationem etiam ad terram verebantur. Ii- 2
dem, postea quam Ganymedes in concilio confirmavit,
sese & eas, quæ essent amissæ, restituturum, & nume-
rum adaucturum, magna spe & fiducia veteres refice-
re naves, accuratiusque huic rei studere atque inservi-
re instituerunt: ac, tametsi amplius cx navibus longis 3
in portu navalibusque amiserant, non tamen reparan-
dæ classis cogitationem deposuerunt: videbant enim
non auxilia Cæsari, non commeatus supportari posse,
si classe ipsi valerent. Præterea nautici homines, & ur- 4
bis & regionis maritimæ, quotidianoque usu à pueris
exercitati, [1] ad naturale ac domesticum bonum refu-
gere cupiebant: &, quantum parvulis navigiis profe-
cissent, sentiebant: itaque omni studio ad parandam
classem incubuerunt.

XIII. Erant omnibus ostiis Nili custodiæ exigendi 1
portorii caussa dispositæ. Naves veteres erant [2] in oc-
cultis regiæ navalibus, quibus multis annis ad navi-
gandum non erant usi. Has reficiebant; illas Alexan-
driam revocabant. Deerant remi: porticus, gymnasia, 2
ædificia publica detegebant: asseres remorum usum ob-
tinebant: aliud naturalis sollertia, aliud urbis copia,
subministrabat. Postremo non longam navigationem 3
parabant, sed præsentis temporis necessitati serviebant,
& in ipso portu confligendum videbant. Itaque paucis
diebus, contra omnium opinionem, quadriremes xxii,
quinqueremes v confecerunt: ad has minores apertas- 4
que complures adjecerunt; &, in portu periclitati re-
mi-

1. *Ad naturale & domesticum bonum refugere cupiebant*] Sic ex vetustissimis & fidelissimis exemplaribus legit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. x. cap. xxiv. cum in MS. & excusis legatur *ad naturalem & domesticum usum*. Brant.

2. *In occultis regiæ navalibus*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* *in occultis regionis navalibus*, quæ lectio non placet, cum liqueat hæc navalia Alexandriæ fuisse sita. An scribendum *in occultis regis navalibus?* Ea certe in palatio regio fuisse, vix crediderim. *Davies.*

migio, quid quæque earum efficere poſſet, idoneos
milites impoſuerunt, ſeque ad confligendum omnibus
5 rebus paraverunt. Cæſar Rhodias naves IX habebat
(nam, X miſſis, [1] una in curſu littore Ægyptio defecerat,)
Ponticas IIX, Lycias V, ex Aſia XII. Ex his
quinqueremes V erant, & quadriremes X: reliquæ infra
hanc magnitudinem, & pleræque apertæ. Tamen
virtute militum confiſus, cognitis hoſtium copiis, ſe
ad dimicandum parabat.

1 XIV. Poſtquam eo ventum eſt, ut ſibi uterque eorum
confideret; Cæſar Pharon claſſe circumvehitur,
adverſaſque naves hoſtibus conſtituit: in dextro cornu
Rhodias collocat, in ſiniſtro Ponticas. Inter has ſpatium
CD paſſuum relinquit, quod ſatis eſſe ad expli-
2 candas naves videbatur. Poſt hunc ordinem reliquas naves
ſubſidio diſtribuit: quæ quamque earum ſequatur,
3 & cui ſubveniat, conſtituit atque imperat. Non dubitanter
Alexandrini claſſem producunt, atque inſtruunt;
in fronte collocant XXII: reliquas ſubſidiarias in
4 ſecundo ordine conſtituunt: magnum præterea numerum
minorum navigiorum & ſcapharum producunt
[2] cum malleolis, ignibuſque; ſi quid ipſa multitudo,
& clamor, & flamma noſtris terroris afferre poſſent.
5 Erant inter duas claſſes vada tranſitu anguſto, quæ pertinent
ad regionem Africæ: (ſic enim prædicant, par-
6 tem eſſe Alexandriæ dimidiam Africæ) ſatiſque diu inter
ipſos eſt exſpectatum, ab utris tranſeundi fieret initium:
propterea quod, eo qui intraſſent, & ad explican-

1. *Una in curſu littore Ægyptio defecerat* ] *Pet. Ciacconius* reponendum putat *littore Ægyptio deceſſerat.* quia ſub finem lib. III. de Bell. Civil. dixerit *Cæſar*, *naves imprudentia aut tempeſtate paullulum ſuo curſu deceſſerint.* Argumentum ſane prorſus eſt ficulneum, cum illic de aberratione fiant verba; hic autem de navis interitione. *Davies.*

2. *Cum malleolis* ] Qualia inſtrumenta *malleoli* ſint, cum ex *Vegetio*, tum ex *Ammiano Marcellino* doceri poſſumus: quorum ille lib. IV. cap. XVIII. ſic ait: *Malleoli velut ſagittæ ſunt & ubi adhæſerint (quia ardentes ſunt) univerſa conflagrant.* Hic vero lib. XXIII. cap. IV. *Malleoli autem, teli genus, figurantur hac ſpecie: ſagitta eſt cannea inter ſpiculum, & arundinem*

candam claſſem, & ad receptum, ſi durior accidiſſet caſus, impeditiores fore videbantur.

XV. Rhodiis navibus præerat Euphranor, animi 1
magnitudine ac virtute magis cum noſtris hominibus,
quam cum Græcis, comparandus; hic ob notiſſimam 2
ſcientiam atque animi magnitudinem delectus eſt ab
Rhodiis, qui imperium claſſis obtineret: qui, ubi Cæ- 3
ſaris animum advertit, *Videris mihi*, inquit, *Cæſar*, *ve-
reri*, *ſi hæc vada primus navibus intraveris*, *ne prius di-
micare cogaris*, *quam reliquam claſſem poſſis explicare*:
*nobis rem committe*; *nos prœlium ſuſtinebimus*, (*neque* 4
*tuum judicium fallemus*) *dum reliqui ſubſequantur*: [1] *hos
quidem diutius in noſtro conſpectu gloriari magno nobis &
dedecori & dolori eſt*. Cæſar illum adhortatus, atque o- 5
mnibus laudibus proſecutus dat ſignum pugnæ. Pro- 6
greſſas ultra vadum IV Rhodias naves circumſiſtunt
Alexandrini, atque in eas impetum faciunt. Suſtinent
illi, atque arte ſollertiaque ſe explicant: ac tantum
doctrina potuit, ut in diſpari numero nulla tranſverſa
hoſti objiceretur, nullius remi detergerentur, ſed ſem-
per venientibus adverſæ occurrerent. Interim ſunt re- 7
liquæ ſubſecutæ: tum neceſſario diſceſſum ab arte eſt
propter anguſtias loci; atque omne certamen in virtu-
te conſtitit. Neque vero Alexandriæ fuit quiſquam aut 8
noſtrorum, aut oppidanorum, qui aut in opere, aut
in oppugnatione occupatum animum haberet, quin al-
tiſſima tecta peteret, atque ex omni proſpectu locum
ſpectaculo caperet, precibuſque & votis victoriam [2] ſuis
ab diis immortalibus expoſceret.

XVI.

*dinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo nentur lintea ſtamina, concavatur ventre ſubtiliter, & plurifariam patens, atque in alveo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento. Et emiſſa lentius arcu invalido, ignitur, ictu enim rapido ore extinguitur; ſi hæſerit uſquam, tenaciter cremat, & in quaque conſperſa acrior: excitat æſtus incendiorum, nec remedio ullo quam ſuperjacto pulvere conſopitur.* Rhellican.

1. *Hos quidem diutius*] MS. *Norvic.* exhibet *hos enim diutius*, quod æque placet. *Davies.*

1. *Suis ab Diis immortalibus expoſceret*] Hic admodum facetus eſt *Joan. Goduinus*, nam ait *non ut ſu-*

1 XVI. Minime autem erat par prœlii certamen: no-
ſtris enim prorſus neque terra neque mari effugium da-
2 batur victis; omniaque victoribus erant futura in incer-
to: illi, ſi ſuperaſſent navibus, omnia tenerent; ſi in-
feriores fuiſſent, reliquam tamen fortunam periclita-
3 rentur. Simul illud grave ac miſerum videbatur, per-
paucos de ſumma rerum, ac de ſalute omnium decer-
tare: quorum ſi quis aut animo aut virtute ceſſiſſet,
reliquis etiam eſſet cavendum, quibus pro ſe pugnan-
4 di facultas non fuiſſet. Hæc ſuperioribus diebus ſæpe-
numero Cæſar ſuis expoſuerat; ut hoc majori animo
contenderent, quod omnium ſalutem ſibi commenda-
5 tam viderent. Eadem ſuum quiſque contubernalem,
amicum, notum proſequens erat obteſtatus; ne ſuam
atque omnium falleret opinionem, quorum judicio de-
6 lectus ad pugnam proficiſceretur. Itaque hoc animo eſt
decertatum, ut neque maritimis nauticiſque ſollertia at-
que ars præſidium ferret, neque numero navium præ-
ſtantibus multitudo prodeſſet, [1] neque flexi ad virtu-
tem ex tanta multitudine viri virtuti noſtrorum poſſent
7 adæquari. Capitur hoc prœlio quinquereмis una, &
biremis cum defenſoribus remigibuſque; & deprimun-
tur

*pra de Maſſilienſibus lib.* II. *de Bello civili* ab diis expoſceret, *ſed* ab ſuis: *nam Ægyptiis ſui erant Dii, non aliis tantum gentibus communes, ſed aliis etiam gentibus exoſi.* At præterquam quod hic tam de Romanis, quam Alexandrinis agatur, bonos certe auctores parum trivit, qui non ſtatim videt *ſuos* idem denotare ac *ſuas partes*. Sic lib. III. B. C. cap. C. *Corcyra Dyrrachioque aquam* ſuis *ſupportabat*. Et hujuſce libri cap. XVI. *Sæpenumero Cæſar* ſuis *expoſuerat*. Sed quid opus exemplis? Talia in *Cæſare* & aliis *μυρίακις* occurrunt. *Davies*.

1. *Neque flexi ad virtutem ex tanta multitudine viri, virtuti noſtrorum poſſent adæquari*] Edit. *Beroald. neque flexi ad virtutem ex tanta multitudine hoſtium viri, virtutes noſtrorum poſſent adæquare.* MS. *Victor. neque flecti ad virtutem ex tanta multitudine hoſtium, neque* pro voce *viri*, in reliquis autem eandem lectionem repræſentat ac *Beroald.* Alii Codd. à vulgata diverſi non abeunt, niſi quod conſtanter exhibeant *ex tanta multitudine hoſtium viri.* Repono *neque electi ad virtutem ex tanta multitudine hoſtium viri*, ut partim ante me viderat *Pet. Ciacconius*. *Electi ad virtutem* idem valet ac *lecti ob virtutem*. *Cæſar* lib. VII. B. G. cap. LXXXV. *Exiguum loci ad declivitatem faſtigium, magnum habet momentum*; ubi *D. Voſſius* fruſtra

ſe.

tur tres, nostris incolumibus omnibus: reliquæ [1]propinquam fugam ad oppidum capiunt; quas protexerunt ex molibus atque ædificiis imminentibus, & nostros adire propius prohibuerunt.

XVII. Hoc ne sibi sæpius accidere posset, omni ra- 1
tione Cæsar contendendum existimavit, ut insulam
molemque ad insulam pertinentem in suam redigeret
potestatem: perfectis enim magna ex parte munitioni- 2
bus in oppido, & illam, & urbem uno tempore tentari
posse confidebat. Quo capto consilio, cohortes x, & 3
levis armaturæ electos, quos idoneos ex equitibus Gal-
lis arbitrabatur, in navigia minora scaphasque imponit:
alteram insulæ partem distinendæ manus caussa cum
constratis navibus aggreditur, præmiis magnis propo-
sitis, qui primus insulam cepisset. At primo impetum 4
nostrorum pariter sustinuerunt: uno enim tempore &
ex tectis ædificiorum propugnabant, & littora armati
defendebant, quo propter asperitatem loci non facilis
nostris aditus dabatur: & scaphis navibusque longis v
mobiliter & scienter angustias loci tuebantur. Sed ubi 5
locis primum cognitis vadisque pertentatis, pauci nostri
in littore constiterunt; atque hos sunt alii subsecuti;
constanterque in eos, qui in littore æquo institerant,
impetum fecerunt; omnes Pharitæ terga verterunt.
His pulsis, custodia portus relicta, ad littora & vi-
cum applicaverunt; seque ex navibus ad tuenda ædi-
ficia ejecerunt.

XVIII. Neque vero diutius ipsi [2] ex munitione se 1
con-

reponit *ob declivitatem*. Lib. III. B. C. cap. LXXXVIII. Quam ad caussam *cunctum equitatum* —— *in sinistro cornu objecerat*. *Livius* lib. III. cap. XLVIII. *Decemvir alienato* ad libidinem *animo*. Alia suppeditabit *Th. Munckerus* ad *Hygini* Fab. XLV. pag. 94. *Davies*.

1. *Propinquam fugam ad oppidum ceperunt*] Ad oppidum propinquum fugerunt. *Livius* lib. XXI. cap. L. *Fugam reliqua ceperunt*. *Dictys* Cretensis lib. II. cap. XXXIX. *Neque diutius sustinere ausus Alexander, fugam capit*. Sic locutus est & *Cæsar* lib. VIII. B. G. cap. XXVI. *Idem*.

2. *Ex munitione se continere*] Primam voculam del[illegible]vit *Jos. Scaliger*: *Fulv.* autem *Ursinus*, notante *Ciacconio*, reponit *in munitione*. At à Codicum

continerere potuerunt: etsi erat non dissimile, atque Alexandriæ, genus ædificiorum, (ut [1] minora majoribus conferantur) turresque editæ & conjunctæ muri locum
2 obtinebant: neque nostri aut scalis, aut cratibus, aut reliquis rebus parati venerant ad oppugnandum; sed terror hominibus mentem consiliumque eripit, & mem-
3 bra debilitat; ut tunc accidit. Qui se in æquo loco ac plano pares esse confidebant, iidem perterriti fuga suorum, & cæde paucorum, XXX pedum altitudine in ædificiis consistere ausi non sunt, seque per molem in mare præcipitaverunt, & DCCC passuum intervallo ad oppidum enataverunt. Multi tamen ex iis capti interfectique sunt: sed numerus captivorum omnino fuit DC.

1 XIX. Cæsar, præda militibus concessa, ædificia diripi jussit; castellumque ad pontem, qui propior erat
2 Pharo, communivit; atque ibi præsidium posuit. Hunc fuga Pharitæ reliquerant; fortiorem illum, propioremque oppido Alexandrini tuebantur: sed eum postero die simili ratione aggreditur, quod, his obtentis duobus, omnem navigiorum excursum & repentina latro-
3 cinia sublatum iri videbatur. Jamque eos, qui præsidio eum locum tenebant, tormentis è navibus sagittisque depulerat, atque in oppidum redegerat; & [2] cohortium III instar in terram exposuerat; non enim plures consistere angustiæ loci patiebantur: reliquæ
4 copiæ in navibus stationem obtinebant. Quo facto imperat

dicum scriptura quam minime recedendum, quare placeat *ea munitione*. Davies.

1. *Ut minora majoribus conferantur*] Adagio cessit. *Virgilius* Eclog. I, 24.

—— *Sic parvis componere magna solebam.*

Et Georgic. IV, 176.

—— *Si parva licet componere magnis.*

*Cicero* de claris orat. *Similiter igitur suspicor, ut conferamus parva magnis.* Et iisdem verbis *Plinius Secundus* libro V. epist. VI. *Ut parva magnis conferamus.* Brant.

2. *Cohortium trium instar*] Circiter tres cohortes. *Columella* de re Rust. lib. II. cap. V. *Acervi stercoris instar quinque modiorum disponentur.* Sic etiam *Livius*, aliique sunt locuti, adeo ut non esset, cur *Joan. Rhellicanus* de hujusce locutionis infrequentia quereretur. *Davies.*

perat pontem adversus hostem prævallari, &, qua ex-
itus navibus erat, fornice exstructo, quo pons susti-
nebatur, lapidibus oppleri atque obstrui: quorum al- 5
tero opere effecto, nulla omnino scapha egredi posset;
altero instituto, omnes Alexandrinorum copiæ ex op-
pido se ejecere, & contra munitiones pontis latiore lo-
co constiterunt; eodemque tempore, quæ consueve-
rant navigia per pontes ad incendia onerariarum emitte-
re, ad molem constituerunt. Pugnabatur à nostris ex 6
ponte, ex mole, ab illis ex area, quæ erat adversus pon-
tem, & ex navibus contra molem.

XX. In his rebus occupato Cæsare, militesque hor- 1
tante, remigum magnus numerus, & classiariorum ex
longis navibus nostris in molem se ejecit. Pars eorum 2
studio spectandi ferebatur; pars etiam cupiditate pu-
gnandi. Hi primum navigia hostium lapidibus ac fun-
dis à mole repellebant; ac multum proficere multitu-
dine telorum videbantur: sed postquam ultra eum lo- 3
cum ab latere eorum aperto ausi sunt egredi ex navi-
bus Alexandrini pauci, ut sine signis certisque ordini-
bus, sine ratione prodierant, sic temere in naves refu-
gere cœperunt. Quorum fuga incitati [1] Alexandrini 4
ex navibus egrediebantur, nostrosque acrius perturba-
tos insequebantur. Simul qui in navibus longis reman-
serant, scalas rapere, navesque à terra repellere, pro-
perabant; ne hostes navibus potirentur. Quibus omni- 5
bus rebus perturbati milites nostri cohortium trium,
quæ in ponte, ac prima mole constiterant, quum post
se clamorem exaudirent, fugam suorum viderent, ma-
gnam vim telorum adversi sustinerent, veriti ne ab ter-
go circumvenirentur, & discessu navium omnino re-
ditu intercluderentur, munitionem in pontem institu-
tam

1. *Alexandrini ex navibus egrediebantur*] Reponendum ex MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* *Alexandrini* plures *ex navibus egrediebantur*: illa enim vox *paucis* Alexandrinis opponitur, qui ante navibus sunt egressi. *Davies.*

tam reliquerunt, & magno cursu incitati ad naves con-
6 tenderunt: quorum pars proximas nacta naves multitudine hominum atque onere depressa est; pars resistens & dubitans, quid esset capiendum consilii, ab
7 Alexandrinis interfecta est: nonnulli feliciore exitu expeditas ad anchoram naves consecuti incolumes discesserunt: pauci allevati scutis, & animo ad conandum nixi, ad proxima navigia adnatarunt.

1 XXI. Cæsar, quoad potuit, cohortando suos ad pontem & munitiones contendere, eodem in periculo versatus est; postquam universos cedere animadvertit, in
2 suum navigium se recepit: quo multitudo hominum insecuta quum irrumperet, neque administrandi neque repellendi à terra facultas daretur; fore, quod accidit, suspicatus, [1] sese ex navigio ejecit, atque ad eas, quæ
3 longius constiterant, naves adnatavit: hinc suis laborantibus subsidio scaphas mittens nonnullos conservavit. Navigium quidem ejus, multitudine depressum
4 militum, una cum hominibus interiit. Hoc prœlio desiderati sunt ex numero legionariorum militum circiter CD, & paullo ultra eum numerum classiarii &
5 remiges. Alexandrini eo loco castellum magnis munitionibus multisque tormentis confirmaverunt, atque, egestis ex mari lapidibus, libere sunt usi postea ad mittenda navigia.

1 XXII. Hoc detrimento milites nostri tantum abfuerunt ut perturbarentur, ut incensi potius atque incitati magnas accessiones fecerint in operibus hostium expu-
2 gnandis, in prœliis quotidianis, quandocumque fors obtulerat procurrentibus & erumpentibus Alexandrinis ** [2] manum comprehendi multum operibus, & ar-

1. *Sese ex navigio ejecit*] *Suetonius* Jul. cap. LXIV. tradit, Cæsarem per ducentos passus natasse elata læva, ne libelli, quos tenebat manu, madefierent, paludamento insuper tracto, ne spolio potiretur hostis. Etsi *Dion* lib. XLII. pag. 2c4. ac *Appianus* lib. II. B. C. pag. 484. vestem ab Alexandrinis interceptam, & loco trophæi suspensam, memorant. *Glandorp.*

2. *Manum comprehendi multum operibus*

ardentibus ſtudiis militum, nec divulgata Cæſaris cohortatio ſubſequi legionum aut laborem, aut pugnandi poterat cupiditatem: ut magis deterrendi à periculoſiſſimis eſſent dimicationibus, quam incitandi ad pugnandum.

XXIII. Alexandrini, quum Romanos & ſecundis 1
rebus confirmari, & adverſis incitari viderent, neque
ullum belli tertium caſum noſſent, quo poſſent eſſe
firmiores, ut conjectura conſequi poſſumus, [1] aut admoniti
à regis amicis, qui in Cæſaris erant præſidiis,
aut ſuo priore conſilio, per occultos nuncios regi probato;
legatos ad Cæſarem miſerunt, *ut dimitteret regem,
transireque ad ſuos pateretur: paratam enim omnem* 2
*multitudinem eſſe, confectam tædio puellæ,* [2] *fiduciario regno,
dominatione crudeliſſima Ganymedis, facere id, quod
rex imperaſſet: quo ſi auctore* [3] *in Cæſaris fidem amicitiam-* 3
*que venturi eſſent, nullius periculi timorem multitudini fore
impedimento, quo minus ſe dederent.*

XXIV. Cæſar, etſi fallacem gentem, ſemperque a- 1
lia cogitantem, alia ſimulantem, bene cognitam habebat,
tamen petentibus dare veniam utile eſſe ſtatuit:
quod, ſi quo pacto ſentirent ea, quæ poſtularent, 2
manſurum in fide dimiſſum regem credebat; ſin, id
quod magis illorum naturæ conveniebat, ducem ad bel-

*ribus & ardentibus*] Editt. *Rom. Ven.* habent *manum comprehendendi*: *Beroald.* autem *manibus comprehendendi*; at à *Vaſcoſ.* omnes hæ voces abſunt, unde factum, ut *Joan. Brantius* Gloſſematis ſuſpectas habuerit. Concedo potius in ſententiam *Rob. Stephani*, *Joſ. Scaligeri*, & aliorum, qui lacunam hic eſſe contendunt, licet in MSStis nullum ejus ſit indicium. *Davies.*

1. *Aut admoniti à Regis amicis*] MS. *Norvic.* *aut incitati à Regis amicis*: quod vehementius eſt, ideoque ea lectio mihi probatur, licet vulgatam retineant editt. veteres. *Davies.*

2. *Fiduciario regno*] *Fiduciarium regnum* vocat, quod aliquando ſit reſtituendum, tanquam bona fide concreditum. Quomodo *T. Livius* *fiduciariam civitatem*, ſupra etiam *Cæſar* lib. II. B. C. cap. XVII. *fiduciariam operam* dixit. *Glandorp.*

3. *In Cæſaris fidem amicitiamque venturi eſſent*] Editt. *Rom. Ven.* repræſentant *ventum eſſent*, unde reſcribendum puto *ventum eſſet*, quemadmodum legitur in edit. *Beroald.* A. D. 1508. *Davies.*

bellum gerendum regem habere vellent, splendidius atque honestius sese contra regem, quam contra convenarum ac fugitivorum manum, bellum esse gestu-
3 rum. Itaque regem cohortatus, *ut consuleret regno paterno, parceret præclarissimæ patriæ, quæ turpissimis incendiis & ruinis esset deformata, cives suos primum ad sanitatem revocaret, deinde conservaret, fidem populo R. sibique præstaret; quum ipse tantum ei crederet, ut ad hostes armatos eum mitteret;* dextera dexteram tenens dimittere cœpit
4 adulta jam ætate puerum. At regius animus disciplinis fallacissimis eruditus, ne à gentis suæ moribus degeneraret, flens orare contra Cæsarem cœpit, *ne se dimitteret: non enim regnum ipsum sibi conspectu Cæsaris es-*
5 *se jucundius.* Compressis pueri lacrimis, Cæsar ipse commotus, celeriter, si illa sentiret, fore eum secum
6 affirmans, ad suos dimisit. [1] Ille, ut ex carceribus in liberum cursum emissus, adeo contra Cæsarem acriter bellum gerere cœpit, [2] ut lacrimas, quas in colloquio projece-

1. *Ille, ut ex carceribus in liberum cursum emissus*] Translatio ducta à quadrigis Circensibus, quæ mittebantur à magistratu, statimque prosilientes è carceribus spatia corripiebant tanta interdum cursus celeritate, & contentione, ut habenas non audirent. *Virgilius* lib. I. Georg. extr.

> *Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,*
> *Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens*
> *Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.*

Erant autem *carceres* repagula quædam, unde cursus initium erat, quibus coercebantur equi, ne inde exirent priusquam magistratus signum dedisset, ut docet *Adr. Turnebus* lib. XXV. adverf. cap. II. Græci βαλβίδας seu ἀφετηρίας appellant. *Bram.*

2. *Ut lacrimas, quas in colloquio projecerat, gaudio videretur profudisse*] Etiam gaudium lacrimas interdum excutit, præsertim insperatum. *Terentius* Adelph. act. III. sc. V. *Oh, lacrumo gaudio*; ubi *Donatus*, *immoderata*, inquit, *lætitia lacrimas habet.* Et Heaut. Act. II. Sc. III, 65.

> —— *Lacrumis opplet os totum sibi, ut*
> *Facile scires desiderio id fieri tuo.*

Auctor est *Josephus* lib. XII. Antiq. Judaic. cap. II. Ptolemæum Philadelphum Regem Ægypti, quum illi libri sacri litteris aureis descripti porrigerentur, præ gaudio in lacrimas prorupisse. *Nam*, inquit, *sæpius natura hoc summo gaudio patitur, quod etiam dolentibus solet accidere.* Rationes profert *Alexander Aphrodisæus* problem. XXI. *Idem.*

jecerat, gaudio videretur profudiſſe. Accidiſſe hoc com- 7
plures Cæſaris legati, amici, centuriones militeſque læ-
tabantur; quod nimia bonitas ejus fallaciis pueri eluſa
eſſet. Quaſi vero id Cæſar bonitate tantum adductus,
ac non prudentiſſimo conſilio feciſſet.

XXV. Quum duce aſſumto Alexandrini nihilo ſe 1
firmiores factos, aut languidiores Romanos animad-
verterent; eludentibuſque militibus regis ætatem atque
infirmitatem, magnum dolorem acciperent, neque ſe
quidquam proficere viderent: rumoreſque exſiſterent,
magna Cæſari præſidia, terreſtri itinere, Suria Cilicia-
que adduci, quod nondum Cæſari auditum erat; inter-
ea commeatum, qui noſtris mari ſupportabatur, in-
tercipere ſtatuerunt: itaque expeditis navigiis, locis 2
idoneis ad Canopum in ſtatione diſpoſitis navibus, in-
ſidiabantur noſtris commeatibus. Quod ubi Cæſari nun- 3
ciatum eſt, claſſem jubet expediri atque inſtrui. [1] Præ-
ficitur Ti. Nero. Proficiſcuntur in ea claſſe Rhodiæ
naves, atque in his Euphranor, ſine quo nulla um-
quam dimicatio maritima, nulla etiam parum feliciter
confecta erat. At fortuna, quæ plerumque eos, quos 4
plurimis beneficiis ornavit, ad duriorem caſum reſer-
vat, ſuperiorum temporum diſſimilis, Euphranorem
proſequebatur: nam quum ad Canopum ventum eſ- 5
ſet, inſtructaque utrimque claſſis conflixiſſet, & ſua
conſuetudine Euphranor primus prœlium commiſiſ-
ſet; & illic triremem hoſtium perforaſſet ac demerſiſ-
ſet; proximam longius inſecutus, parum celeriter in-
ſequentibus reliquis, circumventus ab Alexandrinis
eſt:

1. *Præficitur Ti. Nero. Proficiſcuntur*] Neſcio unde factum, ut hæc lectio in recentioribus editt. compareat, cum, quantum conſtat, ne unus quidem Codex ei faveat. MS. *Norvic.* & edit. *Ven. præfecit huic Tib. Neronem*; *Beroald.* autem in præſenti tempore *præficit huic Tib. Neronem*: & ſic legendum. Mire vero corruptus eſt hic locus in editt. Rom. A. D. 1472. quæ cum ſic exhibet *perfecit huic Tyberium, ne rationem proficiſcuntur.* Huic mendæ ortum dedit nomen proprium, cujuſmodi ſane nomina ab imperitis Librariis ſæpiſſime temerantur. *Davies.*

6 est: cui subsidium nemo tulit; sive quod in ipso satis
præsidii pro virtute ac felicitate ejus putarent esse; si-
ve quod ipsi sibi timebant. Itaque unus ex omnibus eo
prœlio bene rem gessit, solus cum sua quadriremi vi-
ctrice periit.

1 XXVI. Sub idem tempus Mithridates Pergamenus
[1] magnæ nobilitatis domi, scientiæque in bello, & vir-
tutis, fidei dignitatisque in amicitia Cæsaris, missus in
Suriam Ciliciamque initio belli Alexandrini ad auxilia
accersenda, cum magnis copiis, quas celeriter & pro-
pensissima civitatum voluntate, & sua diligentia con-
fecerat, itinere pedestri, quo conjungitur Ægyptus
2 Suriæ, Pelusium adduxit: idque oppidum firmo præ-
sidio occupatum ab Achilla propter opportunitatem lo-
ci, (namque tota Ægyptus [2] maritimo accessu Pharo,
pedestri Pelusio, velut claustris, munita existimatur)
repente magnis circumdatum copiis, multiplici præsi-
dio pertinaciter propugnantibus, & copiarum magni-
tudine, quas integras vulneratis defessisque subjiciebat,
& perseverantia constantiaque oppugnandi, quo die
est aggressus, in suam redegit potestatem, præsidium-
3 que ibi suum collocavit. Inde re bene gesta Alexan-
driam ad Cæsarem contendit, omnesque eas regiones,
per quas iter faciebat, auctoritate ea, quæ plerumque
adest

2. *Magnæ nobilitatis domi*] *Aldus Manutius* confidenter admodum reponit *magnæ nobilitatis homo*, aitque *non enim tantum nobilitas nobiscum domi est*. Ita tamen loquuntur præstantissimi scriptores. *Cæsar* lib. I. B. C. cap. XXXIV. *Præmissos etiam legatos Massilienses, domi nobiles adolescentes.* Sic quidem editt. nuperæ, at contra Codicum manuariorum fidem, ut illic monui; quare hoc contra *Manutium* testimonio non nitar. At firmum erit illud *Sallustii* Catil. cap. XVII. *Ad hoc, multi ex coloniis & municipiis*, domi nobiles. Sic & *Justinus* lib. V. cap. IX, 6. *Erat inter exules Thrasybulus, vir strenuus &* domi nobilis. Quis igitur non videt sanam esse lectionem receptam? *Davies.*

1. *Maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio*] *Pedestre* hic *maritimo* opponitur, & idem notat ac *terrestre*. Sic *Cæsar* lib. II. B. C. cap. XXXII. *Ut neque* pedestri *itinere, neque* navibus *commeatu juvari possent*. *Corn. Nepos* Agel. cap. II, I. *Fama exierat Artaxerxem comparare classem pedestresque exercitus, quos in Græciam mitteret.* Vide & Hannib. cap. XI, 6. ac *J. F. Gronovium* ad *Livii* lib. XXXVII. cap. LII. *Idem.*

adeſt victori, pacarat, atque in amicitiam Cæſaris redegerat.

XXVII. Locus eſt fere regionum illarum nobiliſſi- 1
mus non ita longe ab Alexandria, qui nominatur Del-
ta, quod nomen à ſimilitudine litteræ cepit: nam pars 2
quædam fluminis Nili, [1] mire derivata inter ſe, duo-
bus itineribus paullatim, medium inter ſe ſpatium re-
linquens, diverſiſſimo ad littus intervallo [2] à mari
conjungitur. Cui loco quum appropinquare Mithrida- 3
ten Rex cognoviſſet; & tranſeundum ei flumen ſci-
ret; magnas adverſus eum copias miſit, quibus vel ſu-
perari delerique Mithridaten, vel ſine dubio retineri
poſſe credebat: quemadmodum autem optabat eum 4
vinci; ſic ſatis habebat interclusum à Cæſare à ſe reti-
neri. Quæ primæ copiæ flumen à Delta tranſire, & 5
Mithridati occurrere potuerunt, prœlium commiſe-
runt, feſtinantes præripere ſubſequentibus victoriæ ſo-
cietatem: [3] quorum impetum Mithridates [4] magna 6
cum prudentia, conſuetudine noſtra caſtris vallatis, ſu-
ſtinuit: quum vero incaute atque inſolenter ſuccedere 7
eos munitionibus videret; eruptione undique facta,
ma-

1. *Mire derivata inter ſe*] In ſua editione primam vocem uncinis cinxit *Joſ. Scaliger.* Et ſane quid miri eſt inſulas in mediis fluminibus comparere? Cum igitur ea vox à MSto *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* exulet, ego plane delendam cenſeo, ut inepti hominis additamentum. *Davies.*

2. *A mari conjungitur*] Deleo præpoſitionem, (quæ abeſt à MS. *Norvic.*) ſentit enim Nilum ad locum, qui Delta dicitur, dividi divaricarique, deinde paullatim creſcere medium ſpatium, demum diverſiſſimis & longe à ſe diſtantibus locis mari conjungi: quanquam & dictiones *ad littus*, abundare exiſtimo; ſed ſuperiorem locum non ſatis caſtigatum eſſe credo. *Ciac.*

3. *Quorum impetum Mithridates*] Eadem traduntur à *Joſepho* lib. IV. cap. XV ſed in gratiam ſuæ gentis, & Antipatri, patris Herodis; non ita multum tribuente laudibus Mithridatis, imo, contra narrationem *Hirtii*, partam victoriam ad Antipatrum transferente. *Glandorp.*

4. *Magna cum prudentia*] Codex *Ciaccon.* poſt has voces addit *conſtantiaque militum*; MS. autem *Norvic.* cum aliis nonnullis, *conſtantiaque virtutum*, *&* *Alexandrinorum imprudentia.* Illa quidem verba, ut opinor, è margine in textum ſunt adſcita, quorum Gloſſematum exempla ſuppeditabunt not. ad lib. II. B. G. cap. XXXIII. & lib. III. B. G. cap. I. *Davies.*

R r

8 magnum numerum eorum interficit. Quod nisi loco-
rum notitia reliqui se texissent, partimque in naves,
quibus flumen transierant, recepissent, funditus deleti
essent: qui ut paullulum ab illo timore se recrearunt,
adjunctis iis, qui subsequebantur, rursus Mithridaten
oppugnare cœperunt.

1 XXVIII. Mittitur à Mithridate nuncius Cæsari, qui
rem gestam perferret. Cognoscit ex suis eadem hæc ac-
cidisse Rex. Ita pene sub idem tempus & rex ad oppri-
mendum Mithridaten proficiscitur, & Cæsar ad reci-
2 piendum. Celeriore fluminis Nili navigatione rex est
usus, [1] in qua magnam & paratam classem habebat. Cæ-
sar eodem itinere uti noluit, ne navibus in flumine di-
micaret: sed, circumvectus eo mari, quod Africæ par-
tis esse dicitur, sicuti supra demonstravimus, prius
tamen regis copiis occurrit, quam is Mithridaten ag-
gredi posset, eumque ad se victorem incolumi exerci-
3 tu recepit. Consederat cum copiis rex loco natura mu-
nito, quod erat ipse excelsior; planitia ex omnibus par-
tibus subjecta: tribus autem ex lateribus variis genere
4 munitionibus tegebatur. Unum latus erat adjectum
flumini Nilo; alterum editissimo loco ductum, ut par-
tem castrorum obtineret; tertium palude cingebatur.

1 XXIX. Inter castra Regis & Cæsaris iter, flumen
intercedebat angustum, altissimis ripis, quod in Ni-
lum influebat: aberat autem ab Regis castris millia
2 passuum circiter VII. Rex, quum hoc itinere venire
Cæsarem comperisset, equitatum omnem expeditosque
delectos pedites ad id flumen misit, qui transitu Cæsa-
rem prohiberent, & [2] eminus ex ripis prœlium impar
ini-

1. *In qua magnam & paratam*] Sic edidit *Jos. Scaliger*, quem secuti sunt recentiores, ac ita sane exhibent editt. *Rom. Ven. Beroald.* At MS. *Norvic.* & editt. *Steph. in* quo *magnam & paratam.* Atque ita sine dubio legendum, *pronomen* enim ad voces *fluminis Nili* est referendum. *Davies.*

2. *Eminus ex ripis prœlium impar inirent*] Cæsareanis erat impar eo, quod ex locis inferioribus pugnandum illis erat adversus regios milites, qui in editiori loco constitu-
ti

inirent; nullum enim processum virtus habebat, aut
periculum ignavia subibat: quæ res incendit dolore mi-
lites equitesque nostros; quod tam diu pari prœlio cum
Alexandrinis certaretur. Itaque eodem tempore equites 4
Germani dispersi vada fluminis quærentes, partim de-
missioribus ripis flumen transnarunt; & legionarii,
[1] magnis arboribus excisis, quæ longitudine utramque
ripam contingerent, projectis, repentinoque aggere
injecto, flumen transierunt: quorum impetum adeo 5
pertimuerunt hostes, ut in fuga spem salutis colloca-
rent. Sed id frustra: namque ex ea fuga pauci ad regem
refugerunt, pene omni reliqua multitudine interfecta.

XXX. Cæsar, re præclarissime gesta, quum subi- 1
tum adventum suum judicaret magnum terrorem Ale-
xandrinis injecturum, protinus victor ad regis castra
pertendit. Hæc quum & opere magno vallata, & loci 2
natura munita adverteret; confertamque armatorum
multitudinem collocatam in vallo videret, lassos itine-
re, ac prœliando milites ad oppugnanda castra succede-
re noluit; itaque, non magno intervallo relicto ab ho-
ste, castra posuit. Postero die castellum, quod rex in 3
proximo vico non longe à suis castris muniverat, [2] bra-
chiisque cum opere castrorum conjunxerat vici obti-
nendi caussa, Cæsar aggressus, omnibus copiis expu-
gnat; non quo id minori numero militum consequi
difficile factu putaret; sed ut ab ea victoria, perterri-
tis

ti erant. Modo namque dixit *Hirtius*, inter castra, ac Cæsaris iter, angustum flumen intercessisse, quod altissimis ripis impeditum esset. *Rhellican.*

1. *Magnis arboribus excisis, quæ longitudine utramque ripam contingerent, projectis*] MS. meus habet *& projectis*, atque ita non abundabit vox *excisis*, quam male suspectam habuit *Pet. Ciacconius.* Brant.

2. *Brachiisque cum opere castrorum conjunxerat*] *Brachia* hic μεταφορικῶς, pro curvis munitionibus in brachiorum humanorum similitudinem formatis accipi videntur, ut in illo *Virgilii* lib. III. Æn. vs. 535.

*—— gemino demittunt brachia muro*
*Turriti scopuli.——*

Quod *Donatus* ita exponit; *cautes sunt in formam brachiorum.* Rhellican: Vide *Broukhusium* ad *Propertii* lib: III: Eleg. XX. 24. & *J. Lipsium* Pol: [illegible] II. Dial. II. *Davies:*

4 tis Alexandrinis, protinus castra regis oppugnaret. Ita-
que eo cursu, quo refugientes Alexandrinos ex castel-
lo in castra sunt milites insecuti, munitionibus succes-
5 serunt, acerrimeque eminus prœliari cœperunt. Dua-
bus ex partibus [1] aditus oppugnationibus nostris daba-
tur; una, quam liberum accessum habere demonstra-
vi; altera, quæ mediocre intervallum inter castra &
6 flumen Nilum habebat. Maxima & electissima Alexan-
drinorum multitudo defendebat eam partem, quæ fa-
7 cillimum aditum habebat: plurimum autem proficie-
bant hostes in repellendis vulnerandisque nostris, qui
in regione fluminis Nili propugnabant; diversis enim
telis nostri figebantur, adversi ex vallo castrorum, aver-
si ex flumine, in quo multæ naves instructæ fundito-
ribus & sagittariis nostros impugnabant.

1 XXXI. Cæsar, quum videret milites acrius prœlia-
ri non posse, nec tamen multum profici propter loco-
rum difficultatem; quumque animum adverteret, ex-
celsissimum locum castrorum relictum esse ab Alexan-
drinis; quod & per se munitus esset, & studio partim
pugnandi, partim spectandi, decucurrissent in eum
locum, in quo pugnabatur; [2] cohortes illo circuire ca-
stra, & summum locum aggredi, jussit, hisque Carsu-
lenum præfecit, & animi magnitudine, & rei militaris
2 scientia virum præstantem. Quo ut ventum est, paucis
defendentibus munitionem, nostris contra militibus ac-
cerrime pugnantibus, diverso clamore & prœlio per-
territi Alexandrini, trepidantes [3] in omnes partes di-
scur-

1. *Aditus oppugnationibus nostris dabatur*] MS. *Norvic.* repræsentat *aditus expugnationis*, editt. *Rom.* & *Ven.* *aditus oppugnationis*, & sic legendum arbitror. Eodem modo *Cæsar* lib. V. B. G. cap. XLI. *sermonis aditum*, & lib. I. B. C. cap. LXXIV. *aditum commendationis* dixit. *Davies.*

2. *Cohortes illo circuire castra*] *Faërnus* notam numeralem in voce secunda latere existimans, rescribit *cohortes III circuire castra.* Ciaccon.

3. *In omnes partes discurrere cœperunt*] Repono, *in omnes partes* castrorum *discurrere cœperunt*, non solum ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* verum etiam ex Manuscripto *Norv.* aliisque: *Hirtius* enim, non minus ac *Cæsar*, perspicuitatis est studiosus, *Davies.*

ſcurrere cœperunt: quorum perturbatione, noſtrorum 3
animi adeo ſunt incitati, ut pene eodem tempore ex
omnibus partibus, primi tamen editiſſimum locum ca-
ſtrorum caperent: ex quo decurrentes magnam multi-
tudinem hoſtium in caſtris interfecerunt. Quod peri- 4
culum plerique Alexandrini fugientes, acervatim ſe de
vallo præcipitaverunt in eam partem, quæ flumini erat
adjuncta. Horum primis in ipſa foſſa munitionis [1] ma- 5
gna vi oppreſſis, ceteri faciliorem fugam habuerunt.
Conſtat fugiſſe ex caſtris Regem ipſum, receptumque 6
in navem, [2] & multitudine eorum, qui ad proximas
naves adnatabant, demerſo navigio periſſe.

XXXII. Re feliciſſime celerrimeque geſta, Cæſar, 1
magnæ victoriæ fiducia proximo terreſtri itinere Ale-
xandriam cum equitibus contendit; atque ea parte op-
pidi victor introiit, quæ præſidio hoſtium tenebatur.
Neque eum conſilium ſuum fefellit, quin hoſtes, eo 2
prœlio audito, nihil jam de bello eſſent cogitaturi. Di-
gnum adveniens fructum virtutis & animi magnitudi-
nis tulit: omnis enim multitudo oppidanorum, armis 3
projectis, munitionibuſque ſuis relictis, [3] veſte ea
ſumpta, qua ſupplices dominantes deprecari conſueve-
runt, ſacriſque omnibus prolatis, quorum religione
precari offenſos iratoſque animos regum erant ſoliti,
ad-

1. *Magna vi oppreſſis*] MSS. *Ciaccon.* & *Norvic.* habent *magna ruina oppreſſis*, & eo ſane probabilior eſt hæc lectio, quod noſter hujuſce libri c. LXXVI. eodem loquendi modo ſit uſus. Proprie; ſiquidem *ruere eſt toto corpore uti ad impellendum, quod faciunt, qui ipſi præcipites alios proſternunt*, ut teſtatur *Donatus* ad *Terentii* Adelph. Act. III. Sc. II, 21. *Davies.*

2. *Et multitudine eorum*] Prima vocula ſenſum turbat, quapropter ex fide MSti *Norvic.* omnino eſt delenda. *Idem.*

3. *Veſte ea ſumpta, qua ſupplices dominantes deprecari conſueverunt*] Sordidatas veſtes intelligit, quales erant reorum; alias enim Romani albo veſtimento ſunt uſi, ut monet *J. Lipſius* Elect. lib. I. cap. XIII. licet ea de re nonnullæ occurrant difficultates, quas vide apud *Oct. Ferrarium* de re veſt. lib. I. capp. XXI. & XXII. Hoc eo melius convenit Alexandrinis, quod etiam Ægyptiorum indumenta fuerint alba. Adiri poterit *Herodotus* lib. II. cap. LXXXI. *Idem.*

advenienti Cæſari occurrerunt, ſeque ei dediderunt.
4 Cæſar in fidem receptos conſolatus, per hoſtium munitiones in ſuam partem oppidi magna gratulatione venit ſuorum, qui non tantum bellum ipſum ac dimicationem, ſed etiam talem adventum ejus felicem fuiſſe lætabantur.

1 XXXIII. Cæſar Ægypto atque Alexandria potitus reges conſtituit, quos Ptolemæus teſtamento ſcripſerat, atque obteſtatus erat populum Rom. ne mutaren-
2 tur: nam majore ex duobus pueris rege amiſſo, minori tranſdidit regnum, majorique ex duabus filiis Cleo-
3 patræ, quæ manſerat in fide præſidiiſque ejus: minorem Arſinoën, cujus nomine diu regnaſſe impotenter Ganymeden docuimus, [1] deducere ex regno ſtatuit; ne qua rurſus nova diſſenſio, prius quam diuturnitate [2] confirmarentur regis imperia, per homines ſeditioſos
4 naſceretur. Legione veterana VI ſecum deducta, ceteras ibi relinquit; quo firmius eſſet eorum regum imperium: qui neque amorem ſuorum habere poterant, quod fideliter permanſerant in Cæſaris amicitia, neque vetuſtatis auctoritatem, paucis diebus reges conſtitu-
5 ti: ſimul ad imperii noſtri dignitatem utilitatemque publicam pertinere exiſtimabat, ſi permanerent in fide reges, præſidiis eos noſtris eſſe tutos, & hos, ſi eſſent
6 ingrati, poſſe iiſdem præſidiis coërceri. [3] Sic rebus omni-

1. *Deducere ex regno ſtatuit*] Eam poſtea in triumpho Romæ duxit: Auctor *Dio* lib. XLII. pag. 223. *Ciaccon.*

2. *Confirmarentur regis imperia*] In MSto *Norvic.* & edit. *Beroald.* eſt *confirmaretur Regis imperium.* Sed hoc parum refert. Illud quærendum ſupereſt, quomodo *Regis* diceret *imperia*, cum Ægypti regnum minori Ptolemæi filio & Cleopatræ tradiderit. Omnino ſcribendum crediderim *confirmarentur regum imperia.* Sic paullo poſt: *Quo firmius eſſet eorum regum imperium*; licet editt. *Rom. Ven. Beroald.* ibi corrupte habeant *eorum regnum & imperium*, quippe editoribus latuit, *Reges* de Rege & regina poſſe uſurpari. Iterum: *Paucis diebus reges conſtituti. Cæſar* lib. III. B. C. cap. CVII. *Interim controverſias* Regum *ad P. R. & ad ſe, quod eſſet conſul, pertinere exiſtimans.* Vide & ejuſdem libri çap. CIX. *Davies.*

3. *Sic rebus omnibus confectis & collocatis, ipſe itinere terreſtri*] MS. *Norvic.* *Sic rebus omnibus confectis & collocatis penitus,*

mnibus confectis & collocatis, ipse itinere terrestri profectus est in Suriam.

XXXIV. Dum hæc in Ægypto geruntur, rex De- 1
jotarus ad Domitium Calvinum, cui Cæsar Asiam, finitimasque provincias administrandas transdiderat, venit, oratum, ne Armeniam minorem, regnum suum, neve Cappadociam, regnum Ariobarzanis, possideri vastarique pateretur à Pharnace: quo malo nisi liberarentur, [1] imperata sibi facere, pecuniamque promis-
sam Cæsari non posse se persolvere. Domitius non tan- 2
tum ad explicandos sumtus rei militaris quum pecuniam necessariam esse judicaret; sed etiam turpe populo Rom. & Cæsari victori, sibique infame esse statueret, regna sociorum atque amicorum ab externo rege occupari, nuncios confestim ad Pharnacem misit, Armenia Cappadociaque decederet, neve occupatione belli civilis, populi Rom. jus majestatemque tentaret.
Hanc denunciationem quum majorem vim habituram 3
existimaret, si propius eas regiones cum exercitu accessisset; ad legiones profectus, unam ex tribus XXXVI secum ducit, II in Ægyptum ad Cæsarem mittit, litteris ejus evocatas: quarum altera in bello Alexandrino non occurrit; quod itinere terrestri per Suriam e-
rat missa. Adjungit Cn. Domitius legioni XXXVI duas 4
à Dejotaro, quas ille disciplina atque armatura nostra complures annos constitutas habebat, equitesque cen-
tum; totidemque ab Ariobarzane sumit: mittit P. Sex- 5
tium

*penitus, itinere terrestri:* editt. autem *Beroald. collocatis, ipse itinere pedestri*, quæ vera est lectio, altera autem ex Glossemate est nata. Infra cap. XLIV. *Partim classe per se, partim* pedestribus *copiis per barbaros. Corn. Nepos* Alcib. cap. VIII, 2. *Quod* pedestribus *copiis plus quam navibus valerent*; ubi vide quæ notavit *Chr. Cellarius.* Sic etiam *Frontinus* Strateg. lib. I. cap. III, 6. *prælium pedestre* navali opponit. Adi etiam notata ad hujusce libri cap. XXVI. *Davies.*

1. *Imperata sibi facere, pecuniamque promissam Cæsari non posse se persolvere*] Hunc locum ita repræsentant MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Imperata se facere, pecuniamque promissam Cæsari non posse persolvere*, quod ut brevius est, sic æque commodum videtur. *Idem.*

tium ad C. Plætorium quæstorem, ut legionem adduceret, quæ [1] ex tumultuariis militibus in Ponto confecta erat; Quinctumque Patisium in Ciliciam ad auxilia accersenda. Quæ copiæ celeriter omnes jussu Domitii Comana convenerunt.

1 XXXV. Interim legati à Pharnace responsa referunt,
*Cappadocia se decessisse, Armeniam minorem recepisse,
quam paterno nomine jure obtinere deberet; denique ejus
regni caussa integra Cæsari servaretur: paratum enim se facere,
quod is statuisset.* Cn. Domitius, quum animadverteret
eum Cappadocia decessisse non voluntate ad-
2 ductum, sed necessitate; quod facilius Armeniam defendere
posset subjectam suo regno, quam Cappadociam
longius remotam; quodque omnes III legiones
adducturum Domitium putasset; ex quibus cum II ad
Cæsarem missas audisset, [2] audaciusque in Armenia
substitisset; perseverare cœpit, ut eo quoque regno
3 decederet: *neque enim aliud jus esse Cappadociæ atque Armeniæ:
nec juste eum postulare, ut in Cæsaris adventum
res integra differretur: id enim esse integrum, quod ita es-
4 set, ut fuisset.* His responsis datis, cum iis copiis, quas
supra scripsi, profectus est in Armeniam, locisque su-
5 perioribus iter facere instituit: nam ex Ponto à Comanis
jugum editum silvestre est, pertinens in Armeniam
6 minorem, quo Cappadocia finitur ab Armenia: [3] cujus
iti-

1. *Ex tumultuariis militibus*] Tumultuarii milites dicuntur ii, qui ob tumultum, vel inopinum aliud periculum raptim sunt conscripti. *Livius* lib. XXXV. cap. II. *Si* tumultus in *Hispania esset*, tumultuarios milites *extra Italiam scribi à Prætore. Mens ea Senatus fuit, ut in Hispania* tumultuarii milites *legerentur.* Vide & *Godesc. Stewechium* ad *Vegetii* lib. III. cap. VIII. *Davies.*

2. *Audaciusque in Armenia substitisset*] Sensus postulat, ut legamus *audacius in Armenia substitisset*, deleta particula copulante, licet eam omnes Codd. exhibeant præter editt. *Rob. Stephani* A. D. 1544. *Idem.*

3. *Cujus itineris has esse certas opportunitates*] Commoda non dubia; haud enim est, cur penultimam vocem cum *Jos. Scaligero* deleamus. MSS. autem nonnulli cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *cujus itineris hæ erant certæ opportunitates*, quæ quidem lectio vulgatæ Syntaxeos rationi melius convenit; licet, servata ea, quam repræsentant editt.
nu-

itineris has esse certas opportunitates, quod in locis superioribus nullus impetus repentinus accidere hostium poterat, & quod Cappadocia his jugis subjecta, magnam commeatus copiam erat subministratura.

XXXVI. Complures interim legationes Pharnaces 1
ad Domitium mittit, quæ de pace agerent, regiaque
munera Domitio ferrent. Ea constanter omnia asperna- 2
batur: nec sibi quidquam fore antiquius quam digni-
tatem populi Rom. & regna sociorum recuperare, le-
gatis respondebat. Magnis & continuis itineribus con- 3
fectis, quum [1] adventaret ad Nicopolim, quod oppi-
dum in Armenia minore positum est, plano ipsum lo-
co, montibus tamen altis ab duobus lateribus objectis,
satis magno intervallo ab oppido remotis, castra posuit
longe à Nicopoli circiter millia passuum VII. Quibus 4
ex castris, quum locus angustus atque impeditus esset
transeundus, Pharnaces in insidiis delectos pedites o-
mnesque pene disposuit equites: magnam autem mul-
titudinem pecoris intra eas fauces dissipari jussit, paga-
nosque & oppidanos in iis locis obversari: ut [2] si ami- 5
cus Domitius eas angustias transiret, nihil de insidiis
suspicaretur; quum in agris & pecora & homines ani-
madverteret versari, tamquam amicorum adventu: sin
vero ut in hostium fines veniret, præda diripienda mi-
lites dissiparentur, dispersique cæderentur.

XXXVII.

nuperæ, verbum aliquod *noscendi* vel similis significatûs possit subintelligi. Vide *Fr. Sanctii* Minerv. lib. IV. cap. V. cum *Jac. Perizonii* additamentis. *Davies.*

1. *Adventaret ad Nicopolim*] Editt nuperæ omittunt præpositionem, quam restitui ex MSto *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* Sic lib. I. B. G. cap. VII. *Ad Genevam pervenit.* Et lib. III. B. C. cap. XL. *Ad Oricum venit.* Ita etiam persæpe loquuntur boni auctores. *Idem.*

2. *Si amicus Domitius*] Auctiorem hunc locum exhibet MS. *Norvic.* aliique plurimi Codd. cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* In illis enim est, *sive amicus sive inimicus Domitius.* Hoc sane adsumentum probat *Joan. Goduinus*; in cujus sententiam pauci, nisi fallor, pedibus ibunt; nam si *inimici* antea mentionem fecerat noster, nihil opus erat ut postea adjiceret *sin vero ut in hostium fines veniret*, quibus ex verbis luce fit clarius, ineptum esse illud additamentum. *Davies.*

1 XXXVII. Hæc quum adminiſtraret, nunquam tamen intermittebat legatos de pace atque amicitia mittere ad Domitium: quum hoc ipſo crederet eum facilius decipi poſſe. At contra ſpes pacis Domitio in iiſdem ca-
2 ſtris morandi attulit cauſſam. Ita Pharnaces, amiſſa proximi temporis occaſione, veritus, ne cognoſcerentur
3 inſidiæ, ſuos in caſtra revocavit. Domitius poſtero die propius Nicopolim acceſſit, caſtraque oppido contulit: quæ dum muniunt noſtri, Pharnaces aciem inſtruxit ſuo more atque inſtituto; in fronte enim, ſimplici di-
4 recta acie, cornua trinis firmabantur ſubſidiis. Eadem ratione hæc media collocabantur acie, duobus dextra ſiniſtraque intervallis, ſimplicibus ordinibus inſtructis.
5 Perfecit inceptum caſtrorum opus Domitius, parte copiarum pro vallo inſtructa.

1 XXXVIII. Proxima nocte Pharnaces, interceptis tabellariis, qui de Alexandrinis rebus litteras ad Domitium ferebant, cognoſcit, Cæſarem magno in periculo verſari, flagitarique à Domitio, ut quam primum ſibi ſubſidia mitteret, [1] propiuſque ipſe Alexandriam per
2 Suriam accederet. Qua cognita re, Pharnaces victoriæ loco ducebat, ſi trahere tempus poſſet; quum diſce-
3 dendum celeriter Domitio putaret. Itaque ab oppido, qua faciliimum acceſſum & æquiſſimum ad dimicandum noſtris videbat, foſſas II directas, non ita magno medio intervallo relicto, IV pedum altitudinis in eum locum deduxit, quo longius conſtituerat ſuum non
4 producere aciem. Inter has foſſas aciem ſemper inſtruebat, equitatum autem ab lateribus omnem extra foſſam collocabat: qui neque aliter utilis eſſe poterat, & multum numero anteibat noſtrum equitatum.

XXXIX.

1. *Propiuſque ipſe Alexandriam* ] MS. *Norvic. propiuſque ipſam*; receptam autem lectionem tuentur editt. *Rom. Ven. Beroald.* Ut verum fatear, non intelligo, qui juvari potuerit Cæſar, ſi Domitius ſolummodo *propius* Alexandriam adventaret, cum in eo ipſo oppido periculum ſubiret Imperator. Repono itaque, *protinuſque ipſe Alexandriam*, hoc eſt, ſtatim, nulla mora interpoſita. *Davies*,

XXXIX. Domitius autem, quum Cæſaris magis 1
periculo, quam ſuo, commoveretur; neque ſe tuto
diſceſſurum arbitraretur, ſi conditiones, quas rejece-
rat, rurſus appeteret, aut ſine cauſſa diſcederet; ex
propinquis caſtris in aciem exercitum eduxit. XXXVI 2
legionem in dextro cornu collocavit, Ponticam in ſi-
niſtro; Dejotari legiones in mediam aciem contulit,
quibus tamen anguſtiſſimum frontis reliquit interval-
lum, reliquis cohortibus [1] in ſubſidiis collocatis. Sic
utrimque acie inſtructa, proceſſum eſt ad dimican-
dum.

XL. Signo ſub idem tempus ab utroque dato, con- 1
curritur: acriter varieque pugnatur: nam XXXVI le-
gio, quum extra foſſam in equitatum regis impetum
feciſſet, adeo ſecundum prœlium fecit, ut mœnibus
oppidi ſuccederet, foſſamque tranſiret, [2] adverſoſque
hoſtes aggrederetur. At Pontica ex altera parte legio, 2
quum paullulum averſa hoſtibus ceſſiſſet, foſſam au-
tem circuire acies ſecundo conata eſſet, ut aperto la-
tere aggrederetur hoſtem, in ipſo tranſitu foſſæ, con-
fixa, & oppreſſa eſt: Dejotari vero legiones vix im-
petum ſuſtinuerunt. Ita victrices regis copiæ cornu ſuo 3
dextro, mediaque acie converterunt ſe ad XXXVI le-
gionem: quæ tamen fortiter vincentium impetum ſuſti-
nuit; magnis copiis hoſtium circumdata, præſentiſſimo
animo pugnans [3] in orbem ſe recepit ad radices mon-
tium: quo Pharnaces inſequi, propter iniquitatem lo-
ci, noluit. Ita, Pontica legione pene tota amiſſa, ma- 4
gna

*In ſubſidiis collocatis*] Sic recte MS. *Norvic.* atque ita edidit *Joſ. Scaliger*: in editt. autem *Rom. Ven. Beroald.* aliiſque legitur *in inſidiis collocatis*: abſurde prorſus; nullum enim locum hic habere poſſunt inſidiæ. *Davies.*

2. *Adverſoſque hoſtes*] Legendum exiſtimo *averſoſque hoſtes* (ut habent MS. *Norvic.* & editt. *Beroald.* at *Rom.* & *Ven. adverſuſque hoſtes.*) Ciaccon.

3. *In orbem ſe recepit*] Hoc in ſummo periculo fieri ſolitum. *Cæſar* lib. V. B. G. cap. XXXIII. *Ut impedimenta relinquerent, atque in orbem conſiſterent — non ſine ſummo timore & deſperatione id factum videbatur.* Adi & *Joan. Brantium* ad lib. IV. B. G. cap. XXXVII. *Davies.*

gna parte Dejotari militum interfecta, XXXVI legio in loca se superiora contulit, non amplius CCL desideratis.
5 Ceciderunt eo prœlio splendidi ac illustres viri nonnulli equites Romani. Quo tamen incommodo Domitius accepto, reliquias exercitus dissipati collegit, itineribusque tutis per Cappadociam se [1] in Asiam recepit.

1 XLI. Pharnaces rebus secundis elatus, quum de Cæsare ea, quæ optabat, speraret, Pontum omnibus
2 copiis occupavit: ibique & victor, & crudelissimus rex, quum [2] sibi fortunam paternam feliciore eventu destinaret, multa oppida expugnavit; bona civium
3 Romanorum Ponticorumque diripuit: supplicia constituit in eos, qui aliquam formæ atque ætatis commendationem habebant, [3] ea quæ morte essent miseriora; Pontumque nullo defendente, paternum regnum se recepisse glorians, obtinebat.

1 XLII. Sub idem tempus in Illyrico est incommodum acceptum: quæ provincia superioribus mensibus retenta non tantum sine ignominia, sed etiam cum lau-
2 de erat: namque eo missus æstate cum II legionibus Q. Cornificius Cæsaris quæstor pro prætore, quamquam erat provincia minime copiosa ad exercitus alendos, & finitimo bello ac dissensionibus vastata & con-

1. *In Asiam recepit*] Asiam proprie dictam intelligit: quæ in duas ab Agrippa (teste *Plinio* lib. V. cap. XXVII.) divisa est partes. Nam alioquin & Cappadocia (per quam Domitius iter fecit) Asiæ generaliter dictæ regio est. Porro *Asia*, proprie sic vocata, terminatur à Septentrione Bithynia: ab occasu reliqua Propontidis parte, Hellesponto, Ægeo, Cario, Myrtooque pelago. Qua de re consule lib. V. *Ptolemæi*, cap. II. tabula Asiæ prima, & *Paulum Orosium* lib. I. cap. II. *Rhellican.*

2. *Sibi fortunam paternam feliciore eventu destinaret*] Et pater erat Mithridates, qui, maximis rebus gestis, tandem à Pompeio debellatus, *male tentatum veneno spiritum ferro expulit*, ut loquitur *Florus* lib. III. cap. V, 26. *Davies.*

3. *Ea quæ morte essent miseriora*] Quæ ea essent, ostendit inferius cap. LXX. *Neque exsectis virilitatem restituere posse, quod quidem supplicium gravius morte cives Romi. subissent.* Vide & *Appianum* lib. II. B. C. pag. 484. *Ciacon.*

confecta, tamen prudentia ac diligentia sua, quod magnam curam suscipiebat, ne quo temere progrederetur,
& recepit, & defendit: namque & castella complura 3
locis editis posita, quorum opportunitas castellanos impellebat ad decursiones faciendas, & bellum inferendum, expugnavit; eaque præda milites donavit, quæ etsi erat tenuis, tamen in tanta provinciæ desperatione
erat grata, præsertim virtute parta; & quum Octa- 4
vius ex fuga Pharsalici prœlii magna classe in illum se sinum contulisset, paucis navibus Iadertinorum, quorum semper in Remp. singulare constiterat officium, dispersis Octavianis navibus erat potitus; ut vel classe dimicare posset, [1] adjunctis captivis navibus sociorum:
& quum diversissima parte orbis terrarum Cn. Pompe- 5
jum victor Cæsar sequeretur; compluresque adversarios in Illyricum, propter Macedoniæ propinquitatem, se, reliquiis ex fuga collectis, contulisse audiret, litteras ad Gabinium mittit, uti cum legionibus tironum, quæ nuper erant conscriptæ, proficisceretur in Illyricum, conjunctisque copiis cum Q. Cornificio, si quod
periculum provinciæ inferretur, depelleret: sin ea non 6
magnis copiis tuta esse posset, [2] in Macedoniam legiones adduceret: omnem enim illam partem, regionemque, vivo Cn. Pompejo, bellum instauraturam esse credebat.

XLIII. Gabinius, ut in Illyricum venit, hiberno 1
tempore anni, ac difficili, sive copiosiorem provinciam existimans, sive multum fortunæ victoris Cæsaris tribuens, sive virtute & scientia sua confisus, quam sæpe

1. *Adjunctis captivis navibus sociorum*] Paullo post: *Dum suas, captivasque naves reficeret*. *Cæsar* supra lib. II. de Bell. Civ. cap. V. *Nam ad eas, quæ factæ fuerant Arelate per Cæsarem, captivæ Massiliensium accesserant sex.* Naves ab hostibus captæ, *captivæ* dicebantur, quibus idcirco & postliminium est, ex lib. II. D. *de capt. & postlim. rever.* Brant.

2. *In Macedoniam legiones adduceret*] Sic legendum ex MSto *Norvic.* & edit. *Steph.* edidit enim *Jos. Scaliger*, *in Macedoniam legiones adducerent*, ac ita sane exhibent antiquissimi ex impressis Codd. *Rom. Ven. Beroald.* Davies.

pe in bellis periclitatus magnas res & secundas ductu
ausuque suo gesserat; neque provinciæ facultatibus sub-
levabatur, quæ partim erat exinanita, partim infide-
lis, neque navibus, intercluso mari tempestatibus,
commeatus supportari poterat; magnisque difficultati-
bus coactus, non ut volebat, sed ut necesse erat, bel-
2 lum gerebat. Ita, quum durissimis tempestatibus, pro-
pter inopiam, castella aut oppida expugnare cogere-
3 tur, crebra incommoda accipiebat; adeoque est à bar-
baris contemptus, ut, Salonam se recipiens in oppi-
dum maritimum, quod cives Romani fortissimi fide-
lissimique incolebant, [1] in agmine dimicare sit coactus.
4 Quo prœlio duobus millibus militum amplius amissis,
centurionibus XXXIIX, tribunis IV, cum reliquis copiis
Salonam se recepit: summaque ibi difficultate rerum
5 omnium pressus paucis mensibus morbo periit. Cujus
& infelicitas vivi, & subita mors in magnam spem O-
ctavium adduxit provinciæ potiundæ: quem tamen
diutius in rebus secundis & fortuna, quæ plurimum in
bellis potest, diligentiaque Cornificii, & virtus Vati-
nii versari passa non est.

1 XLIV. Vatinius, Brundisii quum esset, cognitis
rebus, quæ gestæ erant in Illyrico, quum crebris lit-
teris Cornificii ad auxilium provinciæ ferendum evo-
caretur: & M. Octavium audiret cum barbaris fœde-
ra

1. *In agmine dimicare sit coactus*] *Joan. Goduinus* ad hunc locum ait, *Id est, tanto cum periculo, ut, expletis Imperatoris officiis, coactus sit militis partes suscipere, manu ipse pugnando, quod alienum ab Imperatore.* Sed misere fallitur interpres ille Gallicanus. Agmen est exercitus ambulans, qui igitur *in agmine dimicat*, in itinere, priusquam instructa sit acies, prœliatur. *Isidorus* Orig. lib. IX. cap. III. *Agmen dicitur, cum exercitus iter facit, ab* agendo *vocatum, id est, eundo. Plautus:* Quo te agis? *Ipse est enim exercitus ambulans:* (Lege, ne solœca sit oratio, *quo te agis ipse? est enim* &c.) *nam agmen dicitur quod in longitudinem directum est; quale solet esse, cum exercitus portis procedit. Servius* ad *Virgilii* Æn. I, 190. *Agmen proprie dicitur ordinata multitudo, ut est ambulantis exercitus, neque enim in uno loco stans agmen vocatur:* — *unde bene adjecit* longum, *ut incedentium ostenderet significationem.* Vide & eundem ad Æn. I, 86. *Davies.*

ra percussisse, compluribusque locis nostrorum militum oppugnare præsidia, partim classe per se, partim pedestribus copiis per barbaros; etsi gravi valetudine affectus, vix corporis viribus animum sequebatur; tamen virtute vicit incommodum naturæ, difficultatesque hiemis & subitæ præparationis: nam quum ipse 2
paucas in portu naves longas haberet, [1] litteras in Achajam ad Q. Kalenum misit, uti sibi classem mitteret. Quod quum tardius fieret, quam periculum no- 3
strorum flagitabat, qui sustinere impetum Octavii non poterant; navibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quamquam non satis justa ad prœliandum, rostra imposuit. [2] His adjunctis navibus 4
longis, & numero classis aucto, militibus veteranis impositis, quorum magnam copiam habebat, ex omnibus legionibus, qui numero ægrorum relicti erant Brundisii, quum exercitus in Græciam transportaretur, profectus est in Illyricum, maritimasque nonnullas civitates, quæ defecerant, Octavioque se transdiderant, partim recipiebat, partim remanentes in suo consilio prætervehebatur: nec sibi ullius rei moram ne- 5
cessitatemque injungebat, quin, quam celerrime posset, ipsum Octavium persequeretur. Hunc oppugnan- 6
tem Epidaurum terra marique, ubi nostrum erat præsidium, adventu suo discedere ab oppugnatione coëgit, præsidiumque nostrum recepit.

XLV. Octavius, quum Vatinium classem magna ex 1
parte confectam ex naviculis actuariis habere cognovisset, confisus sua classe, substitit ad insulam Tauridem: qua

1. *Litteras in Achaiam ad Q. Kalenum misit*] Nonnulli Codd. *litteras ad Achaiam*, alii *in Achaiam atque Kalenum*, unde conjectura ductus *Fulv. Ursinus* lectionem à nuperis editoribus receptam substituit. Eam etiam repræsentant MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* omisso tantum prænomine, quod ex Codicum consensu deleatur. *Davies.*

2. *His adjunctis*] Hæc *Ciacconii* conjectura, à *Scaligero* in textum recepta, quam firmant editt. *Beroald* & *Steph.* Alii omnes repræsentant *has adjunctas.* Idem.

qua regione Vatinius insequens navigabat, non quod
Octavium ibi restitisse sciret; sed quod eum longius
2 progressum insequi decreverat. Quum propius Tauri-
dem accessisset, distensis suis navibus, quod & tempe-
stas erat turbulenta, & nulla suspicio hostis, repente
adversam ad se venientem navem, antennis ad medium
malum demissis, [1] instructam propugnatoribus animum
3 advertit. Quod ubi conspexit, celeriter vela subduci,
demittique antennas jubet, & milites armari; & vexil-
lo sublato, quo pugnandi dabat signum, quæ primæ
naves subsequebantur, idem ut facerent, significabat.
4 Parabant se Vatiniani repente oppressi: parati deinceps
Octaviani ex portu procedebant. Instruitur utrimque
acies: ordine disposita magis Octaviana; paratior mili-
tum animis Vatiniana.

1 XLVI. Vatinius, quum animadverteret neque na-
vium se magnitudine, neque numero [2] parem esse fu-
turæ dimicationi, fortunæ rem committere maluit. I-
taque primus sua quinqueremi in quadriremem ipsius
2 Octavii impetum fecit. Celerrime fortissimeque contra
illo remigante, naves adversæ rostris concurrunt adeo
vehementer, ut navis Octaviana, rostro discusso, ligno
3 contineretur. Committitur acriter reliquis locis prœ-
lium concurriturque ad duces maxime: nam quum suo
quisque auxilium ferret, magnum cominus in angusto
4 mari prœlium factum est: quantoque conjunctis ma-
gis navibus confligendi potestas dabatur, tanto supe-
riores erant Vatiniani: qui admiranda virtute ex suis
navibus in hostium naves transilire non dubitabant; &
di-

1. *Instructam propugnatoribus animum advertit*] Editt. *instructam propugnatoribus animadvertit*, sed lectionem à me receptam suppeditavit MS. *Norvic.* quæ vulgatâ multis parasangis est elegantior. Vide notat. ad lib. 1. B. G. cap. XXIV. *Davies.*

2. *Parem esse futuræ dimicationi, fortunæ*] Sic optime repræsentat edit. *Ven.* A. D. 1482. cum in MS. *Norvic.* legere sit *parem esse, fortuitæ dimicationis fortunæ*; in editt. vero *Rom.* & *Beroald.* *parem esse fortuitæ dimicationi, fortunæ.* Hæc equidem lectio *F. Ursino* placuit; attamen recepta nihil melius. *Idem.*

dimicatione æquata, longe ſuperiores virtute rem feli-
citer gerebant. Deprimitur ipſius Octavii quadriremis: 5
multæ præterea capiuntur, aut roſtris perforatæ mer-
guntur: propugnatores Octaviani partim in navibus
jugulantur, partim in mare præcipitantur. Ipſe Octa- 6
vius ſe in ſcapham confert; in quam plures quum con-
fugerent, depreſſa ſcapha: vulneratus tamen [1] adna-
tat ad ſuum myoparonem. Eo receptus, quum prœ- 7
lium nox dirimeret, tempeſtate magna velis profugit:
ſequuntur hunc ſuæ naves nonnullæ, quas caſus ab illo
periculo vindicarat.

XLVII. At Vatinius re bene geſta receptui cecinit; 1
ſuiſque omnibus incolumibus in eum ſe portum victor
recepit, quo ex portu claſſis Octaviana ad dimican-
dum proceſſerat. Capit ex eo prœlio penterem I, tri- 2
remes II, [2] dicrotas IIX; compluresque remiges Octa-
vianos: [3] poſteroque ibi die fuit, dum ſuas, captivaſ-
que naves reficeret. Poſt diem III contendit in inſu- 3
lam Iſſam; quod eo ſe recepiſſe ex fuga credebat Octa-
vium.

1. *Adnatat ad ſuum Myoparonem*] *Myoparones lembi ſunt piratici, nomen adepti à Paro inſula, & Myunte urbe*, ubi fieri ſolent, unde *compoſito nomine Myoparon*, ut docet *Adrianus Turnebus* lib. III. Adverſ. c. I. poſt *Laz. Bayſium* de re navali. *Salluſtius* lib. III. Hiſtor. *Et forte*, inquit, *in navigando cohors una, grandi faſelo vecta, à ceteris deerravit, marique placido à duobus prædonum Myoparonibus circumventa.* Brant.

2. *Dicrotas* IIX.] MS. & cuſi omnes *dierotas*. *Vaſcoſ.* ad oram *dieres*, quod Græcis eſt *διήρης*. *Lazar. Bayſius* lib. de re navali *dicrota octo* legit auctoritate *M. Tullii* lib. XVI. epiſt. V. ad Attic. *Nam & ipſe Domitius bona plane habet dicrota.* Sunt autem *δίκροτα* Græcis, quæ Romanis *biremes*, quod binis remis agebantur, ut & *Cæſar* eas vocat lib. III. B. C. cap. XL. *Quatuor biremes ſubjectis ſcutulis, impulſas vectibus in interiorem partem transduxit.* Idem.

3. *Poſteroque ibi die fuit, dum ſuas captivaſque naves reficeret: Poſt diem* III *contendit*] Hanc quidem lectionem retinent editt. *Rom. Ven. Beroald.* at MS. *Norvic.* exhibet *poſteroque ibi die, dum ſuas captivaſque naves reficeret, conſumpto*: cujus ſane Codicis ſcripturam præfero, diſtincta hoc modo oratione, *poſteroque ibi die, dum ſuas captivaſque naves reficeret, conſumpto, poſt diem* III *contendit.* Sic *Phædrus* lib. IV. Fab. IV. 18.

*Poſtquam* conſumpta *eſt temporis longi mora.*

*Cæſar* lib. V. B. G. cap. XI. *In his rebus dies circiter* X conſumit. Vide & ejuſdem libri cap. LVIII. *Dorvil.*

4 vium. [1] Erat nobilissimum regionum earum oppidum,
conjunctissimumque Octavio: quo ut pervenit, oppi-
dani supplices se Vatinio dediderunt; comperitque i-
psum Octavium, parvis paucisque navigiis vento se-
cundo regionem Græciæ petisse, inde ut Siciliam, de-
5 inde Africam, caperet. Ita brevi spatio re præclarissi-
me gesta, provincia recepta, & Cornificio reddita,
classe adversariorum ex illo toto sinu expulsa, victor
se Brundisium, incolumi exercitu & classe, recepit.

1 XLVIII. Iis autem temporibus, quibus Cæsar ad
Dyrrhachium Pompejum obsidebat, & Palæpharsali
rem feliciter gerebat, Alexandriæque cum periculo
magno, tum etiam majore periculi fama dimicabat,
Cassius Longinus in Hispania [2] proprætor provinciæ
ulterioris obtinendæ caussa relictus, sive consuetudine
naturæ suæ, sive odio, quod in illam provinciam su-
sceperat quæstor, ex insidiis ibi vulneratus, magnas
2 odii sui fecerat accessiones; quod vel ex conscientia sua,
quum de se mutuo sentire provinciam crederet, vel
multis signis, & testimoniis eorum, qui difficulter o-
3 dia dissimulant, animadvertere poterat; & compensare
offensionem provinciæ exercitus amore cupiebat. Ita-
que quum primum in unum locum exercitum condu-
4 xit, [3] HS centenos militibus est pollicitus: nec mul-
to

1. *Erat nobilissimum regionum earum oppidum*] MS. *Brant.* & editt. *Beroald.* ac *Steph.* *erat in ea nobilissimum* &c. ac ita legendum conjecit *Pet. Ciacconius.* Edit. *Vascos.* *Erat in ea regione nobilissimum oppidum*, quæ quidem lectio Codicibus MSS. non nititur, præterquam quod tam in hac quam in priore manifesto deest oppidi nomen, quod tamen, nisi fallor, repræsentant MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven.* hi enim Codices exhibent *erat Maum nobilissimum* &c. Haud equidem diffiteor hanc urbem à Geographis non memorari, quæ si caussa erit idonea, cur ea lectio prorsus rejiciatur, pari ratione deleatur etiam insula *Tauris*, cujus noster hujusce libri cap. XLV. mentionem facit, aut cum *Pet. Ciacconio* in *Tragurium* mutetur; id enim non insula, sed oppidum fuit Dalmatiæ. Vide *Chr. Cellarium* Geogr. Ant. lib. II. cap. VIII. p. 389. *Davies.*

2. *Proprætor provinciæ ulterioris*] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *pro Prætore provinciæ ulterioris*, quæ antiqua est & vera scribendi ratio. *Idem.*

3. *HS. centenos est militibus est pollicitus*] MSS. & editt. vet. *HS. centena.* Si singulis militibus hoc est
pol-

to post, quum in Lusitania Medobregam oppidum, montemque Herminium, expugnasset, quo Medobregenses confugerant; ibique Imperator esset appellatus; iterum HS centenis milites donavit. Multa præ- 5
terea & magna præmia singulis concedebat, quæ speciosum reddebant præsentem exercitus amorem; paullatim tamen & occulte militarem disciplinam severitatemque minuebant.

XLIX. Cassius, legionibus in hiberna dispositis, 1
ad jus dicendum Cordubam se recepit, contractumque in ea æs alienum gravissimis oneribus provinciæ constituit exsolvere; &, ut largitionis postulat consuetudo, per caussam liberalitatis speciosam plura largitori quærebantur; pecuniæ locupletibus imperabantur;
quas Longinus sibi expensas ferri non tantum patieba- 2
tur, sed etiam cogebat: in gregem locupletium [1] simultatum caussæ tenues conjiciebantur: neque ullum 3
genus quæstus, aut magni & evidentis, aut minimi & sordidi, prætermittebatur, quo domus & tribunal
imperatoris vacaret. Nemo erat, qui modo aliquam 4
jacturam facere posset, quin aut vadimonio teneretur,
aut inter reos referretur. Ita etiam magna sollicitudo 5
pe-

pollicitus, nimium est: si vero omnibus, parum: quatuor enim integras legiones, hoc est, militum xx millia habuit, ut de equitibus taceam. Quare *HS. centenos* legendum existimo, id est, denarios xxv, singulisque militibus id datum. Errorem ex notarum ignoratione natum arbitror, cum scriptum fuisset *HS. C.* Sic etiam legendum infra hoc libro *sestertios centenos*, & item libro de Bello Africo. *Hirtius* lib. VIII. B. G. cap. IV. *Militibus pro tanto labore ducenos sestertios, centurionibus II millia nummum prada nomine condonanda pollicetur.* V. C. *Sester.* c. *Ciaccon.*

1. *Simultatum caussa tenues conjiciebantur*] Sic quidem constanter omnes Codd. *Ph.* tamen *Rubenius* Elect. lib. I. cap. XXXII. hanc lectionem rejicit, dictio quippe *simultatum* huic sententiæ non satis apposita videtur, ideoque reponit *mulctarum.* At vero *simultates* primum quærebantur, propterea quod divites eo, quo par est, modo se non gessisse autumabat Longinus; dein iis mulctæ sunt impositæ. Antecedens est pro consequente. Sic apud *Corn. Nepotem* Thrasyb. cap. II, 5. *Hanc* (Munichiam) *bis Tyranni* oppugnare *sunt adorti*; cum revera *oppugnarint*, non autem expugnaverint. Vide etiam lib. V. B. G. cap. XII. & ibi notata. *Davies.*

periculorum ad jacturas, & detrimenta rei familiaris
adjungebatur.
1 L. Quibus de caussis accidit, ut, quum Longinus
Imperator eadem faceret, quæ fecerat quæstor, simi-
lia rursus de morte ejus provinciales consilia inirent.
Horum odium confirmabant nonnulli familiares ejus:
2 qui, quum in illa societate versarentur rapinarum, ni-
hilo minus oderant eum, cujus nomine peccabant: si-
bique, quod rapuerant, acceptum ferebant; quod in-
terciderat, aut erat interpellatum, Cassio assignabant.
3 V legionem novam conscribit. Augetur odium & ex
ipso delectu, & sumptu additæ legionis. Complentur
equitum III millia: [1] maximisque onerantur impen-
sis: nec provinciæ datur ulla requies.
1 LI. Interim litteras accepit à Cæsare, ut in Africam
exercitum transjiceret, perque Mauritaniam ad fines
Numidiæ perveniret: quod magna Cn. Pompejo Juba
rex miserat auxilia, majoraque missurus existimabatur.
2 Quibus litteris acceptis, insolenti voluptate efferreba-
tur, quod sibi novarum provinciarum, & fertilissimi
3 regni tanta oblata esset facultas. Itaque ipse in Lusita-
niam proficiscitur, ad legiones accersendas, auxilia-
que adducenda: certis hominibus dat negotium, ut
frumentum navesque C præpararentur, pecuniæque
describerentur, [2] atque imperarentur, ne qua res,
4 quum redisset, moraretur. Reditus ejus fuit celerior
omnium opinione: non enim labor aut vigilantia cu-
pienti præsertim aliquid Cassio deerat.
1 LII. Exercitu coacto in unum locum, castris ad
Cor-

1. *Maximisque onerantur impensis*] MSS. Regii III. *Thuanei* II. *Victorinus* I. & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *ornantur impensis*, quod melius est: nam impensis civium complentur & ornantur equites, non onerantur. *Godwin.*

2. *Atque imperarentur*] Hasce voces, quæ in omnibus MSStis & antiquitus excusis comparent, temere prorsus omisit *Jos. Scaliger*; describuntur enim pecuniæ, cum certa unicuique summa imponitur solvenda, imperantur autem, cum eas postulat exactor. *Davies.*

Cordubam positis, pro concione militibus exponit, quas res Cæsaris jussu gerere deberet: pollicceturque iis, quum in Mauritaniam transjecisset, HS centenos se daturum; V fore in Hispania legionem. Ex concio- 2
ne se Cordubam recepit: eoque ipso die, meridiana hora, quum in Basilicam iret, quidam Minutius Silo, cliens L. Racilii, libellum, quasi aliquid ab eo postularet, ut miles, ei transdit: deinde post Racilium ([1] nam is latus Cassii tegebat) quasi responsum ab eo peteret, celeriter dato loco, quum se insinuasset, sinistra corripit eum, dextraque bis ferit pugione. Clamore sublato, fit à conjuratis impetus universis.
Munatius Plancus proximum gladio transjicit lictorem. 3
Hoc interfecto, Q. Cassium legatum vulnerat. Ibi T. 4
Vasius, & L. Mergilio, simili confidentia Plancum municipem suum adjuvant: erant enim omnes Italicenses. Ad ipsum Longinum L. Licinius Squillus involat, jacentemque levibus sauciat plagis.

LIII. Concurritur ad Cassium defendendum: [2] semper 1

1. *Nam is latus Cassii tegebat*] Hoc loco *latus tegere* est latus sinistrum alterius, qui vel ætate vel honore superior est, claudere: quod qui facit, tanquam pro scuto sit, quo latus, præsertimque sinistrum, tegitur, *latus tegere* dicitur, ut docet *Adrianus Turnebus* lib. XIV. Adversf. cap. XXIV. adhibito *Horatii* loco lib. II. sat. V.

*Visne tegam spurco Damæ latus?*

Brant. Vide *Juvenalem* Sat. III, 131. & ibi vet. Scholia. *Davies.*

2. *Semper enim berones*] Editt. *Rom. Ven.* exhibent *Verrones*, quæ quidem lectio favere videtur *Hadr. Valesii* conjecturæ; is enim in animadv. ad *Ducangii* Glossar. pag. 221. repônit *Betones* vel *Vettones*, qui sunt Hispaniæ citerioris populus. Quæ sane emendatio melior est *Turnebianâ*; *Adr.* enim *Turnebus* Adversf. lib. XIV. cap. XVI. *Bigerones* rescribit. Alii codices repræsentant *Varrones* vel *Barones*, ac procul dubio falsus est doctissimus *Valesius*, dum audacter asserat, vocem illam ultimam ne *Cassiodori* quidem ævo fuisse notam, cum eam adhibeat *Cicero* Fam. lib. IX. Epist. XXI. *Ille*, inquit, *baro te putabat quæsiturum, unum cælum esset an innumerabilia.* Sed ibi hominem stultum & fatuum denotat, hic alia sit oportet ejus significatio. *Persius* Satir. V, 138.

*Baro, regustatum digito terebrare salinum*
*Contentus perages.* —

Ubi vetus Scholiastes sic ait: *Lingua Gallorum* barones *vel* varones *dicuntur servi militum, qui utique stultissimi sunt, servi videlicet stultorum.* Eadem vox legitur apud *Petronium* in fragment. Tragur. pag. 131. editt. Amstel. 1700. Defendit hanc lectionem

ſper enim berones compluresque evocatos cum telis ſe-
2 cum habere conſueverat; à quibus ceteri intercluduntur,
3 tur, qui ad cædem faciendam ſubſequebantur: quo in numero fuit Calpurnius Salvianus, & [1] Manilius
4 Tuſculus. Minutius inter ſaxa, [2] quæ jaciebant in itinere, fugiens opprimitur, &, relato domum Caſſio, ad eum deducitur. Racilius in proximam ſe domum familiaris ſui confert, dum certum cognoſceret, con-
5 fectuſne Caſſius eſſet. L. Laterenſis, quum id non dubitaret, accurrit lætus in caſtra, militibus vernaculis, & ſecundæ legionis, quibus odio ſciebat præcipue
6 Caſſium eſſe, gratulatur: tollitur à multitudine in tribunal: prætor appellatur; [3] nemo enim in provincia natus, aut vernaculæ legionis miles, aut diuturnitate jam factus provincialis, quo in numero erat II legio, non cum omni provincia conſenſerat in odio Caſſii: nam legiones XXX & XXI, paucis menſibus in Italia ſcriptas, Cæſar attribuerat Longino. V legio ibi nuper erat confecta.

1 LIV. Interim nunciatur Laterenſi vivere Caſſium. Quo nuncio, dolore magis permotus, quam animo perturbatus, reficit celeriter ſe, & ad Caſſium viſen-
2 dum proficiſcitur. Re cognita, XXX legio ſigna Cordubam infert, ad auxilium ferendum Imperatori ſuo:
3 facit hoc idem XXI. Subſequitur has V. Quum II legiones reliquæ eſſent in caſtris, ſecundani veriti, ne ſo-

*Pet. Pithœus* Adverſ. lib. I. cap. VIII. Vide & *Jani Rutgerſii* Ven. Lect. cap. XXIII. *Davies.*

1. *Manilius Tuſculus*] Puto mendoſum eſſe nomen, & ſcribendum *Mamilius Tuſculanus. Livius* mentionem facit *Mamilii* cujuſdam *Tuſculani*, id cognomen adepti, quod gens Mamilia Tuſculo oriunda eſſet. *F. Urſin.*

2. *Quæ jaciebant in itinere, fugiens opprimitur*] MS. *Norvic. jacebant*; editt. autem *Rom. Ven. Beroald. Stephan. quæ jaciebantur, in itinere fugiens opprimitur*, quæ quidem lectio & interpunctio mihi valde arrident. *Davies.*

3. *Nemo enim in provincia natus*] In MSto *Norvic.* eſt *nemo autem in provincia natus*; editt. *Rom. Ven. Beroald. nemo enim aut in provincia natus*, nec ſcio, quare vocula illa contra earum fidem rejiciatur. *Idem.*

soli relinquerentur, atque ex eo, quid sensissent, indicaretur, secuti sunt factum superiorum. Permansit in sententia legio vernacula, nec ullo timore [1] de gradu dejecta est.

LV. Cassius eos, qui nominati erant conscii cædis, 1
jubet comprehendi: legionem v in castra remittit, co-
hortibus xxx retentis. Indicio Minutii cognoscit, L. 2
Racilium, & L. Laterensem, & Annium Scapulam,
maximæ dignitatis & gratiæ provincialem hominem,
sibique tam familiarem, quam Laterensem & Raci-
lium, in eadem fuisse conjuratione: nec diu moratur
dolorem suum, quin eos interfici jubeat. Minutium 3
libertis transdit excruciandum: item Calpurnium Sal-
vianum, qui profitetur indicium, conjuratorumque
numerum auget, vere, ut quidam existimant; ut non-
nulli queruntur, coactus. Iisdem cruciatibus affectus 4
L. Mergilio. Squillus nominat plures: quos Cassius
interfici jubet, exceptis iis, qui se pecunia redemerunt:
nam palam [2] HS x cum Calpurnio paciscitur, & cum
Q. Sextio L. [3] qui etsi maxime nocentes sunt multa- 5
ti, tamen periculum vitæ, dolorque vulnerum pecu-
nia remissus, crudelitatem cum avaritia certasse signi-
ficabat.

LVI. Aliquot post diebus litteras à Cæsare missas ac- 1
cipit; quibus cognoscit Pompejum in acie victum a-
missis copiis fugisse. Qua re cognita, mistam dolori vo- 2
lupta-

1. *De gradu dejecta est*] Animum despondit, consternata, ac velut à statu mentis dimota est. *Proverbialem* enim (ut inquit *Erasmus*) *allegoriam* sapit hæc locutio. *Rhellican.*

2. *HS. x. cum Calpurnio paciscitur*] Hujus feritatis & avaritiæ meminit etiam *Valerius Maximus* lib. IX. cap. IV. Verum idem non *HS. x.* cum Calpurnio, sed *HS. LX.* transactum scribit, quam lectionem hoc loco recipiendam esse arbitramur. *Glandorp.*

3. *Qui etsi maxime nocentes*] MS. *Norvic.* *Qui se maxime innocentes*, contra rem ipsam: at alii ac editt. *Rom. Ven.. Beroald.* habent *qui si maxime nocentes*; quæ quidem proba est locutio & hic ex Codicum fide reponenda, ut ostendit *J. F. Gronovius* de Pec. Vet. lib. IV. cap. IV. p. 617. *Davies.*

luptatem capiebat. Victoriæ nuncius lætitiam expri-
mebat: confectum bellum licentiam temporum inter-
cludebat. Sic erat dubius animi, utrum nihil timere,
3 an omnia licere mallet. Sanatis vulneribus, accersit o-
mnes, qui sibi pecunias expensas tulerant, acceptas-
que eas jubet referri: quibus parum videbatur impo-
4 suisse oneris, ampliorem pecuniam imperat. [1] Æqua
autem ratione delectum instituit: quos ex omnibus
conventibus coloniisque conscriptos, transmarina mi-
litia perterritos ad sacramenti redemptionem vocabat.
Magnum hoc fuit vectigal, majus tamen creabat odium.
5 His rebus confectis totum exercitum lustrat. Legiones,
quas in Africam ducturus erat, & auxilia mittit [2] ad
Trajectum: ipse classem, quam parabat, ut inspiceret,
Hispalim accedit; ibique moratur: propterea quod e-
dictum tota provincia proposuerat, ut, quibus pecu-
nias imperasset, neque contulissent, se adirent. Quæ
evocatio vehementer omnes turbavit.

1 LVII. Interim [3] L. Titius, qui eo tempore tribu-
nus mil. legionis vernaculæ fuerat, nunciat famâ le-
gio-

1. *Æqua autem ratione delectum instituit*] Corruptus sine dubio locus; si enim *æqua ratione* delectum instituisset, æquitas delectus non fuisset publicum odium promerita. Eum igitur sic emendo ex fide MSti Regii *Equitum autem Romanorum delectum instituit*; qua lectione nihil planius est: adjuvatur etiam MSS. 11 Thuanæis, in quorum altero est *eque autem rome*, in altero *equt. autem roma*, vel *romi*, non enim satis liquet: sed ut ut est, magnum præbent MSto Regio atque adeo huic loco adjumentum. *Goduin.*

*Ibid.*] Aut manca aut depravata lectio. Edit. *Paris. æque autem Romanorum delectum instituit.* Sive innixus ingenio, sive adjumento vett. exemplarium ita *Rob. Stephanus* emendavit, aut quisquis ab illo excusum librum edidit, hujus loci restituti laus penes illum videtur constitisse. *J. M. Brutus.*

2. *Ad Trajectum*] Videtur *Trajectum* appellare fretum Herculeum, qua exercitum trajicere parabat: nam inferius dicit, *ad secundam legionem contendisse, quæ ad fretum alio itinere ducebatur* ad trajiciendum. *Ciaccon.*

3. *L. Titius — nunciat fama legionem*] Locum hunc suspectum habuere viri eruditi. *Joan. Glandorpius* reponit *nunciat famam esse*, aut *fama divulgatum*: *Pet.* autem *Ciacconius* vocem *fama* prorsus delendam arbitratur. Miror equidem eos hic hæsisse, patet enim *famam* hic opponi certæ auctoritati, eique quod per nosmet ipsi novimus. *Davies.*

gionem XXX, quam Q. Caſſius legatus ſimul ducebat,
quum [1] Ilurgim ad oppidum caſtra haberet, ſeditione
facta, centurionibus aliquot occiſis, qui ſigna tolli
non patiebantur, diſceſſiſſe, & ad II legionem con-
tendiſſe, quæ ad fretum alio itinere ducebatur. Co- 2
gnita re, noctu cum V cohortibus undeviceſimanorum
egreditur: mane pervenit. Ibi cum diem, ut, quid
ageretur, perſpiceret, moratus, Carmonam conten-
dit. Hic, quum legio XXX, & XXI, [2] & cohortes IV, 3
& V legio, totuſque conveniſſet equitatus, audit IV
cohortes à vernaculis oppreſſas ad Obuculam, cum his
ad ſecundam perveniſſe legionem, omneſque ibi ſe
conjunxiſſe, & T. Thorium Italicenſem, ducem de-
legiſſe. Celeriter [3] habito concilio, Marcellum Cor- 4
dubam, ut eam in poteſtate retineret, Q. Caſſium le-
gatum Hiſpalim mittit. Paucis ei diebus affertur con- 5
ventum Cordubenſem ab eo defeciſſe; Marcellumque
aut voluntate, aut neceſſitate adductum (namque id
varie nunciabatur) conſentire cum Cordubenſibus: II
cohortes legionis V, quæ fuerant Cordubæ in præſi-
dio, idem facere. Caſſius his rebus incenſus movet ca- 6
ſtra, & poſtero die Segoviam [4] ad flumen Silicenſe ve-
nit.

1. *Ilurgim ad oppidum*] Omnes Codd. *ad oppidum Leptim*, præter *Beroald.* qui *Leptum* exhibet; ſed cum ea ſit Africæ urbs, locum hic habere non poteſt, aut igitur probanda eſt *Joſ. Scaligeri* conjectura, aut ſcribendum *ad oppidum Ilipam*, quæ *Joan. Glandorpii* eſt emendatio. *Davies.*

2. *Et cohortes* IV, *&* V *legio*] Sana non eſt hæc lectio, neque enim moris eſt ſcriptorum, ut cohortium mentionem faciant, nomine legionis non addito, cum accurate copias numerent. Reſcribit itaque *Pet. Ciacconius*, *cum legio* XXX, *& viceſimæ primæ cohortes* IV. cui emendationi fulciendæ paullo ante legit *cum* VI *cohortibus uno & viceſimanorum egreditur.* Tam vero huic, quam illi conjecturæ deeſt MStorum auctoritas, è quibus *Norvic.* aliique repræſentant *& cohortes* IV *ex quinta legione*, ac ita plane reponendum. Huic lectioni ſuccinunt edit. *Rom. Beroald.* niſi quod iis ſit *& tres cohortes ex ſecunda legione*, in *Ven.* autem *& ſecunda legione.* Idem.

3. *Habito concilio*] Ex MSto *Norvic.* & antiquis editt. reponendum arbitror *habito conſilio*; non enim omnes milites, ſed tribunos tantum, alioſque id genus videtur convocaſſe. *Idem.*

4. *Ad flumen Silicenſe*] Apud *Plinium* refertur *Singulis* fluvius in Bætim ſe exonerans, quam vocem hoc loco depravatam eſſe ſuſpicamur. *Glandorp.*

nit. Ibi habita concione, militum tentat animos: quos cognoscit, non sua, sed Cæsaris absentis caussa sibi fidissimos esse, nullumque periculum deprecaturos, dum per eos Cæsari provincia restitueretur.

1 LVIII. [1] Interim Thorius ad Cordubam veteres legiones adducit: ac, ne dissensionis initium natum seditiosa militum suaque videretur natura; simul ut contra Q. Cassium, qui Cæsaris nomine majoribus viribus uti videbatur, æque potentem opponeret dignitatem; Cneo Pompejo se provinciam recuperare velle palam dictita-
2 bat: & forsitan etiam hoc fecerit odio Cæsaris, & amore Pompeji: cujus nomen multum poterat apud eas legiones, quas M. Varro obtinuerat: sed id qua mente
3 commotus fecerit, conjectura sciri non potest. Certe hoc præ se Thorius ferebat: milites adeo fatebantur, ut [2] Cn. Pompeji nomen in scutis inscriptum haberent.
4 [3] Frequens legionibus conventus obviam prodit: neque tantum virorum, sed etiam matrum familias, [4] ac præ-

1. *Interim Thorius*] In aliis Codd. est *Torius*; sed vet. C. *Thorius*; & ita est in veteribus denariis, qui ab ipso Thorio signati circumferuntur. In nomismate etiam Græco, quod putamus in Ætolia cusum esse à Proconsule ibi Thorio, inscriptum est: ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΘΩΡΙΟΥ. in cujus altera parte parte Calydonius aper signatus est ad Ætolos per Meleagrum pertinens: in altera Junonis Sospitæ caput, quæ Lanuvii colebatur, unde oriundus erat Thorius, cum inscriptione, ΗΡΑ ΛΑΝΟΙΑ ΠΡΟΜΗ, quod nostram de Lanuvio opinionem mirifice adjuvat, quæ habetur in libro de familiis, *Lanuvii* scilicet, non *Lavinii* Junonem Sospitam cultam fuisse. Illud autem ΠΡΟΜΗ videtur respondere Latino verbo REGINA, quod habetur in argenteo Thorii denario, in quo est, I. S. M. R. hoc est, ut nos interpretamur, JUNO SOSPITA MAXIMA REGINA, pro quo in Græco est, JUNO LANUVINA REGINA. Videndus liber de familiis in Papia gente. *Ursin.*

2. *Cn. Pompeii nomen in scutis inscriptum haberent*] Moris enim erat, ut milites nomen Imperatoris, sub quo merebant, scutis inscriberent. Vide *Just. Lipsii* Anal. ad Mil. Rom. lib. III. Dial. II. pag. 436. *Davies.*

3. *Frequens legionibus conventus*] *Fulv. Ursinus* reponit *legionariorum conventus*: at non est vitiosa lectio, ut ille arbitratur; nam conventus Cordubensis, qui ex civibus Romanis constabat, legionibus frequens obviam venit oratum ne urbem diriperent. *Ciaccon.*

4. *Ac prætextatorum*] Puerorum, qui prætexta adhuc, & bulla utebantur: quod (teste *Budæo* in prioribus annotationibus in Pandectas) fiebat usque ad annum XVII, quo tem-

prætextatorum; deprecaturque, ne hostili adventu Cordubam diriperent: nam se contra Cassium sentire cum omnibus; contra Cæsarem ne facere cogerentur, orare.

LIX. Tantæ multitudinis precibus & lacrimis exer- 1
citus commotus, quum videret ad Cassium persequendum nihil opus esse Cn. Pompeji nomine & memoria, tamque omnibus Cæsarianis, quam Pompejanis, Longinum esse in odio, neque se conventum, neque M. 2
Marcellum contra Cæsaris caussam posse perducere, [1] nomen Pompeji ex scutis detraxerunt; Marcellum, qui se Cæsaris caussam defensurum profitebatur, ducem adsciverunt, prætoremque appellarunt; & sibi conventum adjunxerunt; castraque ad Cordubam posuerunt. Cassius eo biduo circiter IV millia passuum à 3
Corduba, citra flumen Bætim in oppidi conspectu, loco excelso facit castra: litteras ad regem Bogudem in Mauritaniam, & ad M. Lepidum proconsulem in Hispaniam citeriorem mittit, subsidio sibi provinciæque Cæsaris caussa quamprimum veniret. Ipse hostili modo Cordubensium agros vastat, ædificia incendit.

LX. Cujus rei deformitate atque indignitate legio- 1
nes, quæ Marcellum sibi ducem ceperant, ad eum concurrerunt; ut in aciem educerentur, orant, priusque confligendi sibi potestas fieret, quam cum tanta con-

tempore togam virilem sumebant, deposita prætexta puerili. Idem *Budæus* in superioribus suis annotationibus rationem reddit, unde prætexta dicta sit: *Toga autem*, inquit, *prætexta ideo dicitur, quia toga puerili purpura prætexta erat.* Indicat etiam, nobiles tantum pueros prætexta, & bulla uti solitos: idque ad omen, & vota conciliandæ virtutis. Hæc ille. Porro si quis plura hac de re discere cupit, *Aul. Gellium* lib. I. cap. XXIII. & *Macrobium* lib. I. Saturnalium, cap. VI. legat: ubi prætextæ, ac bullæ originem copiose enarrant. *Rhellican.*

1. *Nomen Pompeis ex scutis detraxerunt; Marcellum, qui se Cæsaris caussam defensurum profitebatur, ducem adsciverunt*] Contra ea tradit *Dion* lib. XLII. pag. 192, non modo Marcellum utriusque partis, gratiam captasse, sed & ipsum, ὄνομα τὸ τοῦ Πομπηΐου τῶν στρατιωτῶν ταῖς ἀσπίσιν ἐπιγεγραφέντων, ἀπαλεῖψαι. Davies.

contumelia nobiliſſimæ cariſſimæque poſſeſſiones Cor-
dubenſium in conſpectu ſuo rapinis, ferro, flamma-
2 que conſumerentur. Marcellus, quum confligere mi-
ſerrimum putaret, quod & victoris & victi detrimen-
tum ad eundem Cæſarem eſſet redundaturum, neque
ſuæ poteſtatis eſſe, legiones Bætim tranſducit, atque
3 aciem inſtruit. Quum Caſſium contra pro caſtris ſuis
aciem inſtruxiſſe loco ſuperiore videret, cauſſa inter-
poſita, quod is in æquum non deſcenderet, Marcellus
4 militibus perſuadet, ut ſe in caſtra recipiant. Itaque
copias reducere cœpit. Caſſius, quo bono valebat,
Marcellumque infirmum eſſe ſciebat, aggreſſus equi-
tatu legionarios ſe recipientes, complures noviſſimos
5 in fluminis ripis interficit. Quum hoc detrimento, quid
tranſitus fluminis vitii difficultatiſque haberet, cogni-
tum eſſet, Marcellus caſtra Bætim transfert: crebro-
que uterque legiones in aciem educit; neque tamen con-
fligitur, [1] propter locorum difficultates.
1 LXI. Erat copiis pedeſtribus multo firmior Marcel-
lus: habebat enim veteranas legiones, multiſque prœ-
2 liis expertas. Caſſius fidei magis, quam virtuti legio-
num, confidebat. Itaque quum caſtra caſtris collata
eſſent, & Marcellus locum idoneum caſtello cepiſſet,
quo prohibere aqua Caſſianos poſſet; Longinus veri-
tus, ne genere quodam obſidionis clauderetur in regio-
nibus alienis ſibique infeſtis, noctu ſilentio ex caſtris
proficiſcitur, celerique itinere [2] Ullam contendit;
3 quod ſibi fidele eſſe oppidum credebat. Ibi adeo con-
juncta ponit mœnibus caſtra, ut loci natura (namque
Ulla in edito monte poſita eſt) & ipſe munitione ur-
bis,

1. *Propter locorum difficultates*] Quod Bætis alterum ducem ab altero ita ſejungeret, ut uterque non ſine magno periculo flumen trajiceret: idque propter riparum altitudinem, crepidines, & amfractus. *Rhellican.*

1. *Ullam contendit*] *Ptolemæus* Οὐλίαν vocat. Apud *Strabonem* Ἰλλία corrupte, pro ἡ Οὐλία. *Plinio* lib. III. cap. 1. *Ulia*, & ſic legendum ubique videtur. Sed & *Dio* ita eam vocat lib. XLIII. *Ciaccon.*

bis, undique ab oppugnatione tutus esset. Hunc Marcellus insequitur, & quam proxime potest Ullam castra castris confert: locorumque cognita natura, quo maxime rem deducere volebat, necessitate est adductus; ut neque confligeret, cujus si rei facultas esset, resistere incitatis militibus non poterat; neque vagari Cassium latius pateretur, ne plures civitates ea paterentur, quæ passi erant Cordubenses. Castellis idoneis locis collocatis, operibusque in circuitu continuatis, Ullam, Cassiumque munitionibus clausit: quæ priusquam perficerentur, Longinus omnem suum equitatum emisit: quem magno sibi usui fore credebat, si pabulari frumentarique Marcellum non pateretur; magno autem impedimento, si clausus obsidione, & inutilis necessarium consumeret frumentum. 4 5

LXII. Paucis diebus litteris Cassii acceptis, rex Bogud cum copiis venit; adjungitque ei legionem, quam secum adduxerat, compluresque cohortes auxiliarias Hispanorum: namque, ut in civilibus dissensionibus accidere consuevit, ita temporibus illis in Hispania nonnullæ civitates rebus Cassii studebant; plures Marcello favebant. Accedit cum copiis Bogud ad exteriores Marcelli munitiones. Pugnatur utrimque acriter crebroque, ut accidit, fortuna sæpe ad utrumque transferente victoriam; nec tamen umquam ab operibus depellitur Marcellus. 1 2

LXIII. Interim Lepidus ex citeriore provincia cum cohortibus legionariis xxxv, magnoque numero equitum, & reliquorum auxiliorum, venit ea mente Ullam, ut sine ullo studio contentiones Cassii Marcellique componeret. Huic venienti sine dubitatione Marcellus se credit atque offert: Cassius contra suis se tenet præsidiis, sive eo quod plus sibi juris deberi, quam Marcello existimabat, sive eo quod, ne præoccupatus animus Lepidi esset obsequio adversarii, verebatur. 1 2

Po-

3 Ponit ad Ullam caſtra Lepidus; neque habet à Mar-
cello quidquam diviſi. Ne pugnetur, interdicit: ad
exeundum Caſſium invitat; fidemque ſuam in re omni
4 interponit. Quum diu dubitaſſet Caſſius, quid ſibi fa-
ciendum, quidve Lepido eſſet credendum; neque ul-
lum exitum conſilii ſui reperiret, ſi permaneret in ſen-
tentia; poſtulat, uti munitiones disjicerentur, ſibique
5 liber exitus daretur. Non tantum induciis factis, ſed
prope jam conſtituta opera quum complanarent, cu-
ſtodiæque munitionum eſſent deductæ, auxilia regis
in id caſtellum Marcelli, quod proximum erat regiis
caſtris, neque opinantibus omnibus, (ſi tamen in o-
mnibus fuit Caſſius, nam de hujus conſcientia dubita-
batur) impetum fecerunt, compluresque ibi milites op-
6 preſſerunt. Quod niſi celeriter, indignatione & auxi-
lio Lepidi, prœlium eſſet diremptum, major calami-
tas eſſet accepta.

1 LXIV. Quum iter Caſſio patefactum eſſet; caſtra
Marcellus cum Lepido conjungit. Lepidus eodem tem-
pore, Marcelluſque Cordubam cum ſuis proficiſcitur:
2 [1] Caſſius Carmonam. Sub idem tempus Trebonius pro-
conſul ad provinciam obtinendam venit: de cujus ad-
ventu ut cognovit Caſſius, legiones, quas ſecum ha-
3 buerat, equitatumque in hiberna diſtribuit: ipſe, o-
mnibus ſuis rebus celeriter correptis, Malacam con-
tendit; ibique adverſo tempore navigandi naves con-
ſcendit, ut ipſe prædicabat, ne ſe Trebonio, & Le-
4 pido, & Marcello committeret; ut amici ejus dicti-
tabant, ne per eam provinciam minore cum dignitate i-
ter faceret, cujus magna pars ab eo defecerat: ut cæ-
teri

1. *Caſſius Carmonam*] Codd. *Narbonem*. *Livius* lib. XXXIII. cap. XXI. inter maritimas ulterioris Hiſpaniæ civitates *Cardonem* & *Bardonem* recenſet, quarum altera haud dubie accipienda reponendaque eſt, niſi *Carmonam* malis: nam de *Narbone Martio*, cum ille ſit in Gallia, nihil eſt quod cogitemus. Sed nec *Narba* quicquam huc facit, utpote in Luſitania ſita, & ab itinere Trebonii averſiſſima. *Glandorp*.

teri exiſtimabant, ne pecunia illa ex infinitis rapinis confecta in poteſtatem cujuſquam veniret. Progreſſus 5
ſecunda, ut hiberna, tempeſtate, quum in Iberum flumen noctis vitandæ cauſſa ſe contuliſſet, inde paullo vehementiore tempeſtate nihilo periculoſius ſe navigaturum credens, profectus, adverſis fluctibus occurrentibus oſtio fluminis, in ipſis faucibus, quum neque flectere navem propter vim fluminis, neque directam tantis fluctibus tenere poſſet, demerſa navi periit.

LXV. Quum in Suriam Cæſar ex Ægypto veniſſet, 1
atque ab iis, qui Roma venerant ad eum, cognoſceret, litteriſque urbanis animadverteret, [1] multa Romæ male & [2] inutiliter adminiſtrari, neque ullam partem Reipublicæ ſatis commode geri; quod & contentionibus Tribunitiis perniciosæ ſeditiones orirentur; & ambitione, atque [3] indulgentia Tribunorum militum, &

1. *Multa Romæ male & inutiliter adminiſtrari*] Male fuiſſe Rempub. in urbe adminiſtratam abſente Cæſare, indicat *Livius*, qui lib. CXIII. P. Dolabellam Tribunum plebis legem tuliſſe ſcribit, de novis tabulis, per quam cum ſeditio excitata eſſet, inductis in urbem à M. Antonio Magiſtro equitum militibus, octingenti ex plebe cæſi ſunt. Sed & *Plutarchus* Coſconium & Galbam Prætores à militibus interemtos tradit, ac præter Dolabellæ furorem verſas in opprobrium Cæſaris expilationes Amantii & ebrietates Antonii & Cornificii. De Antonio notum eſt ex *Plinio*, poſt pugnam Pharſalicam leones ad currum junxiſſe, atque ita vectum cum Cytheride mima per Italiam non ſine gravi oſtento: cujus rei & *Cicero* meminit in epiſtolis ad Atticum. *Glandorp.*

2. *Inutiliter adminiſtrari*] Noxie, ita ut ex ea adminiſtratione detrimentum capiat Reſp. Hanc *inutilis* ſignificationem, quoniam vulgo non eſt nota, aliquot exemplis firmabo. Scriptor ad Herennium lib. IV. fol. 26. editt. Lamb. *Ergo inutile eſt ei, qui diſcere vult, putare non unum omnia poſſe. Hirtius* Bell. Afric. cap. LIV. *Quod in Italia milites P. R. contra Remp. inſtigaſti —— quodque mihi Reique publicæ* inutilis *fuiſti. Terentius* Andr. Act. I. Sc. V, 52. *Illi utraque res* (forma & ætas) inutiles *Et ad pudicitiam & ad rem tutandam ſient. Ovidius* Metam. lib. XIII, 38.

*Sed ſibi* inutilior *timidi commenta retexit*
*Naupliades animi.*

*Valerius Maximus* lib. VII. cap. II. extr. *Cretenſes —— ut mala conſuetudine delectentur, optant ——* inutiliter *enim aliquid concupiſcere —— exitio vicina dulcedo eſt.* Eandem hujuſce vocis vim ex *Lucilio* & *Corn. Nepote* dudum illuſtravit *Caſp. Scioppius* Veriſ. lib. I. cap. XX. *Davies.*

3. *Indulgentia Tribunorum militum*] Optimus *Urſini* Codex, MSS. *Brant.* & *Norvic.* ac editt. *Rom. Beroald.* exhi-

& qui legionibus præerant, multa contra morem consue-
tudinemque militarem fierent, quæ [1] dissolvendæ disci-
plinæ severitatisque essent; eaque omnia flagitare adven-
tum suum videret; tamen præferendum existimavit, quas
in provincias regionesque venisset, eas ita relinquere
constitutas, ut domesticis dissensionibus liberarentur,
jura legesque acciperent, & externorum hostium me-
2 tum deponerent. Hæc in Suria, Cilicia, Asia celeriter
se confecturum sperabat; quod hæ provinciæ nullo
3 bello premebantur. In Bithynia ac Ponto plus oneris
videbat impendere sibi: non enim excessisse Ponto
Pharnacem audierat, neque excessurum putabat, quum
secundo prœlio esset vehementer inflatus, quod con-
4 tra Domitium Calvinum fecerat. Commoratus fere in
omnibus civitatibus, quæ majore sunt dignitate, præ-
mia benemeritis & viritim, & publice tribuit: de con-
5 troversiis veteribus cognoscit ac statuit. [2] Reges, ty-
ran-

hibent *indiligentia Tribunorum militum*, quam sane lectionem præfero, quia vox est rarior, ac proinde corruptioni magis obnoxia. *Cæsar* lib. VII. B. G. cap. XVII. *Tenuitate Bojorum*, indiligentia *Æduorum*. Vide & lib. III. B. C. cap. VIII. *Davies.*

1. *Dissolvendæ disciplinæ severitatisque essent*] MS. *Norvic.* *dissolvendæ disciplinæ severitatisque* caussa *essent*; sed vocem penultimam imperitus adjecit Librarius, ex Atticismo enim abesse potest, qua de re dudum monuit *Priscianus* lib. XVIII. *Terentius Adelph.* Act. IV. Sc. IV, 6. *Nec id assentandi magis, quam quod habeo gratum, facere existimes. Virgilius* Æn. XI, 126.

*Justitiane prius mirer, belline laborum?*

Sic sæpissime loquitur *Sallustius*. Adi quæ notavimus ab lib. I. B. C. cap. LXXXII. *Idem.*

2. *Reges, Tyrannos, Dynastas*] Gradatim *reges*, *tyrannos*, *dynastas* conjungit, quomodo *Cicero* in Philippicis *reges*, *tetrarchas* & *dynastas* memorat. Cæterum per *tyrannos* non violentos & sanguinarios, sed legitimos principes & paullo regibus inferiores, quomodo tum erant *tetrarchæ*, & apud nos hodie *duces* sunt, accipit. Nam nomen id olim honestæ appellationis erat, quemadmodum ostendit *Virgilius*, apud quem Dido lib. IV, 320. ad Æneam inquit:

*Te propter Libycæ gentis Nomadumque tyranni*
*Odere* ——

Et lib. VII, 266. Latinus rex de ipso Ænea, quem tantopere à pietate laudat poeta:

*Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.*

Proinde frustra hoc loco tam anxie quidam de discrimine *regis* & *tyranni* disserunt. *Glandorp.*

rannos, dynastas provinciæ, finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi, & populo Rom. amicissimos.

LXVI. Paucis diebus in ea provincia consumptis, 1
Sex. Cæsarem amicum & necessarium suum legionibus Suriæque præficit, ipse eadem classe, qua venerat, proficiscitur in Ciliciam: cujus provinciæ civita- 2
tes omnes evocat Tarsum: quod oppidum fere totius Ciliciæ nobilissimum, fortissimumque est. Ibi, rebus 3
omnibus provinciæ & finitimarum civitatum constitutis, cupiditate proficiscendi ad bellum gerendum non diutius moratur; magnisque itineribus per Cappado- 4
ciam confectis, biduum Mazacæ commoratus, [1] venit Comana, vetustissimum & sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos ejus deæ majestate, imperio & potentia secundus à rege consensu gentis illius habeatur. Id ho- 5
mini nobilissimo [2] Lycomedi Bithynio adjudicavit, qui regio Cappadocum genere ortus, propter adversam

1. *Venit Comana, vetustissimum & sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum*] Plura de hac urbe & templo scribit *Strabo* lib. XII. pag. 535. Τὸ τῆς Ἐνυοῦς ἱερὸν, ὃ ἐκεῖνοι Κόμανα ὀνομάζουσι, πόλις δ' ἐστὶν ἀξιόλογος, & reliqua, quæ plura sunt quam ut hic transcribi debeant. *Dion* lib. XXXV. pag. 5. Τὰ δὲ δὴ Κόμανα τά τε νῦν Καππαδοκίας ἐστὶ, καὶ ἐδόκει τότε τῆς Ἀρτέμιδος τὸ Ταυρικὸν βρέτας, καὶ τὸ γένος τὸ Ἀγαμεμνόνειον δεῦρο ἀεὶ ἔχειν. —— Δύο αὗται πόλεις ἐν Καππαδοκίᾳ ὁμώνυμοι, οὔτε πάνυ πόῤῥω ἀπ' ἀλλήλων εἰσὶ —— καὶ δεικνύουσι τά τε ἄλλα πάντα ἐκ τοῦ ὁμοίου, καὶ ξίφος, ὡς αὐτὸ τὸ τῆς Ἰφιγενείας ὄν, ἀμφότεραι ἔχουσι. *Plinius* lib. VI. cap. III. *Comana, quæ nunc Manteium Genetarum.* Ciaccon.

2. *Lycomedi Bithynio*] Editi omnes ad *Scaligerum* usque *Nicomedi Bithynio*, sed vir ille summus ex *Strabone*, ut videtur, *Hirtium* emendavit; is enim lib. XII. pag. 558. hunc pontificem *Lycomedem* vocat. Verum alia correctione forsan magis est opus, Latini enim non *Bithynium* dicunt, sed *Bithynum*. *Horatius* lib. I. Od. XXXV, 7.

*Quicunque* Bithyna *lacessit*
*Carpathium pelagus carina.*

*Juvenalis* Satir. VII, 15.

*Quanquam & Cappadoces faciant, equitesque* Bithyni.

Ea igitur forma hic videtur reponenda. *Davies.*

sam fortunam majorum suorum mutationemque gene-
ris, jure minime dubio, vetustate tamen intermisso,
6 sacerdotium id repetebat. Fratrem autem Ariobarzanis
Ariaraten, quum bene meritus uterque eorum de Re-
publ. esset, ne aut regni hereditas Ariaraten sollicita-
ret, aut heres regni terreret, Ariobarzani attribuit,
qui sub ejus imperio ac ditione esset: ipse iter cœptum
simili velocitate conficere cœpit.

1 LXVII. Quum propius Pontum, finesque Gallo-
græciæ accessisset, Dejotarus tetrarches Gallogræciæ
tunc quidem pene totius, quod ei neque legibus, ne-
que moribus concessum esse ceteri tetrarchæ conten-
debant, sine dubio autem rex Armeniæ minoris ab Se-
natu appellatus, depositis regiis insignibus, neque tan-
tum privato vestitu, sed etiam reorum habitu supplex
ad Cæsarem venit oratum, *ut sibi ignosceret, quod in ea
parte positus terrarum, quæ nulla præsidia Cæsaris habuisset,*
2 [1] *exercitibus imperiisque in Cn. Pompeji castris fuisset: ne-
que enim se judicem debuisse esse controversiarum populi Ro-
mani, sed parere præsentibus imperiis.*

1 LXVIII. Contra quem Cæsar, *quum plurima sua
commemorasset officia, quæ consul ei decretis publicis tribuis-
set; quumque defensionem ejus nullam posse excusationem e-*
2 *jus imprudentiæ recipere coarguisset, quod homo tantæ pru-
dentiæ ac diligentiæ scire potuisset, quis urbem Italiamque
teneret; ubi Senatus populusque Romanus, ubi Respubl. es-
set; quis deinde post L. Lentulum, C. Marcellum, consul*
3 *esset: sed tamen se concedere id factum superioribus suis be-
neficiis, veteri hospitio, atque amicitiæ, dignitati, ætatique
hominis, precibus eorum, qui frequentes concucurrissent ho-*
4 *spites atque amici Dejotari ad deprecandum: de controver-
siis tetrarcharum postea se cogniturum esse dixit: regium ve-
stitum ei restituit.* Legionem autem, quam ex genere
ci-

1. *Exercitibus imperiisque in Cn. Pompeii castris fuisset*] Edit. *Vascos. affuisset*, *Joan.* autem *Glandorpius*, interposita voce *coactus*, legit *exercitibus imperiisque* coactus *in Cn. Pompeii castris fuisset*. Brant.

civium suorum Dejotarus [1] armatura disciplinaque nostra constitutam habebat, equitatumque omnem ad bellum gerendum adducere jussit.

LXIX. Quum in Pontum venisset, copiasque o- 1
mnes in unum locum coëgisset; quæ numero, atque exercitatione bellorum mediocres erant; (excepta enim legione VI, quam secum adduxerat Alexandria veteranam, multis laboribus periculisque functam, multisque militibus partim difficultate itinerum ac navigationum, partim crebritate bellorum adeo deminutam, ut minus ∞ hominum in ea esset; reliquæ erant III legiones, una Dejotari, duæ, quæ in eo prœlio, quod Cn. Domitium fecisse cum Pharnace scripsimus, fuerant) legati à Pharnace missi Cæsarem adeunt: atque 2
in primis deprecantur, *ne ejus adventus hostilis esset: facturum enim omnia Pharnacen, quæ imperata essent.* Maximeque commemorabant *nulla Pharnacen auxilia contra Cæsarem Pompejo dare voluisse; quum Dejotarus, qui dedisset, tamen ei satisfecisset.*

LXX. Cæsar respondit, se fore æquissimum Pharna- 1
ci, si, quæ polliceretur, [2] repræsentaturus esset: monuit 2
autem, ut solebat, mitibus verbis legatos, *ne aut Dejotarum sibi objicerent, aut nimis eo gloriarentur beneficio, quod auxilia Pompejo non misissent: nam se neque libentius* 3
*facere quidquam, quam supplicibus ignoscere; neque provinciarum publicas injurias condonare iis posse,* [3] *qui non fuissent*

sent

1. *Armatura disciplinaque nostra constitutam* ] In omnibus, quos unquam viderim, libris & impressis & scriptis est *natura disciplinaque nostra*: nihil tamen dubito, quin vera lectio sit, quam nos ex alterius loci collatione & ex ingenio reposuimus. Supra hoc eodem libro cap. XXXIV. Duas Dejotari legiones *disciplina atque* armatura *nostra constitutas* dixit. Quis amplius de hoc loco dubitet? *Ald. Manut.*

2. *Repræsentaturus esset* ] Statim executurus, & in effectum adducturus; nihil enim opus est, ut ex Cod. *Ciacconii* legamus *re præstaturus*, quomodo reponendum censuit *Fr. Hotomannus. Cæsar* lib. I. B. G. cap. XI. *Itaque se, quod in longiorem diem collaturus esset*, repræsentaturum. *Curtius* lib. VI. cap XI, 33. *repræsentasse consilium* dixit, ubi vide *Joan. Freinshemium*, ac intt. ad *Phædri* lib. III. Fab. X. 32. *Davies.*

2. *Qui non fuissent in se officiosi* ] Testatur *Ciacconius* particulam negantem

4 *sent in se officiosi: id ipsum, quod commemorassent, officium*
*utilius Pharnaci fuisse, qui providisset, ne vinceretur, quam*
5 *sibi, cui Dii immortales victoriam tribuissent: itaque se ma-*
*gnas & graves injurias civium Romanorum, qui in Ponto*
*negotiati essent, quoniam in integrum restituere non posset,*
6 *concedere Pharnaci: nam neque* [1] *interfectis amissam vitam,*
*neque exsectis virilitatem restituere posse; quod quidem sup-*
7 *plicium gravius morte cives Romani subissent: Ponto vero*
*decederet confestim; familiasque publicanorum remitteret;*
*ceteraque restitueret sociis civibusque Romanis, quæ penes*
8 *eum essent. Si fecisset, jam tunc sibi mitteret munera, ac do-*
*na, quæ bene rebus gestis imperatores ab amicis accipere con-*
*suessent:* miserat enim Pharnaces coronam auream. His
responsis datis legatos remisit.

1 LXXI. At Pharnaces omnia liberaliter pollicitus;
quum [2] festinantem ac properantem Cæsarem speraret
li-

tem à quibusdam libris abesse; & recte quidem, ut arbitror, quod & olim *Joan. Rhellicano* in mentem venerat. *Jul. Celsus* pag. 212. de hac re sic loquitur: *Ille quidem præstitit, ut* —— *publicas* (injurias) *libere ulcisci valeam, quod fortasse sic non possem, si in me fuisset obsequiosus* &c. Sed vir ille bonus mentem Cæsaris non est assecutus; vult enim, se privatas injurias hosti facile condonare posse, publicas ne amico quidem: & hic sane sensus egregius & tanto Imp. dignus. Ut ut autem sit, certe falsus est *Eutropius*, qui lib. VI. cap. XVII. tradit *Pharnacem* —— *Pompeio in auxilium apud Thessaliam fuisse*, ut ex diserto *Hirtii* testimonio constat. Vide & *Dionem* lib. XLII. p. 207. *Davies.*

1. *Interfectis amissam vitam*] *Phil. Rubenius* Elect. lib. I. cap. XXII. reponit fluctuans licet, atque animi dubius, *interfectis Amisi vitam*, quia tradit *Appianus* lib. II. B. C. pag. 484. Ὅτι Ἀμισὸν πόλιν ἐν τῷ Πόντῳ ῥωμαΐζουσαν ἐξηνδραποδίσατο, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν τομίας ἐποιήσατο πάντας. Secundum *Dionem* etiam lib. XLII. pag. 206. Pharnaces Ἀμισὸν —— εἷλέ τε καὶ διήρπασε, τούς τε ἡβῶντας ἐν αὐτῇ πάντας ἀπέκτεινε. Sed hanc ob causam vulgata lectio non est sollicitanda; neque enim *Hirtius* Amisi solius direpti meminit, sed multorum oppidorum, & gravissima hæc supplicia in eos, qui formæ atque ætatis commendationem habebant, fuisse constituta narrat hujusce libri cap. XLI. *Davies.*

2. *Festinantem ac properantem*] Codex *Victor. festinantem ac procurrentem*, MS. *Norvic.* & alii *festinantem ac præcurrentem*, quam lectionem probat *Joan. Goduinus.* quoniam non intellexit, quænam inter *properantem* ac *festinantem* sit differentia: norunt tamen Grammatici, si iis fides sit adhibenda. *A. Gellius* Noct. Attic. lib. XVI. cap. XIV. Festinare & properare *idem significare atque in eandem rem dici videntur. Sed M. Cato id differre existimat, eaque hoc modo divisa. Verba sunt ipsius ex oratione quam*
de

libentius etiam crediturum suis promissis, quam res pateretur, quo celerius honestiusque ad res magis necessarias proficisceretur, (nemini enim erat ignotum, plurimis de caussis ad Urbem Cæsarem revocari) lentius agere, decedendi diem postulare longiorem, pactiones interponere, in summa frustrari cœpit. Cæsar 2
cognita calliditate hominis, quod aliis temporibus natura facere consueverat, tunc necessitate fecit adductus, ut celerius omnium opinione manum consereret.

LXXII. [1] Ziela est oppidum in Ponto positu ipso, 1
ut in plano loco, satis munitum: tumulus enim naturalis, velut manu factus, excelsiore undique fastigio sustinet murum. Circumpositi sunt huic oppido ma- 2
gni multique intercisi vallibus colles: quorum editissimus unus, qui propter victoriam Mithridatis, & [2] infelicitatem Triarii, detrimentumque exercitus nostri, superioribus locis atque itineribus pene conjunctus

*de suis virtutibus habuit :* Aliud est properare, aliud festinare. Qui unum quid mature transigit, is properat: qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat. Quæ Catonis verba repetit *Nonius Marcellus* pag. 468. editt. Plantin. dein addit: *Verum utrorumque verborum ratio sub hac significatione proxima est veritati, ut sit sæpe animi* properare *studiose ad res aliquas contendentu*, festinare *corpore necessitatibus obsequendi.* Ego autem id pro certo habeo, has Grammaticorum distinctiones bonorum auctorum usu non comprobari; nec tamen vulgatam lectionem mutandam censeo; quis enim nescit, duo verba ejusdem plane potestatis non raro conjungi? Sic hujusce libri cap. LXX. *munera ac dona* habet noster, & similia passim alii. *Davies.*

1. *Ziela*] *Plinius* lib. VI. cap. III. *Civitas Ziela intus, nobilis clade Triarii & victoria C. Cæsaris. Stephanus* de Urb. *Ζίηλα τρισυλλάβως πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισε Νικομήδης υἱὸς Ζιήλας* &c. Nam *Zela* urbis in Cappadocia eodem cap. *Plinius* meminit, *Ptolemæus*que, & *Strabo.* Ciaccon.

*Ibid.*] MS. *Norvic.* & editt. vett. etiam in *Hirtio Zelam* exhibent. Sic & *Plutarchus* in Cæs. pag. 731. Περὶ πόλιν Ζῆλαν μάχην μεγάλην συνάψας. *Dion* lib. XLII. pag. 207. Κἀνταῦθα αὐτῷ περὶ Ζίλειαν συνέτυχεν. Utrobique repone *Ζῆλαν.* *Davies.*

2. *Infelicitatem Triarii*] *Plutarchus* in Luculli vita pag. 515. ed. Francof. testatur, Triarium non expectato Luculli exercitu, conserto prœlio, ingentem accepisse cladem: supra namque septem Rom. millia occubuerunt, centuriones centum & L, tribuni militum plusquam XXIV, &, quod omnium ignominiosissimum erat, Mithridates Ponti rex Romanorum castris potitus est. *Rhellican.*

ctus oppido, magnam in illis partibus habet nobilitatem; nec multo longius millibus passuum III abest ab
3 Ziela. Hunc locum Pharnaces, veteribus paternorum felicium castrorum refectis operibus, copiis omnibus suis occupavit.

1 LXXIII. Cæsar, quum ab hoste millia passuum V castra posuisset; videretque eas valles, quibus regia castra munirentur, eodem intervallo sua castra munituras, si modo ea loca hostes priores non cepissent, quæ multo erant propiora regis castris; aggerem com-
2 portari jubet intra munitiones. Quo celeriter collato, proxima nocte, vigilia quarta, legionibus omnibus expeditis, impedimentisque in castris relictis, prima luce, neque opinantibus hostibus, eum ipsum locum cepit, in quo Mithridates secundum prœlium adver-
3 sus Triarium fecerat. [1] Huc omnem comportare aggerem è castris servitia, quæ ageret, jussit; ne quis ab opere miles discederet; quum spatio non amplius ∞ passuum intercisa vallis castra hostium divideret ab opere incepto Cæsaris castrorum.

1 LXXIV. Pharnaces, quum id repente prima luce animadvertisset, copias suas omnes pro castris instruxit; quas, interposita tanta locorum iniquitate, consuetudine magis pervulgata militari credebat instrui Cæsar, vel ad opus suum tardandum, quo plures in armis tenerentur, vel ad ostentationem regiæ fiduciæ, ne munitione magis, quam manu defendere locum
2 Pharnaces videretur: itaque deterritus non est, quo minus,

1. *Huc omnem comportare aggerem servitia, quæ ageret, jussit*] MS. *Norvic.* *Huc omnem comportatum aggerem servitia aguntur jussit*; & sic Codex *Ciacconii*, unde rescribit vir eruditus *huc omnem comportare aggerem è castris servitia jussit*. MS. *Victor.* *huc omnem comportari aggerem, servitiaque agi jussit*; & sic sane exhibent editt. *Rom. Ven. Beroald.* ex qua lectione *Joan. Goduinus* rescribendum conjecit *Huc omnem comportare aggerem, servitiaque agere jussit*. Multo malim *huc omnem comportari aggerem, servitiaque agerent, jussit*. Hoc addidit noster, quia more Romano milites aggerem portabant. *Davies*.

minus, prima acie pro vallo inſtructa, reliqua pars
exercitus opus faceret. At Pharnaces impulſus ſive lo- 3
ci felicitate, ſive auſpiciis & religionibus inductus,
quibus obtemperaſſe eum poſtea audiebamus; ſive
paucitate noſtrorum, qui in armis erant, comperta,
quum more operis quotidiani magnam illam ſervorum
multitudinem, quæ aggerem portabat, militum eſſe
credidiſſet, ſive etiam veterani fiducia exercitus ſui,
quem [1] cum legione XXII in acie conflixiſſe, & vi-
ciſſe legati ejus gloriabantur; ſimul contemptu exer-
citus noſtri, quem pulſum à ſe, Domitio duce, ſcie-
bat; inito conſilio dimicandi, deſcendere prærupta val-
le cœpit: cujus aliquamdiu Cæſar irridebat inanem o- 4
ſtentationem, & eo loco militum coarctationem, quem
in locum nemo ſanus hoſtis ſubiturus eſſet: quum in-
terim Pharnaces eodem gradu, quo præruptam deſcen-
derat in vallem, adſcendere adverſus arduum collem
inſtructis copiis cœpit.

LXXV. Cæſar incredibili ejus vel temeritate, vel 1
fiducia motus, neque opinans imparatuſque oppreſſus
eodem tempore milites ab operibus vocat, arma capere
jubet, legiones opponit, aciem inſtruit: cujus rei ſu- 2
bita trepidatio magnum terrorem attulit noſtris. Non-
dum ordinibus inſtructis, [2] falcatæ regiæ quadrigæ per-
miſtos milites perturbant, quæ tamen celeriter multi- 3
tudine telorum opprimuntur. Inſequitur has acies ho- 4
ſtium; & clamore ſublato confligitur, multum adju-
vante natura loci, plurimum Deorum immortalium be-
nignitate: qui quum omnibus caſibus belli interſunt, tum
præcipue eis, quibus nihil ratione potuit adminiſtrari.

LXXVI.

1. *Cum legione*] Uncis hæc incluſit *Joſ. Scaliger*, & ſane manifeſtum eſt, ea verba prorſus abundare aut aliquid ſub iis latere: legati enim procul dubio voluere Pharnacis exercitum XXII vicibus in acie conflixiſſe. *Davies.*

2. *Falcatæ regiæ quadrigæ*] Sic dictæ à falcibus, quæ ex variis partibus eminebant. Harum deſcriptionem ſuppeditabunt *Livius* lib. XXXVII. cap. XLI. *Diodorus* Siculus Bibl. lib. XVII. pag. 530. & alii. *Idem.*

1 LXXVI. Magno atque acri cominus prœlio facto,
[1] dextro cornu, quo veterana legio VI erat collocata,
initium victoriæ natum est ab ea parte, quum in pro-
clive detruderentur hostes; multo tardius, sed tamen
iisdem Diis adjuvantibus, sinistro cornu, mediaque a-
2 cie, totæ profligantur copiæ regis: quæ quam facile
subierant iniquum locum, tam celeriter gradu pulsæ
premebantur loci iniquitate. Itaque multis militibus
partim interfectis, partim suorum ruina oppressis, qui
velocitate effugere poterant, armis tamen projectis val-
lem transgressi, nihil ex loco superiore inermes profi-
3 cere poterant. At nostri victoria elati subire iniquum
locum, munitionesque aggredi non dubitarunt: de-
fendentibus autem iis cohortibus castra, quas Pharna-
ces præsidio reliquerat, celeriter castris hostium sunt
4 potiti. Interfecta multitudine omni aut capta suorum,
Pharnaces cum paucis equitibus profugit: cui nisi ca-
strorum oppugnatio facultatem attulisset liberius pro-
fugiendi, vivus in Cæsaris potestatem adductus esset.

1 LXXVII. Tali victoria toties victor Cæsar incre-
dibili est lætitia affectus, quod maximum bellum
tanta celeritate confecerat: eratque subiti periculi re-
cordatione lætior, quod victoria facilis ex difficilli-
2 mis rebus acciderat. Ponto recepto, præda omni re-
gia militibus condonata, postero die cum expeditis
equitibus ipse proficiscitur: legionem VI decedere
ad præmia atque honores accipiendos in Italiam jubet:
auxilia Dejotari domum remittit: II legiones [2] cum
Cæ-

1. *Dextro cornu, quo veterana legio VI erat collocata, initium victoriæ natum est ab ea parte, quum in proclive*] M. *Norvic. a dextro cornu.* Lego & distinguo *a dextro cornu, quo veterana legio VI erat collocata, initium victoriæ natum est. Ab ea parte quum in proclive* &c. Quod conjecturam nostram non mediocriter firmat, hanc interpunctionem servant editt. *Rom. Ven. Beroald.* sed in iis male scribitur *ex ea parte.* Davies.

2. *Cum Cælio Vinciano*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* perperam exhibent *cum Cœlio Minutio.* In MSto *Norvic.* est *cum Cœlia Juniciano.* Adjuvat sane hæc lectio F. *Ursini* emendationem, qui reponit *cum Cœlio Viniciano.* Ea tamen conjectura non est necessaria, veteres enim modo *Vincianos*, modo *Vini-*

Cælio Vinciano [1] in Ponto relinquit.

LXXVIII. Ita per Gallogræciam Bithyniamque in 1
Aſiam iter facit: omniumque earum provinciarum de controverſiis cognoſcit, & ſtatuit: jura in tetrarchas, reges, civitates diſtribuit. Mithridaten Pergamenum, 2
à quo rem feliciter celeriterque geſtam in Ægypto ſupra ſcripſimus, regio genere ortum, diſciplinis etiam regiis educatum (nam eum Mithridates, rex Aſiæ totius, propter nobilitatem Pergamo parvulum ſecum aſportaverat in caſtra, multoſque tenuerat annos) regem Boſpori conſtituit, quod ſub imperio Pharnacis fuerat; provinciaſque populi Rom. à barbaris atque inimicis regibus, interpoſito amiciſſimo rege, munivit. [2] Eidem tetrarchiam legibus Gallogræcorum, ju- 3
re gentis & cognationis adjudicavit, occupatam & poſſeſſam paucis ante annis à Dejotaro. Neque tamen uſ- 4
quam diutius moratus eſt, quam neceſſitas urbanarum ſeditionum pati videbatur. Rebus feliciſſime celerrime- 5
que confectis, in Italiam celerius omnium opinione venit.

*Vinicianos* dixerunt, ut oſtendit inſcriptio, quam profert *Ch. Ad. Rupertus* in epiſt. XXXIV. inter *Reineſ.* p. 200. *Davies.*

1. *In Ponto relinquit*] Sic reſcripſi ex MSto *Norvic.* & editt. *Steph.* ob verba præſentis temporis, quibuſcum hoc conjungitur. In aliis eſt *in Ponto reliquit.* Idem.

2. *Eidem tetrarchiam legibus Gallogræcorum*] Vocem penultimam delendam cenſuere *Pet. Ciacconius* & *Joſ. Scaliger*, quibus lubens admodum accedo, nam *Dion* lib. XLII. pag. 207. ait Μιθριδάτῃ τῷ Περγαμηνῷ τετραρχίαν τε ἐν Γαλατίᾳ, καὶ βασιλείας ἔδωκεν ὄνομα. Ea vox primum videtur margini adſcripta, *juris* explicandi gratia. De Mithridatis Pergameni genere adiri poterit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. III. cap. XXIII. *Davies.*

FINIS LIBRI DE BELLO ALEXANDRINO.

# A. HIRTII PANSÆ COMMENTARIORUM DE BELLO AFRICANO LIBER UNUS.

## Summarium Libri de Bello Africano.

*Cæsar in Africam proficiscitur:* VII. *Leptique oppido occupato, auxilia eo convocat;* XII. *& ibidem cum Labieno aliquoties conflictatur.* XXV. *Rex Juba, auxilio Scipioni profectus, ad tuendum contra Bogudem regnum revocatur.* XXVI. *Bellum exinde varia fortuna diu ductum. Oppida capta: velitatum sæpius: naves interceptæ: plus tamen Cæsari faventibus fatis.* LXXXI. *Tandem justo prælio res Scipionis profligatæ;* LXXXVIII. *insequutæque M. Catonis,* XCIV. *Jubæ, Petreji,* XCVI. *ipsius Scipionis, ac plurium illustrium virorum cædes.*

1 I. CÆsar, itineribus justis confectis, nullo die intermisso, ad XIV Kal. Jan. in Lilybæum pervenit: statimque ostendit, sese naves velle conscendere; quum non amplius legionem tironum haberet unam, equitesque vix DC. Tabernaculum secundum littus ipsum constituit, ut prope fluctus
2 verberaret. Hoc eo consilio fecit, ne quis sibi moræ quidquam fore speraret, & ut omnes in dies horasque
3 parati essent. Incidit per id tempus, ut tempestates ad navigandum idoneas non haberet: nihilo tamen minus in navibus remiges, militesque continere, [1] & nullam præ-

1. *Et nullam prætermittere occasionem profectionis*] Legendum credo *ut nullam prætermitteret occasionem profectionis.* Confirmat hanc conjecturam Jul.

prætermittere occaſionem profectionis; quum præſertim ab incolis ejus provinciæ nunciarentur adverſariorum copiæ, equitatus infinitus, legiones regiæ IV, levis armaturæ magna vis, Scipionis legiones X, elephanti CXX, claſſeſque eſſe complures; tamen non deterrebatur, animoque & ſpe confidebat. Interim in dies & naves longæ adaugeri, & onerariæ complures eodem concurrere, & legiones tironum convenire; in his veterana legio V, equitum ad II millia. 4

5

1 II. Legionibus collectis VI, & equitum II millibus, ut quæque prima legio venerat, in naves longas imponebatur, equites autem in onerarias. Ita majorem 2 partem navium antecedere juſſit, [1] & inſulam petere Aponianam, [2] quæ non abeſt à Lilybæo: [3] ibique commoratus bona paucorum vendit publice: [4] deinde Al-

*Jul. Celſus*, qui pag. 214. ſic ait: *remiges tamen in puppibus detinebat, ne mere ſuo per licentiam vagarentur, ſed dicto obaudientes, nec quærendi uſquam eſſent.* Davies.

1. *Et inſulam petere Aponianam, quæ non abeſt à Lilybæo*] Nulla traditur à Geographis, quod ſciam, *inſula Aponiana*, *Lilybæo* proxima. Sed à *Ptolemæo* Πακώνια dicitur inſula quædam Lilybæo objecta itaque hoc loco ſcribendum exiſtimo *Paconiam*, & vocem *non*, qua tamen nonnulli codices carent, ex numero paſſuum diſtantiæ à Lilybæo, à librariis eſſe inductam. *Ciaccon.*

2. *Quæ non abeſt à Lilybæo*] Abeſt particula negativa à MS. *Norvic.* & aliis nonnullis; editt. autem *Rom. Ven.* exhibent *quæ eſt à Lilybæo. Beroald.* vulgatam lectionem ſervat, unde vocem deeſſe exiſtimans *Joan. Glandorpius*, reſcribit, *quæ non longe abeſt à Lilybæo.* Crediderim Aponianæ diſtantiam à Lilybæo ſub iſta vocula latere: repono itaque *quæ* duo millia *abeſt à Lilybæo.* Sic apud *Celſum* pag. 214. legitur *poſtquam vero ſex integras legiones*, nonque *equitum adveniſſe cognovit*, ubi corrigendum *duo milliaque*, ut ex hoc capite liquet. Primo ſcriptum erat II *M*, quod facile in *non* mutarunt imperiti Librarii. Cum tamen inter Geographos non conveniat, quæ ſit hæc Aponiana, res in incerto eſt relinquenda. *Davies.*

3. *Ibique commoratus*] MS. *Norvic.* habet *ipſe parum commoratus*; corrupte quidem, ita tamen, ut, niſi fallor, ex eo vox fugitiva *Hirtio* poſſit reſtitui. Emendo enim *ibique* parum *commoratus.* Idem.

4. *Deinde Allieno*] Editt. vett. *Alieno*, ſed *Allieno* ſcribendum eſt ex veteribus ejus familiæ denariis, in quibus A. hic ALLIENUS deſignatur Siciliæ PROCOS. C. Cæſare iterum Conſule, ex ſigno trium crurum, à quibus ea inſula dicta eſt *Trinacria.* De eo ita infra: *Allienus interim Procoſ. è Lilybæo in naves onerarias imponit legiones* XIII, *&* XIV. &c. Idem tamen, ut ex hoc *Hirtii* loco apparet, Prætoria primum poteſtate Siciliam provinciam, deinde Proconſulari obtinuit. Ad quos honores indicandos in altera denarii

Allieno prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus
rebus præcipit, & de reliquo exercitu celeriter impo-
3 nendo. Datis mandatis, ipse navem conscendit a. d.
VI Kal. Jan. & reliquas naves statim est consecutus.
4 Ita vento certo, celerique navigio vectus, post diem
quartam cum longis paucis navibus in conspectum A-
fricæ venit: namque onerariæ reliquæ, præter pau-
cas, vento dispersæ atque errabundæ diversa loca pe-
5 tierunt. Clupeam classe prætervehitur, inde Neapo-
lim. Complura præterea castella & oppida non longe
à mari relinquit.

1 III. Postquam Adrumetum accessit, [1] ibi præsidium
erat adversariorum, cui præerat C. Considius, & à
Clupeis secundum oram maritimam cum equitatu A-
drumeti Cn. Piso cum Maurorum circiter III milli-
2 bus apparuit. Ibi paullisper Cæsar ante portum com-
moratus, dum reliquæ naves convenirent, [2] exponit
exercitum. Cujus numerus in præsentia fuit peditum
III M, equitum CL. castrisque ante oppidum positis,
sine injuria cujusquam consedit; cohibetque omnes à
3 præda. Oppidani interim muros armatis complent; an-
te portam frequentes considunt ad se defendendum:
4 quorum numerus II legionum intus erat. Cæsar cir-
cum

rii parte, Siciliæ symbolum expressum est, ut diximus, tria crura. *Ursin.*

1. *Ibi præsidium erat adversariorum, & à Clupeis*] Ex MSto *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* lego *ubi præsidium erat adversariorum*, quod etiam *Joan. Godwino* ex Codd. Gallicanis placuit. Est autem aliud vitium, quod, licet manifestum, libri retinent, nec Interpretes notarunt; in sequentibus enim verbis abundat particula copulans, quare rescribendum *ubi præsidium erat adversariorum, à Clupeis*, vel *à Clupea*, quemadmodum est in edit. *Rom. Ven. Beroald.* Ita etiam hoc oppidum paullo ante vocavit noster, & alii omnes præter *Cæsarem* lib. II. B. C. cap. XXIII. *Davies.*

2. *Exponit exercitum*] Auctor est *Dio Cassius* lib. XLII. extremo, navi egredientem Cæsarem, simul terram attigisset, corruisse, quod cum triste militibus omen videretur, ipse lætum reddidit, manu enim extensa terram, quasi dedita opera concidisset, attrectavit, exosculatusque est, inclamans, *Teneo te Africa.* Idem de P. Scipione *Sext. Frontinus* lib. I. Strateg. cap. XII. *Brant.*

cum oppidum vectus, natura loci perspecta, redit in
castra. Non nemo culpæ ejus imprudentiæque assignabat,
quod neque certum locum gubernatoribus, præfectisque,
quem peterent, præceperat: neque, ut mos
ipsius consuetudoque superioribus temporibus fuerat,
tabellas signatas dederat, ut in tempore iis perlectis,
locum certum peterent universi. [1] Quod minime Cæ- 5
sarem fefellerat: namque nullum portum terræ Africæ,
quo classes decurrerent, pro certo tutum ab hostium
præsidio fore suspicabatur: sed fortuitu oblatam
occasionem egressus aucupabatur.

IV. L. Plancus interim legatus petit à Cæsare, ut 1
sibi daret facultatem cum Considio agendi, si posset
aliqua ratione perduci ad sanitatem. Itaque data facul- 2
tate litteras conscribit, & eas captivo dat perferendas
in oppidum ad Considium. Quo simul atque captivus 3
pervenisset, litterasque, ut erat mandatum, Considio
porrigere cœpisset, prius quam acciperet ille, *Unde*,
inquit, *istas?* Tum captivus, [2] *Venio à Cæsare*. Tunc 4
Considius, *Unus est*, inquit, *Scipio Imperator hoc tempore
populi Romani*, deinde in conspectu suo captivum
statim interfici jubet: litterasque nondum perlectas,
sicut erant signatæ, dat homini certo ad Scipionem
perferendas.

V. Post-

1. *Quod minime Cæsarem fefellerat*] Latuerat, ut sæpenumero hoc verbum usurpatur cum poetis, tum oratoribus. *Virgilius* IV. Æneid. vs. 96.

*Nec me adeo fallis, veritam te mœnia nostra* &c.

*Terentius* Heautont. *Num me fefellit hosce id struere?* *Livius* lib. XXX. *Non fefellit Achæos, quo spectasset tam benigna pollicitatio.* Plura *Lambinus* ad *Horatii* Od. X. lib. I. cujus scrinia non compilo. *Davies.*

2. *Venio a Cæsare*] Primam vocem, utpote quam delendam censebat, uncis inclusit *Jos. Scaliger*: sed multo melior est *Petri Ciacconii* animadversio, qui ex responso Considii notavit deesse vocem *Imperatore*, quare reposuit *venio à Cæsare Imperatore*, eamque conjecturam, suam fecerunt *Just. Lipsius* Elect. lib. II. cap. XXII. & *Joan. Goduinus*. MSS. II. *Thuanai*, repræsentant *immo à Cæsare*, *Norvic.* *ymo a Cæsare* unde facili emendatione rescribo *Imp. à Cæsare*; Imperatorem enim ut plurimum compendiarie scribebant veteres, quod ex MSS. & Inscriptionibus abunde liquet. *Davies.*

1 V. Postquam una nocte & die ad oppidum consumpta, neque responsum ullum à Considio dabatur; neque ei reliquæ copiæ succurrebant; neque equitatu abundabat; & ad oppidum oppugnandum non satis copiarum habebat, & eas tironum; neque primo adventu convulnerari exercitum volebat; & oppidi egregia munitio, difficilisque ad oppugnandum erat accessus; & nunciabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire; non est visa ratio ad oppugnandum oppidum commorandi: ne, dum in ea re Cæsar esset occupatus, circumventus à tergo ab equitatu hostium laboraret.

1 VI. Itaque castra quum movere vellet, subito ex oppido erupit multitudo: atque equitatus subsidio uno tempore eis casu succurrit, qui erat missus ab Juba ad stipendium accipiendum: castraque, unde Cæsar egressus iter facere cœperat, occupant: & ejus agmen ex-
2 tremum insequi cœperunt. Quæ res quum animadversa esset, subito legionarii consistunt; & equites, quamquam erant pauci, tamen contra tantam multitudinem
3 audacissime concurrunt. Accidit res incredibilis, ut equites minus xxx Galli, Maurorum equitum II millia
4 loco pellerent, urgerentque in oppidum. Postquam repulsi, & conjecti erant intra munitiones, Cæsar iter
5 constitutum ire contendit: quod quum sæpius facerent; & modo insequerentur, modo rursus ab equitibus in oppidum repellerentur; cohortibus paucis ex veteranis, quas secum habebat, in extremo agmine collocatis, & parte equitatus, iter leniter cum reliquis facere cœpit. Ita, quanto longius ab oppido discedebatur, tan-
6 to tardiores ad insequendum erant Numidæ. Interim in itinere ex oppidis & castellis legationes venire, polliceri frumentum, paratosque esse, quæ imperasset, facere. Itaque eo die castra posuit ad oppidum Ruspinam Kalendis Januar.

VII.

VII. [1] Inde movit, & pervenit ad oppidum Leptin, 1
liberam civitatem, & immunem. Legati ex oppido ve-
niunt obviam, libenter ſe omnia facturos, quæ vellet,
pollicentur. Itaque centurionibus ad portas oppidi, & 2
cuſtodiis impoſitis, ne quis miles in oppidum introiret,
aut injuriam faceret cuipiam incolæ, non longe ab op-
pido ſecundum littus facit caſtra. Eodem naves one- 3
rariæ, & longæ nonnullæ caſu advenerunt: reliquæ,
ut eſt ei nunciatum, incertæ locorum Uticam verſus
petere viſæ ſunt. Interim Cæſar à mari non digredi, 4
neque mediterranea petere propter navium errorem,
equitatumque in navibus omnem continere, ut arbi-
tror, ne agri vaſtarentur; aquam in naves jubet com-
portari. Remiges interim, qui aquatum è navibus ex- 5
ierant, ſubito equites Mauri, neque opinantibus Cæ-
ſarianis, adorti multos jaculis convulneraverunt, non-
nullos interfecerunt: latent enim in inſidiis cum equis 6
inter convalles, [2] & ſubito exiſtunt, non ut in campo
cominus depugnent.

VIII. Cæſar interim in Sardiniam nuncios cum lit- 1
teris, & in reliquas provincias finitimas dimiſit, ut ſibi
auxilia, commeatus, frumentum, ſimul atque litteras
legiſſent, mittenda curarent: exoneratiſque partim na-
vibus longis, Rabirium Poſtumum in Siciliam ad ſe-
cun-

1. *Inde movit*] Interdum fit, ut hanc vocem abſolute ponant boni auctores, pro eo quod eſt, *caſtra movit*. *Silius* Italicus lib. VII, 131.

*Irritus incœpti* movet *inde, atque Appula tardo*
*Arva Libys paſſu legit* ——

Sic & *audito Darium* moviſſe *ab Ecbatanis* dixit *Curtius* lib. V. cap. XIII, 1. *Davies*.

2. *Et ſubito exiſtunt*] Editt. *Rom. Ven. Beroald. & ſubito exeunt*; mendoſe: veram autem lectionem ſervat, ut opinor, MS. *Norvic.* is enim habet *& ſubito exiliunt*, vocabulo quidem ad celeritatem indicandam maxime appoſito. *Manilius* lib. I. pag. 6.

*Emerſere fretis montes orbiſque per undas*
Exiliit, *vaſto clauſus tamen undique ponto.*

*Ovidius* Art. Amat. lib. I, 115.

*Protinus* exiliunt, *animum clamore fatentes.*

*Minucius Felix* Oct. pag. 83. ed. Oxon. *Vel* exiliunt *ſtatim.* Si quis tamen vulgatæ lectioni patrocinatur, favebit *Curtius* lib. VII. cap. X, 14. *Davies*.

2 cundum commeatum accersendum mittit. Interim cum
x navibus longis ad reliquas naves onerarias conquirendas, quæ deerrassent, & simul mare tuendum ab
3 hostibus, jubet proficisci. Item C. Sallustium Crispum prætorem ad Cercinam insulam versus, quam adversarii tenebant, cum parte navium ire jubet; quod ibi
4 magnum numerum frumenti esse audiebat. Hæc ita imperabat, itaque unicuique præcipiebat; [1] ut, fieri posset, nec ne, locum nullum excusatio haberet, nec moram tergiversatio. Ipse interea ex perfugis & incolis cognitis conditionibus Scipionis, & qui cum eo contra se bellum gerebant, miserari: regium enim equitatum in Provincia Africa Scipio alebat. Tanta homines esse dementia, ut mallent regis esse vectigales, quam cum civibus in patria in suis fortunis esse incolumes!

1 IX. Cæsar ad III Non. Jan. castra movet: Leptique VI cohortium præsidio cum Saserna relicto, ipse rursus, unde pridie venerat, Ruspinam cum reliquis copiis convertit. Ibique sarcinis exercitus relictis, ipse cum expedita manu proficiscitur circum villas frumentatum; oppidanisque imperat, ut plaustra, jumenta-
2 que omnia sequantur. Itaque magno frumenti invento numero, Ruspinam redit. [2] Hoc eum iccirco existimo fecisse, ne maritima oppida post se vacua relinqueret, præsidioque firmata [3] ad classem receptacula muniret.

X. Ita-

1. *Ut, fieri posset, necne, locum nullum excusatio haberet*] Dura sane conditio. MS. *Norvic. ut fieri posset, neve locum excusatio ullum haberet.* Editt. *Rom. Ven. Beroald. ut, si fieri posset, nec locum ullum excusatio haberet*, quomodo legendum arbitror. *Davies.*

2. *Hoc eum iccirco existimo fecisse*] MS. *Norvic. hoc eum iccirco existimo recepisse*; unde repono *huc eum iccirco existimo recepisse*, intellecto pronomine reciproco, ut fit lib. de Bell. Alex. cap. XXVII. *Idem.*

3. *Ad classem receptacula*] Probe legitur in MSto *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. ad classis receptacula*, quod idem valet ac ad classem recipiendam, seu, quo se reciperet classis. *Davies.*

X. Itaque, ibi relicto P. Saserna, fratre ejus, quem 1
Lepti proximo oppido reliquerat cum legione, jubet
comportari ligna in oppidum quamplurima: ipse cum 2
cohortibus VII, quæ ex veteranis legionibus in classe
cum Sulpicio & Vatinio rem gesserant, ex oppido Ru-
spina egressus, proficiscitur ad portum, qui abest ab
oppido millia passuum II, ibique classem sub vespe- 3
rum cum ea copia conscendit, omnibus in exercitu in-
sciis, & requirentibus Imperatoris consilium; [1] magno
metu ac tristitia sollicitabantur: parva enim cum co- 4
pia, & ea tironum, neque omni exposita, in Africa
contra magnas copias, & insidiosæ nationis, equita-
tumque innumerabilem, se expositos videbant: neque
quidquam solatii in præsentia, neque auxilium in suo-
rum consilio animadvertebant, nisi in ipsius Imperato-
ris vultu, vigore, mirabilique hilaritate: animum e- 5
nim altum & erectum præ se gerebat. Huic acquiesce-
bant homines, & in ejus scientia & consilio omnia si-
bi proclivia omnes fore sperabant.

XI. Cæsar in navibus una nocte consumpta, [2] jam 1
cœlo albente quum proficisci conaretur, subito navium
pars, de qua timebat, ex errore, eodem conferebatur.
Hac re cognita Cæsar celeriter de navibus imperat o- 2
mnes egredi, atque armatos in littore reliquos adve-
nientes milites exspectare. Itaque sine mora navibus 3
eis in portum receptis, & advectis militum equitum-
que copiis, rursus ad oppidum Ruspinam redit, atque
ibi castris constitutis, ipse cum cohortibus expeditis
XXX frumentatum est profectus. Ex eo est cognitum 4
Cæ-

1. *Magno metu ac tristitia sollicitabantur*] Deesse vocem animadvertit *Joan. Glandorpius*, cui supplendum placuit *proinde magno metu* &c. Ipsam *Hirtii* manum exhibet MS. *Norvic.* è quo reponendum est *qui magno metu ac tristitia sollicitabantur*, Davies.

2. *Jam cœlo albente*] Sic *Beroald.* At *Ven. Bas.* & *Vascos. albescente.* Sed & *Cæsar* lib. I. de Bell. Civ. dixit, *albente cœlo omnes copias castris educit*, ut ibidem legunt omnes. *Virgilius* l. IV. Æn. vs. 586.

—— *ut primum albescere lucem*
*Vidit*, Brant.

Cæsaris consilium: illum cum classe navibus onerariis, quæ deerrassent, subsidio ire clam hostibus voluisse, ne casu imprudentes suæ naves in classem adversariorum inciderent: neque eam rem eos voluisse scire, qui in præsidiis relicti sui milites fuissent; [1] ne ille propter suorum paucitatem, & hostium multitudinem, metu deficerent.

1 XII. Interim quum jam Cæsar progressus esset à castris circiter millia passuum III, [2] per speculatores & antecessores equites nunciatur ei, copias hostium haud longe à se visas. Et hercle cum eo nuncio pulvis
2 ingens conspici cœptus est. Hac re cognita Cæsar celeriter jubet equitatum universum, cujus copiam habuit in præsentia non magnam, & sagittarios, quorum parvus è castris exierat numerus, accersi, atque ordinatim signa se leniter consequi: ipse antecedere cum
3 paucis armatis. Jamque quum procul hostis conspici posset, milites in campo jubet galeari & ad pugnam parari. Quorum omnino numerus fuit XXX cohortium cum equitibus CD, [3] & sagittariis : : .

1 XIII. Hostes interim, quorum dux erat Labienus, & duo Pacidii, aciem dirigunt mirabili longitudine, non

1. *Ne illi* —— *deficerent*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* pronomen omittunt; MSS. autem *Norvic.* & *Ursin.* habent, *uti nihil* —— *deficerent*, hoc est, ut non deficerent. Vide *Terentium* Andr. Act. I, Sc. II, 31. & ibi *Donatum*. Eam sane scripturam, ut elegantiorem præfero. *Davies.*

2. *Per speculatores, & antecessores equites nunciatur ei*] *Antecessores* vocat *Turnebus* lib. XXIV. adversf. cap. XVI. *qui ante agmen eunt, locaque castris metandis idonea deligunt, & vias, qua duci exercitus commode possit, vident. Antecursores* dixit *Cæsar* lib. I. B. C. cap. XXXVI. *Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso*; & dubitat *Ciacconius*, an ita hic reponendum sit. Observabat autem doctissimus *Lipsius* ad *Corn. Taciti* lib. II. Histor. fuisse antiquo more receptum, ut viris lautioribus ditioribusque, atque adeo Principibus, Imperatoribusque Afri aut Numidæ equites essent ad iter, qui præcurrebant, & agmen ducebant heri aut ducis sequentis. Adhibet *Senecam* epist. LXXXVIII. & CXXIV. & *Martialem* lib. X. epigram. VI. *Brant.*

3. *Et sagittariis* : : .] Nullum quidem est in MSS. lacunæ indicium, deesse tamen videtur sagittariorum numerus, quam ob caussam, ut puto, puncta hic in sua editione posuit *Jos. Scaliger.* Davies.

non peditum, ſed equitum confertam: & inter eos levis armaturæ Numidas, & ſagittarios pedites interpoſuerant: & ita condenſaverant, ut procul Cæſariani pedeſtres copias arbitrarentur: & dextrum ac ſiniſtrum cornu magnis equitum copiis firmaverant. Interim Cæ- 2
ſar aciem dirigit ſimplicem, ut poterat, propter paucitatem. Sagittarios ante aciem conſtituit: equites dextro ſiniſtroque cornu opponit: & ita præcipit, ut providerent, ne multitudine equitatus hoſtium circumvenirentur: exiſtimabat enim ſe cum pedeſtribus copiis, acie inſtructa, dimicaturum.

XIV. Quum utrimque exſpectatio fieret; neque 1
Cæſar ſe moveret; & cum ſuorum paucitate contra magnam vim hoſtium artificio magis, quam viribus, decernendum videret: ſubito adverſariorum equitatus ſeſe extendere & in latitudinem promovere, colleſque complecti, & Cæſaris equitatum extenuare, ſimulque ad circumeundum comparare ſe cœperunt. Cæſa- 2
riani equites eorum multitudinem ægre ſuſtinebant. Acies interim mediæ quum concurrere conarentur, ſubito ex condenſis turmis pedites Numidæ levis armaturæ cum equitibus procurrunt, & [1] inter legionarios milites jacula conjiciunt. Hic quum Cæſariani in 3
eos impetum feciſſent; illorum equites refugiebant: pedites interim reſiſtebant, dum equites rurſus curſu renovato peditibus ſuis ſuccurrerent.

XV. Cæſar novo genere pugnæ oblato, quum ani- 1
madverteret ordines ſuorum in procurrendo turbari, (pedites enim, dum equites longius à ſignis perſequuntur, latere nudato, à proximis Numidis jaculis vulnerabantur, equites autem hoſtium pilum militis curſu facile vitabant) edicit per ordines, ne quis miles à ſignis

1. *Inter legionarios milites*] Vulgg. *pedites*, ſed alteram lectionem ex MS. *Norvic.* recepi, quæ ſane elegantior eſt. Sic *legionariorum militum* meminit *Hirtius* cum alibi, tum de Bell. Alexand. cap. XXI. *Davies.*

2 gnis IV pedes longius procederet. Equitatus interim
Labieni ſuorum multitudine confiſus Cæſaris paucita-
tem circumire conatur. Equites Juliani pauci, multi-
tudine hoſtium defeſſi, equis convulneratis, paulla-
3 tim cedere: hoſtes magis magiſque inſtare. Ita puncto
temporis omnibus legionariis ab hoſtium equitatu cir-
cumventis, Cæſariſque copiis in orbem compulſis,
[1] intra cancellos omnes conjecti pugnare cogebantur.

1 XVI. Labienus in equo, capite nudo, verſari in
prima acie: ſimul ſuos cohortari: nonnunquam legio-
narios Cæſaris ita appellare: *Quid tu*, inquit, *miles ti-
ro, tam feroculus es? vos quoque iſte verbis infatuavit. In
magnum me hercule vos periculum impulit. Miſereor veſtri.*
2 Tum miles, *Non ſum*, inquit, *tiro, Labiene, ſed de
legione* X *veteranus.* Tum Labienus, *Non agnoſco*, in-
quit, *ſigna Decumanorum.* Tum miles, *Jam me, quis
ſim intelliges.* Simul caſſidem de capite dejecit, [2] ut co-
gnoſci ab eo poſſet; atque ita pilum viribus contortum
dum in Labienum mittere contendit, equi graviter ad-
verſo pectori affixit: & ait: *Labiene, Decumanum mi-
3 litem, qui te petit, ſcito eſſe.* Omnium tamen animi in
terrorem conjecti, & maxime tironum: circumſpice-
re

1. *Intra cancellos omnes conjecti pugnare cogerentur*] Quia *cancelli* proprie ſunt ſepta è ferro lignove quincuncialem in modum facta ad arcendam repellendamque turbam, *Joan. Glandorpius* reponit *velut intra cancellos.* Sed crebro ea vox ad arctum quodvis ſpatium denotandum adhibetur. *Cicero* pro P. Quinctio pag. 873. poſtquam enumeraſſet quibus de rebus erat dicturus, addit: *Me facile veſtra exiſtimatione revocabitis, ſi extra hos* cancellos *egredi conabor, quos mihi ipſe circumdedi.* Sic *inter Orci* cancros (unde diminutivum *cancelli*) *jam ipſos adhærere* dixit *Apuleius* Metam. lib. VI. pag. 115. ed.Pricæan. *Davies.*

2. *Ut cognoſci ab eo poſſet*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habet *ut* agnoſci *ab eo poſſet*: proprie quidem; hæ tamen voces non raro confunduntur. *Terentius* Eun. Act. V. Sc. II, 8. *Ita miſerrimus fui fugitando, ne quis me cognoſceret.* Ubi *Donatus*, *nota*, inquit, *improprie dictum pro agnoſceret.* Vide & *Nonium Marcellum* in *cognoſcere* pag. 304. ed. Plantin. Ac, ſi *Servio* fides, *ſane inter* agnoſco *&* cognoſco *ſuperflue quidam volunt facere diſcretionem, ut cognoſcamus novos, agnoſcamus antiquos: ſed hac à Poetis metri neceſſitate variantur*; quæ verba ſunt doctiſſimi Grammatici in *Virgilii* Æneid. VIII, 155. *Idem.*

re enim Cæsarem, neque amplius facere, nisi hostium jacula vitare.

XVII. Cæsar interim, consilio hostium cognito, 1
jubet aciem in longitudinem quam maximam porrigi, & alternis conversis cohortibus, ut una post alteram ante signa tenderet. Ita coronam hostium dextro sini- 2
stroque cornu mediam dividit; & unam partem ab altera exclusam, [1] equitibus intrinsecus adortus, cum peditatu telis conjectis in fugam vertit: neque longius progressus, veritus insidias, se ad suos recipit. Idem 3
altera pars equitum peditumque Cæsaris facit. His rebus gestis, & procul hostibus repulsis, convulneratisque, ad sua præsidia sese, sic, ut erat instructus, recipere cœpit.

XVIII. Interim M. Petrejus & Cn. Piso cum [2] e- 1
quitibus Numidis ∞c electis peditatuque ejusdem generis satis grandi ex itinere recta subsidio suis occurrunt. At hostes suis ex terrore firmatis, rursusque re- 2
novatis animis, legionarios conversis equitibus se recipientes novissimos adoriri, & impedire cœperunt, quo minus se in castra reciperent. Hac re animadversa, Cæ- 3
sar jubet signa converti, & medio campo redintegrari prœlium. Quum ab hostibus eodem modo pugnaretur; 4
nec cominus ad manus rediretur; Cæsarisque equites jumenta ex nausea recenti, siti, languore, paucitate, vulneribus defatigata ad insequendum hostem [3] perseve-

1. *Equitibus intrinsecus adortus, cum peditatu telis conjectis*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* perperam repræsentant *equitesque intrinsecus adortus cum peditatu telis conjectis.* Sed & superius excusi ab interpunctione laborant, distinguendum enim est *equitibus intrinsecus adortus cum peditatu, telis conjectis*, ut res ipsa clamat. *Davies.*

2. *Equitibus Numidis ∞ c electis*] Numerum haud paullo minorem exhibent MS. *Nervic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* in iis enim legitur *equitibus Numidis* CCC *electis*; utrum vero rectius, dijudicatu non est difficile; cum hujusce libri cap. XIX. aiat *Hirtius*; *praterea Petreiano auxilio adhibito equitibus ∞ c &c.* licet ibi MS. *Nervic.* ∞ DC. editt. autem *Rom. Ven. Beroald.* solos DCCC repræsentent. *Idem.*

3. *Perseverandumque cursum*] Continuandum; hæc enim vox, quam vulgo *neutram* censent, interdum est *activa*. *Justinus* lib. XII. cap. VI,

verandumque cursum tardiora haberent; dieique pars exigua jam reliqua esset; cohortibus equitibusque circumdatis imperat, ut uno ictu contenderent, neque remitterent, donec ultra ultimos colles hostes repulissent, atque eorum essent potiti. Itaque, signo dato, quum jam hostes languide negligenterque tela mitterent, subito immittit cohortes, turmasque suorum, atque puncto temporis, hostibus nullo negotio campo pulsis, post collemque dejectis, nacti locum, atque ibi paullisper commorati, ita ut erant instructi, leniter se ad suas recipiunt munitiones: itemque adversarii male accepti tum demum se ad sua præsidia contulerunt.

1 XIX. Interim ea re gesta, & prœlio dirempto, ex
adversariis perfugæ plures ex omni hominum genere,
& præterea intercepti hostium complures equites, pe-
ditesque: ex quibus cognitum est hostium consilium,
eos hac mente, & conatu venisse, ut novo atque inu-
sitato genere prœlii tirones, legionariique pauci per-
turbati, [1] Curionis exemplo ab equitatu circumventi
2 opprimerentur: [2] & ita Labienum dixisse pro concio-
ne; tantam sese multitudinem auxiliorum adversariis
subministraturum, ut etiam cædendo in ipsa victoria
3 fatigati vincerentur, atque à suis superarentur, [3] quip-
pe

15. de Alexandro M. *Ob hæc illi quatriduo perseverata inedia est.* *Symmachus* lib. 1. Epist. xc. *Ut es nostri diligens, religiosam observantiam persevera*; ubi vir doctissimus *Fr. Juretus* plura hanc in rem exempla collegit. *Davies.*

1. *Curionis exemplo*] Historiam vide lib. 11. B. C. capp. xi. & seqq. *Idem.*

2. *Et ita Labienum dixisse pro concion.*] Editt. *Rom Ven. Beroald.* habent *& ita* Jubam *dixisse pro concione*; sic & MS. *Norvic.* nisi quod in illo sit *Juba.* Omnes male; rex enim Juba nondum aderat. Hanc tamen lectionem in suo Codice invenit *Jul. Celsus*, ut patet ex pag. 218. editt. Londin. Non sane descriptoribus, ut fecit *J. G. Gravius*, sed ipsi *Celso* hoc mendum imputarim. *Davies.*

3. *Quippe qui in illorum sibi confideret multitudine*] Hic mire turbant MS. *Ciacc.* & editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph.* in iis enim est *quippe qui in nullo illorum sibi confideret*; ex qua lectione sensum idoneum extundere frustra conatus est *Joan. Rhellicanus*; *Joan.* autem *Glandorpius*, addita negatione, corrigit *in nullo non illorum sibi confideret.* MS. *Norv.* *quippe quis non illorum multitudine sibi confideret*, unde vel retinenda vulgata,

pe qui in illorum sibi confideret multitudine; primum, quod audierat Romæ legiones veteranas dissentire, neque in Africam velle transire: deinde, quod triennio in Africa suos milites consuetudine retentos fideles jam sibi effecisset; maxima autem auxilia haberet Numidarum equitum levisque armaturæ. Præterea ex fuga 4
prœlioque Pompejano, quos secum [1] a Brundisio transportaverat, equites Germanos Gallosque, ubique postea ex hibridis libertinis servisque conscripserat, armaverat, equoque frenato uti condocuerat. Præterea re- 5
gia auxilia, elephantes CXX, equitatusque innumerabilis: deinde legiones conscriptæ [2] ex cujusquemodi generis amplius XII millibus. Hac spe atque ea audacia 6
inflammatus Labienus, cum equitibus Gallis Germanisque ∞ DC, Numidarum sine frenis IIX millibus, præterea Petrejano auxilio adhibito equitibus ∞ C, peditum ac levis armaturæ quater tantis, sagittariis ac fun-

ea, vel, ordine verborum mutato, scribendum *quippe qui in illorum multitudine sibi confideret.* Davies.

1. *A Brundisio*] Malim legere, *quos secum à Dyrrhachio transportaverat.* Etsi enim cum Pompeio ex Italia cedens Labienus Brundusio solvit, tamen post pugnam Pharsalicam reversus Dyrrhachium, quoscunque potuit ex fuga colligens, cum ex mendacio suis imposuisset de Cæsaris capitali vulnere, in Africam trajecit. *Glandorp.*

2. *Ex cujusquemodi generis amplius XII millibus*] Ultimam vocem, ut inepte intrusam, deleri jubet *Just. Lipsius* Elect. lib. II. cap. XXII. nec enim, ut putat, aliud vult *Hirtius*, quam legiones non è solis civibus, sed è miscello genere hominum conscriptas fuisse duodecim. Virum illum doctissimum sequitur *Joan. Goduinus*, II MSS. Regiorum & unius Victorini auctoritate nixus. Sed ea conjectura recipi non potest, nisi solœcum statuamus *Hirtium*; hoc enim modo deest *casus ablativus*, quem præpositio *ex* necessario postulat. Minima mutatione, voce item transposita, legendum crediderim *cujusquemodi generis militibus amplius* XII, ut hæc sit velut ἀνακεφαλαίωσις copiarum, quas secum habuit Labienus. Vel, si hæc emendatio non arrideat, lubens scriberem *dein duæ legiones conscriptæ ex cujusquemodi generis amplius* XII *millibus.* Numerum autem hominum, ex quibus legiones illæ conflabantur, addit *Hirtius*, quia tum temporis minore numero stabant; erant enim, ut videtur, quinum circiter millium, licet iis quaterna tantum millia adsignet *Sextus Rufus* in Breviar. cap. VI. Edit. quidem *Steph.* exhibet *ex cujusquemodi generisque*; MS. autem *Norvic. ex cujusquemodi genere*; sed infra cap. XXIII. dixit noster *cum naviculis* cujusquemodi generis *amplius* XXX. Sic & iterum cap. XXXVI. quod receptam lectionem tuetur. *Davies.*

7 funditoribus, hippotoxotisque compluribus; [1] his copiis pridie Non. Jan. post diem III, quam Africam attigit, in campis planissimis purissimisque ab hora diei quincta usque ad Solis occasum est decertatum. In eo prœlio Petrejus graviter ictus ex acie recessit.

1 XX. Cæsar interim castra munire diligentius, præsidia firmare majoribus copiis, vallumque ab oppido Ruspina usque ad mare deducere, & à castris alterum eodem, quo tutius ultro citroque commeare, auxiliaque sine periculo sibi succurrere possent: tela, tormentaque ex navibus in castra comportare, remigum partem ex classe, Gallorum, Rhodiorumque, epibatarumque armare, & in castra evocare; uti, si posset, eadem ratione, qua adversarii, levis armatura
2 interjecta inter equites suos interponeretur; sagittariisque ex omnibus navibus Ityreis, Suriis, & cujusque generis ductis in castra compluribus, [2] frequentabat suas copias: audiebat enim Scipionem post diem tertium ejus diei, quo prœlium factum erat, appropinquare, copias suas cum Labieno & Petrejo conjungere; cujus copiæ legionum IIX, & equitum IV millium, esse nun-
3 ciabantur; officinas ferrarias instruere; [3] sagittasque & tela

1. *His copiis pridie Non. Jan. post diem* III, *quam Africam attigit*] In libro meo est *His copiis omnibus*, & cum supra Kal. Jan. ad oppidum Ruspinam Cæsar castra ponat, & ante una nocte & die Adrumeti Considii responsum exspectans sit moratus, necesse est ut terram Africam attigerit III Kal. Januar. quod ita esse demonstratur loco superiore, quo habetur *Cæsarem conscendisse naves a. d.* VI *Kal. Jan.* & *post diem quartum*, nempe III Kal. *in conspectum Africæ venisse*. Ergo hoc loco omnino legendum est, *post diem* VI *quam Africam attigit*. Ciaccon.

2. *Frequentabat suas copias*] Augebat, frequentes reddebat. *Suetonius* August. cap. XLVI. *Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab se* frequentavit. *Apuleius* Metam. lib. X. pag. 226. *Quæ mecum incertam publicam populi caveam* frequentaret: ad quem locum plura *Joan. Pricæus* not. pag. 630. *Davies.*

3. *Sagittasque & tela, uti fierent, complura curare*] MSS. nonnulli & editt. vett. habent *sagittaque*, quam lectionem imperiti Librarii procuderunt, quod vulgata iis solœca perperam videbatur. *Terentius* Andriæ Prol. vs. 3. *Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.* Ubi *Donatus* ait, *ad* fecisset *retulit* fabulas, *non ad* placerent; *& est figura Syllepsis.* Idem Adelph. Act. V. Sc. IV, 20. *Illum ut vivat optant*, pro eo quod est,

tela uti fierent complura, curare, glandes fundere, fu-
des comparare; litteras in Siciliam nunciosque mitte-
re, ut sibi crates materiemque congererent ad arietes,
cujus inopia in Africa esset: præterea ferrum plum-
bumque mitteretur. Et animum etiam advertebat, fru- 4
mento se in Africa nisi importatitio uti non posse: prio-
re enim anno, propter adversariorum delectus, quod
stipendiarii aratores milites essent facti, messem non
esse factam: præterea ex omni Africa frumentum ad- 5
versarios in pauca oppida & bene munita comportasse,
omnemque regionem Africæ exinanisse frumento: op- 6
pida, præter pauca, quæ ipsi suis præsidiis tueri pote-
rant, reliqua dirui atque deleri, & eorum incolas intra
sua præsidia coëgisse commigrare, agros desertos ac va-
status esse.

XXI. Hac necessitate Cæsar coactus, privatos am- 1
biendo, & blande appellando, aliquantulum frumen-
ti numerum in sua præsidia congesserat; & eo parce
utebatur. Opera interim ipse quotidie circumire, [1] &
alternas cohortes in statione habere propter hostium
multitudinem. Labienus saucios suos, quorum nume- 2
rus maximus fuit, jubet in plostris deligatos Adrume-
tum deportari. Naves interim Cæsaris onerariæ erra- 3
bundæ male vagabantur, incertæ locorum atque ca-
strorum suorum: quas singulas scaphæ adversariorum
complures adortæ incenderant, atque expugnaverant.
Hac re nunciata Cæsari, classes circum insulas, por- 4
tusque disposuit; quo tutius commeatus supportari
posset.

XXII.

est, optant, ut ille vivat. Non igitur opus est, ut *Joan. Goduinum*, malum plerumque ducem, sequamur. *Davies.*

1. *Et alternas cohortes in statione habere propter hostium multitudinem*] Omnes legunt *alteras*, ut significet duas fuisse. *Alternas* profecto non convenit, & fuerit hoc, inquit *Lipsius*, relevandis militibus, non pellendis magis hostibus. Idem in lib. scripto *Torrentii ad terras* compendio quodam scriptum testatur, è quo facit *ad ternas*, lib. v. milit. Rom. dial. VIII. *Brant.*

1 XXII. M. Cato interim, qui Uticæ præerat, Cn.
Pompejum filium multis verbis, assidueque objurgare non desistebat.
2 *Tuus*, inquit, *pater*, [1] *istuc ætatis quum esset, & animadvertisset Remp.* [2] *ab audacibus sceleratisque civibus oppressam, bonosque aut interfectos, aut exilio multatos patria civitateque carere; gloria & animi magnitudine elatus, privatus, atque adolescentulus, paterni exercitus reliquiis collectis, pene oppressam funditus & deletam Italiam, urbemque Romanam, in libertatem vindicavit: Idemque Siciliam, Africam, Numidiam, Mauritaniam mi-*
3 *rabili celeritate armis recepit. Quibus ex rebus sibi eam dignitatem, quæ est per gentes clarissima notissimaque, conciliavit; adolescentulusque atque eques Romanus triumphavit.*
4 *Atque ille, non ita amplis rebus patris gestis,* [3] *neque tam excellenti majorum dignitate parta, neque tantis clientelis, nominisque claritate præditus, in Remp. est ingressus: tu con-*
5 *tra & patris nobilitate, & dignitate, & per te ipse satis animi magnitudine diligentiaque præditus, nonne eniteris, & proficisceris ad paternas clientelas, auxilium tibi, Reique publicæ, atque optimo cuique efflagitatum?*

1 XXIII. His verbis hominis gravissimi incitatus adolescentulus cum naviculis cujusquemodi generis XXX, inibi paucis rostratis, profectus ab Utica est in Mauritaniam, regnumque Bogudis est ingressus: expeditoque exercitu, numero servorum, liberorum, II millium, cujus partem inermem, partem armatam habuerat, ad oppidum Ascurum accedere cœpit: in quo op-

1. *Isthuc ætatis cum esset*] Ætatis tunc habebat Pompeius annum XXIII, testibus *Paterculo*, & *Plutarcho*. Nam anno XXIV de Africa recepta triumphavit Eques Romanus, necdum Senator, quod nemini unquam contigerat, quemadmodum refert abbreviator historiæ *Livianæ* l. XCIX. *Gland.*

2. *Ab audacibus sceleratisque civibus*] Utpote *Cinna* & *Carbone*: de quibus, & aliis rebus gestis, quæ hic recensentur, vide *Plutarchum* in vita Pompeji, & *Appianum* lib. I. bellorum civilium. *Rbellican.*

3. *Neque tam excellenti majorum dignitate parta*] Ultimam vocem delendam censuit *Jos. Scaliger*; cum tamen eam omnes Codd. retineant, nec sententia necessario postulet, ut ejiciatur, locum per me licet obtineat. *Davies.*

oppido præsidium fuit regium. Pompejo adveniente, 2
oppidani usque eo passi propius eum accedere, donec
ad ipsas portas ac murum appropinquaret, subito eru-
ptione facta prostratos perterritosque Pompejanos in
mare passim navesque compulerunt. Ita re male gesta 3
Cn. Pompejus filius naves inde avertit, neque postea
littus attigit, classemque ad insulas Baleares versus
convertit.

XXIV. Scipio interim cum iis copiis, quas paullo 1
ante demonstravimus, Uticæ grandi præsidio relicto,
profectus primum Adrumeti castra ponit: deinde ibi
paucos dies commoratus, noctu itinere facto, cum Pe-
treji & Labieni copiis se conjungit; atque unis castris
factis, III millia passuum longe considunt. Equita- 2
tus interim eorum circum Cæsaris munitiones vagari,
atque eos, qui pabulandi aut aquandi gratia extra val-
lum progressi essent, excipere; ita omnes adversarios
intra munitiones continere. Qua re Cæsariani gravi an- 3
nona sunt conflictati; ideo quod nondum neque ab Si-
cilia, neque ab Sardinia commeatus supportatus erat;
neque per anni tempus in mari classes sine periculo va-
gari poterant; neque amplius millia passuum VI terræ
Africæ quoquo versus tenebant, pabulique inopia pre-
mebantur. Qua necessitate coacti veterani milites, e- 4
quitesque, qui multa terra marique bella confecissent,
& periculis inopiaque tali sæpe essent conflictati, alga
è littore collecta, & aqua dulci eluta, & ita jumentis
esurientibus data, vitam eorum producebant.

XXV. Dum hæc ita fierent, [1] rex Juba, cognitis 1
Cæ-

1. *Rex Juba —— non est visum*] Ἀνακόλουθον est, Græcis scriptoribus frequens. *Euripides* Phœniss. v. 290.

Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
Μαντεῖα σεμνά, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας,
Ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

Ubi Scholiastes, Σολοικοφανὲς, inquit, τοῦτο ἐστι, ἔδει γὰρ εἰπεῖν, μέλλοντος πέμπειν με Οἰδίποδος, ἐν τῷ δ' ἐστράτευσαν Ἀργεῖοι &c. *Ælianus* Var. Hist. lib. II. cap. XI. Σωκράτης ἰδὼν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν τριάκοντα τοὺς ἐνδόξους ἀναιρουμένους —— Ἀντισθένει φασὶ περιτυχόντα εἰπεῖν. Nec apud Latinos desunt hujusce Schematis exempla.

Cæſaris difficultatibus, copiarumque paucitate, non eſt viſum dari ſpatium convaleſcendi, augendarumque ejus opum. Itaque comparatis equitum magnis peditumque copiis, ſubſidio ſuis, egreſſus è regno, ire con-
2 tendit. [1] P. Sitius interim, & rex Bogud, conjunctis ſuis copiis, cognito regis Jubæ egreſſu, propius ejus
3 regnum copias ſuas admovere: Cirtamque oppidum ejus regni opulentiſſimum adorti paucis diebus pugnando capiunt, & præterea duo oppida Getulorum; quibus quum conditionem ferrent, ut oppido excederent, idque ſibi vacuum transderent, conditionemque repudiaſſent, poſtea ab eis capti interfectique ſunt omnes.
4 Inde progreſſi, agros oppidaque vexare non deſiſtunt. Quibus rebus cognitis, Juba, quum jam non longe [2] ab Scipione atque ejus ducibus abeſſet, capit conſilium, ſatius eſſe ſibi ſuoque regno ſubſidio ire, quam dum alios adjuturus proficiſceretur, ipſe ſuo regno expul-
5 ſus, forſitan utraque re expelleretur. Itaque rurſus ſe recepit, atque auxilia ab Scipione etiam abduxit, ſibi ſuiſque rebus timens; elephantiſque XXX relictis, ſuis finibus oppidiſque ſuppetias profectus eſt.

1 XXVI. Cæſar, quum de ſuo interim adventu dubitatio in provincia eſſet, neque quiſquam crederet ipſum,

empla. *Cicero* Tuſc. Quæſt. lib. IV. pag. 199. edit. Fabric. *Ut, ſi jam ipſa illa accuſare nolis —— ſed ut hæc omittamus, perturbatio ipſa mentis in amore fœda per ſe eſt.* Similiter locutus eſt noſter antea cap. XIX. Adi etiam quæ notavimus lib. I. B. G. cap. XVIII. & *Fr. Sanctium* ac *Jac. Perizonium* Min. lib. IV. cap. XI. *Davies.*

1. *P. Sitius interim*] P. Sitius accuſationem in urbe non ferens, fugit in Libyam, ibique comparato exercitu contendentibus regibus per partes ſe miſcuit, victoria ſemper exultans. Orto vero bello Pompeiano, Cæſaris partes juvit, occiſus demum ab Arabione, Manaſſis regis filio, teſte *Appiano* lib. IV. pag. 620. ſeq. *Glandorp.*

2. *Ab Scipione*] Ita hic & paullo poſt repoſui ex MSto *Norvic.* ſic enim iſta præpoſitio eleganter etiam ante conſonas effertur. Hujuſce libri cap. XXIV. *Neque* ab Sicilia, *neque* ab Sardinia *commeatus ſupportatus eſſet. Corn. Nepos* Attic. cap. XVI. Ab conſulatu *ejus uſque ad extremum tempus.* Sic & paſſim auctores ex MStis accurate recenſiti. Vulgg. *à Scipione.* Hæc ſane minuta ſunt, ſed ideo monenda, quod à libris editis recedatur. *Davies.*

ipsum, sed aliquem legatum cum copiis in Africam
venisse; conscriptis litteris circum provinciam, omnes
civitates facit de suo adventu certiores. Interim nobi- 2
les homines ex suis oppidis profugere, & in castra Cæ-
saris devenire, & de adversariorum ejus acerbitate cru-
delitateque commemorare cœperunt: quorum lacri- 3
mis, querelisque Cæsar commotus, [1] quum antea con-
stitisset in stativis castris, [2] æstate inita, cunctis co-
piis auxiliisque accitis, bellum cum adversariis gerere
instituit; litterisque celeriter in Siciliam ad Allienum,
& Rabirium Postumum conscriptis, & [3] per catasco-
pum missis, *ut sine mora, aut ulla excusatione hiemis ven-
torumque, exercitus sibi quam celerrime transportaretur:
Africam provinciam perire, funditusque everti à suis ini-* 4
*micis: quod nisi celeriter sociis foret subventum, præter i-
psam Africam terram nihil, ne tectum quidem, quo se re-
ciperent, ab illorum scelere insidiisque reliquum futurum.*
Atque ipse in tanta erat festinatione & exspectatione, 5
ut postero die, quam misisset litteras nunciumque in
Siciliam, classem exercitumque morari diceret, noctes
diesque oculos mentemque ad mare dispositos directos-
que haberet. Nec mirum: animadvertebat enim villas 6
exuri, agros vastari, [4] pecus diripi trucidarique, op-
pida

1. *Quum antea constitisset in stativis castris*] MSS. *Ursin.* & *Norvic.* *constituisset in stativis castris*: editt. autem *Rom. Ven. Beroald.* *quum antea stare constituisset in stativis castris*, atque ita cum *Pet. Ciaconio* reponendum arbitror. Male autem rem gessit vir doctissimus, cum sequentia sic emendet *& æstate inita — bellum cum adversariis suis gerere; tunc & litteras in Siciliam — conscripsit, & per catascopum misit.* In his sana est lectio vulgata & omnino retinenda. *Davies.*

2. *Æstate inita*] Non dicit *æstatem* tunc *initam*, cum tempus esset hybernum, sed simulatque venisset ea, quæ quidem Afris ob solis propinquitatem citius quam Italis incumbit, Cæsarem acceptis interea pluribus copiis in hostem moturum. *Gland.*

3. *Per catascopum missis*] Videtur esse speculatorium seu expeditum navigium. *Isidorus* Hispalensis lib. XIX. cap. I. *Scafa, quæ κατάσκοπος, navigium, quod Latine speculatorium dicitur.* *Plutarchus* in Catone vocat κατασκοπικὸν πλοῖον. Alibi libri habent *Catascospum.* (MS. *Norvic.* *Carascopum*; & editt. *Rom. Ven.* *Sathascopum.*) Ciaccon.

4 *Pecus diripi trucidarique*] Placet, quod in MS. *Norvic.* legere est, *pecus*

pida castellaque dirui deserique, principesque civitatum aut interfici, aut in catenis teneri, liberos eorum
7 obsidum nomine in servitutem abripi: iis se in miseriis suamque fidem implorantibus, auxilio propter copia-
8 rum paucitatem esse non posse. Milites interim in opere exercere, castra munire, turres, castella facere, molesque jacere in mare non intermittere.

1 XXVII. Scipio interim elephantes hoc modo condocefacere instituit. 11 instruxit acies, unam funditorum contra elephantos, quæ quasi adversariorum locum obtineret, & contra eorum frontem adversam
2 [1] lapillos minutos mitteret: deinde in ordinem elephantos constituit: post illos autem aciem suam instruxit; ut, quum ab adversariis lapides mitti cœpissent, & elephanti perterriti se ad suos convertissent, rursus à sua acie lapidibus missis eos converterent adversum ho-
3 stem; quod ægre tardeque fiebat: [2] rudes enim elephanti multorum annorum doctrina, usuque vetusto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur.

1 XXVIII. Dum hæc ad Ruspinam ab utrisque ducibus administrantur, C. Virgilius Prætorius, qui Thapso oppido maritimo præerat, quum animadvertisset naves

*pecus diripi*, homines *trucidari*. Postea sane vulgaris sortis homines non memoravit, sed principes tantum, eorumque liberos. *Davies.*

1. *Lapillos minutos mitteret*] Diminutionem addere diminuto amat noster. Sic hujusce libri cap. LIV. Parvulam *modo* caussulam *nactus Cæsar*. Et cap. LXIII. *Primum ipse* navigiolum parvum (vel *parvulum*, ut est in aliis libris) *conscendit*. Sic & optimi auctores, contra quam sensit *Laur. Valla* Eleg. lib. I. cap. V. *Cæsar* lib. III. B. C. cap. CIV. Naviculam parvulam *conscendit cum paucis suis*. *Lucretius* lib. VI. pag. 750. — *Cum plena anima vesicula parva.* *Cicero* Tusc. Quæst. lib. III. cap. I. Parvulos *nobis dedit* igniculos. *Apuleius* Metam. lib. IV. pag. 67. *Nec juxta quidquam, quam* parva casula *cannulis temere contecta*. Et lib. VI. pag. 116. *Tunc* formicula *illa* parvula *atque ruricola*. Ac iterum lib. IX. pag. 201. *Cum quodam paupere* modicæ casulæ *domino, vetus familiaritas*. Vide & *Sanctium* Min. lib. I. cap. X. *Idem.*

2. *Rudes enim elephanti*] Sic recte MS. *Norvic.* At editt. *Rom. Ven. Beroald.* & omnes ad *Scaligerum* usque perperam repræsentarunt *audere enim elephanti*, ex qua lectione nullus exsurgit sensus. *Idem.*

ves ſingulas cum exercitu Cæſaris incertas locorum at-
que caſtrorum ſuorum vagari; occaſionem nactus, na-
vem, quam ibi habuit actuariam, complet militibus
& ſagittariis: eidem ſcaphas de navibus adjungit; ac
ſingulas naves Cæſarianas conſectari cœpit: & quum 2
plures adortus, pulſus fugatuſque inde diſceſſiſſet, nec
tamen deſiſteret periclitari, forte incidit in navem, in
qua erant duo Titi Hiſpani adoleſcentes, tribuni le-
gionis v, quorum patrem Cæſar in ſenatum legerat,
& cum his [1] T. Salienus centurio legionis ejuſdem,
qui M. Meſſallam legatum obſederat Meſſanæ, & ſe-
ditioſiſſima oratione apud eum eſt uſus: idemque &
pecuniam, & ornamenta triumphi Cæſaris retinenda
& cuſtodienda curaverat: & ob has cauſſas timebat ſi-
bi. Hic propter conſcientiam peccatorum ſuorum per- 3
ſuaſit adoleſcentibus ne repugnarent, ſeſeque Virgilio
tranſderent. Itaque deducti à Virgilio ad Scipionem,
cuſtodibus tranſditi, & poſt diem III ſunt interfecti.
Qui quum ducerentur ad necem, petiſſe dicitur major 4
Titus à centurionibus, uti ſe priorem, quam fratrem,
interficerent: idque ab eis facile impetraſſe, atque ita
eſſe interfectos.

XXIX. Turmæ interim equitum, [2] quæ pro vallo 1
in ſtationibus eſſe ſolebant, ab utriſque ducibus quo-
tidie minutis prœliis inter ſe pugnare non intermittunt:
nonnumquam etiam Germani, Gallique Labieniani 2
cum

1. *T. Salienus*] Ne quis putet nomen hoc mendoſum eſſe, cum alibi fortaſſe apud Scriptores hujus familiæ mentio non reperiatur, placuit hoc loco antiqui lapidis inſcriptionem adſcribere, quem Interamnæ, vetuſtiſſimi, ac celeberrimi Umbriæ municipii, ſuperioribus annis effoſſum, in ſuum doctiſſimum ac luculentiſſimum de patriæ antiquitatibus commentarium contulit *Julius Jacobonius*,

M. SALIENVS. A
F. CLV. GALLVS. FA-
BER. FERRARIVS.

*Ald. Manut.*

2. *Quæ pro vallo in ſtationibus eſſe ſolebant, ab utriſque ducibus quotidie*] Mutata diſtinctione, reſcribendum videtur *quæ pro vallo in ſtationibus eſſe ſolebant ab utriſque ducibus, quotidie* &c. Niſi hanc interpunctionem recipiamus, σύνταξιν quidem commodam non video. *Davies.*

cum Cæſaris equitibus , fide data , inter ſe colloque-
3 bantur. Labienus interim cum parte equitatus Leptim
oppidum , cui præerat Saſerna cum cohortibus III,
oppugnare, ac vi irrumpere, conabatur: quod ab de-
fenſoribus propter egregiam munitionem oppidi , &
tormentorum multitudinem, facile & ſine periculo de-
4 fendebatur. Quod ubi ejus facere equitatus ſæpius non
intermittebat; & quum forte ante portam turma den-
ſa adſtitiſſet, ſcorpione accuratius miſſo, atque eorum
decurione percuſſo, [1] & ** ad Decumanam defixo,
reliqui perterriti, fuga ſe in caſtra recipiunt: quo fa-
cto poſtea ſunt deterriti oppidum tentare.

1 XXX. Scipio interim fere quotidie non longe ab
ſuis caſtris paſſibus CCC inſtruere aciem, ac majore diei
2 parte conſumpta , rurſus ſe in caſtra recipere. Quod
quum ſæpius fieret, neque ex Cæſaris caſtris quiſquam
prodiret, neque propius ejus copias accederet; deſpe-
cta patientia Cæſaris , [2] exercituſque ejus , univerſis
copiis productis, elephantiſque turritis XXX ante aciem
inſtructis, quam latiſſime potuit porrecta equitum pe-
ditumque multitudine, uno tempore progreſſus, haud
ita longe à Cæſaris caſtris conſtitit in campo.

1 XXXI. Quibus rebus cognitis, Cæſar jubet mili-
tes, qui extra munitiones proceſſerant, quique pabu-
landi,

1. *Et ** ad Decumanam defixo*] Ita *Scaliger* edidit, aliquid, ut opinor, deeſſe exiſtimans. In Codicibus tamen MSS. & antiquitus impreſſis nullum eſt lacunæ indicium, adeo ut locum corruptum potius arbitrarer. MS. *Norvic. & ab Decuma*; in duobus autem MSS. *Ciaccon.* tribus Gallicanis ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* eſt *& ad terram defixo*, quæ ſane commoda eſt lectio, &, ut mihi videtur, recipienda. *Davies.*

2. *Exercituſque ejus, univerſis copiis productis*] MS. *Norvic. exercituſque ejus Juba, univerſis copiis productis*: Editt. vero *Rom. Ven. Beroald. exercituſque ejus, Juba univerſis copiis productis*; ſic & optimus *Urſini* MS. mendoſe quidem; Juba enim ſe in regnum ſuum receperat, nec iterum ad Scipionem erat reverſus. Vide cap. XXV. Mendum ex Gloſſemate eſt natum; infrunitus enim homo *Jubæ* nomen margini adſcripſerat, ut explicaret de cujus exercitu loqueretur *Hirtius*; Librarii dein, haud minus imperiti, verbum illud in orationis contextum receperunt. *Idem.*

landi, aut lignandi, aut etiam muniendi gratia vallum
petierant, quæque ad eandem rem opus erant, omnes
intra munitiones minutatim modesteque sine tumultu
aut terrore se recipere atque in opere consistere: equi-
tibus autem, qui in statione fuerant, præcipit, ut us-
que eo locum obtinerent, in quo paullo ante consti-
tissent, donec ab hoste missum telum ad se perveniret:
quod si propius accederetur, quam honestissime se in-
tra munitiones reciperent. Alii quoque equitatui edi- 2
cit, uti quisque suo loco paratus armatusque præsto es-
set. At hæc non ipse per se coram, quum de vallo per-
specularetur, sed [1] mirabili peritus scientia bellandi,
in prætorio sedens, per speculatores, & nuncios im-
perabat, quæ fieri volebat: animadvertebat enim, 3
quamquam magnis essent copiis adversarii freti, tamen
sæpe à se fugatis, pulsis, perterritisque & concessam
vitam, & ignota peccata. Quibus rebus numquam tan- 4
ta suppeteret ex ipsorum inertia conscientiaque animi
victoriæ fiducia, ut castra sua adoriri auderent. Præ- 5
terea ipsius nomen auctoritasque magna ex parte eorum
exercitus minuebat audaciam: tum egregiæ munitiones
castrorum, & valli fossarumque altitudo, & extra val-
lum [2] stili cæci, mirabilem in modum consiti, vel si-
ne defensoribus aditum adversariis prohibebant: scor- 6
pionum, catapultarum, ceterorumque telorum, quæ
ad defendendum solent parari, magnam copiam habe-
bat. Atque hæc propter exercitus sui præsentis pauci-
tatem & tirocinium præparaverat, non hostium vi &
metu

1. *Mirabili peritus scientia bellandi*] Hac constructione offensus *Joan. Glandorpius*, rescribit *mirabili* præditus *scientia bellandi*: *Just.* autem *Lipsius* Elect. lib. II. cap. XXII. *mirabili* penitus *scientia bellandi*. Falsus est uterque, cum sana sit lectio vulgata, ut exemplis bene multis ostendimus ad lib. III. B. C. cap. XCIII. *Davies.*

2. *Stili cæci*] Pali sunt præacuti, herbis, frondibus aut terra contecti, ne ab iis caverent hostes: *cæcum* enim non solum pro oculis capto, sed etiam pro *latente* seu non viso usurpatur. Vide *Nonium Marcellum* pag. 475. edit. Plantin. & *Just. Lipsium* Poliorc. lib. II. Dial. II. p. 519. *Idem.*

metu commotus, [1] patientem ſe timidumque hoſtium
7 opinioni præbebat: neque idcirco copias, quamquam
erant paucæ, tironumque, non educebat in aciem,
quod victoriæ ſuorum diffideret: ſed referre arbitra-
8 batur cujuſmodi victoria eſſet futura: turpe enim ſibi
exiſtimabat tot rebus geſtis, tantiſque exercitibus devi-
ctis, tot tam claris victoriis partis, ab reliquis copiis
adverſariorum ſuorum ex fuga collectis, ſe cruentam
9 adeptum exiſtimari victoriam. Itaque conſtituerat glo-
riam exſultationemque eorum pati, donec ſibi vetera-
narum legionum pars aliqua in ſecundo commeatu oc-
curriſſet.

1 XXXII. Scipio interim paulliſper, ut ante dixi, in
eo loco commoratus, ut quaſi deſpexiſſe Cæſarem vi-
deretur, paullatim reducit ſuas copias in caſtra, & con-
cione advocata, [2] de terrore ſuo, deſperationeque ex-
ercitus Cæſaris verba facit; & cohortatus ſuos, [3] vi-
2 ctoriam propriam ſe eis brevi daturum pollicetur. Cæ-
ſar jubet milites rurſus ad opus redire, &, per cauſſam
munitionum, tirones in labore defatigare non intermit-
3 tit. Interim Numidæ Getulique diffugere quotidie ex
caſtris Scipionis, & partim in regnum ſe conferre, par-
tim, quod ipſi majoreſque eorum [4] beneficio C. Marii
uſi

1. *Patientem ſe timidumque hoſtium opinioni præbebat*] Codd. *ſapientem ſe*; ſed lego *patientem ſe*. Supra enim dixit cap. XXX. *Deſpecta patientia Cæſaris*. Et infra cap. XXXV. *Itaque ex ejus patientia in magnum timorem conjecti*. *Cæſar* ipſe de Bello Gallico lib. VI. cap. XXXVI. *Simul militum permotus vocibus, qui illius patientiam pæne obſeſſionem appellabant*. Ciacconius.

2. *De terrore ſuo*] De terrore, quem ipſe Cæſarianis incuſſerat. Sic infra cap. XLVIII. *A terrore Cæſaris liberaretur*. Et apud *Salluſtium* Fragm. pag. 394. *Id bellum excitabat metus Pompeii*, pro eo quod eſt, metus, quem incuſſerat Pompeius. Vide etiam *Joan. Pricæum* ad *Apuleii* Metam. lib. II. p. 76. *Davies*.

3. *Victoriam propriam*] *Proprium* pro *perpetuo* omnibus notum eſt. Sic infra hoc ipſo libro cap. LXI. *Quod proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decrevit*. *Cicero* pro lege Manilia utrumque conjunxit: *quod*, inquit, *illi proprium ac perpetuum ſit*. Plura ex *Terentio*, *Plauto*, aliiſque probatis linguæ Latinæ auctoribus congerit *Lambinus* ad *Horatii* II. ep. II. *Brant*.

4. *Beneficio C. Marii uſi fuiſſent*] Hoc tum factum eſt, quum Marius conſul una cum L. Sylla quæſtore ſuo,
Ju-

usi fuissent, [1] Cæsaremque ejus affinem esse audiebant,
in ejus castra perfugere catervatim non intermittunt.
Quorum ex numero electis hominibus, illustriores Ge- 4
tulos, litteris ad suos cives datis, cohortatus, ut, ma-
nu facta, se suosque defenderent, & ne suis inimicis
adversariisque dicto audientes essent, mittit.

XXXIII. Dum hæc ad Ruspinam fiunt, legati ex 1
Acilla civitate libera, [2] etiam undique ad Cæsarem ve-
niunt; seque paratos, quæcunque imperasset, & li-
benti animo facturos pollicentur: tantum orare & pe- 2
tere ab eo, ut sibi præsidium daret, quo tutius id, &
sine periculo facere possent: se & frumentum & quæ-
cumque res eis suppeteret, communis salutis gratia sub-
ministraturos. Quibus rebus facile à Cæsare impetratis, 3
præsidioque dato, C. Messium ædilitia functum pote-
state Acillam jubet proficisci. Quibus rebus cognitis,
Considius Longus, qui Adrumeti cum II legionibus
& equitibus DCC præerat, celeriter, ibi parte præsidii
relicta, cum IIX cohortibus Acillam ire contendit.
Messius celerius itinere confecto prior [3] Acillam cum 4
co-

Jugurtham Numidarum regem devicit. De quo vide *Plutarchum* in Marii vita, & *Sallustium* in bello Jugurthino. *Rhellic.*

1. *Cæsaremque ejus affinem esse audiebant*] De hae re sic *Jul. Celsus* p. 220. edit. Londin. *Getuli* —— *in castra Cæsaris perveniunt, eo maxime prætextu, quod & ipsi & parentes eorum Marii beneficiis obstricti essent, cujus affinem Cæsarem opinarentur.* ID —— TAM PROCUL VERO ABERAT, *ut cum Cæsar nobilissimus Romanorum esset, Marius rusticana, & ne Romanæ quidem fuisset originis.* At toto cœlo errat bonus iste vir; Marius enim Juliam, Cæsaris amitam, uxorem duxerat. *Plutarchus* in Mario pag. 408. Ὥστε καὶ γάμον γῆμαι λαμπρὸν, οἰκίας ἐπιφανοῦς τῶν Καισάρων, Ἰουλίαν, ἧς ἦν ἀδελφιδοῦς Καῖσαρ. Ac in Cæsare pag. 707. Αἰτία δὲ Καίσαρι τῆς πρὸς Σύλλαν ἀπεχθείας, ἡ πρὸς Μάριον οἰκειότης ἦν. Ἰουλίᾳ γὰρ, πατρὸς ἀδελφῇ Καίσαρος, ὁ πρεσβύτερος συνῴκει Μάριος, ἐξ ἧς ἐγεγόνει Μάριος ὁ νεώτερος. Vide & pag. 709. *Davies.*

2. *Etiam undique*] *Phil. Rubenius* Electalib. II. cap. IV. pro hisce vocibus reponit *& immuni*, quæ quidem audax, nec tamen necessaria est conjectura. MS. *Norvic. & undique*: Codex *Ursin. & jam undique*, hoc est, ex omni parte. Optime, ut videtur. *Virgilius* Æn. II, 64.

*Undique visendi studio Trojana juventus*
*Circumfusa ruit.* ——

Vide & Æn. VIII, 7. *Idem.*

3. *Acillam cum cohortibus pervenit*] Varie legitur in scriptis libris hujus urbis nomen. *Plinius* lib. V. cap. IV. de

cohortibus pervenit. Considius interim, quum ad ur-
bem cum copiis accessisset, & animadvertisset præsi-
dium Cæsaris ibi esse, non ausus periculo suo rem fa-
cere, nulla re gesta pro multitudine hominum, rursus
5 Adrumetum se recipit: deinde paucis post diebus, e-
questribus copiis à Labieno adductis, rursus Acillanos
castris positis obsidere cœpit.

1 XXXIV. Per id tempus C. Sallustius Crispus, quem
paucis ante diebus missum à Cæsare cum classe demon-
2 stravimus, Cercinnam pervenit. Cujus adventu C.
Decimius quæstorius, qui ibi cum grandi familiæ suæ
præsidio præerat commeatui, parvulum navigium na-
3 ctus conscendit, ac se fugæ commendat. Sallustius in-
terim prætor à Cercinnatibus receptus, magno nume-
ro frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi satis
magna copia fuit, complet, atque in castra ad Cæsa-
4 rem mittit. Allienus interim proconsul è Lilybæo in
naves onerarias imponit legiones XIII, & XIV, & e-
quites Gallos DCCC; funditorum sagittariorumque mil-
le, ac secundum commeatum in Africam mittit ad Cæ-
sarem: quæ naves, ventum secundum nactæ, IV die
in portum ad Ruspinam, ubi Cæsar castra habuerat,
5 incolumes pervenerunt. Ita Cæsar duplici lætitia ac vo-
luptate uno tempore auctus, [1] frumento auxiliisque,
tandem suis exhilaratis, annonæque levata sollicitudi-
ne,

de Africa proprie dicta: *Oppida libera XXX. ex quibus dicenda intus Acolitanum, Acharitanum*, &c. ut aut illic *Acilitanum*, aut hic *Acola*, legi debeat. Sed in scriptis codicibus *Achila* legitur, & à *Ptolemaeo* in ea regione *Acola* refertur, ut hic *Achola*, & apud *Plinium Acholitanum* legi debere videatur. *Ciaccon.*

1. *Frumento auxiliisque, tandem suis exhilaratis, annonaeque levata sollicitudine, deponit legiones; equitesque ex navibus* &c.] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *frumento auxiliisque tandem suis exhilaratis* animo atque *levata sollicitudine*: MS. *Ursin. frumento auxiliisque tandem suis hilaratus, annonaque levata sollicitudine*: At in Cod. *Norvic.* legitur *frumento auxiliisque tandem suis hilaratus, annonaque levata sollicitudinem deponit: legiones equitesque ex navibus* &c. Unde minima mutatione, eaque, ut videtur, ad sensum necessaria, rescribo *frumento auxiliisque, tandem suis hilaratis*, vel *exhilaratis, annonaque levata, sollicitudinem deponit: legiones equitesque ex navibus* &c. *Davies*

ne, deponit legiones; equitesque ex navibus egressos jubet ex languore nauseaque reficere; dimissos in castella, munitionesque disponit.

XXXV. Quibus rebus Scipio, [1] quique cum eo essent comites, mirari, & requirere: C. Cæsarem, qui 1
ultro consuesset bellum inferre, ac lacessere prœlio, subito commutatum non sine magno consilio suspicabantur. Itaque ex ejus patientia in magnum timorem 2
conjecti, ex Getulis duos, quos arbitrabantur suis rebus amicissimos, magnis præmiis pollicitationibusque propositis, pro perfugis speculandi gratia in Cæsaris castra mittunt: qui simul ad eum sunt deducti, petierunt, ut sibi liceret sine periculo verba proloqui. Po- 3
testate facta, *Sæpenumero*, inquiunt, *Imperator*, *complures Getuli, qui sumus clientes C. Marii, & propemodum omnes cives Romani, qui sunt in legione* IV, *&* VI, *ad te voluimus in tuaque præsidia confugere; sed custodiis equitum Numidarum, quo id sine periculo minus faceremus, impediebamur. Nunc data facultate, pro speculatoribus* 4
*missi à Scipione, ad te cupidissime venimus, ut perspiceremus, num quæ fossæ, aut insidiæ elephantis ante castra portasque valli factæ essent; simulque consilia vestra contra easdem bestias, comparationemque pugnæ cognosceremus, atque ei renunciaremus.* Qui collaudati à Cæsare, stipendioque 5
donati, ad reliquos perfugas deducuntur, quorum orationem celeriter veritas comprobavit: namque postero die ex legionibus iis, quas Getuli nominaverunt, milites legionarii complures à Scipione in castra Cæsaris perfugerunt. 6

XXXVI. Dum hæc ad Ruspinam geruntur, M. Cato, qui Uticæ præerat, delectus quotidie libertinorum, 1

1. *Quique cum eo essent comites, mirari & requirere*] Vulgatam sane lectionem, quam exhibet MS. *Norvic.* non prorsus respuo. Testor tamen editt. *Rom. Ven. Beroald.* repræsentare *& qui cum eo essent*, commirari *& requirere*, quo fere modo ex vet. Cod. rescribendum censuit *Phil. Rubenius* Elect. lib. 1. cap. x. *Davies.*

rum, Afrorum, ſervorum denique & cujuſquemodi generis hominum, qui modo per ætatem arma ferre poterant, habere, atque ſub manum Scipionis in ca-
2 ſtra ſubmittere non intermittit. Legati interim [1] ex oppido Tiſdro, in quo [2] tritici modiûm millia CCC comportata fuerant à negotiatoribus Italicis aratoribuſque, ad Cæſarem venere; quantaque copia frumenti apud ſe ſit, docent; ſimulque orant, ut ſibi præſidium mittat; quo facilius & frumentum, & [3] copiæ ſuæ
3 conſerventur. Quibus Cæſar in præſentia gratias agit, præſidiumque brevi tempore ſe miſſurum dixit; co-
4 hortatuſque ad ſuos cives jubet proficiſci. P. Sitius interim cum copiis Numidiæ fines ingreſſus, [4] caſtello in-

1. *Ex oppido Tiſdro*] In omnibus eſt *ex oppido Tiſdra*, ac ita legendum cenſeo. Sic noſter infra cap. LVIII. *Oppidum Uzita*, *Virgilius* Æn. III, 283. *Buthroti urbem.* & *Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. lib. I. cap. XLIII, 4. *Sarepta oppidum* dixerunt. *Davies.*

2. *Tritici modiûm millia* CCC.] Codd. *Tritici modia*, ſed legendum haud dubie *modium millia trecenta*, quomodo apud Ciceronem *quadraginta millia modium: Si doceo*, inquit, *judices, eos qui quadraginta millia modium lucri faciunt* &c. Invenitur fateor & *modium* genere neutro, prodente *Plinio* lib. XVIII. cap. XIV. *Id præſtant in jugera modia vicena:* ſed notandum utrique voci vel adjectivum nomen in eodem caſu, vel ſubſtantivum in genitivo jungendum eſſe. Nam quod *Valla* id genus orationis excuſat per appoſitionem Grammaticam, non omnibus doctis perinde probatur. *Gland.*

3. *Copiæ ſuæ conſerventur*] Commeatus, cibaria. *Cæſar* lib. IV. B. G. cap. IV. *Reliquam partem hiemis ſe eorum copiis aluerunt.* *Velleius Paterculus* lib. II. cap. CXI. *Inopſque copiarum & intra ſe furens, viribus hoſtu elangueſceret.* Vide & *Juſtinum* lib. XXXVIII. cap. X, 8. *Davies.*

4. *Caſtello in montis loco munito locato —— eſt potitus*] Editt. Vett. *caſtello in montes loco* &c. MS. autem *Norvic. caſtellum in montes loco munito locatum — potitus eſt*, unde proculdubio reſcribendum *caſtellum in montis loco munito locatum — potitus eſt*: non raro enim apud optimos auctores quartus caſus huic verbo adjungitur, & falſus eſt *Servius*, qui ad *Virgilii* Æn. III, 278. negavit nos accuſativo caſu hic uti poſſe. *Lucretius* lib. III. pag. 406. edit. Wechel.

Sceptra potitus, *eadem aliis ſopitu' quiete.*

*Terentius* Adelph. Act. V. Sc. IV, 17. *Ille alter ſine labore* patria potitur commoda. Ubi *Donatus*, *accuſativo*, inquit, *caſu extulit*, *quod nos ablativo dicimus —— Accius in Clytemnæſtra*, Feras potiuntur plagas. *Corn. Nepos* Eumen. cap. III. *Semper habiti ſunt fortiſſimi*, *qui* ſummam *imperii* potirentur. *Juſtinus* lib. IX. cap. VII, 12. *Spectaculoque pendentis*, ultionem potita *eſt*. Vide & lib. XXXVII. cap. I, 4. *Davies.*

in montis loco munito locato, in quod Juba belli gerendi gratia & frumentum, & res ceteras, quæ ad bellum usui solent esse, comportaverat, [1] vi expugnando, est potitus.

XXXVII. Cæsar, postquam legionibus veteranis 1
II, equitatu levique armatura copias suas ex secundo
commeatu auxerat, naves VI onerarias statim jubet Li-
lybæum ad reliquum exercitum transportandum profi-
cisci: ipse VI Kal. Febr. circiter vigilia prima impe-
rat speculatores apparitoresque omnes ut sibi præsto
essent. Itaque, omnibus insciis, neque suspicantibus, 2
vigilia tertia jubet omnes legiones ex castris educi, at-
que se consequi ad oppidum Ruspinam versus, in quo
ipse præsidium habuit, & quod primum ad amicitiam
ejus accessit: inde parvulam proclivitatem digressus, 3
sinistra parte campi, [2] propter mare legiones ducit.
Hic campus mirabili planitie patet millia passuum XV:
quem jugum ingens à mari ortum, neque ita præal-
tum, [3] velut theatri efficit speciem. In hoc jugo col- 4
les sunt excelsi pauci; in quibus singulæ turres specu-
læque singulæ perveteres erant collocatæ: quarum a-
pud ultimam præsidium & statio fuit Scipionis.

XXXVIII. Postquam Cæsar ad jugum, de quo do- 1
cui,

1. *Vi expugnando est potitus*] Lego, *vi & pugnando est potitus*. *Plautus* in Mil. glor. *Vi pugnandoque hominem capere certa res est*. Ciaccon.

2. *Propter mare legiones ducit*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *prope mare legiones educit*: sed est glossema, nam *propter mare* idem valet ac *prope mare*. *Virgilius* Eclog. VIII, 87.

*Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulva.*

Et Georg. III, 13.

*— Templum de marmore ponam*
*Propter aquam.*

*Justinus* lib. XII. cap. IX, 9. *Trunco se, qui propter murum stabat, applicuit*. Vide & *Donatum* ad *Terentii* Adelph. Act. IV. Sc. II, 37. & *Nonium Marcellum* p. 396. *Davies.*

3. *Velut theatri efficit speciem*] *Sypontinus* refert, theatrum hemicycli formam habuisse, atque ita dispositum, ut à fronte inter duo cornua scena esset. Cujus rei si figuram cognoscere cupis, adi *Vitruvium* lib. V. de Architect. capp. VI. & VIII. unde apparet campum istum (de quo hic loquitur *Hirtius*) semirotundum fuisse: ac jugum inter duas extremitates ejus, veluti scenam quandam præ se tulisse. *Rhellic.*

cui, adſcendit; [1] atque in unumquemque collem tur-
2 res caſtellaque facere cœpit; atque ea minus ſemihora
efficit; & poſtquam non ita longe ab ultimo colle,
turrique fuit, quæ proxima fuit caſtris adverſariorum,
in qua docui eſſe præſidium, ſtationemque Numida-
rum; paullisper commoratus, perſpectaque natura lo-
ci, equitatu in ſtatione diſpoſito, legionibus opus at-
3 tribuit; brachiumque medio jugo ab eo loco, ad quem
pervenerat, uſque ad eum, unde egreſſus erat, jubet
4 dirigi ac muniri. Quod poſtquam Scipio Labienuſque
animadverterunt, equitatu omni ex caſtris educto, a-
cieque equeſtri inſtructa, à ſuis munitionibus circiter
paſſus ∞ progrediuntur, [2] pedeſtremque copiam in
ſecunda acie minus paſſus CD à caſtris ſuis conſtituunt.

1 XXXIX. Cæſar in opere milites adhortari, neque
2 adverſariorum copiis moveri. Jam quum non amplius
paſſuum MD inter hoſtium aciem ſuaſque munitiones
eſſe animadvertiſſet; intellexiſſetque ad impediendos
milites ſuos, & ab opere depellendos, hoſtem propius
accedere; neceſſeque haberet legiones à munitionibus
deducere; imperat turmæ Hiſpanorum, ut ad proxi-
mum collem propere accurrerent, præſidiumque inde
3 deturbarent, locumque caperent; eodemque jubet le-
vis armaturæ paucos conſequi ſubſidio: qui miſſi cele-
riter,

1. *Atque in unumquemque collem*] Prima vox hoc in loco non eſt particula copulans, ſed idem ſonat ac *ſtatim*. *Plautus* Bacchid. Act. II. Sc. III, 45. *Dum circumſpecto*, atque *ego lembum conſpicor*. *Nonius Marcellus* p. 554. Atque *particula* — *ſignificat etiam* celeriter & ſtatim, *ut Virgilius Georg*. I, 203.

— *Si brachia forte remiſit*,
Atque *illum in præceps prono rapit alveus amni*.

Hæc ille mutuo ſumſit ex *A. Gellii* Noct. Attic. lib. X. cap. XXIX. *Davies*.

2. *Pedeſtremque copiam*] Pedeſtres copias. Sic *Virgilius* Æn. 11, 564.

*Reſpicio*, &, *quæ ſit me circum co*pia, *luſtro*.

Ubi *Servius*, *notandum*, inquit, *de exercitu numero eum dixiſſe ſingulari*, *cum* copias *de exercitu numero plurali dicamus*. *Silius Italicus* lib. XI, 267.

— *Nunc deinde pedeſtris*
Copia *quanta viri*.

Vide etiam notat. ad lib. I. B. C. cap. XIV. Editio *Beroald*. *equeſtremque copiam* hic perperam repræſentat. *Idem*.

riter, Numidas adorti partim vivos capiunt, nonnullos
equites fugientes convulneraverunt, locoque ſunt potiti.
Poſtquam id Labienus animadvertit, quo celerius iis 4
auxilium ferret, ex acie inſtructa equitatus ſui prope
totum dextrum cornu avertit, atque ſuis fugientibus
ſuppetias ire contendit. Quod ubi Cæſar conſpexit, 5
Labienum [1] ab ſuis copiis longius abſceſſiſſe; equitatus ſui alam ſiniſtram ad intercludendos hoſtes immiſit.

XL. Erat in eo campo, ubi ea res gerebatur, villa 1
permagna IV turribus exſtructa, quæ Labieni proſpectum impediebat, ne poſſet animadvertere ab equitatu Cæſaris ſe intercludi. Itaque non prius vidit turmas 2
Julianas, quam ſuos cædi à tergo ſenſit: ex qua re ſubito in terrorem converſo equitatu Numidarum, recta in caſtra fugere contendit. Galli Germanique, qui 3
reſtiterant, ex ſuperiore loco & poſt tergum circumventi, fortiterque reſiſtentes conciduntur univerſi.
Quod ubi legiones Scipionis, quæ pro caſtris erant in- 4
ſtructæ, animadverterunt; metu ac terrore obcæcatæ,
omnibus portis in ſua caſtra fugere cœperunt. Poſtea 5
Scipione ejuſque copiis campo collibuſque exturbatis, atque in caſtra compulſis, quum receptui Cæſar cani juſſiſſet, equitatumque omnem intra ſuas munitiones recepiſſet, campo purgato, animadvertit mirifica corpora Gallorum Germanorumque, qui partim ejus auctoritatem erant ex Gallia ſecuti, partim pretio pollicitationibuſque adducti ad eum ſe contulerant: nonnulli, qui ex Curionis prœlio capti conſervatique parem gratiam in fide partienda præſtare voluerant. Ho- 6
rum corpora mirifica ſpecie amplitudineque cæſa toto campo, ac proſtrata diverſe jacebant.

XLI.

1. *Ab ſuis copiis longius abſceſſiſſe* ] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *ab ſuis copiis longius* jam *abſceſſiſſe*, unde fugitiva vocula *Hirtio* reſtituenda. *Davies*.

1 XLI. His rebus geſtis, poſtero die Cæſar ex omni-
bus præſidiis cohortes deducit, atque omnes ſuas co-
pias in campo inſtruxit: Scipio, ſuis male acceptis,
occiſis vulneratiſque, intra ſuas continere ſe munitio-
2 nes cœpit. Cæſar inſtructa acie ſecundum infimas jugi
radices propius munitiones leniter acceſſit. Jamque mi-
nus ∞ paſſuum ab oppido Uzita, quod Scipio tene-
bat, aberant legiones Julianæ; quum Scipio veritus,
ne oppidum amitteret, unde aquari, reliquiſque rebus
ſublevari ejus exercitus conſueverat, eductis omnibus
copiis, quadruplici acie inſtructa, ex inſtituto ſuo,
prima equeſtri turmatim directa, elephantiſque turri-
tis interpoſitis, armatiſque ſuppetias ire contendit.
3 Quod ubi Cæſar animadvertit, arbitratus Scipionem,
ad dimicandum paratum ad ſe certo animo venire, [1] in
eo loco, quo paullo ante commemoravi, ante oppi-
dum conſtitit, ſuamque aciem mediam eo oppido te-
xit. Dextrum ſiniſtrumque cornu, ubi elephanti erant,
in conſpectu patenti adverſariorum conſtituit.
1 XLII. Quum jam prope Solis occaſum Cæſar ex-
ſpectaviſſet, neque ex eo loco, quo conſtiterat, Sci-
pionem progredi propius ſe animadvertiſſet, locoque
magis ſe defendere, ſi res coëgiſſet, quam in campo
cominus conſiſtere audere; non eſt viſa ratio propius
2 accedendi eo die ad oppidum; quoniam ibi præſidium
grande Numidarum eſſe cognoverat, hoſteſque me-
3 diam aciem ſuam oppido texiſſe; ſibique difficile factu
eſſe intellexit, ſimul & oppidum uno tempore oppu-
gnare,

1. *In eo loco, quo paullo ante commemoravi*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent *in eo loco, quem paullo ante commemoravi*, quæ lectio eſt à Sciolis, *Hirtii* manum temere mutantibus; more enim Græco hic locutus eſt noſter ac infra cap. LXIX. Sic & interdum præſtantes linguæ Latinæ auctores. *Terentius* Heautont. Act. I. Sc. I, 35. Men. *Scire hoc vis?* Chr. *hac cauſſa equidem*, qua *dixi tibi*. *Vitruvius* Archit. lib. II. cap. I. *Spatio inter eas relicto*, quanto *arborum longitudines patiuntur*. *Lactantius* de mort. Perſec. cap. XLV, 7. *Collectis ex proximo*, quantis *potuit*, *militibus*. Adde quæ notavimus lib. III. de Bell. Civ. cap. LXIX. *Davies.*

gnare, & in acie in cornu dextro, ac ſiniſtro, ex iniquiore loco, pugnare, præſertim quum milites à mane diei jejuni ſub armis ſtetiſſent defatigati. Itaque re- 4
ductis ſuis copiis in caſtra, poſtero die propius eorum aciem inſtituit exporrigere munitiones.

XLIII. Interim Conſidius, qui Acillam, & IIX 1
cohortes ſtipendiarias Numidis Getuliſque obſidebat, [1] ubi C. Meſſius cohortibus præerat, diu multumque expertus, magniſque operibus ſæpe admotis, & iis ab oppidanis incenſis, quum proficeret nihil, ſubito nuncio de equeſtri prœlio allato commotus, frumento, cujus in caſtris copiam habuerat, incenſo, vino, oleo, ceteriſque rebus, quæ ad victum parari ſolent, corruptis, Acillam, quam obſidebat, deſeruit; atque, itinere per regnum Jubæ facto, copias cum Scipione partitus [2] Adrumetum ſe recepit.

XLIV. Interea ex ſecundo commeatu, quem à Si- 1
cilia miſerat Allienus, navis una, [3] in qua fuerat Q. Cominius, & L. Ticida eques Romanus, ab reſidua claſſe quum erraviſſet, delataque eſſet vento ad Thapſum, à Virgilio ſcaphis naviculiſque actuariis excepta
eſt, & ad Scipionem deducta. Item altera navis trire- 2
mis ex eadem claſſe errabunda, ac tempeſtate ad Ægimurum delata, à claſſe Vari & M. Octavii eſt capta; in qua milites veterani [4] cum uno centurione, & nonnulli tiro-

1. *Ubi C. Meſſius cohortibus praerat*] In editt. *Rom. Ven. Beroald.* corrupte legitur *ubi C. Meſſius, qui cohortibus praerat*, quaſi rem ex parte Cæſaris non geſſerat Meſſius. MS. *Norvic.* locum ſic exhibet *ubi C. Meſſius* parte Cæſaris *cohortibus praerat* præſidio miſſis; quod ſane additamentum ex ora exemplaris in textum videtur irrepſiſſe, nam Gloſſema eſſe pro certo habeo. *Davies.*

2. *Adrumetum ſe recepit*] Sic repoſui ex MSto *Norvic.* ac editt. *Beroald. Steph.* cum in vulgg. legatur *Adrumetum ſe recipit.* Idem.

3. *In qua fuerat Q. Cominius*] In MSto *Norvic.* & editis pleriſque male exhibetur *Q. Comius.* Contrario vitio apud *Frontinum* Strateg. lib. II. cap. XIII. eſt *Comminius Atrebas, cum victus à D. Julio ex Gallia in Britanniam fugeret*, quum omni procul dubio ſit ſcribendum *Comius Atrebas*; quod à *Stewechio* & *Scriverio* non animadverſum miror. Ejus ſæpe meminit *Cæſar.* Vide lib. IV. B.G. cap. XXVII. & lib. VII. cap. LXXVI. *Davies.*

4. *Cum uno Centurione*] *Joan. Glandorpius*

tirones fuerunt : quos Varus asservatos sine contumelia
3 deducendos curavit ad Scipionem. Qui, postquam ad
eum pervenerunt, & ante suggestum ejus constiterunt,
*Non vestra*, inquit, *sponte vos, certo scio, sed illius sce-
lerati vestri imperatoris impulsu & imperio coactos, cives
4 & optimum quemque nefarie consectari: quos quoniam for-
tuna in nostram detulit potestatem, si id, quod facere debe-
tis, Rempublicam cum optimo quoque defenditis, certum est
vobis vitam & pecuniam donare: quapropter, quid sentia-
tis, proloquimini.*

1 XLV. Hac habita oratione, Scipio, quum existi-
masset pro suo beneficio sine dubio ab iis gratias sibi a-
2 ctum iri, potestatem iis dicendi fecit. Ex eis Centu-
rio legionis XIV, *Pro tuo*, inquit, *summo beneficio, Sci-
pio, tibi gratias ago (non enim imperatorem te appello)
quod mihi vitam incolumitatemque belli jure capto pollice-
ris: & forsan isto uterer beneficio, si non ei summum sce-
3 lus adjungeretur. Egone contra Cæsarem imperatorem me-
um, apud quem ordinem duxi, ejusque exercitum, pro cu-
jus dignitate victoriaque* [1] *amplius* XXXVI *annis depugnavi,
adversus armatusque consistam? Neque ego istud facturus
sum,*

*dorpius* & *Ald. Manutius* hunc *Pontium* Centurionem fuisse scribunt, de quo hæc refert *Valerius Maximus* lib. III. cap. VIII. *An abigi debet Pontius ab horum exemplorum contextu? qui pro Cæsaris partibus excubans, Scipionis præsidio interceptus, cum uno modo salus ab eo daretur, si se futurum Cn. Pompeii generi ipsius militem affirmasset, ita respondere non dubitavit: tibi quidem, Scipio, gratias ago: sed mihi uti ista conditione vitæ non est opus.* Sed hoc in Macedonia gestum eo bello, quod Scipio adversus Domitium gessit, verba ipsa demonstrant. *Ciaccon.*

2. *Amplius* XXXVI *annis*] Reponit *Joan. Glandorpius*, *amplius* XVI *annis*, quia ex prætura Cæsaris ad hoc usque tempus XVI tantum annorum fluxerat spatium. Et hujus quidem conjecturam ex MSto *Victorino* firmat *Joan. Godninus*. Vulgatam tamen lectionem tuetur *Jul. Celsus*, qui pag. 222. edit. Londin. sic ait *Quomodo —— contra illum exercitum, pro cujus victoria & gloria annos* XXXVI *& eo amplius decertavi, arma portarem*, adeo ut annorum numerus non ad ipsum Cæsarem, sed ad veteranum ejus exercitum videatur referendus. MS. autem *Norvic.* habet *amplius* XXXVI *annos*, & sic rescribendum. *Cæsar* lib. II. B. G. cap. XVI. *Inveniebat ex captivis, Sabin flumen ab castris suis non* amplius millia *passuum* X *abesse*. Noster hujusce libri cap. I. *Quum non* amplius legionem *tironum haberet* unam. Et ita sane alibi passim. *Davies.*

*sum, & te magnopere, ut de negotio desistas, adhortor: contra cujus enim copias contendas, si minus antea expertus es, licet nunc cognoscas. Elige ex tuis cohortem unam,* 4
*quam putas esse firmissimam, & constitue contra me: ego autem ex meis commilitonibus, quos nunc in tua tenes potestate, non amplius* x *sumam. Tunc ex virtute nostra intelliges, quid ex tuis copiis sperare debeas.*

XLVI. Postquam hæc centurio præsenti animo ad- 1
versus opinionem ejus est locutus; ira percitus Scipio, atque animi dolore incensus annuit centurionibus, quid fieri vellet: atque ante pedes centurionem interficit, reliquosque veteranos à tironibus jubet secerni. *Addu-* 2
*cite*, inquit, *istos nefario scelere contaminatos, & cæde civium saginatos.* [1] Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti. Tirones autem jubet inter le- 3
giones dispertiri, & Cominium cum Ticida in conspectum suum prohibet adduci. Qua ex re Cæsar commo- 4
tus, eos, quos in stationibus cum longis navibus apud Thapsum custodiæ caussa in salo esse jusserat, ut suis onerariis longisque navibus præsidio essent; ob negligentiam ignominiæ caussà dimittendos ab exercitu, gravissimumque in eos edictum proponendum curavit.

XLVII. Per id tempus fere Cæsaris exercitui res 1
accidit incredibilis auditu: namque, [2] Virgiliarum signo

1. *Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti.* Infra bello Hispan. *Hac re cognita, insequenti nocte, vigilia tertia, tessera data extra vallum omnes sunt concisi Mundenses duces.* Seneca lib. I. de ira cap. XVI. *Damnatus extra vallum deductus est, & jam cervicem porrigebat* &c. Unde colligitur ut olim supplicia pleraque apud Romanos extra urbem, ubi & carnifici domicilium, (ut testatur *M. Tullius* orat. pro Rabirio. *Carnificem*, inquit, *non modo foro, sed etiam cælo hoc ac spiritu censoriæ leges, atque urbis domicilio carere voluerunt*) ita militares animadversiones extra vallum fieri solitas, de quo *Lipsius* Commentar. ad *Cor. Tacitum* lib. I. & II. Annal. & *Pet. Faber* lib. II. semest. cap. VIII. Mox sequitur, *imbre grandineque consecuta:* quod *Maro* crebro admodum conjungit, *commista grandine nimbum.* Brant.

2. *Virgiliarum signo confecto*] In hoc loco frustra desudarunt intt. Ex MSStis II Regiis & *Victorin.* emendo *vigiliarum signo confecto*, quod quidem buccina quater singulis noctibus dabatur; in tot enim vigilias tempus nocturnum fuit divisum. Vide *Vegetium* lib. III. cap. VIII. & *Frontinum* Strateg. lib. I. cap. V. Atte-

gno confecto, circiter vigilia secunda noctis, nimbus
2 cum saxea grandine subito est exortus ingens. Ad hoc
autem incommodum accesserat, quod Cæsar non, mo-
re superiorum imperatorum, in hibernis exercitum
continebat, sed [1] in tertio quartoque die procedendo,
propiusque hostem accedendo, castra communiebat;
3 opereque faciendo, milites se circumspiciendi non ha-
bebant facultatem. Præterea ita ex Sicilia exercitum
transportaverat, ut præter ipsum militem & arma, ne-
que vas, neque mancipium, neque ullam rem, quæ
usu militi esse consuevit, in naves imponi pateretur:
4 [2] in Africam autem non modo sibi quidquam non ac-
quisierant aut paraverant; sed etiam propter annonæ
5 caritatem, ante parata consumpserant. Quibus rebus
attenuati, oppido perquam pauci sub pellibus acqui-
escebant: reliqui ex vestimentis tentoriolis factis, [3] at-
que

Atteſtatur & *Livius* lib. VII. de Decio sic scribens: *Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari jubet; Ubi secunda vigilia buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se venirent.* Hic *Hirtius* auget horrorem rei, cum intempesta nocte evenisse scribat, & signo quidem confecto vigiliarum: quando enim committebantur vigiliæ, qui tres jam horas vigilaverant, tentoria sua repetebant, & qui tres proximas horas vigilaturi erant, ad stationis locum tendebant, unde aliqua in castris discursatio, quæ horrorem casus subiti augere poterat. Virgiliarum porro commemoratio, tota aliena est, quod nec statim post earum ortum nec occasum omnino incidisse comperitur. *Goduinus.*

1. *In tertio quartoque die procedendo*] *Pet. Ciacconius* legendum conjecit *tertio aut quarto quoque die procedendo*; sed nimia est hac mutatio: lubens tamen reponerem *in tertio quartove die procedendo*, quemadmodum legitur in editt. *Rom. Ven. Beroald.* Davies.

2. *In Africam autem non modo sibi quidquam*] MS. *Norvic.* *in Africa*, ac ita sane ex Cod. *Thuanæo* rescripsit *Joan. Goduinus*; emendatione tamen nihil est opus, nam constat hanc præpositionem, etiam cum *quietem* notet, *accusativo* junctam reperiri. *Curtius* lib. III. cap. V, 10. *Quippe Darium quinto die* in Ciliciam *fore nunciabatur.* Sic *Cæsar* lib. I. de Bell. Civ. cap. XXV. *in potestatem habere* dixit. Vide *G. J. Vossium* de Construct. cap. LXV. *Idem.*

3. *Atque arundinibus scopisque contextis*] Sic edidit *Jos. Scaliger*, at in vett. cusis legebatur *arundinibus coriisque contectis*, vel *contextis*. Vitium subesse putat *J. Lipsius* lib. V. Mil. Rom. Dial. V. *quomodo enim*, inquit, *arundinibus coriisque contecti, si negat pelles habuisse? Corii* itaque vocem falsam putat, pro qua *floreisque* reponit. Idem tamen in vetustiore libro *arundinum copiis* legi testatur (quomodo & in *Veneto* nostro) ex quo haud male *arundinum copulis* facit. *Brant.*

que arundinibus ſcopiſque contextis, permanebant. I- 6
taque, ſubito imbre grandineque conſecuta, gravati pondere, tenebris, aquaque omnes ſubruti disjectique, nocte intempeſta, ignibus exſtinctis, rebuſque ad victum pertinentibus omnibus corruptis, per caſtra paſſim vagabantur, ſcutiſque capita contegebant. Eadem nocte v legionis [1] pilorum cacumina ſua ſponte arſerunt.

XLVIII. Rex interim Juba de equeſtri prœlio Sci- 1
pionis certior factus, evocatuſque ab eodem litteris, præfecto Sabura cum parte exercitus contra Sitium relicto, ut, quum ipſe aliquid auctoritatis haberet, exercitus Scipionis à terrore Cæſaris liberaretur, cum III legionibus, equitibuſque frenatis DCCC, Numidis ſine frenis, [2] peditibuſque ejus armaturæ grandi numero, elephantiſque XXX, egreſſus è regno ad Scipio-
nem eſt profectus. Poſtquam ad eum pervenit, caſtris 2
regiis ſeorſum poſitis, cum eis copiis, quas commemoravi, haud ita longe ab Scipione conſedit: (Erat in 3
caſtris Cæſaris ſuperiori tempore magnus terror, & exſpectatione copiarum regiarum, exercitus ejus [3] magis ſuſpenſiore animo ante adventum Jubæ commovebatur: poſtquam vero caſtra caſtris contulit, deſpectis 4
ejus

1. *Pilorum cacumina ſua ſponte arſerunt*] Hoc non raro accidit. *Livius* lib. XXII. cap. I. *Prodigia ex pluribus ſimul locis nunciata: in Sicilia militibus ſpicula — arſiſſe. Plinius* Hiſt. Nat. lib. II. cap. XXXVII. *Vidi nocturnis militum vigiliis, inhærere pilis pro vallo fulgorem.* Hæc & hujuſmodi alia miraculorum loco credule poſuit antiquitas Phyſices imperita; nihil enim aliud ſunt, quam exhalationes ſulfureæ calore aëris accenſæ, variaque figura, pro flantibus ventis aut materiæ copia, præditæ. Vide *Joan. Clerici* Phyſ. lib. III. cap. IV. §. 6. ſeqq. *Davies.*

2. *Peditibuſque ejus armatura*] Hanc ſane lectionem exhibent omnes editi; quod tamen non obſtat, quo minus ex MSto *Norvic.* omnino reſcripſerim *peditibuſque* levis *armaturæ.* Idem.

3. *Magis ſuſpenſiore animo*] Nonnulli MSSti cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *magis ſuſpenſione animi*; unus autem è MSStis Regiis & *Norvic.* omiſſa prima voce, legunt *ſuſpenſiore animo.* Perperam; ſæpe enim particulæ comparationis nominibus comparativis adduntur. Noſter hujuſce libri cap. LIV. Magis *in ſeditione* &c. *quam pudoris modeſtiæque fueritis* ſtudioſiores. *Clemens* Rom. Epiſt. ad Corinth. §. XLVIII.

ejus copiis, omnem terrorem deponit. Ita, quam antea abſens habuerat auctoritatem, eam omnem præſens
5 dimiſerat) [1] quo facto facile fuit intellectu Scipioni
6 additum animum fiduciamque regis adventu: nam poſtero die univerſas ſuas regiſque copias cum elephantis LX perductas in aciem, quam ſpecioſiſſime potuit, inſtruxit; ac paullo longius progreſſus à ſuis munitionibus, haud ita diu commoratus ſe recepit in caſtra.

1 XLIX. Cæſar, poſtquam animadvertit, Scipioni auxilia fere, quæ exſpectaſſet, omnia conveniſſe, neque moram pugnandi ullam fore, per jugum ſummum cum copiis progredi cœpit, & brachia protinus ducere, & caſtella munire, propiuſque Scipionem capien-
2 do loca excelſa occupare contendit. Adverſarii magnitudine copiarum confiſi proximum collem occupaverunt, atque ita longius [2] ſibi progrediendi eripuerunt
3 facultatem. Ejuſdem collis occupandi gratia Labienus conſilium ceperat; &, quo propiore loco fuerat, eo celerius occurrerat.

1 L. Erat convallis ſatis magna latitudine, altitudine prærupta, crebris locis ſpeluncæ in modum ſubrutis: [3] quæ erant tranſgredienda Cæſari ante, quam ad eum col-

XLVIII. *Τοσύτῳ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ* ΜΑ͂ΛΛΟΝ ΜΕΙ'ΖΩΝ *εἶναι*. *Porphyrius* de Abſtin. lib. I. §. XIV. *Ἡ ἀποχὴ μᾶλλον οἰκειοτέρα* Vide & *G. J. Voſſium* de Couſtruct. cap, XVI. *Davies.*

1. *Quo facto facile fuit intellectu*] MS. *Norvic.* & edit. *Beroald.* addita vocula, repræſentant *quo facto* cuivis *facile* &c. Eoque alludunt editt. *Rom. Ven.* nam in iis Librarii vitio legitur, *Quo facto* cujus *facile fuit intellectu.* Cauſam ſane non video, cur ea vox rejici debeat. *Idem.*

2. *Sibi progrediendi eripuerunt facultatem*] Ait *Joan. Glandorpius* legendum haud dubie *Cæſari* vel *illi*: ſed neſcius erat bonus ille vir *pronomen reciprocum* pro *demonſtrativo* poni poſſe. Carmen de Phœnice *Lactantio* adſcriptum vſ. 60.

*Ac ſe reddiderint tempora longa gravem.*

*Dictys* Cretenſis lib. III. cap. II. *Suggerente* ſibi *Polyxena apparatum ſacri ejus.* Vide etiam quæ notavimus ad lib. VIII. B. G. cap. I. *Idem.*

3. *Quæ erant tranſgredienda*] Sic in MSto Regio legit *Joan. Godunnus*, ac ita ob *σύνταξιν* reponendum cenſui. In vulgg. erat *tranſgredienda.* Editt. *Rom. Ven. Beroald.* ex Gloſſemate repræſentant *tranſeunda*: *Steph.* autem *quæ erat tranſeunda*, ut hæ voces ad *convallem* referantur. *Idem.*

collem, quem capere volebat, perveniretur: ultra-
que eam convallem olivetum vetus crebris arboribus
condensum. Hic quum Labienus animadvertisset, Cæ- 2
sarem, si vellet eum locum occupare, prius necesse
esse convallem olivetumque transgredi, eorum loco-
rum peritus in insidiis cum parte equitatus, levique ar-
matura consedit: [1] & præterea post montem collesque, 3
equites in occulto collocaverat; ut quum ipse ex im-
proviso legionarios adortus esset, ex colle se equitatus
ostenderet, & re duplici perturbatus Cæsar, ejusque
exercitus, neque retro regrediundi, neque ultra pro-
cedendi oblata facultate, circumventus concideretur.
Cæsar, equitatu ante præmisso, inscius insidiarum 4
quum ad eum locum venisset, absisi, sive obliti præ-
ceptorum Labieni, sive veriti, ne in fossa ab equitibus
opprimerentur, rari, ac singuli de rupe prodire, &
summa petere collis: quos Cæsaris equites consecuti 5
partim interfecerunt, partim vivorum sunt potiti: de- 6
inde protinus collem petere contenderunt, atque eum,
decusso Labieni præsidio, celeriter occupaverunt. La-
bienus cum parte equitum vix fuga sibi peperit salutem.

LI. Hac re per equites gesta, Cæsar legionibus o- 1
pera distribuit, atque in eo colle, quo erat potitus,
castra munivit. Deinde ab suis maximis castris per me- 2
dium campum, è regione oppidi Uzitæ, [2] quod inter
sua

1. *Et præterea post montem collesque equites in occulto collocaverat*] Hunc locum multo auctiorem exhibent MSti *Ursin.* & *Norvic.* in iis enim legitur *Et præterea post montem collesque* subito se Cæsari ostenderat, & *equites in occulto collocaverat.* Editt. vero *Rom. Ven. Beroald. Ut præterea post montem collemque subito se Cæsari ostenderet, equites in occulto collocaverat*; unde legendum arbitror *ut præterea post montem collesque subito se Cæsari ostenderent, equites* &c. vel *& præterea post montem collesque, qui subito se Cæsari ostenderent, equites* &c. Ni vel hoc vel illo modo legatur, conjicere nequeo, unde factum ut in tot Codd. hæc verba irrepserint. *Davies.*

2. *Quod inter sua castra & Scipionis in planitia positum erat*] Duabus voculis omissis, in editt. *Rom. Ven. Beroald.* perperam legitur *quod inter sua castra & planitiem positum erat*: MS. etiam *Norvic.* habet *in planitiem*; in cæteris receptam lectionem tuetur, quæ sana est & sincera. *Idem.*

ſua caſtra, & Scipionis, in planitia poſitum erat, te-
nebaturque à Scipione, duo brachia inſtituit duci, &
ita erigere, ut ad angulum dextrum, ſiniſtrumque e-
3 jus oppidi convenirent. [1] Id hac ratione opus inſtrue-
bat, ut, quum propius oppidum copias admoviſſet,
oppugnareque cœpiſſet, tecta latera ſuis munitionibus
haberet, ne ab equitatus multitudine circumventus ab
4 oppugnatione deterreretur; præterea, quo facilius col-
loquia fieri poſſent, & ſi qui perfugere vellent, id quod
antea ſæpe accidebat magno cum eorum periculo, tum
facile & ſine periculo fieret: voluit etiam experiri, quum
propius hoſtem acceſſiſſet, haberetne in animo dimica-
5 re. Accedebat etiam ad reliquas cauſſas, quod is locus
depreſſius erat, puteique ibi nonnulli fieri poterant: a-
6 quatione enim longa & anguſta utebatur. Dum hæc o-
pera, quæ ante dixi, fiebant à legionibus, interim pars
acie ante opus inſtructa ſub hoſte ſtabat. Equites bar-
bari leviſque armaturæ, prœliis minutis cominus dimi-
cabant.

1 LII. Cæſar ab eo opere quum jam ſub veſperum co-
pias in caſtra reduceret; magno incurſu, cum omni e-
quitatu levique armatura, Juba, Scipio, Labienus, [2] in
2 legionarios impetum fecerunt. Equites Cæſariani vi u-
niverſæ ſubitæque hoſtium multitudinis pulſi parumper
3 ceſſerunt. Quæ res [3] aliter adverſariis cecidit: namque

Cæ-

1. *Id hac ratione opus inſtruebat*] Editt. *Rom. Ven. Beroald. Hoc hac ratione opus inſtruebat*; aliæ *is hac ratione* &c. lego *id hac ratione opus inſtituebat.* Ciaccon.

2. *In legionarios impetum fecerunt*] Non in legionarios, ſed in equites impetum fecerunt, ut ex ſequentibus fit manifeſtum; unde *Jul. Celſus* pag. 223. edit. Londin. *Juba & Scipio ſimul & Labienus ſumma vi* equitatum *ejus invaderent*; unde reſcribendum *in equites* vel *equitatum.* Mendum ex compendiaria ſcriptura ortum videtur, cum enim primo ſcriberetur *in eq*, oſcitans Librarius in *leg.* facile mutavit, unde nata lectio recepta. *Davies.*

3. *Aliter adverſariis cecidit*] *Joan. Glandorpius* hiulcam orationem cenſuit, quapropter ſupplevit *aliter atque exiſtimarunt adverſariis cecidit*; *Joan.* vero *Goduinus*, ut vara vibiam ſequitur, *aliter* quam putabant *adverſariis cecidit.* Sed nihil deeſt; prima vox id denotat, quod infeliciter & contra ſententiam accidit: obſervat enim *Euſtathius* τὰ μὲν κα-

τὰ

Cæsar ex medio itinere copiis reductis, equitibus suis
auxilium tulit: equites autem adventu legionum ani-
mo addito, conversis equis in Numidas cupide inse-
quentes dispersosque impetum fecerunt, atque eos con-
vulneratos usque in castra regia repulerunt, multos-
que ex iis interfecerunt: quod ni in noctem prœlium 4
esset conjectum, pulvisque vento flatus omnium pro-
spectu offecisset, [1] Juba cum Labieno capti in potesta-
tem Cæsaris venissent; equitatusque cum levi armatu-
ra funditus ad internecionem deletus esset. Interim in- 5
credibiliter ex legionibus IV & VI Scipionis milites dif-
fugere, partim in castra Cæsaris, partim in quas quis-
que poterat regiones pervenire: [2] itemque equites Cu- 6
riani, diffisi Scipioni ejusque copiis, complures se eo-
dem conferebant.

LIII. Dum hæc circum Uzitam ab utrisque ducibus 1
administrantur, legiones duæ, IX & X, ex Sicilia na-
vibus onerariis profectæ, quum jam non longe à por-
tu Ruspinæ abessent, conspicatæ naves Cæsarianas,
quæ in statione apud Thapsum stabant, veriti, ne in
adversariorum, ut insidiandi gratia ibi commoran-
tium, classem inciderent, imprudentes vela in altum
dederunt; ac diu multumque jactati, tandem multis
post diebus siti inopiaque confecti ad Cæsarem perve-
nerunt.

LIV.

τὰ γνώμην ἢ εὐχὴν συμβάντα, ἌΛΛΩΣ ἀποβεβηκέναι λέγεσθαι. Quin & *alter pro non bono ponitur, ut in auguriis* altera *cum appellatur* avis, *qua utique prospera non est*, quæ *Festi* sunt verba. *Davies.*

1. *Juba cum Labieno capti*] Syllepsis est. Sic apud *Apuleium* Florid. III. *Musa cum Minerva —— judices astitere. Dictys* Cretensis lib. II. cap. VI. *Ex consilii sententia Achilles cum Ajace ad Telephum perveniunt.* Et cap. XX. *Ulysses cum Diomede profecti ad Priamum.* Sic & passim idem scriptor, ut & interdum præstantissimus quisque. Vide *Fr. Sanctium* Min. lib. IV. cap. X & *Jac. Perizonii* addit. pag. 823. *Idem.*

3. *Itemque equites Curiani diffisi Scipioni*] *Just. Lipsius* lib. II. elector. cap. XXII. emendat *Curioniani.* Eos enim intelligit, qui ante sub Curione in Africa meruerant, & a Scipione occupati erant. Ipse hic auctor supra meminit, & ostendit eos è gente fuisse Gallorum. *Nonnulli*, inquit, *qui ex Curionis prœlio capti conservatique, parem gratiam in fide partienda præstare voluerant*, Brant.

1 LIV. Quibus legionibus expoſitis, memor in Italiæ priſtinæ licentiæ militaris ac rapinarum certorum hominum, parvulam modo cauſſulam nactus Cæſar, quod C. Avienus Tribunus milit. x legionis navem commeatu, familia ſua, atque jumentis occupaviſſet, neque
2 militem unum ab Sicilia ſuſtuliſſet; poſtero die de ſuggeſtu, convocatis omnium legionum tribunis centurionibuſque: *Maxime vellem*, inquit, *homines ſuæ petulantiæ, nimiæque libertatis, aliquando finem feciſſent, meæque lenitatis, modeſtiæ, patientiæque rationem habuiſ-*
3 *ſent: ſed quoniam ipſi ſibi neque modum neque terminum conſtituunt*, [1] *quo ceteri diſſimiliter ſe gerant; egomet ipſe*
4 *documentum more militari conſtituam. C. Aviene*, [2] *quod in Italia milites populi Rom. contra rempubl. inſtigaſti; rapinaſque per municipia feciſti; quodque mihi reique publ. inutilis fuiſti; & pro militibus tuam familiam jumentaque in naves impoſuiſti: tuaque opera militibus tempore neceſſario reſpubl. caret: ob eas res*, [3] *ignominiæ cauſſa, ab exercitu meo te removeo: hodieque ex Africa abeſſe, &, quan-*
5 *tum poteſt, proficiſci jubeo. Itemque te, A. Fontei, quod tribu-*

1. *Quo ceteri diſſimiliter ſe gerant*] Vocem penultimam in bonæ fidei libris deſiderari teſtatur, & abeſſe poſſe monſtrat *J. Fr. Gronovius* Obſerv. lib. IV. cap. XIV. pag. 227. *Davies*.

2. *Quod in Italia* &c.] Seditionem intelligit, quæ ipſo Alexandriæ & in Ponto agente exarſit: quod ſcelus etſi tunc, cum in Italiam rediit, viſus eſt ignoviſſe, poſtea tamen per occaſionem in auctores animadvertit, atque etiam totas legiones diſſolvit. Sed & quoſcunque ſe abſente prædari ſolitos accepit, quo cæteri temperantius agerent, ab exercitu ſemovit. *Glandorp*.

3. *Ignominiæ cauſſa te ab exercitu meo removeo*] Exemplum miſſionis ignominioſæ, quam *Appianus* & *Dio* diverſis verbis concipiunt. Ille enim lib. II. de Bell. Civ. militibus miſſionem poſtulantibus Cæſarem nihil cunctatum reſpondiſſe ait: ἀφίημι τῆς στρατείας. Hic vero lib. XLI. pag. 170. ita eum loquentem facit: παύσασθε μὲν δὴ διὰ ταῦτα τῆς στρατείας, ὦ, τί ἂν ὀνομάσαιμι; οὐ μέντοι ὡς καὶ αὐτοὶ καὶ βούλεσθε καὶ φατὲ, ἀλλ' ὡς τῷ κοινῷ, καὶ ἐμοὶ συμφέρει, quo verbo eos cum ignominia miſſos fecit, ut narrat *Suetonius* in Jul. cap. LXIX. Plura vide de miſſione ignominioſa, & aliis miſſionum generibus apud *Pet. Fabrum* lib. I. ſem. cap. XVII. *J. Lipſium* lib. V. de mil. Dial. XIX. formulas denique Varias apud *Briſſonium* lib. IV. de form. Adi & Juriſconſultos in l. II. *D. de his qui not. infamia*. Brant.

*tribunus milit. seditiosus, malusque civis fuisti, ab exercitu dimitto.* [1] *T. Saliene, M. Tiro, C. Clusinas, quum ordines in meo exercitu beneficio, non virtute consecuti ita vos gesseritis, ut neque bello fortes, neque pace boni aut utiles fueritis, & magis in seditione* [2] *concitandi milites adversus vestrum imperatorem, quam pudoris, modestiaeque fueritis studiosiores; indignos vos esse arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis; missosque facio, &, quantum potest, abesse ex Africa jubeo.* Itaque transdidit eos centurionibus; & 6
singulis non amplius singulis additis servis, in navi imponendos separatim curavit.

LV. Getuli interim perfugae, quos cum litteris man- 1
datisque à Caesare missos supra docuimus, ad suos cives perveniunt: quorum auctoritate facile adducti, Caesarisque nomine persuasi, à rege Juba desciscunt, celeriterque cuncti arma capiunt; contraque regem facere non dubitant. Quibus rebus cognitis, Juba di- 2
stentus [3] triplici bello, necessitate coactus, de suis copiis, quas contra Caesarem adduxerat, VI cohortes in fines regni sui mittit, quae essent praesidio contra Getulos.

LVI. Caesar brachiis perfectis, [4] promotisque eo us- 1
que, ut telum ex oppido adjici non posset, castra munit: balistis scorpionibusque crebris ante frontem ca- 2
strorum, contraque oppidum collocatis, defensores muri deterrere non intermittit: eoque V legiones ex su-

1. *T. Saliene*] In nonnullis libris *T. Alliene*, in aliis *Tusci Saliene:* sed *Aldo Manutio* adsentior, qui reponit *T. Saliene*, de quo supra hoc ipso libro; quamquam incertum sit an ibi in hostium potestatem venerit. *Ciaccon.*

2. *Concitandi milites adversus vestrum imperatorem*] In codd. est *concitandisque militibus adversariorum nostrorum imperatoris*. Legendum existimo *concitandisque militibus adversus vestrum Imperatorem.* Ciaccon.

3. *Triplici bello*] Uno adversus P. Sitium; altero adversus Caesarem; tertio contra Getulos, qui ab ipso defecerant. *Rhellican.*

4. *Promotisque eo usque, ut telum*] MS. *Norvic. promotisque usque eo, quod telum*, unde rescripserim *promotisque eo usque quo telum*, quemadmodum exhibent editt. *Steph.* & *Vascos.* Davies.

3 superioribus castris deducit. Qua facultate oblata, illustriores notissimique, conspectum amicorum propinquorumque efflagitabant, atque inter se colloquebantur. Quæ res quid utilitatis haberet, Cæsarem non fal-
4 lebat: namque Getuli ex equitatu regio nobiliores, equitumque præfecti, quorum patres cum Mario ante meruerant, ejusque beneficio agris finibusque donati, post Sullæ victoriam sub Hiempsalis regis erant potestate dati, occasione capta, nocte jam luminibus accensis, cum equis calonibusque suis circiter ∞ perfugiunt in Cæsaris castra, quæ erant in campo proxime Uzitæ locata.

1 LVII. Quod postquam Scipio, quique cum eo erant, cognoverunt, quum commoti ex tali incommodo essent, fere per id tempus M. Aquinium cum C.
2 Saserna colloquentem viderunt. Scipio mittit ad Aquinium, nil attinere eum cum adversariis colloqui. [1] Quum nihilo minus ejus sermonem nuncius ad se referret, restaretque, ut reliqua, quæ vellet, perageret; viator postea ab Juba ad eum est missus, qui di-
3 ceret, audiente Saserna, *Vetat te rex colloqui.* Quo nuncio perterritus discessit; & dicto audiens fuit regi. Usu venisse hoc civi Romano miror, & ei, qui à populo Rom. honores accepisset, incolumi patria, fortunisque omnibus, Jubæ barbaro potius obedientem fuisse, quam aut Scipionis obtemperasse nuncio, aut, cæsis

1. *Quum nihilo minus ejus sermonem nuncius ad se referret, restaretque, ut reliqua* ] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* repræsentant *cum autem nihilominus ejus sermonem nuncius ad se referret diceretque ut reliqua*: MS. *Norvic. quum nihilominus ejus sermonem nuncius ad se referret, sed restare ut reliqua.* Ex quo codice mihi rescribendum videtur *quum nihilominus ejus sermonem nuncius ad Scipionem referret, se restare, ut reliqua* &c. Mendum in *Hirtio* procreavit compendiaria scriptura, nam in Cod. scriptum putarim *ad* SC *referret*, quod imperitus Librarius in SE facile mutavit, cum Scipionis nomen esset exarandum. Hæc sane conjectura *Ciacconiana* est præferenda, qui, multis vocibus omissis, reponit *quum nihilominus ipse restaret, ut reliqua.* Hallucinatus etiam est *Joan. Glandorpius*, qui emendat *cum ejus sermonem nuncius ad* Sasernam *referret*, quasi Aquinius & Saserna per internuncios fuerant collocuti. *Davies.*

ſis ejuſdem partis civibus, incolumem reverti malle.
Atque etiam ſuperbius Jubæ factum, non in M. Aqui- 4
nium hominem novum, parvumque Senatorem, ſed
in Scipionem, hominem illa familia, dignitate, hono-
ribuſque præſtantem: nam quum Scipio ſagulo pur- 5
pureo ante regis adventum uti ſolitus eſſet, dicitur Ju-
ba cum eo egiſſe, non oportere illum eodem uti ve-
ſtitu, atque ipſe uteretur. Itaque factum eſt, [1] ut Sci- 6
pio ad album ſeſe veſtitum transferret, & Jubæ homi-
ni ſuperbiſſimo inertiſſimoque obtemperaret.

LVIII. Poſtero die univerſas omnium copias de ca- 1
ſtris omnibus deducunt; & [2] ſupercilium quoddam ex-
celſum nacti non longe à Cæſaris caſtris aciem conſti-
tuunt, atque ibi conſiſtunt. Cæſar item producit co- 2
pias, celeriterque iis inſtructis, ante ſuas munitiones,
quæ erant in campo, conſtitit; ſine dubio exiſtimans,
ultro adverſarios, quum tam magnis copiis auxiliiſque
regis eſſent præditi, promptiuſque proſiluiſſent, ante
ſe concurſuros, propiuſque ſe acceſſuros. Equo cir- 3
cumvectus, legioneſque cohortatus, ſigno dato, ac-
ceſſum hoſtium aucupabatur: ipſe enim à ſuis munitio-
nibus longius non ſine ratione non procedebat; quod
in oppido Uzitæ, quod Scipio tenebat, hoſtium erant
cohortes armatæ. Eidem autem oppido ad dextrum la- 4
tus ejus cornu erat oppoſitum: verebaturque, ne, ſi
præ-

1. *Ut Scipio ad album ſeſe veſtitum transferret*] In editt. *Rom. Ven. Beroald.* perperam legitur *ad alium ſe veſtitum*. In prœlium exeuntibus album, aut purpureum paludamentum dari ſolere ſcribit *Val. Maximus* lib. 1. cap. VI. De puniceo quidem colore teſtimonia ſunt compluria, non item de albo: itaque novum quidem, quod de eo *Valerius*, verum tamen hic locus oſtendit. *Brant.*

2. *Supercilium quoddam excelſum nacti non longe à Cæſaris caſtris*] Supercilium locum eminentiorem, ſeu ſummitatem denotat. Sic apud *Virgilium* Georg. lib. 1, 108.

*Ecce* ſupercilio *clivoſi tramitis undam*
*Elicit.*

Ubi *Servius*, *altitudine*, inquit, *ſummitate terrarum*. Hoc cum fugeret eos, qui curarunt editt. *Rom. Ven. Beroald.* hic locus in iis Codd. ſic legitur *ſuper alium quendam excelſum natura locum non longe à Cæſaris caſtris*, corruptaque hæc lectio *Joan. Rhellicanum* fefellit. *Davies.*

prætergressus esset, ex oppido eruptione facta, ab la-
5 tere eum adorti conciderent. Præterea hæc quoque
eum caussa tardavit, quod erat locus quidam perim-
peditus ante aciem Scipionis, [1] quem suis impedi-
mento ad ultro occurrendum fore existimabat.

1 LIX. Non arbitror esse prætermittendum, quemad-
modum exercitus utriusque fuerunt in aciem instructi.
2 Scipio hoc modo aciem direxit. Collocabat in fronte
suas & Jubæ legiones; postea autem Numidas in sub-
sidiaria acie ita extenuatos, & in longitudinem dire-
ctos, ut procul simplex esse acies media à legionariis
militibus videretur; in cornibus autem duplex esse exi-
3 stimabatur. Elephantos dextro, sinistroque cornu col-
locaverat, æqualibus inter eos intervallis interjectis:
post autem elephantos, armaturas leves, Numidasque
4 substituerat auxiliares. Equitatum frenatum univer-
sum in suo dextro cornu disposuerat; sinistrum enim
cornu oppido Uzita claudebatur, neque erat spatium
5 equitatus explicandi: propterea Numidas, levisque ar-
maturæ infinitam multitudinem ad dextram partem
suæ aciei opposuerat, fere interjecto non minus ∞ pas-
suum spatio, & ad collis radices magis appulerat, lon-
giusque ab adversariorum suisque copiis promoverat:
6 id hoc consilio, ut, quum acies II inter se concucur-
rissent initio certaminis, paullo longius ejus equitatus
circumvectus ex improviso clauderet multitudine sua
exercitum Cæsaris atque perturbatum jaculis confige-
ret. Hæc fuit ratio Scipionis ea die prœliandi.

1 LX. Cæsaris autem acies hoc modo fuit collocata,
ut ab sinistro ejus cornu ordiar, & ad dextrum perve-
2 niam. Habuit in sinistro cornu legionem IX, VII: in
dextro cornu XXX, XXIX: XIII, XIV, XXIIX, XXVI,
in

1. *Quem suis impedimento*] Sic editt. *Rom. Ven. Beroald.* at in MSto *Norvic.* legitur *quem suis ipse adjumento*: sed multum præstat lectio recepta, ut ipsa res ostendit: nam necesse est, ut locus impeditus concursum impediat. *Davies.*

in media acie: [1] ipſum autem dextrum cornu, ſecun-
dam aciem fere, in earum legionum parte cohortium
collocaverat. Præterea ex tironum legionibus paucas
adjecerat. Tertiam autem aciem in ſiniſtrum ſuum cor- 3
nu contulerat, & uſque ad aciei ſuæ mediam legionem
porrexerat, & ita collocaverat, uti ſiniſtrum ſuum cor-
nu triplex eſſet. [2] Id eo conſilio fecerat, quod ſuum 4
dextrum latus munitionibus adjuvabat; ſiniſtrum au-
tem ut equitatus hoſtium multitudini reſiſtere poſſet,
laborabat; eodemque ſuum omnem contulerat equita-
tum: &, quod ei parum confidebat, præſidio his e- 5
quitibus legionem V præmiſerat; levemque armatu-
ram inter equites interpoſuerat. Sagittarios varie paſ-
ſimque, [3] locis certis, maximeque in cornibus collo-
caverat.

LXI. Sic utrorumque exercitus inſtructi non plus 1
paſſuum CCC interjecto ſpatio, quod forte ante id tem-
pus acciderat numquam, quin dimicaretur, à mane,
uſque ad horam X diei, perſtiterunt. Jamque Cæſar 2
dum exercitum reducere intra munitiones ſuas cœpiſ-
ſet;

1. *Ipſum autem dextrum cornu, ſecundam aciem ferè* &c.] Locus ab interpretibus vexatus. MS. *Norvic.* habet *ipſum autem dextrum cornu, ſecundam* autem *aciem fere:* Editt. *Rom. Ven. ſecunda acie fere. Joan. Glandorpio* legendum videtur *ipſum autem dextrum cornu & ſecundam aciem fere in earum legionum & cohortium parte collocaverat.* Aliam noſtri ſanandi viam inſtitit *Fulv. Urſinus*, cui placet *circa ipſum autem dextrum cornu.* At, niſi fallor, nec his nec aliis emendationibus caret *Hirtius*, integram enim arbitror vulgatam lectionem, & *ipſum dextrum cornu* idem valet ac ad ipſum dextrum cornu quod attinet. Vide quæ notavimus ad lib. I. de Bell. Gall. c. XXXIX. *Davies.*

2. *Id eo conſilio fecerat, quod dextrum ſuum latus munitionibus adjuvabat.*] Ex MSto *Norvic.* omnino reſcribendum *munitionibus adjuvabatur. Fulv.* autem *Urſinus* ex ſuo Codice reſcribit *uti dextrum ſuum latus munitionibus adjuvaretur.* Idem.

3. *Locis certis*] MS. *Norvic. locis ceteris*, perperam ſanè: ea tamen varietas fuit notanda, ut memores ſint Critici, has voces crebro inter ſe confundi. Sic ſupra cap. LIV. ubi in editt. *memor* —— *rapinarum* certorum *hominum*, in MSto *Norvic.* eſt *ceterorum.* Vice verſa, apud *Chalcidium* pag. 5. edit. *Meurſianæ* legitur *à* certa *functione operis ceſſantibus*, cum reponi debeat *à cetera functione*, ut oſtendit *Plato*, qui Tom. III. pag. 18. edit. *Steph.* τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἄγοντας σχολὴν dixit. *Idem.*

ſet; ſubito univerſus equitatus ulterior [1] Numidarum Getulorumque ſine frenis ad dextram partem ſe movere, propiuſque Cæſaris caſtra, quæ erant in colle, ſe conferre cœpit: frenatus autem Labieni eques in loco
3 permanere, legioneſque diſtinere; quum ſubito pars equitatus Cæſaris cum levi armatura contra Getulos injuſſu ac temere longius progreſſi, paludemque tranſgreſſi multitudinem hoſtium ſuſtinere pauci non po-
4 tuerunt: levique armatura deſerti, ac pulſi, convulneratique, uno equite amiſſo, multis equis ſauciis, le-
5 vis armaturæ XXVI occiſis, ad ſuos refugerunt. Quo ſecundo equeſtri prœlio facto, Scipio lætus in caſtra
6 nocte copias reduxit. [2] Quod proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decrevit; namque poſtero die Cæſar [3] cum parte equitatus ſui Leptim, frumenti gratia, miſit. In itinere prædatores equites Numidas Getuloſque ex improviſo adorti circiter centum par-

1. *Numidarum Getulorumque ſine frænis*] De Numidis certum eſt equis inſediſſe etiam in militia, & pugnaſſe ſine frænis. *Claudianus* de iis:

*— ſonipes ignarus habenæ,*
*Virga regit.*

*Silius* lib. I, 215. *Numidæ gens inſcia fræni,*
*Queis inter geminas, per ludum mobilis, aures*
*Quadrupedem flectit, non cedens virga lupatis.*

*Herodianus* lib. VII. cap. XXIII. Οἱ δὲ Νομάδες ἀκοντισταί τε εὔστοχοι καὶ ἱππεῖς ἄριστοι, ὡς χαλινῶν ἄνευ ῥάβδῳ μόνῃ τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνᾶν. De his & *Livius* lib. XXXV. *Nihil primo aſpectu contemptius, equi homineſque paululi & graciles: diſcinctus & inermis eques, præterquam quod jacula ſecum portat: equi ſine frænis, deformis ipſe curſus, rigida cervice & extento capite currentium.* Brant.

2. *Quod proprium gaudium*] Primam voculam, utpote delendam, uncinis cinxit *Joſ. Scaliger*; ſed non opus eſt, ut viro ſummo aures præbeamus, ea enim particula vim adverſativam interdum obtinet, ut obſervavit *Ald. Manutius* ad lib. II. B. C. cap. XVI. *Proprium* autem *gaudium* eſt perpetuum, ſive diuturnum. *Nonius Marcellus* pag. 390. *Proprium diuturnum — Proprium ſignificat rurſum perpetuum.* Noſter hujuſce libri cap. XXXII. *Victoriam propriam ſe eis brevi daturum pollicetur.* *Corn. Nepos* Thraſyb. cap. IV. *Parva munera, diutina; locupletia, non propria eſſe conſueverunt.* Vide & *Servium* ad *Virgilii* Æn. III, 85. & Æn. VI, 871. *Davies.*

3. *Cum parte equitatus*] Syntaxis poſtulat, ut legamus *cum partem equitatus*, quemadmodum exhibet MS. Regius, teſtante *Joan. Godwino*. Mutata igitur diſtinctione, reſcribendum *quum partem equitatus ſui — miſit, in itinere,* &c. *Idem.*

partim occiderunt, partim vivorum potiti sunt. Cæsar 7
interim quotidie legiones in campum deducere, atque opus facere; vallumque & fossam per medium campum ducere, adversariorumque excursionibus [1] iter officere non intermittit. Scipio item munitiones contra 8
facere, & ne jugo à Cæsare excluderetur, approperare. Ita duces utrique & in operibus occupati erant, & nihilo minus equestribus prœliis inter se quotidie dimicabant.

LXII. Interim Varus classem, quam antea Uticæ 1
hiemis gratia subduxerat, cognito legionis VII & IIX ex Sicilia adventu, celeriter deducit; [2] ibique Getulis remigibus epibatisque complet; insidiandique gratia progressus, Adrumetum cum LV navibus pervenit. Cujus adventus inscius Cæsar L. Cispium cum classe 2
XXVII navium [3] ad Thapsum versus in stationem, præsidii gratia commeatus sui, mittit: itemque Q. Aquilam cum XIII navibus longis Adrumetum eadem de caussa præmittit. Cispius, quo erat missus, celeriter pervenit. Aquila tempestate jactatus promontorium 3
superare non potuit, atque angulum quendam tutum à tempestate nactus [4] cum classe se longius à prospectu

1. *Iter officere*] *Officere* antiquorum more cum accusativo junxit; nam *Plautus* Trucul. *Jam*, inquit, *ego te hic affatim officiam*. Non igitur erat, cur *Joan. Rhellicanus interim officere* reponeret. *Glandorp.*

2. *Ibique Getulis remigibus epibatisque complet, insidiandique gratia progressus*] MS. *Norvic. illamque* &c. *complet, insidiandique gratia* ab Utica *progressus*; quæ quidem lectio cum *Hirtii* simplicitate melius videtur convenire. Eam sane animo proniore recipio, quod editt. *Rom. Ven. Beroald.* duas illas voces exhibeant, quas ex MSto *Norvic.* adserui. *Davies.*

3. *Ad Thapsum versus*] Hæc lectio est à MSto *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum in vulgg. omissa præpositione, scribatur *Thapsum versus*. Idem.

4. *Cum classe se longius à prospectu removit: reliqua classis in salo ad Leptim*] De hoc loco sic scribit *Ph. Rubenius* Elect. lib. II. cap. IV. Prior narratio expungitur damnaturque à sequenti. Si Aquila cum classe angulum nactus est, quomodo adjicit *reliqua classis in salo ad Leptim?* Sed auctor culpa vacat, & editio prisca verissime scribit & ordinat: *Aquila tempestate jactatus, cum classe propius promontorium superare non potuit: atque angulum quendam tutum à tempestate nactus, se longius à prospectu removit.* Cur hæc mutata? nam Aquila solus angulum illum cum navi

4 ctu removit. Reliqua classis in salo ad Leptim, egres-
sis remigibus, passimque in littore vagantibus, partim
in oppido victus sui mercandi gratia progressis, vacua
5 à defensoribus stabat. Quibus rebus Varus ex perfugis
cognitis, occasionem nactus, vigilia secunda Adrume-
to [1] ex Cothone egressus, primo mane Leptim univer-
sa classe vectus, naves onerarias, quæ longius à portu
in salo stabant, incendit, & penteres duas, vacuas à
defensoribus nullo repugnante cepit.

1 LXIII. Cæsar interim celeriter per nuncios in ca-
stris, quum opera circuiret, certior factus, quæ abe-
rant à portu millia passuum VI, equo admisso, omissis
2 omnibus rebus, celeriter pervenit Leptim: [2] ibique
moratus, omnes ut se naves consequerentur, primum
ipse navigiolum parvum conscendit; in cursu Aquilam
multitudine navigiorum perterritum, atque trepidan-
3 tem nactus, hostium classem sequi cœpit. Interim Va-
rus celeritate Cæsaris audaciaque motus, cum univer-
sa classe, conversis navibus, Adrumetum versus fuge-
4 re contendit: quem Cæsar in millibus passuum IV con-
secutus, recuperata quinqueremi cum omnibus suis e-
pibatis, atque etiam hostium custodibus CXXX in ea na-
ve captis, triremem hostium proximam, quæ in repu-
gnando

vi sua cepit; reliqua classis ad Leptim appulit. Hactenus vir eruditus, cujus fidem aliquatenus firmant editt. *Rom. Ven. Beroald.* in iis enim legitur: *Aquila tempestate jactatus, cum classe propius promontorium superare non potuit, atque angulum quendam tutum a tempestate nactus*, cum classe *se longius a prospectu removit.* Davies.

1. *Ex Cothone egressus* ] Ex portu arte facto; nam *Cothona sunt portus in mari, non naturales, sed arte & manu facti. Est autem & masculini & neutri generis: nam &* cothon hujus cothonis *facit, &* cothonum hujus cothoni. Verba sunt *Servii* ad Æn. I, 431. *Idem.*

2. *Ibique moratus, omnes ut se naves consequerentur, primum ipse navigiolum parvum conscendit* ] *Fulv. Ursini* Codex *ibique moratur, omnes ut se naves consequerentur, postea ipse* &c. Sic & MSS. duo *Thuanæi*, quam lectionem probat *Joan. Godwinus.* MS. autem *Norvic. ibique hortatur* &c. *post eo tempore parvulum navigiolum conscendit*, ut legendum crediderim *ibique hortatur, omnes ut se naves consequerentur; postea ipse parvulum navigiolum conscendit.* Editt. tamen *Rom. Ven. Beroald.* vulgatam lectionem retinent, quæ nihil habet absoni. *Davies.*

gnando erat commorata, onuſtam remigum epibatarumque cepit: reliquæ naves hoſtium promontorium 5
ſuperarunt, atque Adrumetum in Cothonem ſe univerſæ contulerunt. Cæſar eodem vento promontorium 6
ſuperare non potuit, atque in ſalo in anchoris ea nocte commoratus, prima luce Adrumetum accedit; ibique navibus onerariis, quæ erant extra Cothonem, incenſis, omnibuſque reliquis aliis aut ſubductis, aut in Cothonem compulſis, paulliſper commoratus, ſi forte vellent claſſe dimicare, rurſus ſe recepit in caſtra.

LXIV. In ea nave captus eſt P. Veſtrius eques Ro- 1
manus, & [1] P. Ligarius Afranianus; quem Cæſar in Hiſpania cum reliquis dimiſerat, & poſtea ſe ad Pompejum contulerat; inde ex prœlio effugerat, in Africamque ad Varum venerat; quem ob perjurium perfidiamque Cæſar juſſit necari: P. Veſtrio autem, quod 2
ejus frater Romæ pecuniam imperatam numeraverat, & quod ipſe ſuam cauſſam Cæſari probaverat, ſe Naſidii claſſe captum, quum ad necem duceretur, beneficio Vari eſſe ſervatum, poſtea facultatem ſibi nullam datam tranſeundi, ignovit.

LXV. Eſt in Africa conſuetudo incolarum, ut in 1
agris, & omnibus fere villis ſub terra ſpecus, condendi frumenti gratia, clam habeant, atque id propter bella maxime, hoſtiumque ſubitum adventum præparent. Qua de re Cæſar certior per indicem factus, tertia vi- 2
gilia legiones II cum equitatu mittit à caſtris ſuis millia paſſuum X; atque inde magno numero frumenti onuſtos [2] recipit in caſtra. Quibus rebus cognitis, La- 3
bienus progreſſus à ſuis caſtris millia paſſuum VII, per ju-

1. *Et P. Ligarius Afranianus*] In vett. editt. perperam legitur *P. Ligarius Afranius*. Ligarium ideo *Afranianum* vocat, quod in Hiſpaniis ſub Afranio, & Petrejo meruerat. *Rhellican.*

2. *Recipit in caſtra*] Sic ex MSto *Norvic.* repoſui: in aliis erat *recepit in caſtra*, quæ lectio minus convenit cum verbis præſentis temporis, quibuſcum conjungitur. *Davies.*

jugum & collem, per quem Cæsar pridie iter fecerat, ibi castra duarum legionum facit; atque ibi ipse quotidie existimans Cæsarem eadem sæpe frumentandi gratia commeaturum, cum magno equitatu levique armatura insidiaturus locis idoneis consedit.

1 LXVI. Cæsar interim de insidiis Labieni ex perfugis certior factus, paucos dies ibi commoratus, dum hostes quotidiano instituto, sæpe idem faciendo in negligentiam adducerentur, subito mane imperat porta Decumana legiones se IIX veteranas cum parte equita-
2 tus sequi: atque, equitibus præmissis, neque opinantes insidiatores subito in convallibus latentes levi armatura concidit circiter D; reliquos in fugam turpissimam
3 conjecit. Interim Labienus cum universo equitatu fugientibus suis suppetias occurrit. Cujus vim multitudinis quum equites pauci Cæsariani jam sustinere non possent, Cæsar instructas legiones hostium copiis osten-
4 dit. Quo facto perterrito Labieno, ac retardato, suos equites recepit incolumes. [1] Postero die Juba Numidas eos, qui loco amisso fuga se receperant in castra, in cruce omnes suffixit.

1 LXVII. Cæsar interim, [2] quoniam frumenti inopia premebatur, copias omnes in castra conducit; atque præsidio Lepti, Ruspinæ, Acillæ relicto, Cispio, Aquilæque classe transdita, ut alter Adrumetum, alter Thapsum mari obsiderent, ipse castris incensis, IV noctis vigilia, acie instructa, impedimentis in sinistra parte collocatis, ex eo loco proficiscitur, & pervenit ad oppidum Agar, quod à Getulis sæpe antea oppugnatum, summaque vi per ipsos oppidanos erat defensum.

1. *Postero die Juba &c.*] *Joan. Rhellicanus* valde insulse hanc Jubæ militarem animadversionem, seu potius crudelitatem, ad prœlium apud Ruspinam factum refert, cum id temporis Jubam adhuc in regno suo fuisse, constet. *Glandorp.*

2. *Quoniam frumenti inopia*] *MS. Norvic. qui frumenti inopia premebatur*, & ea sane lectio æque placet ac vulgata. *Davies.*

ſum. Ibi in campo caſtris unis poſitis, ipſe frumentatum 2
circum villas cum parte exercitus profectus, magno in-
vento hordei, olei, vini, fici numero, pauco tritici,
atque recreato exercitu, redit in caſtra. Scipio interim, 3
cognito Cæſaris diſceſſu, cum univerſis copiis per ju-
gum Cæſarem ſubſequi cœpit; atque ab ejus caſtris
millia paſſuum VI longe, trinis caſtris diſpartitis co-
piis, conſedit.

LXVIII. Oppidum erat Zeta, quod aberat à Scipi- 1
one millia paſſuum X, ad ejus regionem & partem ca-
ſtrorum collocatum, à Cæſare autem diverſum ac re-
motum, quod erat ab eo longe millia paſſuum XIIX.
Huc Scipio legiones II frumentandi gratia miſit. Quod 2
poſtquam Cæſar ex perfuga cognovit, caſtris ex cam-
po in collem, ac tutiora loca collocatis, atque ibi præ-
ſidio relicto, ipſe IV vigilia egreſſus, præter hoſtium
caſtra proficiſcitur cum copiis, & oppido potitur. Le- 3
giones Scipionis comperit longius in agris frumentari:
&, quum eo contendere conaretur, animadvertit co-
pias hoſtium iis legionibus occurrere ſuppetias; quæ
res ejus impetum retardavit. Itaque, capto C. Mutio 4
Regino equite Rom. Scipionis familiariſſimo, qui ei
oppido præerat, & P. Atrio equite Rom. de conven-
tu Uticenſi, & camelis XXII regis adductis, præſi-
dio ibi cum Oppio legato relicto, ipſe ſe recipere cœ-
pit ad caſtra.

LXIX. Quum jam non longe à caſtris Scipionis ab- 1
eſſet, quæ eum neceſſe erat prætergredi; Labienus A-
franiuſque cum omni equitatu levique armatura ex in-
ſidiis adorti, agmini ejus extremo ſe offerunt, atque
ex collibus primis [1] exſiſtunt. Quod poſtquam Cæſar 2
animadvertit, equitibus ſuis hoſtium vi oppoſitis, ſar-
cinas

1. *Exſiſtunt*] *Exſiſtere* proprie emergere, apparere & exoriri eſt. *Cicero* pro M. Cœlio: *Exſiſtat igitur pro hac familia aliquis, & potiſſimum Cæcus ille* &c. *qui ſi exſtiterit, ſic loquetur.* Et de divinatione: *Anguis ab ara exſtitit.* Glandorp.

cinas legionarios in acervum jubet comportare, atque
3 celeriter ſigna hoſtibus inferre. Quod poſtquam cœ-
ptum eſt fieri; primo impetu legionum equitatus & le-
vis armatura hoſtium nullo negotio loco pulſa & de-
4 jecta eſt de colle. Quum jam Cæſar exiſtimaſſet hoſtes
pulſos deterritoſque finem laceſſendi facturos, & iter
cœptum pergere cœpiſſet; iterum celeriter ex proxi-
mis collibus erumpunt, atque eadem ratione, qua an-
te dixi, in Cæſaris legionarios impetum faciunt [1] Nu-
midæ, leviſque armaturæ, mirabili velocitate prædi-
ti, qui inter equites pugnabant, & una pariterque cum
5 equitibus accurrere & refugere conſueverant. Quum
hoc ſæpius facerent, & [2] Julianos proficiſcentes inſe-
querentur, & refugerent inſtantes, propius non acce-
derent, & ſingulari genere pugnæ uterentur; eoſque
jaculis convulnerare ſatis eſſe exiſtimarent; Cæſar in-
tellexit nihil aliud illos conari, niſi ut ſe cogerent ca-
ſtra in eo loco ponere, ubi omnino aquæ nihil eſſet;
ut exercitus ejus jejunus, qui à quarta vigilia uſque ad
horam x die nihil guſtaſſet, ac jumenta ſiti perirent.
1 LXX. Quum jam ad Solis occaſum eſſet, & non
totos c paſſus in horam IV eſſet progreſſus, equitatu
ſuo, propter equorum interitum, extremo agmine re-
moto, legiones invicem ad extremum agmen evocabat.
2 Ita vim hoſtium, placide leniterque procedens, per le-
gionarium militem commodius ſuſtinebat. Interim e-
quitum Numidarum copiæ dextra ſiniſtraque per col-
les

1. *Numidæ, leviſque armaturæ*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* perperam, omiſſa particula, repræſentant *Numidæ levis armaturæ*. MS. *Norvic.* exhibet *Numidæ leviſque armatura*, ac ita reponendum, niſi forte, pro vetere ſcribendi ratione, *levis* nominativi pluralis cenſeatur. *Davies.*

2. *Julianos proficiſcentes inſequerentur, & refugerent inſtantes, propius non accederent*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *Julianos proficiſcentes inſequerentur & refugerent: ſtantes propius non accederent*; ſic & MS. *Norvic.* niſi quod in eo omittatur particula copulans, unde mutata diſtinctione legendum crediderim *Julianos proficiſcentes inſequerentur & refugerent ſtantes, propius non accederent*; nam cap. LXX. teſtatur noſter, ſi tres aut quatuor veterani *ſe convertiſſent*, multos Numidas terga vertiſſe. *Davies.*

les præcurrere, coronæque in modum cingere multitudine sua Cæsaris copias, pars agmen extremum insequi: Cæsaris autem non amplius tres aut quatuor mi- 3
lites veterani, si se convertissent, & pila viribus contorta in Numidas infestos conjecissent, amplius II millium numero ad unum terga vertebant; ac rursus ad aciem passim, conversis equis, se colligebant, atque in spatio consequebantur, & jacula in legionarios conjiciebant. Ita Cæsar, modo procedendo, modo resisten- 4
do, tardius itinere confecto, noctis hora prima omnes suos ad unum [1] in castris incolumes, sauciis x factis, reduxit. Labienus, circiter CCC amissis, multis vulne- 5
ratis, ac defessis instando omnibus, ad suos se recepit. Scipio interim legiones productas cum elephantis, quos 6
ante castra in acie, terroris gratia, in conspectu Cæsaris collocaverat, reducit in castra.

LXXI. Cæsar contra ejusmodi hostium genera co- 1
pias suas, non ut Imperator exercitum veteranum, victoremque maximis rebus gestis, [2] sed ut lanista tirones gladiatores condocefacere: quo pede se reciperent ab ho- 2
ste, & quemadmodum obversi adversariis, & in quantulo spatio resisterent, modo procurrerent, modo recederent; comminarenturque impetum, ac prope quo loco, [3] & quemadmodum tela mitterent, præcipit: mirifice enim hostium levis armatura anxium exerci- 3
tum nostrum atque sollicitum habebat: quia & equites

1. *In castris incolumes —— reduxit*] Non necesse est ut cum *Pet. Ciacconio* legamus *in castra*, nam hæc præpositio, etiam cum motum denotet, ablativo jungitur, ut inter alios ostendit *G. J. Vossius* de Construct. cap. LXV. *Davies.*

2. *Sed ut lanista tirones gladiatores condocefacere*] Ait *tirones gladiatores*, quia in ludo genera duo, *Tirones* sive novitii, & *Veterani*. Hi nobiliores, & usu longo edocti. Ad illos cura & institutio præcipue pertinebat. Vide *Just. Lipsium* lib. I. Saturn. cap. XV. ubi fuse de lanistis. *Brant.*

3. *Et quemadmodum tela mitterent, præcipit*] Editt. *Rom. Ven. præcepit*, in MS. autem *Norvic.* est *præciperent*, unde proculdubio legendum *præcipere*, supra enim dixit *ut lanista tirones gladiatores* condocefacere, cum quo hic locus componi non potest, nisi subjiciatur modus infinitivus. *Davies.*

Zz

tes deterrebat prœlium inire, propter equorum interi-
4 tum; quod eos jaculis interficiebat; & legionarium
militem defatigabat propter velocitatem; gravis enim
armaturæ miles ſimul atque [1] ab his inſectatus conſti-
terat, in eoſque impetum fecerat, illi veloci curſu fa-
cile periculum vitabant.

1 LXXII. Quibus ex rebus Cæſar vehementer com-
movebatur: quia, quodcumque prœlium, quoties e-
rat commiſſum, equitatu ſuo, ſine legionario milite,
hoſtium equitatui, levique armaturæ eorum nullo mo-
2 do par eſſe poterat. Sollicitabatur autem his rebus,
quod nondum hoſtium legiones cognoverat, & quo-
nam modo ſuſtinere ſe poſſet ab eorum equitatu, le-
vique armatura, quæ erat mirifica, ſi legiones quoque
3 acceſſiſſent. Accedebat etiam hæc cauſſa, quod elephan-
torum magnitudo multitudoque militum animos deti-
nebat in terrore; cui uni rei tamen invenerat reme-
4 dium: namque elephantos [2] ex Italia tranſportari juſ-
ſerat, quo & miles noſter ſpeciemque & virtutem be-
ſtiæ cognoſceret, & cui parti corporis ejus telum faci-
le adjici poſſet; ornatuſque ac loricatus elephantus quum
eſſet, quæ pars ejus corporis nuda ſine tegmine relin-
5 queretur, ut eo tela conjicerentur: præterea, ut ju-
menta beſtiarum odorem, ſtridorem, ſpeciem, [3] con-
ſue-

1. *Ab his inſectatus*] Hoc participium, quod vulgo *deponens* cenſetur, hic loci *paſſive* accipitur, quin & aliis id genus multis idem contigit, quemadmodum oſtendit *G. J. Voſſius* de Anal. lib. III. cap. VI. Hinc factum, ut hujuſce verbi *activam* terminationem adhibuerit *Plautus* Captiv. Act. III. Sc. IV, 61. *Davies.*

2. *Ex Italia tranſportari*] Ita edidit *Joſ. Scaliger*, & ſic emendarunt *Pet. Ciacconius* & *Juſt. Lipſius* Elect. lib. II. cap. XXII. cum in libris MSS. & antiquitus excuſis legatur *in Italiam tranſportari*, quam lectionem tueri fruſtra aggreſſus eſt *Joan. Goduinus*, nam Cæſarem ςρατιώτας τε ΕΚ ΤΗΣ ΙΤΑΛΙΑΣ ϗ ΕΛΕΦΑΝΤΑΣ μεταπέμψαϑαι teſtatur *Dion* l. XLIII. pag. 215. Vitioſa tamen illa lectione deceptus videtur *Jul. Celſus*; hic enim pag. 225. ed. Londin. ſic loquitur: *Huic parti remedium adhibuerat adducendo elephantes in caſtra, & aliquos* in Italiam *mittendo* &c. *Idem.*

3. *Conſuetudine captarum non reformidarent*] Reponit *Pet. Ciacconius conſuetudine earum*, vel *conſuetudine capta earum non reformidarent*; & ſane à po-

suetudine captarum non reformidarent. [1] Quibus ex rebus largiter erat consecutus: nam & milites bestias manibus pertractabant, earumque tarditatem cognoscebant: equitesque in eos [2] pila præpilata conjiciebant; atque [3] in consuetudinem equos patientia bestiarum adduxerat. 6

LXXIII. Ob has caussas, quas supra commemoravi, sollicitabatur Cæsar, tardiorque & consideratior erat factus, & ex pristina bellandi consuetudine celeritateque excesserat: nec mirum; copias enim habebat in Gallia bellare consuetas locis campestribus, & contra Gallos homines apertos minimeque insidiosos; qui per virtutem, non per dolum, dimicare consueverunt: tum autem erat ei laborandum, ut consuefaceret milites hostium dolos, insidias, artificia cognoscere, & quid sequi, quid vitare conveniret. Itaque quo hæc celerius conciperent, dabat operam, ut legiones non in

1 (margin)
2 (margin)
3 (margin)
4 (margin)

posteriori conjectura non abhorrerem, nisi MS. *Norv.* lectionem exhiberet, quæ sententiæ ad amussim quadrat; in illo enim est *consuetudine* capta *non reformidarent*, ac ita rescribendum. *Davies.*

1. *Quibus ex rebus largiter erat consecutus*] Primas tres voculas contra fidem Codicum delendas censuit *Jos. Scaliger*, qua emendatione recepta, aliter distinguenda est oratio, quam in sua editione fecit vir maximus. *Pet. Ciacconio* placet *quas res largiter erat consecutus*; sed hæc nimia est mutatio. Vide an felicius conjecerim *quibus* hæc *rebus* &c. ne scilicet equi viri ve bestias timerent. *Idem.*

2. *Pila præpilata*] *Joan. Glandorpius* aliique, censuerunt *pila præpilata* hic esse tela ferreis cuspidibus instructa; sed *Just. Lipsio* adsentiendum, qui Poliorc. lib. IV. Dial. IV. notavit *pila præpilata* sine ferro esse, nec aliud quam pilæ instar, obtuso acumine, rotunda. Certe, quod non observavit vir doctissimus, elephanti, cum vulnerantur, non ita lenes se præstare sunt soliti, ut eorum *patientia equos in consuetudinem adduceret*. Vide *Florum* lib. I. c. XVIII. 12, & hujusce libri cap. LXXXIV. *Idem.*

3. *In consuetudinem equos patientia bestiarum adduxerat*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *in consuetudinem equos ipsarum bestiarum adduxerant*, quam quidem lectionem à Criticis vulgatæ sensum non capientibus profectam arbitror. *Pet. Ciacconius* reponit *consuetudine equos patientia bestiarum adduxerat* vel *equos consuetudine in patientiam* &c. *Just. Lipsius* Pol. lib. IV. Dial. IV. legit *in consuetudinem equos patientia bestiarum adduxerant*. Mihi quidem sana videtur lectio recepta, dummodo vox *patientia* nominandi casu posita intelligatur. *Idem.*

in uno loco contineret, sed per caussam frumentandi, huc atque illuc raptaret: ideo quod hostium copias ab
5 se, suoque vestigio non discessuras existimabat. Atque post diem III productas accuratius suas copias, sicut instruxerat, [1] propter hostium castra prætergressus, æquo loco invitat ad dimicandum. Postquam eos abhorrere videt, reducit sub vesperum legiones in castra.

1 LXXIV. Legati interim ex oppido Vacca, quod finitimum fuit Zetæ, cujus Cæsarem potitum esse de-
2 monstravimus, veniunt. Petunt & obsecrant, *ut sibi præsidium mittat: se res complures, quæ utiles bello sint,*
3 *administraturos.* Per id tempus, [2] Deorum voluntate studioque erga Cæsarem, transfuga suos cives facit certiores: *Jubam regem celeriter cum copiis suis, antequam Cæsaris præsidium eo perveniret, ad oppidum adcucurrisse, atque, adveniente multitudine circumdata, eo potitum; omnibus ejus oppidi incolis ad unum interfectis, dedisse oppidum diripiendum delendumque militibus.*

1 LXXV. Cæsar interim, lustrato exercitu a. d. XII Kal. Apr. postero die productis universis copiis, [3] progressus

1. *Propter hostium castra prætergressus*] Cur prima vox in editt. *Rom. Ven. Beroald.* non compareat, in caussa fuit editorum inscitia, qui præpositionis illius significatum non intelligebant. *Propter hostium castra* idem valet ac *prope hostium castra.* Sic *Plautus* Amphit. Act. IV. Sc. I, 8. *Quem* propter *corpus suum stupri compleverit.* Et Curcul. Act. IV. Sc. I, 15. *In medio* propter *Canalem.* Adi etiam quæ notavimus ad hujusce libri cap. XXXVII. *Davies.*

2. *Deorum voluntate studioque erga Cæsarem*] Sic reposui ex MS. *Norvic.* & ed. *Steph.* eandemque lectionem in suo Codice inventam probavit *Fulv. Ursinus*: & jure quidem merito, quippe quæ cum auctoris sententia pulchre conveniat, nam Dii immortales, inquit ille Bell. Alex. cap. LXXV. *quum omnibus casibus belli intersunt, tum præcipue eis, quibus nihil ratione potuit administrari.* In vulgg. erat *de eorum voluntate studioque erga Cæsarem*, unde factum, ut verba illa pro Glossemate habuerit *Just. Lipsius* Elect. lib. II. cap. XXII. *Idem.*

3. *Progressus a suis castris*] Hanc lectionem MS. *Norvic.* & edit. *Rob. Stephani* A. D. 1544. debemus. In aliis tam priscis, quam nuperis excusis legebatur *processus a castris*, quæ nova est locutio & Latinis auribus inaudita. *Idem.*

greſſus à ſuis caſtris millia paſſuum v, à Scipionis circiter II millium interjecto ſpatio, in acie conſtitit.
Poſtquam ſatis diuque adverſarios à ſe ad dimicandum 2
invitatos ſuperſedere pugnæ animadvertit, reducit copias. Poſtero die caſtra movet, atque iter ad oppidum Sar- 3
ſuram, ubi [1] Scipio Numidarum habuerat præſidium,
frumentumque comportaverat, ire contendit. Quod 4
ubi Labienus animadvertit, cum equitatu levique armatura agmen ejus extremum carpere cœpit: atque ita lixarum mercatorumque, qui ploſtris merces portabant, interceptis ſarcinis, addito animo, propius audaciuſque accedit ad legiones, quod exiſtimabat milites ſub onere ac ſub ſarcinis defatigatos pugnare non
poſſe. Quæ res Cæſarem non fefellerat: namque ex- 5
peditos ex ſingulis legionibus tricenos milites eſſe juſ-
ſerat; itaque eos in equitatum Labieni immiſſos tur- 6
mis ſuorum ſuppetias mittit. Tum Labienus, converſis equis, ſignorum conſpectu perterritus, turpiſſime contendit fugere; multis ejus occiſis, compluribus vul-
neratis. Milites legionarii ad ſua ſe recipiunt ſigna, at- 7
que iter inceptum ire cœperunt: Labienus per jugum ſummum collis dextrorſus procul [2] milites ſubſequi non deſiſtit.

LXXVI. Poſtquam Cæſar ad oppidum Sarſuram 1
venit, inſpectantibus adverſariis, interfecto præſidio Scipionis, quum ſuis auxilium ferre non auderent, fortiter repugnante P. Cornelio Scipionis evocato, qui ibi præerat, atque à multitudine circumvento interfe-
ctoque, oppido potitur; atque ibi frumento exercitui 2
dato, poſtero die ad oppidum Tiſdram pervenit, in quo

1. *Scipio Numidarum habuerat præſidium* MS. *Norvic.* repræſentat *Scipio Numidarum* habebat *præſidium*, quæ ſane lectio non paullo eſt melior, cum enim Cæſar ad oppidum Sarſuram venit, ibi præſidium Scipionis repertum interfecit. Vide c. LXXVI. *Davies.*

2. *Milites ſubſequi non deſiſtit*] MS. *Norvic.* editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *ſubſequi non deſtitit*, omiſſa prima voce, quæ nullo ſententiæ detrimento abeſſe poteſt. *Idem.*

quo Considius per id tempus fuerat cum grandi præ-
3 sidio, cohorteque sua gladiatorum. Cæsar, oppidi natura perspecta, [1] atque inopia ab oppugnatione ejus deterritus, protinus profectus circiter millia passuum IV [2] ad aquam facit castra; atque inde IV die egressus, redit rursus ad ea castra, quæ ad Agar habuerat. Idem facit Scipio, atque in antiqua castra copias reducit.

1 LXXVII. Thabenenses interim, qui sub ditione & potestate Jubæ esse consuessent, in extrema ejus regni regione maritima locati, interfecto regio præsidio, legatos ad Cæsarem mittunt; [3] rem à se gestam docent: petunt orantque, ut suis fortunis, de populo Rom.
2 quod bene meriti essent, auxilium ferret. Cæsar, eorum consilio probato, [4] M. Crispum Tribunum cum cohorte, & sagittariis, tormentisque compluribus præ-
3 sidio Thabenam mittit. Eodem tempore ex legionibus omnibus milites, qui aut morbo impediti, aut, commeatu dato, cum signis non potuerant ante transire in Africam, ad millia IV, equites CD, funditores sa-
4 gittariique ∞ uno commeatu Cæsari occurrerunt. Itaque tum his copiis, & omnibus legionibus eductis, sicut erat instructus, IIX millibus passuum à suis castris, ab Scipionis vero IV millibus longe constitit in campo.

LXXVIII.

1. *Atque inopia ab oppugnatione ejus deterritus*] *Just. Lipsius* Elect. lib. II. cap. XXII. rescribit *aquæ inopia*; sed si, ut videtur, *Hirtius* rerum oppido expugnando necessariarum inopiam intelligat, haud opus est, ut ejus conjecturam recipiamus. *Davies.*

2. *Ad aquam facit castra*] Sic edidimus ex fide MS. *Norvic.* & edit. *Steph.* Vulgg. perperam *fecit castra.* Idem.

3. *Rem à se gestam docent*] Hæc conjectura *Just. Lipsii* Elect. lib. II. cap. XXII. quem in sua edit. secutus est *Jos. Scaliger.* Omnes Codd. *rem male gestam* exhibent. Inepte prorsus; cum pro *Cæsaris* & *Hirtii* sententia optime se gesserint Thabenenses. *Idem.*

4. *M. Crispum*] Quidam legunt *M. Cispium.* Sed hujus *M. Crispi* multa mentio fit à *Dione* libro quadragesimo septimo, & à *Cicerone* Philipp. XI. cum scribit, *Q. Marcio Crispo Procos. L. Statio Marcio Procos.* Legendum tamen existimo apud *Ciceronem*, *M. Crispo Procos.* ex ipso *Dione*, nam de eodem apud utrumque agi non dubium est. *Ciacon.*

LXXVIII. Erat oppidum infra castra Scipionis no- 1
mine Tegea, ubi præsidium equestre [1] circiter CD ha-
bere consueverat. Eo equitatu dextra sinistraque dire- 2
cto ab oppidi lateribus, ipse, legionibus ex castris e-
ductis, atque in jugo inferiore instructis, non longius
fere ∞ passus ab suis munitionibus progressus, in acie
constitit. Postquam diutius in uno loco Scipio commo- 3
rabatur; & tempus diei in otio consumebatur; Cæsar
equitum turmas suorum jubet in hostium equitatum,
qui ad oppidum in statione erat, facere impressionem;
levemque armaturam, sagittarios funditoresque eodem
submittit. Quod ubi cœptum est fieri; & equis con- 4
citatis Juliani impetum fecissent; Pacidius suos equites
exporrigere cœpit in longitudinem, ut haberent facul-
tatem turmas Julianas circumfundere, & nihilo minus
fortissime acerrimeque pugnare. Quod ubi Cæsar ani- 5
madvertit, CCC, quos ex legionibus habere expeditos
consueverat, ex proxima legione, quæ ei prœlio in
acie constiterat, jubet equitatui succurrere. Labienus 6
interim suis equitibus auxilia equestria submittere, sau-
ciisque ac defatigatis integros, recentioribusque viri-
bus equites subministrare. Postquam equites Juliani 7
CD vim hostium ad IV millia numero sustinere non po-
terant, & à levi armatura Numidarum vulneraban-
tur, [2] minutatimque cedebant; Cæsar alteram alam
mittit, qui satagentibus celeriter occurrerent. Quo fa- 8
cto

1. *Circiter* CD *habere consueverat*] MS. *Norvic.* omissis notis numeralibus, exhibet *circiter niio habere consueverat*, unde legendum arbitror *circiter* CD *numero* &c. Sic infra hoc ipso capite: *Vim hostium ad* IV *millia* numero *sustinere non poterant.* Ac lib. II. de Bell. Gall. cap. IV. *Oppida habere* numero XII. Ita & alibi passim. *Davies.*

2. *Minutatimque cedebant*] Sensim, paullatim. Sic supra cap. XXXI. *Intra munitiones* minutatim *modesteque sine tumultu aut terrore se recipere.* Hic tamen vocis usus in causa fuit, cur *non optimum Latinitatis auctorem* nostrum vocarit *J. M. Brutus.* Perperam sane. *Varro* R. R. lib. I. cap. XX. *Tum ita subigendum, ut* minutatim *assuefaciant.* Et lib. II. cap. VII. *Quotidie adjiciendo* minutatim. Vide & *Senecam* in Consol. ad Helv. cap. VIII. In editt. *Rom Ven. Beroald.* legitur *minutatimque cædebantur*, *Joan. Rhellicano* frustra applaudente. *Idem.*

cto sui sublati universi, in hostes impressione facta,
in fugam adversarios dederunt, multis occisis, com-
pluribus vulneratis: insecuti per III millia passuum,
usque in colles hostibus adactis, se ad suos recipiunt.
9 Cæsar in horam X commoratus, sicut erat instructus,
10 se ad sua castra recepit, omnibus incolumibus: in quo
prœlio Pacidius graviter pilo per cassidem caput ictus,
compluresque duces, ac fortissimus quisque interfecti,
vulneratique sunt.

1 LXXIX. Postquam nulla conditione cogere adver-
sarios poterat, ut in æquum locum descenderent, le-
gionumque periculum facerent; neque ipse propius ho-
stem castra ponere propter aquæ penuriam se posse a-
nimadverteret, adversarios [1] non eorum virtute confi-
dere, sed aquarum inopia fretos, despicere se intelle-
2 xit: pridie Non. Apr. tertia vigilia egressus, ab Agar
XVI millia passuum nocte progressus, ad Thapsum,
ubi Vergilius cum grandi præsidio præerat, castra po-
nit, oppidumque eo die circummunire cœpit, loca-
que idonea opportunaque complura præsidiis occupa-
re; ne hostes intrare ad se, ac loca interiora capere
3 possent. Scipio interim, cognitis Cæsaris consiliis, ad
necessitatem adductus dimicandi, ne per summum de-
decus fidissimos suis rebus Thapsitanos & [2] Vergilium
amitteret; confestim Cæsarem per superiora loca con-
secutus, millia passuum IIX à Thapso binis castris
contendit.

1 LXXX. Erat stagnum salinarum, inter quod, &
mare, angustiæ quædam non amplius mille & quin-
gentos

1. *Non eorum virtute confidere* ] Quemadmodum pronomen reciprocum pro demonstrativo subinde ponitur, ut ostendit *Joan. Vorstius* de Latin. falso suspect. cap. V. ita, vice versa, *ἀποδεικτικὸν* in reciproci locum hic succedit. Sic & apud *Hyginum* Fab. LXXX. *Tunc deprecatus Pollux, ut liceret* EI *munus suum cum fratre communicare.* Plura congessit *G. J. Vossius* de Construct. cap. LVI. *Davies.*

2. *Vergilium amitteret* ] Sic legitur in editt. *Rom. Ven. Beroald.* &, ut opinor, rectius, quam in MS. *Norvic. Virgilium desereret.* Idem.

gentos paſſus intererant; quas Scipio intrare, & Tha-
pſitanis auxilium ferre conabatur: quod futurum Cæ-
ſarem non feſellerat; namque pridie in eo loco caſtel- 2
lo munito, ibique trino præſidio relicto, ipſe cum re-
liquis copiis [1] lunatis caſtris Thapſum operibus cir-
cummunivit. Scipio interim excluſus ab incepto itine- 3
re, ſupra ſtagnum poſtero die & nocte confecta, cœ-
lo albente, non longe à caſtris præſidioque, quod ſu-
pra commemoravimus, ∞ c paſſibus, ad mare verſus
conſedit, & caſtra munire cœpit. Quod poſtquam Cæ- 4
ſari nunciatum eſt, [2] milite ab opere deducto, caſtris
præſidio Aſprenate proconſule cum legionibus II reli-
cto, ipſe cum expedita copia in eum locum citatim
contendit; claſſiſque parte ad Thapſum relicta, reli- 5
quas naves jubet poſt hoſtium tergum quam maxime
ad littus appelli, ſignumque ſuum obſervare; quo ſi- 6
gno dato, ſubito clamore facto, ex improviſo hoſti-
bus averſis incuterent terrorem; ut perturbati, ac per-
territi reſpicere poſt terga cogerentur.

LXXXI. Quo poſtquam Cæſar pervenit, & ani- 1
madvertit [3] aciem pro vallo Scipionis, elephantoſque
dextro ſiniſtroque cornu collocatos, & nihilo minus
partem militum caſtra non ignaviter munire; ipſe acie
triplici collocata, legione X ſecundaque dextro cornu;
IIX & IX ſiniſtro, oppoſitis V legionibus in quarta a-
cie,

1. *Lunatis caſtris*] In lunæ formam poſitis, quemadmodum & *lunati* vocantur *calcei*. Sic & *Virgilius* Æneid. I, 494. *peltas lunatas* vocat; quod (ut *Servius* exponit) *in modum Lunæ mediæ eſſent formata*. Rhellican.

2. *Milite ab opere deducto*] Hæc lectio eſt à MS. *Norvic.* & edit. *Beroald.* eandemque ex Codd. Gallic. aſſeruit *Joan. Goduinus.* Vulgg. *milites ab opere deductos*, quo modo ſi legas, non conſtat *σύνταξις*. Davies.

3. *Aciem pro vallo Scipionis, elephantoſque dextro ſiniſtroque cornu collocatos*] Nonnihil hic turbant MSti & antiquitus excuſi. In nonnullis eſt *aciem pro vallo Scipionis, caſtris elephantiſque —— collocatis*, unde reponit *Joan. Glandorpius*, *aciem pro vallo Scipionis* inſtructam, *elephantis dextro ſiniſtroque cornu collocatis.* MS. *Norvic.* exhibet *pro vallo Scipionis*, *contra elephantos —— collocatos*; ſic & editt. *Rom. Ven. Beroald.* niſi quod illæ *collocatam*. Sed his omnibus multum præſtat recepta lectio. *Idem.*

cie, ante ipsa cornua quinis cohortibus contra bestias
collocatis, sagittariis, funditoribus in utrisque corni-
bus dispositis, levique armatura inter equites interje-
cta, ipse pedibus circum milites concursans, virtutes-
que veteranorum, prœliaque superiora commemorans,
2 blandeque appellans, animos eorum excitabat. Tiro-
nes autem, qui nunquam in acie dimicassent, horta-
batur, *ut veteranorum virtutem æmularentur, eorumque
famam, nomen locumque, victoria parta, cuperent possi-
dere.*

1 LXXXII. Itaque in circumeundo exercitum, ani-
madvertit hostes circa vallum trepidare, atque ultro
citroque pavidos concursare, & modo se intra portas
recipere, modo inconstanter immoderateque prodire:
2 quumque idem à pluribus animadverti cœptum esset;
subito legati evocatique obsecrare Cæsarem, *ne dubi-
taret signum dare: victoriam sibi propriam à diis immorta-*
3 *libus portendi.* Dubitante Cæsare, atque eorum studio
cupiditatique resistente, sibique eruptione pugnari non
placere clamitante, & etiam atque etiam aciem susten-
tante, subito dextro cornu, [1] injussu Cæsaris, tubicen,
4 à militibus coactus, canere cœpit. Quo facto ab uni-
versis cohortibus signa in hostem cœpere inferri, quum
centuriones pectore adverso resisterent, vique conti-
nerent milites, ne injussu imperatoris concurrerent,
nec quidquam proficerent.

1 LXXXIII. Quod postquam Cæsar intellexit, inci-
tatis militum animis resisti nullo modo posse, [2] signo
*Felicitatis* dato, equo admisso in hostem contra princi-
2 pes ire contendit. A dextro interim cornu funditores
sagittariique concita tela in elephantos frequentes inji-
ciunt.

1. *Injussu Cæsaris, tubicen* &c.] Idem confirmat *Florus*, qui lib. IV. cap. II, 66. *quod nunquam alias acciderit, ante imperium Ducis sua sponte signa cecinisse* scribit. *Glandorp.*

2. *Signo* Felicitatis *dato*] De signis militaribus, quæ Græci συνθήματα καὶ σύμβολα, Romani *tesseras* vocant, legatur *Fl. Vegetius* lib. III. cap. V. *Idem.*

ciunt. Quo facto beſtiæ ſtridore fundarum lapidumque 3
deterritæ ſeſe convertere, & ſuos poſt ſe frequentes
ſtipatoſque proterere, & in portas valli ſemifactas ruere
contendunt. Item Mauri equites, qui in eodem cornu 4
cum elephantis erant, præſidio deſerti principes fugi-
unt. Ita celeriter beſtiis circuitis, legiones vallo ho-
ſtium ſunt potitæ: & paucis acriter repugnantibus in-
terfectis, reliqui concitati in caſtra, unde pridie erant
egreſſi, confugiunt.

LXXXIV. Non videtur eſſe prætermittendum de 1
virtute militis veterani v legionis: nam quum in ſini-
ſtro cornu elephantus vulnere ictus & dolore concita-
tus in lixam inermem impetum feciſſet, eumque ſub
pede ſubditum, deinde genu innixus pondere ſuo,
[1] proboſcide erecta vibrantique, ſtridore maximo pre-
meret atque enecaret; miles hic non potuit pati, quin
ſe armatum beſtiæ offerret: quem poſtquam elephan- 2
tus ad ſe telo infeſto venire animadvertit, relicto ca-
davere militem proboſcide circumdat, atque in ſubli-
me extollit armatum. Qui in ejuſmodi periculo quum 3
conſtanter agendum ſibi videret, gladio proboſcidem,
quo erat circumdatus, cædere, quantum viribus po-
terat, non deſtitit: quo dolore adductus elephantus,
milite abjecto, maximo cum ſtridore curſuque conver-
ſus ad reliquas beſtias ſe recepit.

LXXXV. Interim Thapſo qui erant præſidio, ex 1
oppido eruptionem porta maritima faciunt; &, ſive
ut ſuis ſubſidio occurrerent; ſive ut, oppido deſer-
to, fuga ſalutem ſibi pararent, egrediuntur, atque
ita per mare [2] umbilici fine ingreſſi, terram petebant:

[1] qui

1. *Proboſcide erecta vibrantique* ] MS. *Norvic.* habet *promuſcide erecta vibratimque*; ſic & poſtea, ubi manus elephanti in vulgg. vocatur *proboſcis*, is Codex *promuſcidem* conſtanter repræſentat. Ita etiam apud *Plinium* Hiſt. Nat. lib. VIII. cap. VII. nonnulli libri *proboſcidem* exhibent; dum in aliis manu exaratis Codd. *promuſcis* legatur. *Davies.*

2. *Umbilici fine ingreſſi* ] Sic *Salluſtius* Hiſt. lib. III. *Fine inguinum.* Vide quæ in eum ſcripſi. *Faërnus* legit *tenus*. Ciaccon.

2 [1] qui à ſervitiis puerisque, qui in caſtris erant, lapidi-
bus pilisque prohibiti terram attingere, rurſus ſe in op-
3 pidum receperunt. Interim Scipionis copiis proſtratis,
paſſimque toto campo fugientibus, confeſtim Cæſaris
legiones conſequi, ſpatiumque ſe non dare colligendi:
qui poſtquam ad ea caſtra, quæ petebant, perfugerunt,
ut refectis caſtris rurſus ſeſe defenderent; ducem ali-
quem requirunt, quem reſpicerent, cujus auctoritate
4 imperioque rem gererent: qui poſtquam adverterunt
neminem ibi eſſe præſidio, protinus armis abjectis in
5 regia caſtra fugere contendunt. Quo poſtquam perve-
nerunt, [2] eaque ab Julianis teneri vident, deſperata ſa-
lute in quodam colle conſiſtunt; atque [3] armis demiſ-
6 ſis, ſalutationem more militari faciunt. Quibus miſe-
ris ea res parvo præſidio fuit: namque milites vetera-
ni ira & dolore incenſi, non modo, ut parcerent ho-
ſti, non poterant adduci, ſed etiam ex ſuo exercitu il-
luſtres urbanos, [4] quos auctores appellabant, complu-
7 res aut vulnerarunt, aut interfecerunt: in quo nume-
ro fuit Tullius Rufus quæſtorius: qui pilo transjectus
conſulto à milite interiit. Item Pompejus Rufus bra-
chium

1. *Qui à ſervitiis puerisque*] Sic reſtitui ex MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum in nuperius impreſſis ex Gloſſemate legatur *qui a servis puerisque.* Noſter hujuſce libri cap. LXXXVIII. *Hortatur, ut ſervitia manumitterent.* *Salluſtius* Bell. Cat. cap. XXIV. *Credebat poſſe* ſervitia *urbana ſollicitare.* *Florus* lib. III. cap. XXI, II. Servitia (*pro nefas!*) *& ergaſtula armantur.* Vide & *Livium* lib. I. cap. XL. *Davies.*

2. *Eaque ab Julianis teneri vident, deſperata*] In MS. *Norvic.* & antiquitus excuſis eſt *ea quoque ab Julianis teneri vident. Deſperata* &c. Quæ quidem lectio, ut & interpunctio, ob Codicum conſenſum eſt recipienda. *Idem.*

3. *Armis demiſſis*] *Joan. Godvinus* teſtatur MSS. Gallic. habere *armis dimiſſis*, quod & in Cod. *Norvic.* ac priſcis editt. reperitur. Sed vulgatam ſcripturam tuetur *Jul. Celſus*, qui pag. 228. miſeros hoſce *ſalutationem militarem armorum motu* feciſſe notat. *Idem.*

4. *Quos auctores appellabant*] *J. Lipſius* lib. II. Elect. cap. XXII. reponit *fautores.* Milites ſcilicet turbidi & feroces, quoſdam etiam è ſuis interfecere, quos favere (ſolitum in civilibus bellis) & pronos eſſe dicebant in hoſtem. Iis *fautorum* nomen inditum, per laſciviam militarem. Nominatim uſurpavit *Hirtius* de B. Hiſp. cap. XX. *Ut diligentia adhibita perquirerent, qui eſſent ſuarum partium, itemque adverſariorum victoriæ fautores.* Brant.

chium gladio percussus, nisi celeriter ad Cæsarem ad-
cucurrisset, interfectus esset. Quo facto complures e- 8
quites Rom. senatoresque perterriti ex prœlio se re-
ceperunt; ne à militibus, qui ex tanta victoria [1] li-
centiam sibi assumpsissent immoderate peccandi, im- 9
punitate propter maximas res gestas, ipsi quoque in-
terficerentur. Itaque ii omnes Scipionis milites, [2] quum
fidem Cæsaris implorarent, inspectante ipso Cæsare,
& à militibus deprecante eis uti parcerent, ad unum
sunt interfecti.

LXXXVI. Cæsar trinis castris potitus, [3] occisis- 1
que hostium x millibus, fugatisque compluribus, se
recepit, L militibus amissis, paucis sauciis, in castra:
ac statim ex itinere ante oppidum Thapsum constitit, 2
elephantosque LXIV ornatos armatosque cum turribus
ornamentisque capit, captos ante oppidum instructos
constituit: id hoc consilio, si posset Vergilius, quique
cum eo obsidebantur, rei male gestæ suorum indicio
à pertinacia deduci. Deinde ipse Vergilium appellavit, 3
invitavitque ad deditionem, suamque lenitatem & cle-
mentiam commemoravit: quem postquam animadver-
tit

1. *Licentiam sibi assumpsissent immoderate peccandi, impunitate propter maximas res gestas*] Locus est corruptus, quem *Joan. Glandorpius* ita supplet *licentiam sibi assumpsissent immoderate peccandi, & spem impunitatis* &c. *Joan.* vero *Goduinus* Codd. Gallic. secutus, reponit *immoderatæ peccandi impunitatis*, ex qua emendatione qui sensum commodum exsculpserit, næ is mihi quidem magnus erit Apollo. Editt. *Steph.* & *Lausannensis* A. D. 1575. repræsentant *immoderate peccandi impunitatis*, unde, vocula suppleta, scribendum *immoderate peccandi, impunitatis spe propter maximas res gestas*, quemadmodum MS. *Norvic.* disertim exhibet. *Davies.*

2. *Quum fidem Cæsaris implorarent*] *Implorare*, ut *Servius* exponit in *Virgilii* lib. x. Æn. vs. 19. *est auxilium cum miseratione deposcere. Qua ratione bene dicimus* imploro te ut misero feras auxilium. Noster supra lib. VIII. de B. G. cap. XLVIII. *Repente suorum omnium invocat fidem. Cæsar* lib. v. cap. VII. *Suorumque fidem implorare cœpit.* Brant.

3. *Occisisque hostium x. millibus*] *Plutarchus* in hac pugna *quinque hostium myriadas*, id est, LM. interemta scribit. Cæterum hanc victoriam VI Idus Aprilis consecutus est, de qua *Ovidius* Fast. IV.

*Hac ait illa dies Libycis qua Cæsar in oris*
*Perfida magnanimi contudit arma Jubæ.*

Glandorp.

4 tit responsum sibi non dare, ab oppido recessit. Postero die, divina re facta, concione advocata, in conspectu oppidanorum milites collaudat: totumque exercitum veteranum donavit; præmia fortissimo cuique,
5 ac bene merenti pro suggestu tribuit: ac statim inde digressus, C. Rebello proconsule cum III ad Thapsum legionibus, & Cn. Domitio cum II Tisdræ, ubi Considius præerat, ad obsidendum relictis, M. Messalla [1] Uticam ante præmisso, cum equitatu ipse eodem iter facere contendit.

1 LXXXVII. Equites interim Scipionis, qui ex prœlio fugerant, quum Uticam versus iter facerent, perveniunt [2] ad oppidum Paradam. Ubi, quum ab incolis non reciperentur, ideo quod fama de victoria Cæsaris præcucurrisset; vi oppido potiti, in medio foro lignis coacervatis, omnibusque rebus eorum congestis, ignem subjiciunt, atque ejus oppidi incolas cujusque generis, ætatisque, vivos, constrictosque in flammam conjiciunt, atque ita acerbissimo afficiunt supplicio:
2 deinde protinus Uticam perveniunt. Superiore tempore [3] M. Cato, quod Uticensibus propter beneficium [4] legis Juliæ parum in suis partibus præsidii esse existima-

1. *Uticam ante præmisso, cum equitatu*] Vitiosa est interpunctio, quam tamen omnes editt. præter *Beroaldinam* retinent, ex qua rescribo *Uticam ante præmisso cum equitatu, ipse* &c. Hanc conjecturam firmat *Jul. Celsus*, qui pag. 229. sic ait: *M. Messallam cum equitatu Uticam præmittit: ipse cum exercitu subsequitur.* Davies.

2. *Ad oppidum Paradam*] Ex MS. *Norvic.* & edit. *Rom.* legendum *ad oppidum Parada.* Sic cap. XCI. *In oppido Zama lignis congestis*; ita enim ex iisdem Codd. rescribendum, non *Zama*, quod in aliis exhibetur. Eam locutionem probam esse Librarii non rati, perperam mutarunt. Vide not. ad hujusce libri cap. XXXVI. Hoc autem oppidum *Strabo* Geogr. lib. XVII. pag. 831. Φάρα vocavit, *Jul. Celsus* pag. 230. *Pardam*; lege *Paradam.* Idem.

3. *M. Cato, quod Uticensibus*] *Faërnus* reponit: *M. Cato, quod in Uticensibus, propter beneficium legi Juliæ, parum suis partibus præsidii esse existimabat.* Ciaccon.

4. *Legis Juliæ*] *Jul. Cæsar* multas leges tulit, at *Hirtius* de ea hic loquitur, qua cautum erat, ut liberis populis libertas non auferretur. De qua consule *M. Ciceronem* in XXXVIII. oratione, quam in L. Pisonem habuit. Quum ergo & Uticenses suam libertatem Cæsaris beneficio retinuissent, ad illius partes

maverat, plebem inermem oppido ejecerat, & ante
portam Bellicam castris, fossaque parvula dumtaxat
munierat, ibique custodiis circumdatis, habitare coë-
gerat; senatum autem oppidi custodia tenebat. Eorum 3
castra ii equites adorti expugnare cœperunt, ideo quod
eos partibus Cæsaris favisse sciebant, ut, eis interfectis,
eorum pernicie dolorem suum ulciscerentur. Uticen- 4
ses, animo addito ex Cæsaris victoria, lapidibus fusti-
busque equites repulerunt. Itaque, postquam [1] castra
non potuerant potiri, Uticam se in oppidum conjece-
runt; atque ibi multos Uticenses interfecerunt; do-
mosque eorum expugnaverunt ac diripuerunt. Qui- 5
bus quum Cato persuadere nulla ratione quiret, ut se-
cum oppidum defenderent, & cæde rapinisque desi-
sterent, &, quid sibi vellent, sciret, sedandæ eo-
rum importunitatis gratia, singulis HS C devisit. I-
dem Sulla Faustus fecit, ac de sua pecunia largitus est:
unaque cum iis ab Utica proficiscitur, [2] atque in re-
gnum ire contendit.

LXXXVIII. Complures interim ex fuga Uticam 1
perveniunt: quos omnes Cato convocatos una cum
CCC, qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum con-
tulerant, cohortatur, ut servitia manumitterent, op-
pi-

tes eo facilius declinabant. *Rhellican.*

1. *Castra non potuerunt potiri*] In MS. *Norvic.* & aliis nonnullis est *castris*; editt. autem *Rom. Ven. Beroald.* habent *castra non potuerant capere*; sed omnis hæc varietas ex eo est orta, quod Librarii & editores nonnulli huic verbo accusativum casum adjungi posse nescierunt. Scriptor de Bell. Hispan. cap. XIII. *Oppidum potiri posse se sperarent*, ubi ob eandem causam nonnulli Codd. exhibent *oppido potiri*. *Cicero* Tusc. Quæst. lib. I. cap. XXXVII. *Gentem aliquam urbem nostram potituram.* Vide etiam quæ notavimus ad hujusce libri cap. XXXVI. & *G. J. Vossium* de Construct. cap. XXII. *Davies.*

2. *Atque in regnum ire contendit*] Edit. *Florent.* A. D. 1508. à *Ph. Beroaldo* curata, probante *Joan. Rhellicano*, repræsentat *atque in regnum Jubæ tendit*: sed hæc pura puta est editoris ἐπιδιόρθωσις, qui nescius erat *regnum* pro regno Jubæ κατ' ἐξοχὴν hic poni. Sic infra cap. XCII. *Ipse* (Cæsar) *postero die Utica egressus ire contendit* in regnum. Et cap. XCIII. *Considius* —— in regnum *fugere contendit*. In editt. *Rom.* & *Ven.* hæ sequentesque sex voces Librariorum aut editorum incuriâ omittuntur. *Idem.*

2 pidumque defenderent. Quorum quum partem assentire, partem animum mentemque perterritam, atque [1] in fuga destinatam habere intellexisset, amplius de ea re agere destitit, navesque iis attribuit, ut, in quas
3 quisque partes vellet, proficisceretur. Ipse omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Cæsari, qui tum ei pro quæstore fuerat, commendatis, & sine suspicione, vultu atque sermone, quo superiore tempore usus fuerat, quum dormitum isset, ferrum intro
4 clam in cubiculum tulit, atque ita se transjecit: [2] qui dum anima nondum exspirata concidisset; & impetu facto in cubiculum ex suspicione, medicus familiaresque continere atque vulnus obligare cœpissent, ipse suis manibus vulnus crudelissime divellit, atque animo
5 præsenti se interemit. Quem Uticenses quamquam oderant partium gratia, tamen, propter ejus singularem integritatem, & quod dissimillimus reliquorum ducum fuerat, quodque Uticam mirificis operibus munie-
6 rat, turresque auxerat, sepultura afficiunt. Quo interfecto, L. Cæsar, ut aliquid sibi ex ea re auxilii pararet, convocato populo, concione habita, cohortatur omnes, ut portæ aperirentur: se in Cæsaris cle-
7 mentia magnam spem habere. Itaque portis patefactis, Utica egressus, Cæsari Imperatori obviam proficiscitur. Messalla, ut erat imperatum, Uticam pervenit, omnibusque portis custodias ponit.

1 LXXXIX. Cæsar interim à Thapso progressus, Uscetam pervenit, ubi Scipio magnum frumenti nu-
merum,

1. *In fuga destinatam*] MS. *Norvic.* cum editis *Rom. Ven. Beroald. in fugam destinatam*; hac autem lectione nihil est opus, cum ista præpositio, motum denotans, casum ablativum aliquando post se recipiat. Noster cum alibi hoc in libro, tum cap. LXX. *In* castris —— *incolumes reduxit.* *Cyprianus* de Idol. Van. cap. IV, 4. *Inrepentes etiam* in corporibus *occulte mentem terrent.* Vide & not. ad lib. VIII. B. G. cap. VIII. *Davies.*

2. *Qui dum anima nondum exspirata concidisset*] Quidam legunt, *cum anima.* Sed supra cap. LXI. eodem modo hac particula est usus; cum dixit: *Jamque Cæsar dum exercitum reducere intra munitiones cœpisset.* Ciaccon.

merum, armorum, telorum, ceterarumque rerum
cum parvo præsidio habuerat. Id adveniens potitur,
deinde Adrumetum pervenit. Quo quum sine mora in- 2
troisset, armis, frumento pecuniaque considerata, [1] Q.
Ligario, C. Considio filio, qui tum ibi fuerat, vitam
concessit. Deinde eodem die Adrumeto egressus, Li- 3
vineio Regulo ibi cum legione relicto, Uticam ire
contendit: cui in itinere fit obvius L. Cæsar, [2] subi-
toque se ad genua projecit: vitamque sibi, nec amplius
quidquam, deprecatur. Cui Cæsar facile, & pro sua 4
natura & instituto concessit: item Cæcinæ, C. Ateio,
P. Atrio, & L. Cellæ patri & filio, M. Eppio, M.
Aquinio, Catonis filio, Damasippique liberis ex sua
consuetudine, tribuit; circiterque noctem luminibus
accensis Uticam pervenit, atque extra oppidum ea no-
cte mansit.

XC. Postero die mane oppidum introiit; concione- 1
que advocata, Uticenses incolas cohortatus, gratias
pro eorum studio erga se agit; cives autem Romanos 2
negotiatores, & eos, qui inter CCC pecunias contule-
rant Varo & Scipioni, multis verbis accusatos, & de
eorum sceleribus longiori habita oratione, ad extre-
mum, ut sine metu prodirent, edicit: *se eis dumtaxat* 3
*vitam concessurum, bona quidem eorum se venditurum, ita
tamen, ut qui eorum bona sua redemisset, se bonorum ven-
ditionem inducturum, & pecuniam mulcta nomine relatu-
rum, ut incolumitatem retinere possent.* Quibus metu ex- 4
sanguibus, de vitaque ex suo promerito desperanti-
bus, subito oblata salute, libentes cupidique condi-
tionem acceperunt: petieruntque à Cæsare, ut uni-
versis

1. *Q. Ligario, C. Considio filio, qui tum ibi fuerat*] In aliis *Q. Ligario, C. Considii filio, qui tum* &c. sed ex MS. *Norvic.* reponendum *Q. Ligario, C. Considio filio, qui tum ibi fuerant,* Cæsar enim utrisque Adrumeti tum agentibus vitam concessit. *Davies.*

2. *Subitoque se ad genua projecit*] In MS. *Norvic.* pro vetere scribendi ratione legitur *proicit*; rescribe *projicit*, ob verba *præsentis temporis*, quibuscum ea vox connectitur. *Idem.*

5 versis CCC uno nomine pecuniam imperaret. Itaque
[1] bis millies HS his imposito, ut per triennium sex pen-
sionibus populo Rom. solverent, nullo eorum recu-
sante, ac [2] se eodem die demum natos prædicantes,
læti gratias agunt Cæsari.
1 XCI. Rex interim Juba, ut ex prœlio fugerat, u-
na cum Petrejo interdiu in villis latitando, tandem,
nocturnis itineribus confectis, in regnum pervenit;
2 atque ad oppidum Zamam, ubi ipse domicilium, con-
juges, liberosque habebat, quo ex cuncto regno o-
mnem pecuniam, carissimasque res comportaverat,
quodque inito bello operibus maximis munierat, acce-
3 dit. Quem antea oppidani, rumore exoptato de Cæsa-
ris victoria audito, ob has caussas oppido prohibuerunt,
quod bello contra populum Rom. suscepto, [3] in op-
pido Zamæ lignis congestis, maximam in medio foro
pyram construxerat; ut, si forte bello foret superatus,
omnibus rebus eo coacervatis, dehinc civibus cunctis
interfectis, eodemque projectis, igne subjecto, tum
demum se ipse insuper interficeret, atque una cum li-
beris, conjugibus, civibus, [4] cunctaque gaza regia
4 cremaretur. Postquam Juba ante portas diu, multum-
que

1. *Bis millies HS his imposito*] Primam voculam omittunt cum alii Codd. tum editt. *Rom. Ven.* unde *Joan. Frid. Gronovius* de Pec. vet. lib. II. cap. III. legit *millies HS his* (vel *bis*) *imposito, quod per triennium*, &c. *Davies.*

2. *Se eodem die demum natos*] Hanc locutionem cum non intelligeret *Jul. Celsus*, ineptum inde sensum confecit, quem videre est pag. 233. Sed memor esse debuit bonus iste vir, *natales* à veteribus dictos omnes illos dies, qui insignem aliquam lætitiam aut vitæ mutationem attulerunt. Hinc *Cicero* reditum suum, in oratione eam ob causam habita, *natalem* vocat, & ad Attic. lib. VI. πανηγυρισμόν. *Spartianus* in vit. Hadriani: *natalem adoptionis celebrari jussit*, ad quem locum videndus *Is. Casaubonus*. Sed & *natalem* pro die, quo imperium iniit Maxentius, absolute posuit auctor Paneg. VIII. c. XVI, 2. *Davies.*

3. *In oppido Zama*] Sic rescripsi ex MS. *Norvic.* & edit. *Rom.* A. D. 1472. In vulgg. erat *in oppido Zamæ*, quæ magis est proletaria loquendi ratio. Vide not. ad hujusce libri cap. XXXVI. *Idem.*

4. *Cunctaque gaza regia*] *Gaza* vox est Persarum, quæ pecuniam & omne quod possidemus, denotat. *Servius* ad *Virgilii* Æn. I, 123. *Gaza Persicus sermo est, & significat divitias.* Ac ad Æn. II, 763. *Gaza, census Persarum lingua, & est numeri* sin-

que primo minis pro imperio egisset cum Zamensibus; deinde quum se parum proficere intellexisset, precibus quoque orasset, uti se ad suos Deos penates admitterent; ubi eos in sententia perstare animadvertit, nec minis, nec precibus suis moveri, quo magis se reciperent: tertio petit ab eis, ut sibi conjuges liberosque
redderent, ut secum eos asportaret. Postquam sibi ni- 5
hil omnino oppidanos responsi reddere animadvertit, nulla re ab iis impetrata, ab Zama discedit, atque ad villam suam cum M. Petrejo paucisque equitibus se confert.

XCII. Zamenses interim legatos de iis rebus ad Cæ- 1
sarem Uticam mittunt, petuntque ab eo, *uti ante, quam rex manum colligeret, sesesque oppugnaret, sibi auxilium mitteret: se tamen paratos esse, sibi, quoad vita sup-*
*peteret, oppidum, seque ei reservare.* Legatos collauda- 2
tos Cæsar domum jubet antecedere, ac suum adventum prænunciare. Ipse postero die Utica egressus cum
equitatu ire in regnum contendit. Interim in itinere ex 3
regiis copiis duces complures ad Cæsarem veniunt, orantque ut sibi ignoscat: quibus supplicibus venia da-
ta, Zamam perveniunt. Rumore interim perlato de 4
ejus lenitate clementiaque, propemodum omnes regni equites Zamam perveniunt ad Cæsarem; ab eoque sunt metu periculoque liberati.

XCIII. Dum hæc utrobique geruntur, Considius, 1
qui Tisdræ cum familia sua, gladiatoria manu, Getulisque præerat, cognita cæde suorum, Domitiique & legionum adventu perterritus, desperata salute, oppidum deserit, seque clam cum paucis barbaris pecunia

*singularis tantum*: qua in re fallitur vir eruditissimus, nam *Lucretius* lib. II. pag. 155. edit. Wechel. sic ait:

> *Quæ propter quoniam nil nostro in corpore* gazæ
> *Proficiunt.* ——

Et *Horatius* lib. I. Od. XXIX.

> *Icci, beatis nunc Arabum invides* Gazis. ——

Ex hac voce Gaza, urbs Palæstinæ, nomen sumsit, si fides *Pomp. Mela* lib. I. cap. XI. *Davies.*

nia onuſtus ſubducit, atque in regnum fugere conten-
2 dit; quem Getuli ſui comites in itinere, prædæ cupi-
di, concidunt; ſeque in quaſcumque potuere partes
3 conferunt. C. interim Vergilius, poſtquam terra ma-
rique clauſus ſe nihil proficere intellexit, ſuoſque in-
terfectos, aut fugatos, M. Catonem [1] Uticæ ſibi i-
pſum manus intuliſſe, regem vagum à ſuis deſertum
ab omnibus aſpernari; Saburam, ejuſque copias ab
Sitio eſſe deletas; Uticæ Cæſarem ſine mora receptum;
de tanto exercitu reliquias eſſe nullas, qui ſibi, ſuiſ-
que liberis prodeſſent: à Caninio proconſule, qui eum
obſidebat, fide accepta, ſeque & ſua omnia, & oppi-
dum proconſuli tranſdit.
1 XCIV. Rex interim Juba ab omnibus civitatibus
excluſus, deſperata ſalute, [2] quum jam conatus eſſet
cum Petrejo, ut per virtutem interfecti eſſe viderentur,
ferro inter ſe depugnant: atque [3] firmior imbe-
cil-

1. *Uticæ ſibi ipſum manus intuliſſe*] Ex MS. *Urſin.* legendum crediderim *Uticæ ſibi ipſum manus attuliſſe*, qui cum paullo rarior loquendi modus, Librarii, ut fit, in notiorem formulam mutarunt. Scriptor Bell. Hiſp. cap. XLII. *Populi R. magiſtratibus ſacroſanctis manus — attuliſtis.* *Corn. Nepos* Timol. cap. 1, 4. *Ipſe non modo manus non attulit.* *Cicero* Offic. lib. 1. cap. VII. *Is quaſi manus afferre videtur ſocio.* Sic enim locutus eſt *Seneca* de Brev. vitæ cap. VI. *Davies.*

2. *Quum jam conatus eſſet*] Haſce voces delendas cenſuit *Joſ. Scaliger*; temere nimis, cum eas retineant MSS. ulcus tamen eſt in verbis, cui ſanando operam navarunt plurimi. *M. A. Muretus* ad *Senecæ* de Prov. cap. II. legit *quum omnia conatus eſſet*; *Joan. Glandorpius*, quique eum non nominatum paſſim exſcripſit, *Joan. Goduinus* reponunt *quum jam convivatus eſſet*, & hæc ſane conjecturæ firmari poteſt ex *Flori* lib. IV. cap. II, 69. qui teſtatur, Jubam & Petreium paullo ante pugnam magnifice epulatos eſſe. Illam tamen emendationem repudio, quia nimium abit à lectionis receptæ veſtigiis, & unice amplector *Ph. Rubenii* hariolationem; is enim lib. I. Elect. cap. X. minima mutatione reſcribit *quum jam cœnatus eſſet*. Certe, cum *L. Ampelius* lib. Memor. cap. XXXVIII. aiat, *Jubam* poſt magnificam cœnam *interficiendum ſe dediſſe*, proculdubio veram lectionem reſtituit vir eruditus, à quo tamen miror locum hunc *Ampelii* fuiſſe præteritum. *Idem.*

3. *Firmior imbecilliorem, Juba Petreium facile ferro conſumpſit*] *Ph. Rubenius* Elect. lib. I. cap. X. reponit *Jubam Petreius*; Epitome enim *Liviana* lib. CXIV. & *Florus* lib. IV. c. II, 69. tradunt Petreium Jubæ, dein ſibi manus intuliſſe. Sed de horum morte tanta eſt ſcriptorum diſcrepantia, ut in *Hirtio* nihil auſim mutare. *Seneca* de Provid. cap. II. *Jam Pe-*

cilliorem, Juba Petrejum facile ferro consumpsit: deinde ipse sibi quum conaretur gladio transjicere pectus, nec posset, precibus à servo suo impetravit, ut se interficeret; idque obtinuit.

XCV. P. interim Sitius, pulso exercitu Saburæ 1
præfecti Jubæ, ipsoque interfecto, quum iter cum paucis per Mauritaniam ad Cæsarem faceret, forte incidit in Faustum Afraniumque, qui eam manum habebant, qua Uticam diripuerant, iterque in Hispaniam tendebant, & erant numero circiter ∞ D. Itaque celeriter 2
nocturno tempore insidiis dispositis, eos prima luce adortus, præter paucos equites, qui ex primo agmine fugerant, reliquos aut interficit, aut in deditionem accipit; Afranium & Faustum vivos capit cum conjuge & liberis. Paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, Faustus & Afranius interficiuntur. Pompejæ cum Fausti liberis Cæsar incolumitatem, suaque omnia concessit.

XCVI. Scipio interim cum Damasippo, & Torqua- 1
to, & [1] Plætorio Rustiano navibus longis diu multumque jactati, quum Hispaniam peterent, ad Hipponem regium deferuntur, ubi classis P. Sitii per id tem- 2
pus erat: à qua pauciora ab amplioribus circumventa navigia deprimuntur; [2] ibique Scipio cum iis, quos paullo ante nominavi, interiit.

XCVII.

*Petreius & Juba concurrerunt, jacentque alter alterius manu cæsi.* Et ab hujus quidem partibus stant *Appianus* lib. II. B. C. pag. 490. ac *Dion* lib. XLIII. pag. 217. At *Sextus Rufus* Breviar. cap. IV. sic loquitur: *Mauros Juba rex tenebat, qui in caussa belli civilis ab Julio Cæsare victus, mortem sibi propria manu conscivit.* Accedit, quod omnes tam MSS. quam editi vulgatam lectionem tueantur, quam etiam in suo Codice invenit *Jul. Celsus*, quem vide pag. 236. *Davies.*

1. *Platorio Rustiano*] Videtur legendum *Platorio Cestiano.* Ita enim est in argenteis denariis. Nisi *Rustiano* retineamus, ut est in vet. Cod. ut sit *Rustius* aliquis in *Platoriam* familiam adoptatus, & ex formula *Rustianus* dictus. Paulo infra legendum: *Ibi Crispo Sallustio Proconsule relicto* &c. nam verba *Populi Romani*, quæ ante vocem penultimam in nonnullis Codd. leguntur, sunt adjecta. *F. Ursin.*

2. *Ibique Scipio cum iis, quos paullo ante nominavi, interiit*] Scipio, *as-*

1 XCVII. Cæſar interim, Zamæ auctione regia fa-
cta, boniſque eorum venditis, qui cives Romani con-
tra populum Rom. arma tulerant, præmiiſque Zamen-
ſibus, qui de rege excludendo conſilium ceperant, tri-
butis, vectigalibuſque regiis abrogatis, ex regnoque
provincia facta, atque ibi Criſpo Saluſtio proconſule
cum imperio relicto, ipſe Zama egreſſus Uticam ſe re-
2 cepit. Ibi bonis venditis eorum, qui ſub Juba Petre-
joque ordines duxerant, item Thapſitanis HS XX mil-
lia, conventui eorum HS XXX millia, Adrumetanis HS
XXX, conventui eorum HS L millia, multæ nomine,
imponit. Civitates, bonaque eorum ab omni injuria
3 rapiniſque defendit. Leptitanos, quorum ſuperioribus
annis Juba bona diripuerat, & ad ſenatum queſti per
legatos, atque arbitris à ſenatu datis, ſua receperant,
tricies centenis millibus pondo olei in annos ſingulos
multat, ideo quod initio per diſſenſionem principum
ſocietatem cum Juba inierant, eumque armis, militi-
4 bus, pecunia juverant. Tiſdritanos, propter humilita-
tem civitatis, certo numero frumenti multat.

1 XCVIII. His rebus geſtis, Idibus Jun. Uticæ claſ-
ſem conſcendit, & poſt diem III [1] Carales in Sardiniam
pervenit. Ibi Sulcitanos, quod Naſidium ejuſque claſ-
ſem receperant, copiiſque juverant, HS C millibus mul-
tat; & pro decumis octavas pendere jubet: bonaque
2 paucorum vendit; & ante diem III Kal. Quinct. naves
conſcendit; & à Caralibus ſecundum terram profectus,
duodetrigeſimo die, eo quod tempeſtatibus in portu-
bus cohibebatur, ad urbem Romam venit.

*ſecutis eum hoſtibus, gladium per viſcera exegit*, ut teſtatur *Florus* lib. IV. cap. II, 68. Vide & *Appianum* lib. II. B. C. p. 491. & *Dionem* lib. XLIII. p. 217. *Davies.*

1. *Carales in Sardiniam pervenit*] MS. *Norvic.* *à Caralis in Sardiniam*, unde reponendum *ad Carales*, vel, pro vetere ſcribendi more, *ad Caralis.* Carales urbs eſt Sardiniæ primaria, quam urbem urbium vocat *Florus* lib. II. cap. VI. *Davies.*

FINIS LIBRI DE BELLO AFRICANO.


Pag. 793.
Oceanus
Balearicum
Mare.
Balearides Insulæ
duæ quæ
Maior et Minor.
Gallicus
Sinus Minor
Massilia
Frons His
Colubra
ria.
Atlanti
Ebusus
Ins.
Pythiusæ
Insulæ.
Ophiusa
insula.
Cunici.
Occidental
Cus.
Mare
Raneum Et
Vernum.
Occidens
Oriens
Cosetani
Decare

# [1]A. HIRTII PANSÆ COMMENTARIORUM DE BELLO HISPANIENSI LIBER UNUS.

## SUMMARIUM LIBRI DE BELLO HISPANIENSI.

*Præludia magni ad Mundam prœlii fuſim & exacte narrata: transfugia, cædes, facinoraque multa utrimque exercita: oppida occupata, ſpoliata.* XXVII. *Totum ad extremum bellum, in Hiſpania à Cn. & S. Pompejis motum, iſto prœlio,* XXXIX. *Cneique morte & Sexti fuga, terminatum.*

I. [2] PHarnace ſuperato, Africa recepta; qui ex 1
iis prœliis cum adoleſcente Cn. Pompejo
profugiſſent, quum & ulterioris Hiſpaniæ
poti-

1. *A. Hirtii Panſæ*] Nullus fere liber plures ab ævi dentibus cicatrices accepit; eæ tamen æquiore animo ſunt ferendæ, quod hic ſcriptor à ſuperiorum commentariorum elegantia multum recedat; ut enim in iis ſummus elucent ſermonis nitor & neſcio quæ συνθέσεως concinnitas: ita in hoc opuſculo non ſolum crebra ſunt ἀνανταπόδοτα ac ἀσύντακτα, ſed & totum orationis filum hominem oſtendit ſcribendi prorſus imperitum; unde factum, ut hunc libellum non *Hirtio*, ſed *Balbo* aut *Oppio* poſt alios adſcripſerit *G. J. Voſſius* de Hiſt. Lat. cap. XIII. Nonnulli vero cenſuerunt fieri non potuiſſe, ut homo Romanus tam male ſcriberet, quapropter Afri vel Syri militis eſſe fœtum arbitratur *Joan. Goduinus.* Immerito quidem: nam licet horrida & incondita ſit dictio, adeo tamen pura eſt ac à barbarie aliena, ut hoc ſcripto nihil Latinius concipi poſſe pronunciarit, judex ſane idoneus, *Joſ. Scaliger* Proleg. in *Manilium* p. 3. *Davies.*

2. *Pharnace ſuperato*] Hæc eſt ἀνακεφαλαίωσις bellorum, quæ poſt Alexandrinum geſſit Cæſar, ut fruſtra ſint *Joan. Glandorpius* & *Joan. Goduinus*, qui reponunt *Scipione ſuperato*; falluntur etiam interpretes, qui hunc libellum ἀκέφαλον cenſent. *Idem.*

potitus esset, dum Cæsar muneribus dandis in Italia
detinetur; quo facilius præsidia contra compararet
Pompejus, in fidem uniuscujusque civitatis confugere
2 cœpit. Ita partim precibus, partim vi, bene magna
3 comparata manu, provinciam vastare cœpit. Quibus
in rebus nonnullæ civitates sua sponte auxilia mitte-
4 bant: item nonnullæ portas cludebant; ex quibus si
qua oppida vi ceperat, quum aliquis ex ea civitate op-
time de Cn. Pompejo meritus civis esset, propter pe-
cuniæ magnitudinem [1] aliqua ei inferebatur caussa,
ut, eo de medio sublato, ex ejus pecunia [2] latronum
5 largitio fieret. [3] Ita paucis commodis hoste hortato,

[1] ma-

1. *Aliqua ei inferebatur caussa*] Alicujus criminis insimulabatur. Sic *inferre crimina* dixit scriptor ad Herennium lib. IV. pag. 36. ed. *Lambin.* ac *inferre controversiam Cicero* de Invent. lib. II. pag. 72. Vide & interpretes ad *Phædri* lib. I. Fab, I, 4. *Davies.*

2. *Latronum largitio fieret*] *Latrones*, teste *Festo*, *eos antiqui dicebant, qui conducti militabant*, ἀπὸ τ̃ λατρείας. *At nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur. Varro* lib. VI. de lingua lat. pag. 74. *Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea à stipatione, stipatores appellarunt, & qui conducebantur mercede. Servius* ad illud *Virgilii* lib. XII. Æneid. vs. 7.

*— fixumque latronis*
*Impavidus frangit telum.*

*Modo venatoris, inquit, & est Græcum; nam* λατρεύειν *dicunt obsequi & servire mercede, unde latrones vocantur conducti milites. Moris autem erat ut hos Imperator circum se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen.* Varro *tamen dicit hoc nomen posse habere etiam Latinam etymologiam, ut latrones dicti sint quasi laterones, quia circum latera Regum sunt, quos nunc satellites vocant, una tamen est significatio licet diversa etymologia.* Plautus *in Pyrgopolinice ostendit, quid sint latrones, dicens*, Rex me Seleucus misit ad conducendos latrones. Hæc *Servius. Plautus* Milite Glor. Act. I. Sc. I, 74.

*Nam Rex Seleucus me opere oravit maximo,*
*Ut sibi latrones cogerem & conscriberem.*

Rursum Act. IV. Sc, I, 3.

*Nam ego hodie ad Seleucum Regem misi Parasitum meum.*
*Ut latrones, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret,*
*Qui ejus regnum tutarentur, mihi dum fieret otium.* Brant.

3. *Paucis commodis hoste hortato*] Ob hanc locutionem nostro *βαρβαρισμὸν* impingit *Joan. Rhellicanus*, & de vitio tam certus est *Joan. Brantius*, ut affirmet nè *Priscianum* quidem hanc mendam posse defendere. Bona verba, quæso. *Apuleius* Metam. lib. IX. pag. 203. *Canes transeuntium viatorum passim morsibus alumnatos laxari, atque in eorum exitium* inhortatos, *immitti præcipit.* Passivam etiam, non minus quam activam, significationem huic verbo competere testatur *A. Gellius* N. A. lib. XV. cap. XIII. Vide & *Ger. Joan. Vossium* de Anal. lib. III. cap. VI. *Davies.*

[1] majores augebantur copiæ: ideoque crebris nunciis in
Italiam missis, civitates contrariæ Pompejo auxilia sibi
depostulabant.

II. C. Cæsar dictator III, designatus IV, multis iti- 1
neribus ante confectis, quum celeri festinatione ad bel-
lum conficiendum [2] in Hispaniam venisset, legati Cor-
dubenses, qui à Cn. Pompejo discesserant, Cæsari ob-
viam veniunt: à quibus nunciabatur, *nocturno tempo-* 2
*re oppidum Cordubam capi posse, quod nec opinantibus ad-
versariis ejus provincia potitus esset,* [3] *simulque quod tabel-
larii à Cn. Pompejo dispositi omnibus locis essent, qui cer-
tiorem Cn. Pompejum de Cæsaris adventu facerent.* Multa 3
præterea verisimilia proponebant. Quibus rebus addu-
ctus, quos legatos ante exercitui præfecerat, Q. Pe-
dium, & Q. Fabium Maximum, de suo adventu facit
certiores, ut, quem sibi equitatum ex provincia fecis-
sent, præsidio mitterent: ad quos celerius, quam ipsi 4
opinati sunt, appropinquavit, [4] atque, ut ipse voluit,
equitatum sibi præsidio habuit.

III. Erat idem temporis Sex. Pompejus frater, qui 1
cum præsidio Cordubam tenebat, quod ejus provinciæ
caput esse existimabatur: ipse autem Cn. Pompejus
adolescens Ullam oppidum oppugnabat, & fere jam a-
liquot mensibus ibi detinebatur. Quo ex oppido, co- 2
gnito

1. *Majores augebantur copiæ*] *Joan. Glandorpius* reponit *magis agebantur copiæ*, vel *majores reddebantur*; sed certissimè legendum *majores* cogebantur *copiæ*, quæ phrasis est Latinissima; nisi forsan, quod suspicor, *ἰδιωτικῶς* sit hujusce scriptoris Pleonasmus. *Davies.*

2. *In Hispaniam venisset*] Sic reposui ex MS. *Norvic.* & edit. *Steph.* In aliis *in Hispaniam convenisset*, quod non nisi de duobus pluribusve dicitur. *Idem.*

3. *Simulque quod tabellarii à Cn. Pompeio dispositi*] Locus est mutulus. Ex MS. *Norvic.* omnino legendum *simulque tabellarii* capti essent, *qui à Cn. Pompeio dispositi omnibus locis erant, ut certiorem* &c. nam mira sanè fuit ratio, cur Corduba capi posset, quod tabellarii essent dispositi, qui de Cæsaris adventu Pompeium facerent certiorem, cum hoc non adjumento, sed certissimo fuerit impedimento. *Idem.*

4. *Atque ut ipse voluit*] Ex Codd. *Ciaccon.* & *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* rescribendum puto *neque ut ipse voluit*; quia celerius ad legatos, quam ipsi opinati sunt, appropinquavit Imperator. *Davies.*

gnito Cæsaris adventu, legati, [1] clam præsidia Cn.
Pompeji, Cæsarem quum adissent, petere cœperunt,
3 ut sibi primo quoque tempore subsidium mitteret. Cæ-
sar eam civitatem omni tempore optime de populo R.
meritam esse sciens, XI cohortes secunda vigilia jubet
4 proficisci, parique equites numero; quibus præfecit
[2] hominem ejus provinciæ notum, & non parum scien-
tem, [3] L. Julium Paciecum: qui quum ad Cn. Pom-
peji præsidia venisset; incidit idem temporis, ut tem-
pestate adversa vehementique vento afflictaretur. Qua
vi tempestatis ita obscurabatur, ut vix proximum co-
5 gnoscere posset. Cujus incommodum summam utilita-
6 tem ipsis præbebat. Ita quum ad locum venerunt, ju-
bet [4] binos equites incedere, & recta per adversario-
7 rum præsidia ad oppidum contendere: mediisque ex
præsidiis quum quæreretur, *qui essent;* unus ex nostris
respondit, [5] *ut sileat verbum facere: nam id temporis co-*

*nari*

1. *Clam præsidia*] MS. *Norvic. clam præsidio*; editt. *Rom. Ven. Beroald. clam præter præsidia*; sed hæ varietates ex eo sunt ortæ, quod Librarii & editores vulgatam lectionem se non recte habuisse perperam censuerunt. *Plautus* Prol. Amph. vs. 107. *Is amare occœpit Alcumenam* clam virum. Idem Menæch. Act. I. Sc. II, 43. Clam uxorem *ubi sepulcrum habeamus* &c. Ac iterum Mil. Glor. Act. I. Sc. I, 34. *Clam matrem suam. Terentius* Hec. Act. III. Sc. III, 36. *Clam partus eveniat patrem atque adeo omnes.* Sic etiam locutus est *Valerius Maximus* lib. VII. cap. III, 7. *Davies.*

2. *Hominem ejus provinciæ notum*] Gnarum seu peritum. *Plautus* Pseudol. Act. IV. Sc. II, 39. *Novi*, notis *prædicas*, id est, scientibus. *Nonius Marcellus* pag. 153. ed. Plantin. *Ignotæ, id est, insciæ. Nævius Lycurgo:* Ignotæ iteris sumus, tute scis. *Dictys* Cretensis lib. VI. cap. VII. Notusque *adeo ejus domus*, ubi etiam prima vox active ponitur, ut ineptiat *Joan. Goduinus*, qui nostrum barbarismi insimulat. *Idem.*

3. *L. Junium Paciecum*] Nominatur à *Cicerone* lib. VI. Fam. Sed & in *Valerio Maximo* lib. V. cap. IV. de duobus fratribus Paciecis in Hispania natis mentio est. Fortasse *Cæsar* de Bello Gallico lib. V. cap. XXVII. *Q. Junii ex Hispania* mentionem faciens, aliquem ex hac familia intellexit. Legendum autem puto omnibus his in locis *Paciæcus*, quæ sane familia hodieque in Hispania nobilissima est. *Ald. Manut.*

4. *Binos equites incedere*] Non refertur ad numerum eorum, qui mittebantur, cui enim usui duo equites possent inservire? aut quomodo prætexi poterat *eos conari ad murum accedere, ut oppidum caperent?* Denotat solummodo, duos equites in singulis lineis seu ordinibus incessisse. *Davies.*

5. *Ut sileat verbum facere*] Hic est auctoris idiotismus, quem cum non caperent Librarii, in MS. *Norvic.*

k.

*nari ad murum accedere, ut oppidum capiant;* & partim tempeſtate impediti vigiles non poterant diligentiam præſtare, partim illo reſponſo deterrebantur. Quum 8
ad portam appropinquaſſent, ſigno dato, ab oppidanis ſunt [1] recepti; & pedites, equiteſque clamore facto, diſpoſitis ibi partim, qui remanſere, eruptionem in adverſariorum caſtra fecerunt. Sic illud quum inſcientibus accidiſſet, exiſtimabat magna pars hominum, qui in iis caſtris fuiſſent, ſe prope captos eſſe.

IV. Hoc miſſo ad Ullam præſidio, Cæſar, ut Pom- 1
pejum ab ea oppugnatione deduceret, ad Cordubam contendit: ex quo itinere loricatos viros fortes cum e- 2
quitatu præmiſit; qui ſimul in conſpectum oppidi ſe dederunt, [2] in equis recipiuntur. Hoc à Cordubenſi- 3
bus nequaquam poterat animadverti. Appropinquantibus, ex oppido [3] bene magna multitudo ad equitatum concidendum quum exiſſet; loricati, ut ſupra ſcripſimus, ex equis deſcenderunt, & magnum prœlium fecerunt,

legitur *ut ſibi liceat verbum facere*, quo fere modo locutus eſt *Hirtius* Bell. Afric. cap. xxxv. Sed ſenſus hic adverſatur. *Davies.*

1. *Recepti; & pedites equiteſque — eruptionem* &c. ] Locus maxime depravatus. MS. *Norvic. recepti: & qui ibi remanſerunt, clamore facto, eruptionem* &c. MS. Reg. quem ſequitur *Joan. Goduinus*, exhibet *recepti pedites. Equites clamore facto diſpoſiti partim ibi remanſerunt, & eruptionem* &c. Editt. *Rom. Ven. Beroald. recepti pedites equiteſque nocte: ſed diſpoſitis partibus oppidani & pedites & equites clamore facto eruptionem* &c. Sic & fere vetus Codex *F. Urſini*. Proxime ad editt. vett. commodo ſenſu legi poſſit *recepti pedites equiteſque nocte:* & *diſpoſitis partibus* &c. Sed in re tam dubia nihil ἀτρεκῶς poteſt affirmari. *Idem.*

2. *In equis recipiuntur* ] Mendum eſt, quod ex verbis ſeqq. emendare licet; cum enim infra legamus *loricati, ut ſupra ſcripſimus*, ex equis *deſcenderunt*, hic legendum *ex equis recipiuntur.* Goduin.

3. *Bene magna multitudo*] Sic hoc libro: *Bene magnum tempus conſumpſerunt.* Item: *adverſarii bene multis vulneribus affecti*, & ſæpius. Uſurpatum & *M. Tullio*, *Horatio*, aliiſque tam oratoribus quam poetis. Imperator quoque *Juſtinianus* in §. *Pœnales. Inſtit. de action. Pœnales*, inquit, *actiones bene multas ex ſua juriſdictione introduxit.* Cujus contrarium *male* non abſimilem ſæpe ſignificationem ſortitur. *Terentius* Adelph. *Illud rus nulla alia cauſſa tam male odi. Horatius* lib. 1. ſat. III.

*— & male laxus*
*In pede calceus hæret. —*

Rurſum:

*— male parvus*
*Si cui filius eſt. —*

Brantius.

cerunt, ſic ut ex infinita hominum multitudine pauci
4 in oppidum ſe reciperent. Hoc timore adductus Sex.
Pompejus litteras fratri miſit, ut celeriter ſibi ſubſidio
veniret, ne prius Cæſar Cordubam caperet, quam ipſe
5 illo veniſſet. Ita Cn. Pompejus, Ulla prope capta, litteris fratris excitus, cum copiis ad Cordubam iter facere cœpit.

1 V. Cæſar, quum ad flumen Bætim veniſſet, neque
propter altitudinem fluminis tranſire poſſet, lapidibus
corbes plenos dimiſit: ita, inſuper ponte facto, copias
2 ad caſtra tripartito tranſduxit. [1] Tenebant adverſus oppidum è regione pontis trabes, ut ſupra ſcripſimus,
3 bipartito. Huc quum Pompejus cum ſuis copiis veniſſet, ex adverſo pari ratione caſtra ponit. Cæſar, ut
eum ab oppido commeatuque excluderet, [2] brachium
4 ad pontem ducere cœpit. [3] Pari idem conditione Pompejus. Hic inter duces duos fit contentio, uter prius
pontem occuparet: ex qua contentione quotidiana minuta prœlia fiebant, ut modo hi, modo illi ſuperiores
5 diſcederent. Quæ res quum ad majorem contentionem
veniſſet, ab utriſque [4] cominus pugna iniqua; dum
cupidius locum ſtudent tenere, propter pontem coangu-

1. *Tenebant adverſus oppidum è regione pontis trabes, ut ſupra ſcripſimus, bipartito*] Nihil ſupra de trabibus dixit noſter, ideoque locus vel mutilus eſt, vel corruptus. Forte *tendebant*, ut habet ed. *Steph. adverſus oppidum è regione pontis*, tranſiſſe *ut ſupra ſcripſimus, tripertito:* ſic enim Cod. *Thuan.* ultimam vocem exhibet. Hæc ſane verba à MSS. *Reg.* & *Norvic.* prorſus exulant, ac delenda cenſet *Joan. Goduinus.* Sed hanc conjecturam evertit id quod ſequitur: *Pompeius ex adverſo pari ratione caſtra ponit*, unde patet de modo, quo caſtra erant poſita, hic loci actum fuiſſe; ac proinde noſtræ emendationi non infirmum ſubeſt adminiculum. *Davies.*

2. *Brachium ad pontem ducere cœpit*] *Vallum* interdum variare nomen, & *Brachium* appellari docet *Lipſius* lib. II. Poliorc. Dialog. II. Qualia plura colligit obſervationum libris familiaris noſter, vir doctiſſimus *Andr. Schottus.* Brant.

3. *Pari idem conditione Pompeius*] Omnino legendum *pari item conditione Pompeius.* F. Urſinus.

4. *Cominus pugna iniqua*] Critici variis modis hunc locum tentarunt. *Joan. Glandorpius* legit *commiſſa pugna iniqua: Pet. Ciacconius* reponit *cominus pugna inita:* ſed certiſſimam emendandi rationem docuit MS. *Norvic.* qui habet *cominus pugna fiebat, in qua dum* &c. Optime. *Davies.*

gustabantur; & fluminis ripis appropinquantes coan-
gustati præcipitabantur. Hic alteri alteris non solum 6
mortem morti exaggerabant, sed tumulos tumulis ex-
æquabant. Ita diebus compluribus cupiebat Cæsar, si
qua conditione posset, adversarios in æquum locum
deducere, & primo quoque tempore de bello decer-
nere.

VI. Quum animadverteret adversarios minime vel- 1
le; [1] quos ideo à via retraxerat, ut in æquum dedu-
ceret; copiis flumen transductis, noctu jubet ignes fie-
ri magnos. Ita firmissimum ejus præsidium Ateguam 2
proficiscitur. Id quum Pompejus ex perfugis rescisset,
[2] ea die per viarum angustias carra complura, multas-
que balistas retraxit, & ad Cordubam se recepit. Cæ- 3
sar munitionibus Ateguam oppugnare, & brachia cir-
cumducere cœpit: cujus rei Pompejo quum nuncius
esset allatus, eo die proficiscitur. Cujus in adventum, 4
præsidii caussa Cæsar complura castella occupavit par-
tim suo equitatu, partim ut [3] pedestris copia in statio-
ne, & in excubitu castris præsidio esse possent. Hic in 5
adventu Pompeji incidit, ut matutino tempore nebu-
la esset crassissima: itaque in illa obscuratione cum ali-
quot cohortibus, & equitum turmis circumcludunt
Cæsaris equites, & concidunt, sic, ut vix in ea cæde
pauci effugerent.

VII. Insequenti nocte castra sua incendit Pompejus, 1
&

1. *Quos ideo à via retraxerat, ut in æquum deduceret*] Reclamantibus omnibus, quos viderim, libris, lego: *quos ideo ab Ulia retraxerat*. Nam *Cn. Pompeius* Uliam oppugnabat, à cujus oppugnatione fratris litteris revocatus erat, ut sibi subsidium ferret, idque eo consilio *Cæsar* fecerat, ut eum in æquum locum deduceret, ubi pari conditione bellum geri posset; nam Uliam in edito monte sitam fuisse refert *Hirtius* de Bello Alexand. *Ciacc.*

2. *Ea die per viarum angustias*] Editt. *Rom. Ven.* corrupte repræsentant, *ea die nactus facultatem & angustias*; male etiam *Beroald. ea die nactus facultatem per viarum angustias*. MS. *Norvic.* exhibet *per viarum difficultatem & angustias*, quæ sana ac sincera est lectio. *Davies.*

3. *Pedestris copia — possent*] Sic recte MS. *Norvic.*. Vide not. ad lib. I. B. C, cap. XLV. & lib. II. cap. VI. In editt. *pedestres copiæ*. *Idem.*

& trans flumen Salſum per convalles caſtra inter duo
oppida Ateguam & Ucubim in monte conſtituit. Cæ-
ſar in munitionibus, ceteriſque, quæ ad oppidum op-
pugnandum opus fuerunt, aggerem, vineaſque age-
2 re inſtituit. Hæc loca ſunt montuoſa, & natura edita
ad rem militarem, quæ planitia dividuntur Salſo flu-
mine; proxime tamen Ateguam, ut ad flumen ſint cir-
3 citer paſſuum duo millia. Ex ea regione oppidi in mon-
tibus caſtra habuit poſita Pompejus in conſpectu utro-
rumque oppidorum, neque ſuis auſus eſt ſubſidio ve-
4 nire. Aquilas habuit, & ſigna XIII legionum: ſed,
ex quibus aliquid firmamenti ſe exiſtimabat habere, duæ
fuerunt vernaculæ, quæ à Trebonio transfugerant, &
una facta ex coloniis, quæ fuerunt in his regionibus;
5 quarta fuit Afraniana ex Africa, quam ſecum adduxerat;
reliquæ ex fugitivis auxiliares conſiſtebant: nam de le-
vi armatura, & equitatu, longe & virtute & numero
noſtri erant ſuperiores.

1 VIII. Accedebat huc, ut longius bellum duceret
Pompejus; quod loca ſunt edita, & ad caſtrorum mu-
nitiones non parum idonea: nam fere totius ulterioris
Hiſpaniæ regio propter terræ fecunditatem, inopem
difficilemque habet oppugnationem, & non minus co-
2 pioſam aquationem. Hic etiam propter barbarorum cre-
bras excurſiones omnia loca, quæ ſunt ab oppidis re-
mota, turribuſque, & munitionibus retinentur, [1] ſi-
3 cut in Africa, rudere, non tegulis, teguntur: ſimul-
que in his habent ſpeculas, &, propter altitudinem,
4 longe lateque proſpiciunt. Item oppidorum magna pars
ejus provinciæ montibus fere munita, & natura excel-
lentibus locis eſt conſtituta, ut ſimul aditus adſcenſuſ-
5 que habeat difficiles. Ita ab oppugnationibus natura lo-
ci diſtinentur, ut civitates Hiſpaniæ non facile ab ho-
ſtibus

1. *Sicut in Africa, rudere*] Legendum ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* Et *ſicut in Africa rudere* &c. Adi lib. de Bell. Alex. cap. 1. *Davis*.

stibus capiantur. [1] Quod in hoc contigit bello: nam 6
ubi inter Ateguam, & Ucubim, quæ oppida supra sunt scripta, Pompejus habuit castra constituta, in conspectu duorum oppidorum, ab suis castris circiter millia passuum IV grumus est excellens natura, qui appellatur Castra Posthumiana: ibi præsidii caussa castellum Cæsar habuit constitutum.

IX. Pompejus, qui eodem jugo tegebatur loci na- 1
tura; & quod remotum erat à castris Cæsaris, animadvertebat loci difficultatem, &, quod flumine Salso intercludebatur, non esse commissurum Cæsarem, ut in tanta loci difficultate [2] ad subsidium submittendum
se mitteret. Ista fretus opinione, tertia vigilia profe- 2
ctus castellum oppugnare [3] cœpit, ut laborantibus suc-
curreret. Nostri, quum appropinquassent, clamore re- 3
pentino, telorumque multitudine jactus facere cœperunt, uti magnam partem hominum vulneribus afficerent.
Quo peracto, quum ex castello repugnare cœpis- 4
sent, & majoribus castris Cæsari nuncius esset allatus,
cum III legionibus est profectus: & quum ad eos ap- 5
propinquasset, fuga perterriti multi sunt interfecti, complures capti: [4] in quibus multi præterea armis exuti

1. *Quod in hoc contigit bello*] MS. *Norvic. idque in hoc contigit bello:* sed legendum cum editt. *Rom. Beroald. id quod in hoc contigit bello*; sic enim loqui amat noster. Vide quæ notavimus ad lib. III. B. C. cap. XLIV. *Davies.*

2. *Ad subsidium submittendum se mitteret*] Sic quidem edit. *Beroald.* ac ita etiamnum loquuntur Galli. *Rom.* & *Ven.* exhibent *ad subsidium committendum se mitteret*. In MS. *Norvic.* legitur *ad subsidium veniret*, quæ sane phrasis est magis usitata, hoc tamen non impedit, quo minus hic ab emendatore profectam arbitrer. *Idem.*

3. *Cœpit, ut laborantibus succurreret*] Manifesto absurda est hæc lectio, nec enim Pompeius laborantibus Cæsarianis succurrendum putavit. Omnino, mutata distinctione, rescribendum *oppugnare cœpit. Ut laborantibus succurrerent, nostri quum appropinquassent* &c. quemadmodum ante me conjecit *Joan. Glandorpius.* Ineptit *Joan. Goduinus*, cui post ultimam vocem *Cæsar* videtur intelligendus. *Idem.*

4. *In quibus*] Edit. *Beroald.* duabus vocibus additis, repræsentat *in quibus duo millia*; at, præterquam quod alii omnes Codd. adversantur, major est numerus quam ut huc conveniat: proinde cum MS. *Norvic.* priorem etiam verborum bigam delendam arbitror, quippe quæ omnino vacent. *Idem.*

uti fugerunt; quorum ſcuta ſunt relata LXXX.
1 X. Inſequenti luce Arguetius ex Italia cum equita-
tu venit: is ſigna Saguntinorum retulit V, quæ ab op-
2 pidanis cepit. Suo loco præteritus eſt, quod equites
3 ex Italia cum Aſprenate ad Cæſarem veniſſent. Ea no-
ċte Pompejus caſtra incendit, & ad Cordubam verſus
4 iter facere cœpit. Rex nomine Indo, qui cum equita-
tu ſuas copias adduxerat, dum cupidius agmen adver-
ſariorum inſequitur, à vernaculis legionariis exceptus
eſt, & interfectus.
1 XI. Poſtero die equites noſtri longius ad Cordubam
verſus perſecuti ſunt eos, qui commeatus ad caſtra
Pompeji ex oppido portabant, ex iis capti L cum ju-
2 mentis ad noſtra adducti ſunt caſtra. Eodem die Q.
Marcius tribunus mil. qui fuiſſet Pompeji, ad nos trans-
fugit: & noctis tertia vigilia in oppido acerrime pugna-
tum eſt; ignemque multum miſerunt; [1] ſic ut & o-
mne genus, quibus ignis per jactus ſolitus eſt mitti.
3 Hoc præterito tempore, C. Fundanius eques Rom. ex
caſtris adverſariorum ad nos transfugit.
1 XII. Poſtero die ex legione vernacula milites ſunt
capti ab equitibus noſtris duo, qui dixerunt ſe ſervos
2 eſſe: quum venirent, cogniti ſunt à militibus, qui an-
tea cum Fabio & Pedio fuerant, & à Trebonio trans-
fugerant. Eis ad ignoſcendum nulla eſt data facultas,
3 & à militibus noſtris interfecti ſunt. [2] Eodem tempo-
re capti tabellarii, qui à Corduba ad Pompejum miſſi
erant,

1. *Sic ut & omne genus, quibus ignis per jactus ſolitus eſt mitti*] Addita vocula, ex MS. *Norvic.* reſcribendum *ſolitus eſt mitti, exerceretur*, alioquin hiulca eſt oratio. De inſtrumentis quibus ignis jaci ſolitus eſt, adiri poterit *Juſt. Lipſius* Poliorc. lib. V. Dial. II, & v. *Davies.*

1. *Eodem tempore capti tabellarii*] MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *idem temporis*, quod à nuperis mutari non debuit. Noſter ſupra cap. III. *Erat* idem temporis *Sext. Pompeius frater.* Ac iterum: *Incidit* idem temporis. Nec aliter cap. XX. *Idemque temporis centuriones loricati*, ita enim ex MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* repoſui, cum in vulgg. *eodemque tempore* legeretur. Vide & cap. XIII. *Idem.*

erant, perperamque ad castra nostra pervenerant, præ-
cisis manibus missi sunt facti. Pari consuetudine, vigi- 4
lia secunda, ex oppido ignem multum, telorumque
multitudinem jactando, bene magnum tempus con-
sumpserunt, compluresque vulneribus affecerunt. Præ- 5
terito noctis tempore, eruptionem in legionem sextam
fecerunt, quum in opere nostri distenti essent, acri-
terque pugnare cœperunt: quorum vis repressa à no-
stris, etsi oppidani superiore loco defendebantur. [1] L 6
quum eruptionem facere cœpissent, [2] tamen virtute
militum nostrorum, etsi inferiore loco premebantur,
tamen repulsi adversarii bene multis vulneribus affecti
in oppidum se contulerunt.

XIII. Postero die Pompejus ex castris suis [3] bra- 1
chium cœpit ad flumen Salsum facere: & quum nostri
equites pauci in statione fuissent à pluribus reperti, de
statione sunt dejecti, & occisi tres. Eo die A. Valgius 2
senatoris filius, cujus frater in castris Pompeji fuisset,
omnibus suis rebus relictis, equum conscendit, & fu-
git. Speculator de legione secunda Pompejana captus à
militibus, & interfectus est. Idem temporis [4] glans mis- 3
sa

1. L *quum* &c.] Legendum ex MS. *Norvic. hi quum* &c. nam facilis est in his rebus confusio. Sic Bell. Afric. cap. LXXXVII. ubi in vulgg. est *eorum castra* ii equites *adorti*; MS. *Norvic.* & vett. editi repræsentant L *equites*. Davies.

2. *Tamen virtute militum nostrorum, etsi inferiore loco premebantur, tamen repulsi adversarii*] MSS. & editi omnes *tamen virtute militum nostrorum*, qui *etsi* &c. sed pronomen induximus, quippe quod manifesto abundet, & ea certe minor est mutatio, quam *Scaligerana*, pro qua, tribus vocibus deletis, legendum esset *tamen virtute militum nostrorum, etsi inferiore loco premebantur, repulsi, bene multis* &c. Illud *tamen*, quod locum posteriorem obtinet, significat *tandem*, qua de re diximus ad lib. VIII. B. G. cap. XIX. *Davies.*

3. *Brachium cœpit ad flumen Salsum facere*] MS. *Norvic.* pro voce ultima repræsentat *ducere*, ac ita loqui amat noster. Sic supra cap. V. *Brachium ad pontem ducere cœpit.* Infra cap. XXIII. *Brachium ad flumen Salsum ducere cœpit*; nec aliter passim scriptores optimi *Idem.*

4. *Glans missa est inscripta*] Nota *glandium* genus, quibus inscribi solet, & sic ad hostem mitti. Infra paullo: *Indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Cæsar, quæ in oppido ad defendendum compararentur.* Tangit *Lipsius* lib. IV. Poliorc. Dialog. II. Sic Philippus Macedonum Rex, ad Methonam à se obsessam amisso oculo, sagittæ no-

 mea

ſa eſt inſcripta ; *quo die ad oppidum capiendum accede-*
4 *rent*, *ſeſe ſcutum eſſe poſiturum*. Qua ſpe nonnulli, dum
ſine periculo murum adſcendere, & oppidum potiri
poſſe ſe ſperarent, poſtero die ad murum opus facere
cœperunt, & bene magna prioris muri pars dejecta eſt.
5 Quo facto ab oppidanis, ac ſi ſuarum partium eſſent,
conſervati, miſſos facere loricatos, quique præſidii
cauſſa præpoſiti oppido à Pompejo eſſent, orabant.
Quibus reſpondit Cæſar, *ſe conditiones dare*, *non acci-*
6 *pere*, *conſueviſſe*. Qui quum in oppidum reverſi eſſent,
relato reſponſo, clamore ſublato, omni genere telorum
7 emiſſo, pugnare pro muro toto cœperunt: propter
quod fere magna pars hominum, qui in caſtris noſtris
eſſent, non dubitarunt, quin eruptionem eo die eſſent
8 facturi. Ita, corona circumdata, pugnatum eſt ali-
quamdiu vehementiſſime, ſimulque baliſta miſſa à no-
ſtris turrem dejecit: qua adverſariorum, qui in ea tur-
re fuerant, v dejecti ſunt, & puer, qui baliſtam ſoli-
tus erat obſervare.

1 XIV. Eo præterito tempore, Pompejus trans flu-
men Salſum caſtellum conſtituit: neque à noſtris pro-
hibitus, [1] falſaque illa opinione gloriatus eſt, quod pro-
2 pe in noſtris partibus locum tenuiſſet. Item inſequenti
die eadem conſuetudine dum longius proſequitur, quo
loco equites noſtri ſtationem habuerant, aliquot turmæ
cum levi armatura, impetu facto, loco ſunt dejectæ,
& propter paucitatem noſtrorum equitum, [2] ſimulque
levi armatura inter turmas adverſariorum protritæ.
Hoc

men Aſteris, qui miſerat, inſcriptum repperit, ut annotavit copioſe ex antiquis ſcriptoribus doctiſſimus *Andreas Schottus* in vitis comparatis *Ariſtotelis* ac *Demoſthenis* ad Olymp. CVI. an. IV. *Brant.*

1. *Falſaque illa opinione*] Ex MS. *Norv.* reponendum *falſa illa opinione*, nam delenda eſt particula copulans, quippe quæ ſenſum turbat. *Davies.*

2. *Simulque levi armatura*] *Joan. Glandorpio* legendum videtur *ſimulque levis armaturæ*. Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *ſimulque cum levi armatura*; rectius MS. *Norvic.* *ſimul cum levi armatura*, ac ita reſcribendum. *Davies.*

Hoc in conſpectu utrorumque caſtrorum gerebatur: 3
& majore Pompejani exſultabant gloria, longius quod
noſtris cedentibus proſequi cœpiſſent. Qui quum ali- 4
quo loco à noſtris recepti eſſent, ut conſueſſent, ex ſi-
mili virtute clamore facto, averſati ſunt prœlium facere.

XV. Fere apud exercitus hæc eſt equeſtris prœlii 1
conſuetudo; quum eques ad dimicandum, dimiſſo e-
quo, cum pedite progreditur, nequaquam par habe-
tur. Id quod in hoc accidit certamine. Quum pedites 2
ex levi armatura lecti ad pugnam, equitibus noſtris nec
opinantibus veniſſent; idque in prælio animadverſum
eſſet; complures equites deſcenderunt. Ita exiguo tem- 3
pore eques pedeſtre; pedes equeſtre prœlium facere
cœpit, uſque eo, ut cædem proxime a vallo fecerint;
in quo prœlio adverſariorum ceciderunt CXXIII. com- 4
pluresque armis exuti, multi vulneribus affecti in ca-
ſtra ſunt redacti: noſtri ceciderunt III. ſaucii XII pe- 5
dites & equites V. Ejus diei inſequenti tempore priſti-
na conſuetudine pro muro pugnari cœptum eſt. Quum 6
bene magnam multitudinem telorum, ignemque no-
ſtris defendentibus injeciſſent, nefandum crudeliſſi-
mumque facinus ſunt aggreſſi, in conſpectuque noſtro
hoſpites, qui in oppido erant, jugulare, & de muro
præcipites mittere cœperunt, ſicut apud barbaros:
quod poſt hominum memoriam numquam eſt factum.

XVI. Hujus diei extremo tempore à Pompejanis 1
clam ad noſtros tabellarius eſt miſſus, ut ea nocte tur-
res aggeremque incenderent, & III vigilia eruptio-
nem facerent. Ita igne telorumque multitudine jacta, 2
quum bene magnam partem muri conſumpſiſſent, por-
tam, quæ è regione & in conſpectu Pompeji caſtro-
rum fuerat, aperuerunt, copiæque totæ eruptionem
fecerunt, ſecumque extulerunt [1] calcatas ad foſſas com-
plen-

1. *Calcatas ad foſſas complendas*] MS. *Thuan.* & edit *Rom.* *culcatas*: MS. *Norv.* *culitatas*, unde forſan legi poſſit *culcitas*, cujus diminutivum *culcitula*, licet in aliis ſit *culticula*, notante *Feſto*, *ſuſticulus* quidam



dam

plendas, & harpagones ad casas, quæ stramentitiæ ab nostris hibernorum caussa ædificatæ erant, diruendas,
3 & incendendas; præterea argentum, & vestimenta, ut, dum nostri in præda detinerentur, illi cæde facta ad præsidia Pompeji se reciperent: nam, quod existimabat eos posse conatum efficere, nocte tota ultra ibat
4 flumen Salsum in acie. Quod factum licet nec opinantibus nostris esset gestum; tamen virtute freti, repulsos, multisque vulneribus affectos oppido represserunt, prædaque & armis eorum sunt potiti, vivosque aliquos
5 ceperunt, qui postero sunt interfecti die. Eodemque tempore transfuga nunciavit ex oppido, Junium, qui in cuniculo fuisset, [1] jugulatione oppidanorum facta,
6 clamasse, *facinus se nefandum, & scelus fecisse: nam eos nihil meruisse, quare tali pœna afficerentur, qui eos ad aras & focos suos recepissent, eosque hospitium scelere contaminasse*: multa præterea dixisse: qua oratione deterritos amplius jugulationem non fecisse.

1 XVII. Ita postero die Tullius legatus cum [2] Catone Lusitano venit, & apud Cæsarem verba fecit: *Utinam quidem Dii immortales fecissent, ut tuus potius miles, quam Cn. Pompeji, factus essem; & hanc virtutis constantiam in tua victoria, non in illius calamitate præsta-*
2 *rem:* [3] *cujus funestæ laudes quippe ad hanc fortunam reciderunt, ut cives Rom. indigentes præsidii, & propter patria*

*dam ligneus in sacris dicebatur.* Ad oram nonnullorum Codicum legitur *crates*, quæ vox, hujus explicandæ gratiâ, margini est adscripta. *Davies.*

1. *Jugulatione oppidanorum facta*] Hanc locutionem plus vice simplici adhibuit noster, eam tamen *Joan. Brantius* barbarismi insimulat. Sed perperam; eodem enim modo *occisionem facere* dixerunt scriptor ad Herennium lib. IV. p. 38. A. & *Cicero* de Invent. lib. II. p. 66. ed. Lambin. *Davies.*

2. *Catone Lusitano*] Forte legendum, *cum C. Antonio Lusitano.* Illius enim paullo post, ut comitis *Tullii*, meminit. *Gland.*

3. *Cujus funestæ laudes —— exspectantes*] Hæc Librariorum vitio videntur corrupta, aut mutila, ut sine meliorum Codd. ope sanari non possint. Ejusmodi tamen libros sperare non licet, cum hicce locus *Julii Celsi* tempore æque fuerit vitiatus. Vide vit. Cæs. pag. 241. *Davies.*

*triæ luctuosam perniciem dedamur hostium numero : qui ne-
que in illius prospera acie primam fortunam , neque in ad-
versa secundam obtinuimus victoriam: qui legionum tot im- 3
petus sustentantes , nocturnis diurnisque operibus gladiorum
ictus, telorumque missus exspectantes , victi, & deserti à 4
Pompejo, tua virtute superati, salutem à tua clementia de-
poscimus petimusque, ut , qualem te gentibus præstitisti, si-
milem in civium deditione præstes.* [1] *Et qualem*, ait, *gen-
tibus me præstiti, similem in civium deditione præstabo.*

XVIII. Remissis legatis, [2] quum ad portam venis- 1
set Ti. Tullius, quum eum introëuntem C. Antonius
insecutus non esset, reversus est ad portam, & homi-
nem apprehendit. Quod Tiberius quum fieri animad- 2
vertit, [3] simulque pugionem eduxisset, manum ejus
incidit. Ita refugerunt ad Cæsarem. Eodemque tem- 3
pore signifer de legione prima transfugit ; & nuncia-
vit, quo die equestre prœlium factum esset, [4] suo si-
gno perisse homines XXXV. neque licere castris Cn.
Pompeji nunciari, neque dici perisse quemquam. Ser- 4
vus, cujus dominus in Cæsaris castris fuisset, uxorem-
que & filium in oppido reliquerat, dominum jugula-
vit, & ita clam à Cæsaris præsidiis in Pompeji castra
discessit, & indicium glande scriptum misit, per quod
cer-

1. *Et qualem, ait, gentibus me præstiti, similem in civium deditione præstabo*] Hoc responsum, quod à vulgg. aberat, ex MS. *Thuan.* addidi. MS. *Norvic.* locum sic exhibet : *ut clementiam, quam victis gentibus præbuisti, calamitosis civibus tuis non deneges.* Cui Cæsar, *se non acerbiorem in cives fugatis* ; non male, si pro voce ultima *futurum* reponamus. *Davies.*

2. *Quum ad portam — apprehendit*] In MS. *Norvic.* legitur *quum ad portam venissent Ti. Tullius, quum introeuntem C. Antonium secutus non esset, revertit ad portam.* Optime, si interpungas *quum ad portam venissent, Ti. Tullius quum introeuntem* &c. nam ex seqq. liquet Ti. Tullium ab Antonio apprehensum fuisse. *Idem.*

3. *Simulque pugionem eduxisset*] Repone statim ex MS. *Norvic. sinu pugionem eduxit, & manum ejus incidit.* Idem.

4. *Suo signo*] Unicuique manipulo suum erat signum. *Varro* L. L. lib. IV. *Manipulus, minima exercitus manus* (erant in singulis legionibus manipuli XXX. Vide *A. Gellium* N. A. lib. XVI. cap. IV.) *quæ unum sequitur signum.* Quidam tamen singulis centuriis singula dant signa. Adi *Just. Lipsii* Mil. Rom. lib. II. Dial. VIII. *Idem.*

certior fieret Cæsar, quæ in oppido ad defendendum
5 compararentur. Ita, litteris acceptis, quum in oppi-
dum reversi essent, qui mittere glandem scriptam so-
lebant, insequenti tempore duo Lusitani fratres trans-
fugæ nunciarunt quam Pompejus concionem habuisset:
*quoniam oppido subsidio non posset venire, noctu ex adver-
sariorum conspectu se deducerent ad mare versum:* unum
respondisse, *ut* [1] *potius ad dimicandum descenderent, quam
signum fugæ ostenderent:* tum, qui ita locutus esset, ju-
6 gulatum. Eodem tempore tabellarii ejus deprehensi,
qui ad oppidum veniebant, quorum litteras Cæsar op-
pidanis objecit, &, qui vitam sibi peteret, jussit tur-
7 rem ligneam oppidanorum incendere: id si fecisset, ei
se promisit omnia concessurum: quod difficile erat fa-
8 ctu, ut eam turrem sine periculo quis incenderet. [2] Ita
** facturus de ligno quum propius accessisset, ab op-
pidanis est occisus. Eadem nocte transfuga nunciavit,
Pompejum, & Labienum, de jugulatione oppidano-
rum indignatos esse.
1 XIX. Vigilia secunda propter multitudinem telo-
rum turris lignea, quæ nostra fuisset, [3] ab imo vitium
2 fecit, usque ad tabulatum secundum & tertium. Eo-
dem tempore pro muro pugnatum acerrime, & turrim
nostram, ut superiorem, incenderunt: idcirco quod
3 ventum oppidani secundum habuerunt. Insequenti lu-
ce materfamilias de muro se dejecit, & ad nos transi-
liit, dixitque [4] se cum familia constitutum habuisse,
ut

1. *Potius — jugulatum*] MS. *Norv.* exhibet *potius ad dimicandum* descenderet, *quam signum fugæ* ostenderet; cum, *qui ita locutus esset, jugulatum.* Ad vocem ultimam quod attinet, melius, ut opinor & rectius *Davies.*

2. *Ita ** facturus de ligno*] Lacuna antiqua. MSS. duo *Thuan.* (ut & MS. *Norv.*) habent *ita fune crure de ligno*, unde lego *ita fune crure deligato:* ne enim in urbem fugeret, longo fune Cæsariani crus vinxerant. *Goduin.*

3. *Ab imo vitium fecit*] Ædificium *vitium facere* dicunt Jurisconsulti cum ruinam minatur. l. XXVIII. §. ult. & l. XXX. D. locati. *Brant.*

4. *Se cum familia*] Ita hæc refert *Jul. Celsus* vit. Cæs. p. 241. *Matrona è muro desiliens dixit se cum* ancilla *sua statuisse transfugere*; legit igitur in nostro *se cum famula* &c. licet

ut una transfugerent ad Cæsarem; illam oppressam & jugulatam. Hoc præterea tempore tabellæ de muro 4
sunt dejectæ, in quibus scriptum est inventum: [1] *L. Minutius Cæsari: Si mihi vitam tribuis, quoniam à Cn. Pompejo sum desertus, qualem me illi præstiti, tali virtute & constantia futurum me in te esse præstabo.* Eodem tem- 5
pore oppidanorum legati, qui antea exierant, Cæsarem adierunt, si sibi vitam concederet, sese insequenti die oppidum esse dedituros. Quibus respondit, *se* 6
*Cæsarem esse, fidemque præstiturum.* Ita ante diem XI Kalend. Martii oppido potitus Imperator est appellatus.

XX. Et Pompejus, ex perfugis quum deditionem 1
oppidi factam esse scisset, castra movit Ucubim versus: [2] sed circum ea loca castella disposuit, & munitionibus se continere cœpit. Cæsar movit, & propius castra castris contulit. Eodem tempore mane loricatus 2
unus ex legione vernacula ad nos transfugit, & nunciavit, Pompejum oppidanos Ucubenses convocasse, iisque imperavisse, ut, diligentia adhibita, perquirerent, qui essent suarum partium, itemque adversariorum victoriæ fautores. [3] Hoc præterito tempore, in 3
oppido, quod fuit captum, servus est prehensus in cuniculo, quem supra demonstravimus, dominum jugulasse: is vivus est combustus. Idemque temporis cen- 4
turiones loricati IIX ad Cæsarem transfugerunt ex legione

cet enim *familia* de pluribus servis dicatur, unicus eo nomine non designatur. Vide Tit. de verb. signif. §. XL. *Davies.*

1. *L. Minucius*] Codex *Fulvii Ursini*, *L. Munatius.* *Dio* lib. XLIII. pag. 230. & *Valerius Maximus* lib. IX. cap. II. licet *Flaccus* ab altero cognominetur, ab altero *Plancus*, ut supra lib. de bell. Alexand. cap. LII. *Ciaccon.*

2. *Sed circum ea loca*] Discretiva conjunctio huc non convenit. Scribe ex MS. *Norvic.* *& circum ea loca*, quod etiam *Joan. Glandorpio* ex conjectura placuit. *Davies.*

3. *Hoc præterito tempore*] Non necesse est, ut cum *Joan. Glandorpio* eumque secuto *Joan. Goduino* reponamus *hoc præterea tempore*; nam (præterquam quod phrasis altera nostro est usitatissima. Vide supra capp. XI, & XIV.) redit auctor ad id quod accidit, oppido in deditionem recepto. *Idem.*

gione vernacula, & equites nostri cum adversariorum equitibus congressi sunt, & saucii aliquot occiderunt
5 ex levi armatura. Ea nocte speculatores prehensi servi
III, & unus ex legione vernacula. Servi sunt in crucem sublati, [1] militibus cervices abscissæ.

1 XXI. Postero die equites cum levi armatura ex ad-
2 versariorum castris ad nos transfugerunt. Et eo tempore circiter XI equites ad aquatores nostros excucurrerunt: nonnullos interfecerunt, item alios vivos ab-
3 duxerunt. Ex equitibus capti sunt equites IIX. Insequenti die Pompejus securi percussit homines LXXIV, qui dicebantur esse fautores Cæsaris victoriæ. Reliquos in oppidum jussit deduci, ex quibus effugerunt CXX, & ad Cæsarem venerunt.

1 XXII. Hoc præterito tempore, qui in oppido Ategua [2] Bursavolenses capti sunt, legati profecti sunt cum nostris, uti rem gestam Bursavolensibus referrent, quid sperarent de Cn. Pompejo, quum viderent hospites jugulari: præterea multa scelera ab iis fieri, qui
2 præsidii caussa ab his reciperentur. Qui quum ad oppidum venissent, nostri, qui fuissent equites Rom. & senatores, non sunt ausi introire in oppidum, præter-
3 quam qui ejus civitatis fuissent. Quorum responsis ultro citroque acceptis, & redditis, quum ad nostros se reciperent, qui extra oppidum fuissent, illi de præsidio insecuti, ex aversione legatos jugularunt. Duo reliqui,

1. *Militibus cervices abscissæ*] At unus tantum captus est miles. Reponendum igitur ex edit. *Rom. Ven. Beroald. militi cervices abscissæ*, more antiquo, quo *cervices* pluraliter tantum efferebant. *Quintilianus* Instit. Orat. lib. VIII. cap. III. pag. 392. ed. Oxon. Cervicem *videtur Hortensius primus dixisse, nam vett. pluraliter appellabant.* In eandem sententiam dixit *Varro* L. L. lib. VII. p. 87. & lib. IX. p. 143. Sic etiam loquuntur boni auctores. Scriptor ad Herennium lib. III. cap. XV. *Si erit in demonstratione sermo, paululum corpus à* cervicibus *demittemus.* Vide & *Terentium* Heaut. Act. II. Sc. II, 131. *Davies.*

1. *Bursavolenses*] V. C. *Bursavonenses.* Lego *Ursaonenses*, nam id oppidum inferius dicitur *Ursao*, & *Plinio* lib. III. cap. I. *Urso*; sed *Ursao* apud eum potius legerem. *Ciaccon.*

liqui, qui ex eis fugerunt, Cæsari rem gestam detu-
lerunt, [1] & speculatores ad oppidum Ateguam mise-
runt. Qui quum certum comperissent [2] legatorum re- 4
sponsa ita esse gesta, quemadmodum illi retulissent, ab
oppidanis concursu facto, eum, qui legatos jugulasset,
lapidare, & ei manus intentare cœperunt: illius opera
se perisse. Ita vix periculo liberatus petiit ab oppidanis, 5
ut ei liceret legatum ad Cæsarem proficisci: illi se sa-
tisfacturum. Potestate data, quum inde esset profectus, 6
præsidio comparato, quum bene magnam manum fe-
cisset; & nocturno tempore per fallaciam in oppidum
esset receptus, jugulationem magnam facit: principi-
bus, qui sibi contrarii fuissent, interfectis, [3] oppi-
dum in suam potestatem recipit. Hoc præterito tem- 7
pore, servi transfugæ nunciaverunt, [4] oppidanorum
bona vendere, ne cui extra vallum liceret exire, nisi
discinctum: [5] iccirco quod ex quo die oppidum Ate- 8
gua

1. *Et speculatores*] Oratio caret nominativo. Proinde non invitus legerim: *Ursaonenses vero speculatores miserunt* &c. *Glandorp.*

2. *Legatorum responsa ita esse gesta*] *Joan. Glandorpio* legendum videtur *juxta legatorum responsa omnia ita esse gesta*; *Jos.* autem *Scaliger*, eumque secutus *Joan. Goduinus* duas primas voces ex interpretatione natas arbitrantur. Potius scribendum existimarim *legatorum responso*, quæ minima est mutatio, ex eâ tamen sensus commodus exsurgit. *Davies.*

3. *Oppidum in suam potestatem recipit*] Sic restitui ex MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* nam in vulgg. *recepit.* Scio equidem in verbis eadem *tempora* non semper esse conjuncta. *Virgilius* Æn. II, 12.

*Quamquam animus meminisse* horret,
*luctuque* refugit.

Ad quem locum *Servius* ita notat: *Propter metrum, pro præsenti præteritum posuit.* *Silius* Italicus lib. VI, 265.

——Torsi *telum, atque ingentia velox*
*In memet sævi serpentis prælia* verto;

ubi tempora, κακοφωνίας vitandæ causâ, mutavit. Quoniam igitur id perraro factum, & præcipuè quidem à Poëtis, nos veteribus Codd. nixi, χρόνων discrepantiam hic & alibi sustulimus. *Davies.*

4. *Oppidanorum bona vendere, nè cui* &c.] MS. *Norvic.* exhibet *oppidanorum bona vendi, nè cui* &c. Legendum puto *oppidanorum bona vendi, nec cui extra vallum licere exire, nisi discincto*, seu laxis vestibus, quod ut parum virile, ita inter pœnas militares numeratum. Vide *Just. Lipsium* Mil. Rom. lib. V. Dial. XVIII. pag. 389. *Idem.*

5. *Iccirco quod*] Ultima vox prorsus est otiosa, quarè vel delenda ex fide editionum *Rom. Ven. Beroald.* vel potius legendum *idcircoque*, ut habet ed. *Rob. Stephani* A. D. 1544. *Idem.*

gua esset captum, metu conterritos complures profugere in Bethuriam, neque sibi ullam spem victoriæ propositam habere; ut si quis ex nostris transfugerit, in levem armaturam conjici, eumque [1] non amplius XVI accipere.

1 XXIII. Insequenti tempore Cæsar castris castra contulit, & brachium ad flumen Salsum ducere cœpit. Hic dum in opere nostri distenti essent, complures ex supe-
2 riore loco adversariorum decucurrerunt: [2] nec detinentibus * nostris, multis telis injectis, complures vul-
3 neribus affecere. Hic tamen, ut ait Ennius, *nostri cessere parumper*. Itaque, præter consuetudinem, quum à nostris animadversum esset cedere, centuriones ex le-
4 gione V flumen transgressi duo restituerunt aciem; acriterque eximia virtute plures quum agerent; ex superiore loco multitudine telorum alter eorum conci-
5 dit. Ita, quum is compar prœlium facere cœpisset, & quum undique se circumveniri [3] animum advertisset,
6 parumper ingressus pedem offendit. Hujus concidentis viri casu passim audito, quum complures adversariorum concursum facerent, equites nostri transgressi interiore loco adversarios ad vallum agere cœperunt.
7 Ita, dum cupidius intra præsidia illorum student cædem facere, & turmis, & levi armatura sunt interclusi: quorum nisi summa virtus fuisset, vivi capti essent; nam & munitione præsidii ita coangustabantur,

[1] ut

1. *Non amplius* XVI] Non est dubium, quin in bellis civilibus plus numeratum sit militi, quam in aliis expeditionibus, aut pacis tempore, cum juxta leges & præscripta majorum teneretur exercitus. Certe sub *Tiberio*, composita Repub. non nisi *decem asses* in diem solitos accipere milites, tradit gravis auctor *Cornelius Tacitus*. Apparet autem *Pompeium* per ambitionem, & quia partibus suis sic conducebat, duplum, id est, *vicenos asses*, numerasse. Porro levi armaturæ & transfugis, quod ii pro justis militibus non haberentur, nec in legione militarent, tantum dedisse *asses sedecim*. Glandorp.

2. *Nec detinentibus * nostris*] Legendum, *desinentibus*, ut intelligas in opere perstitisse. *Idem.*

3. *Animum advertisset*] Ita MS. *Norvic.* In vulgatis erat *animadvertisset*. Davies.

[1] ut equites ſpatio intercluſo vix ſe defendere poſſent.
Ex his utroque genere pugnæ complures ſunt vulne- 8
ribus affecti, in quis etiam [2] Clodius Aquitius: inter
quos ita cominus eſt pugnatum, ut ex noſtris, præ-
ter II centuriones, ſit nemo deſideratus, gloria ſe ef-
ferentes.

XXIV. Poſtero die ab Soricaria utræque convene- 1
re copiæ. Noſtri brachia ducere cœperunt. Pompejus, 2
quum animadverteret, caſtello ſe excludi Aſpavia,
quod ab Ucubi millia paſſuum v diſtat, hæc res neceſ-
ſario vocabat, ut ad dimicandum deſcenderet: neque 3
tamen æquo loco ſui poteſtatem faciebat, ſed ex gru-
mo excelſum tumulum capiebat, uſque eo, ut neceſ-
ſario cogeretur iniquum locum ſubire. Quo facto, 4
quum utrorumque copiæ tumulum excellentem petiſ-
ſent, prohibiti à noſtris ſunt, [3] dejectique planitie:
quæ res ſecundum noſtris efficiebat prœlium. Undi- 5
que autem cedentibus adverſariis, noſtri magna in cæ-
de

1. *Ut equites ſpatio intercluſo vix ſe defendere poſſent*] Legendum ex MS. *Norvic.* & editt. *Ven. Beroald.* *ut eques ſpatio intercluſo vix ſe defendere poſſet*, quod elegantius eſt, quam fert Librariorum captus. *Davies.*

2. *Clodius Aquitius*] Pariſienſes, *Clodius Arquitius.* Fecit hæc varietas, ut de mendo cogitarem. Qua in ſuſpicione cum eſſem, reperi in antiquis marmoribus, *Avitum* cognomen eſſe Clodiorum. Nihil igitur dubito, quin ita hoc loco emendandum ſit.

Romæ, in domo Cæſia.

D. M.
CLODIÆ
AVITÆ
HEREDES
EX. TESTAMENTO

In ædibus Arberinorum.

D. M.
TI. CLAVDIO
FELICI. PATRI. ET
CLAVDIÆ
PRIVATÆ. MATRI
TI. CLAVDIVS. AVITVS
FILIVS. OPTIMVS
PARENTIBVS.

Cum vero hoc cognomen non admodum frequens apud veteres ſit, inde factum eſt, ut mendoſe quandoque ſcriptum reperiatur. *Ald. Manut.*

3. *Dejectique planitie*] *Joan. Glandorpius*, & *Joan. Goduinus* reponunt *dejectique in planitiem*; ſed ſcribendum *dejectique planitia*, quod idem eſt ac *in planitiem*. *Virgilius* Æn. v, 451.

*It clamor cœlo* —

Noſter hujuſce libri cap. XVI. *Multiſque vulneribus affectos* oppido *repreſſerunt*. Sic & cap. XIII. ex MS. *Norvic.* legerim *quum* oppido *revertiſſent*, ubi in vulgg. *quum in oppidum reverſi eſſent*; nam paullò infrequentiores loquendi formulas ſemper mutarunt Librarii. *Davies.*

de versabantur: quibus mons, non virtus, saluti fuit:
quo subsidio tunc, nisi advesperasset, à paucioribus
6 nostris omni auxilio privati essent: nam ceciderunt ex
levi armatura CCCXXIV: ex legionariis CXXXIIX: præ-
terquam quorum arma & spolia sunt allata. Ita pridie
II centurionum interitio hac adversariorum pœna est
litata.

1 XXV. Insequenti die, pari consuetudine quum ad
eundem locum ejus præsidium venisset, pristino illo
suo utebantur instituto: nam præter equites nullo lo-
2 co æquo se committere audebant. Quum nostri in ope-
re essent, equitum copiæ concursus facere cœperunt;
simulque vociferantibus legionariis, quum locum effla-
gitarent, ut consueti insequi existimare possent, se pa-
ratissimos esse ad dimicandum, nostri ex humili con-
valle bene longe sunt egressi, & planitia iniquiore lo-
3 co constiterunt. Illi tamen procul dubio ad congredi-
endum in æquum locum non sunt ausi descendere, præ-
ter unum Antistium Turpionem, qui fidens viribus,
ex adversariis sibi parem esse neminem [1] cogitare cœ-
pit; [2] hic, ut fertur, Achillis Memnonisque congres-
4 sus. Q. Pompejus Niger, eques Romanus Italicensis,
5 ex acie nostra ad congrediendum progressus est. Quo-
niam ferocitas Antistii omnium mentes converterat ab
6 opere ad spectandum, acies sunt dispositæ: nam inter
bel-

1. *Cogitare cœpit*] MS. *Norvic.* *agitare cœpit*, quæ rarior est locutio, ac proinde recipienda. *Curtius* lib. VI. cap. IV, 9. Agitasse *Darium*, *custodiam corporis sui*, *contra jus fasque*, *peregrino militi tradere*. *Plinius* Pan. cap. IV. *Sæpe ego mecum*, *P. C. tacitus* agitavi. Vide & *Livium* l. XXI. cap. XXVI. *Davies.*

1. *Hic*, *ut fertur*, *Achillis Memnonisque congressus*. *Q. Pompeius Niger* &c.] MS. *Norvic.* exhibet *hic*, *ut fertur*, *Achillis Memnonisque congressus*. *Contra quem Pompeius Niger* &c. unde, ut sensus eliciatur, transpositis sententiis, legendum *agitare cœpit*; *contra quem Pompeius Niger* — *ad congrediendum progressus*. *Hic*, *ut fertur*, *Achillis Memnonisque congressus*; quo proverbio pugnam inter fortissimos institutam denotari existimo, Memnon enim, licet tandem ab Achille trucidatus, maximarum virium summique animi fuisse perhibetur à *Quinto Smyrnæo*, qui hoc prœlium fuse & eleganter describit lib. II. Iliad. vs. 395. seqq. *Idem.*

bellatores principes dubia erat posita victoria, ut pro-
pe videretur finem bellandi duorum dirimere pugna.
Ita avidi cupidique suarum [1] quisque partium, * ex-
pertorum virorum fautorumque voluntas habebatur.
Quorum virtute alacri quum ad dimicandum in plani- 7
tiem se contulissent, scutorumque laudis insignis præ-
fulgens opus cœlatum, quorum * pugna esset prope
profecto directa, nisi propter equitum * concessum,
ut supra demonstravimus, levis armatura præsidii caus-
sa non longe ab opere castrorum constitisset. Ut no- 8
stros equites in receptu, dum ad castra redeunt, ad-
versarii cupidius sunt insecuti, universi, clamore fa-
cto, impetum dederunt. Ita metu perterriti, quum in
fuga essent, multis amissis, in castra se recipiunt.

XXVI. Cæsar, ob virtutem, turmæ Cassianæ do- 1
navit millia XIII, & præfecto torques aureos II, &
levi armaturæ millia X. Hoc die A. Bæbius, & C. 2
Flavius, & A. Trebellius equites Romani Astenses
[2] argento prope tecti equites ad Cæsarem transfuge-
runt: qui nunciaverunt equites Romanos conjurasse 3
omnes, qui in castris Pompeji essent, ut transitionem
facerent: servi indicio omnes in custodiam esse conje-
ctos, è quibus, occasione capta, se transfugisse. Item 4
hoc die litteræ sunt deprehensæ, quas mittebat Ursao-
nem Cn. Pompejus: [3] *S.V.G.E.V. Etsi, prout nostra* 5
*fe-*

1. *Quisque partium, * expertorum virorum —— nisi propter equitum * concessum*] Hæc omnia adeo sunt corrupta & mutila, ut *dæmonium* sit, non homo, qui ex iis sensum aliquem possit extundere. Quod solum possum, variantes lectiones exhibebo. MS. *Norvic. Quisque ex partium virorum, fatuorumque voluntate habebantur. Quorum virtute alacri quum ad dimicandum in planitiem se contulissent, scutorum laudis insignia præfulgens opus cœlatum, quorum pugna esset profecto directa, nisi propter equitum consensum*: nihilo quidem sanius, quam vulgg. à quibus editt. *Rom. Ven. Beroald.* non abeunt. *Davies.*

2. *Argento prope tecti equites*] *Joan. Glandorpius* reponit *argento prope tectis equis*; sed ex MS. *Norvic.* legendum *argento prope tecti equos*, qui notissimus est Hellenismus. Non interim sum nescius, *equites* pro *equis* poni posse. Vide quæ notavit vir clarissimus *Janus Broukhusius* ad *Propertii* lib. IV. Eleg. III, 38. Id tamen hic loci durissimum videtur, eandem enim vocem diverso sensu paullo ante adhibuit noster. *Idem.*

3. *S. V. G. E. V.*] Hæ litteræ denotant,

*felicitas, ex sententia adversarios adhuc propulsos habemus; tamen, si æquo loco sui potestatem facerent, celerius, quam*
6 *vestra opinio est, bellum confecissem. Sed exercitum tironum non audent in campum deducere, nostrisque adhuc freti præsidiis bellum ducunt; nam singulas civitates circumsi-*
7 *dent: inde sibi commeatus capiunt. Quare & civitates nostrarum partium conservabo, & bellum primo quoque tempore conficiam. Cohortes* [1] *in animo habeo ad vos mittere. Profecto nostro commeatu privati, necessario ad dimicandum descendent.*

1 XXVII. Insequenti tempore quum nostri temere in opere distenti essent, equites in oliveto, dum lignan-
2 tur, interfecti sunt aliquot. Servi transfugerunt, qui nunciaverunt a. d. III Nonarum Martii prœlio, ad Soritiam quod factum est, ex eo tempore metum esse magnum, & Attium Varum circum castella præesse.
3 Eo die Pompejus castra movit; & [2] contra Hispalim
4 in oliveto constitit. Cæsar priusquam eodem est profectus, luna hora circiter VI visa est. Ita castris motis Ucubim præsidium, quod Pompejus reliquit, jussit ut incenderent, & deusto oppido in castra majora se re-
5 ciperent. Insequenti tempore Ventisponte oppidum quum oppugnare cœpisset, deditione facta, iter fecit in Carrucam: contra Pompejum castra posuit. Pompejus oppidum, quod contra sua præsidia portas clausisset,

notant, *si valetis, gaudeo, ego valeo.* Sic *Dolabella* in Epist. ad *Ciceronem* Fam. lib. IX. Ep. IX. S. V. G. V. ut frustra sint *Barn. Brissonius* Form. lib. VIII. & *Pet. Ciacconius*, qui reponunt S. V. B. E. E. V. licet ea quidem usitatior formula. Vide & *Just. Lipsium* Inst. Epist. cap. III. *Davies.*

1. *In animo habeo*] Ex Cod. *Ciaccon.* & edit. *Steph.* præpositionem restitui, quam omittunt vulgg. *Idem.*

2. *Contra Hispalim*] In vulgg. *circa Hispalim*; sed lectionem à me receptam exhibent MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* quam etiam *Gerardus* G. J. F. *Vossius* ad *Velleii Paterculi* lib. II. cap. LXXVI. ex Cod. *Petav.* recipiendam censuit. *Contra Hispalim* idem notat ac *è regione Hispalis. Cæsar* lib. I. B. C. cap. LVI. *Hæ ad insulam, quæ est contra Massiliam, stationes obtinebant.* Ac lib. III. B. C. cap. XXIII. *Insulamque; quæ contra Brundisinum portum est, occupavit.* Sic &, inter alios, *Virgilius Æn.* I, 17. *Idem.*

sisset, incendit: milesque, qui fratrem suum in castris 6
jugulasset, interceptus est à nostris, & [1] fusti percussus. Hinc itinere facto, in campum Mundensem quum esset ventum, castra contra Pompejum constituit.

XXVIII. Sequenti die quum iter facere Cæsar cum 1
copiis vellet, renunciatum est ab speculatoribus, Pompejum de III vigilia in acie stetisse. Hoc nuncio alla- 2
to, vexillum proposuit. Iccirco enim copias eduxerat, [2] quod Versaonensium civitati fuissent fautores: antea litteras miserat, *Cæsarem nolle in convallem descendere, quod majorem partem exercitum tironem haberet.* Hæ lit- 3
teræ vehementer confirmabant mentes oppidanorum. Ita hac opinione fretus totum se facere posse existimabat: etenim & natura loci defendebatur, & ipsius oppidi munitione, ubi castra habuit constituta; namque, 4
ut superius demonstravimus, loca excellentia tumulis contineri; interim nulla planitia dividit.

XXIX. Sed ratione nulla placuit taceri id, quod 1
eo incidit tempore. Planities inter utraque castra intercedebat, circiter millia passuum V, ut auxilia Pompeji duabus defenderentur rebus, oppidi excelsi, & loci natura. Hinc dirigens proxima planities æquabatur: 2
cujus

3. *Fusti percussus*] Intelligit *Fustuarium*, ut *Cicero* vocat Philip. III. de quo *Polybius* lib. VI. cap. XXXV. Τὸ δὲ τῆς ξυλοκοπίας ἐστὶ τοιοῦτον. Λαβὼν ξύλον ὁ χιλίαρχος, τούτῳ τοῦ κατακριθέντος οἷον ἥψατο μόνον. Οὗ γενομένου, πάντες οἱ τοῦ στρατοπέδου τύπτοντες τοῖς ξύλοις καὶ τοῖς λίθοις, τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ καταβάλλουσιν. *Livius* lib. V. cap. VI. *Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut præsidio decedit.* Brantius.

2. *Quod Versaonensium civitati fuissent fautores*] Legendum credo: *Quod Versaonensium civitati ut sibi essent fautores.* Educebat enim copias extra vallum, ut confirmaret, quod litteris scripserat, per Cæsarem stare, quo minus averteretur. Hanc enim si teneret opinionem, sperabat opidanos sibi fauturos. *Ciaccon.*

Ibid. *Joan. Glandorpius* reponit *quod Ursaonensium civitati, qui erant fautores,* &c. *Jos.* autem *Scaliger* & *Joan. Goduinus* vocem ultimam cum penultima è margine in textum irrepsisse contendunt. Editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *quod Versaonensium civitati fuissent fautores. Fausto antea litteras* &c. Eandem lectionem in suo Cod. invenit *Jul. Celsus*, qui p. 242. ait *Pompeius* Fausto *scripserat, qui, quantum intelligi datur, intra oppidum erat, Cæsarem* &c. Nec sane causa est, cur ea vox rejicula habeatur. *Davies.*

cujus decursum antecedebat rivus, qui ad eorum ac-
3 cessum summam efficiebat loci iniquitatem; nam palu-
stri & voraginoso solo [1] currebat [2] ad dextram par-
tem. Et Cæsar, quum aciem directam vidisset, non
habuit dubium, quin media planitie in æquum ad di-
4 micandum adversarii procederent. Hoc erat in omnium
conspectu. Huc accedebat, ut locus illa planitie equi-
tatum ornaret, & diei, Solisque serenitas: ut mirifi-
cum & optandum tempus prope ab Diis immortalibus
5 illud tributum esset ad prœlium committendum. No-
stri lætari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum
res fortunæque omnium deducerentur, ut, quidquid
6 post horam casus tribuisset, in dubio poneretur. Ita-
que nostri ad dimicandum procedunt: id quod adver-
sarios existimabamus esse facturos; qui tamen à muni-
tione oppidi ∞ passibus longius non audebant procede-
re, in quo sibi prope murum [3] adversarii constitue-
7 bant. Itaque nostri procedunt. Interdum æquitas loci
adversarios efflagitabat, ut tali conditione contenderent
1 ad victoriam: neque tamen illi à sua consuetudine [4] de-
cedebant, ut aut ab excelso loco, aut ab oppido, di-
scederent. Nostri pede presso propius rivum quum ap-
propinquassent, adversarii patrocinari loco iniquo non
desinunt.

2 XXX. [5] Erat acies XIII aquilis constituta, quæ
lateri

1. *Currebat ad dextram partem*] Reponendum crediderim ex MS. *Norvic. currens erat*, qui Hellenismus est, optimis scriptoribus non ignotus. *Cicero* in Orat. p. 204. ed. Lambin. Est *enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phædri his verbis* loquens *Socrates*. *Vitruvius* Archit. lib. II. cap. I. *Phryges vero, qui campestribus locis* sunt habitantes. Adi & *Is. Casaubonum* ad *Capitolini* Anton. Philos. cap. XX. *Davies*.

2. *Ad dextram partem*] Pro his vocibus Cod. *Ciaccon*. repræsentat *ad extremum*; MS. autem *Norvic. ad dextrum*, cujus Glossema est vulgata lectio. *Idem*.

3. *Adversarii constituebant*] MS. *Norvic.* vocem interponit, qua in textum recepta, integer est sensus. Ex eo igitur lege *adversarii præliandum constituebant*. Idem.

4. *Decedebant*] Sic legendum, non *discedebant*, quod in editt. *Idem*.

5. *Erat acies XIII aquilis constituta*] Id est, totidem legionibus. Has enim ipsas per aquilas numerabant, & legionis totius aquila fuit, hoc
est

lateribus equitatu tegebatur, cum levi armatura mil-
libus VI. Præterea auxiliares accedebant [1] prope alte-
rum tantum. Noſtra præſidia LXXX cohortibus, &
IIX millibus equitum. Ita, quum in extrema planitie 2
iniquum in locum noſtri appropinquaſſent, paratus ho-
ſtis erat ſuperior, ut tranſeundi ſuperius iter vehemen-
ter eſſet periculoſum. Quod quum à Cæſare eſſet ani- 3
madverſum, ne quid temere culpa ſua ſequius admit-
teretur, [2] eum locum definire cœpit. Quod quum ho- 4
minum auribus eſſet objectum, moleſte & acerbe ac-
cipiebant ſe impediri, quo minus prœlium confice-
re poſſent. Hæc mora adverſarios alacriores efficie-
bat, Cæſaris copias timore impediri ad committen-
dum prœlium. Ita ſe efferentes iniquo loco ſui pote- 5
ſtatem faciebant, [3] ut magno tamen periculo acceſſus
eorum haberetur. Hic Decumani ſuum locum cornu 6
dextrum tenebant, ſiniſtrum III, & V legio, item-
que cetera auxilia, & equitatus. Prœlium clamore fa-
cto committitur.

XXXI. Hic etſi virtute noſtri antecedebant, adver- 1
ſarii loco ſuperiore defendebantur acerrime, & vehe-
mens fiebat ab utriſque clamor, [4] telorumque miſſu
concurſus, ſic, [5] ut prope noſtri diffiderent victoriæ:
con-

eſt, alitis ejus effigies ſive corpus ex argento vel auro, ſummæ perticæ inſiſtens, & pede altero fulmen ſæpe tenens. *Brant.*

1. *Prope alterum tantum*] Ita ut auxiliares reliquarum copiarum numerum tantum non adæquarent. *Livius* lib. I. cap. XXXVI. *Alterum tantum adjecit.* *Minucius Felix* Octav. p. 37. *Mox* alterum tantum *admonitus adjunxit.* Vide & *Corn. Nepotem* Eumen. cap. VIII, 5. *Davies.*

2. *Eum locum definire cœpit*] Nimirum ut milites ipſius noſſent, quatenus progrediendum eſſet, dum hoſtem inſequerentur. *Rhellican.*

3. *Ut magno tamen periculo*] Adverſativam particulam huc non convenire advertit *Joan. Glandorpius*, qui reponendum duxit *ut magno in periculo*; MS. autem *Norvic.* exhibet *ut magno cum periculo*, quæ lectio ſana eſt & ſincera. *Davies.*

4. *Telorumque miſſu concurſus*] Sic recte exhibent MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum in vulgg. *telorumque miſſus* perperam legeretur. *Idem.*

5. *Ut prope noſtri diffiderent victoriæ*] Profecto ſic ſe res habebat. Veterani namque XIV annis vincere ſueti, retrocedere cœperunt. Etſi autem nondum fugerent, apparebat tamen pudore magis quam vir-

Sex. Pompejo, qui Cordubæ fuisset, rem gestam re-
4 fert. Cognito hoc negotio, [1] quos equites, quod pe-
cuniæ secum habuit, eis distribuit, & oppidanis di-
xit, se de pace ad Cæsarem proficisci, & secunda vi-
5 gilia ab oppido discessit. Cn. Pompejus autem cum e-
quitibus paucis, nonnullisque peditibus ad navale præ-
sidium parte altera contendit Cartejam, quod oppidum
6 abest à Corduba millia passuum CLXX. Quo quum ad
octavum milliarium venisset, P. Calvitius, qui castris
antea Pompeji præpositus esset, ejus verbis nuncium
mittit, *quum minus belle haberet*, [2] *ut mitterent lecticam,*
*qua in oppidum deferri posset*. Litteris missis, Pompejus
7 Cartejam defertur. Qui illarum partium fautores essent
conveniunt in domum, quo erat delatus; (qui arbitra-
ti sunt clanculum venisse) ut ab eo, quæ vellent, de
bello requirerent. Quum frequentia convenisset, de le-
ctica Pompejus eorum in fidem confugit.

1 XXXIII. Cæsar ex prœlio munitione circumdata,
Cordubam venit: qui ex cæde eo refugerant, pontem
2 occupaverunt. Quum eo esset ventum, convitiari cœ-
perunt, *nos ex prœlio paucos superesse: quo confugeremus?*
3 Ita pugnare cœperunt de ponte. Cæsar flumen transje-
cit, & castra posuit. [3] Scapula totius seditionis familiæ
& libertinorum caput, ex prœlio Cordubam quum
ve-

1. *Quos equites, quod pecuniæ secum habuit, eis distribuit*] Hæc barbara prorsus & incondita est constructio. Editt. *Rom. Ven. Beroald.* repræsentant *quos equites* secum habuit, *quod pecuniæ secum habuit, eis distribuit*, ac ita etiam testante *Joan. Godwino*, MSS. II *Thuanai*; nec sane illa lectio in scriptore tam horrido prorsus est aspernanda. MS. *Norvic.* exhibet *quos equites secum habuit, his quod secum pecuniæ, eis distribuit*, unde minima mutatione rescribendum putem *quos equites secum habuit is, quod secum pecuniæ, eis distribuit*, qui rotundior, nisi me fallit animus, & auctore Romano dignior est loquendi modus. *Davies.*

2. *Ut mitterent lecticam*] Sic reposui ex MS. *Norvic.* eandemque lectionem in Cod. *Thuan.* reperit *Joan. Godwinus.* In vulgg. *ut mittere lecticam*; male: non enim singulari cuipiam homini, sed ipsis Carteiensibus hunc nuncium misit Cn. Pompeius. *Davies.*

3. *Scapulæ*] *T. Quintii Scapulæ*, ut totius belli concitatoris, meminerunt *Cicero* ep. lib. IX. ad Dolabellam, & *Dion.* lib. XLIII. p. 228, *Glandorp.*

veniſſet, familiam & libertos convocavit, pyram ſibi 4
exſtruxit, cœnam afferri quam opimam imperavit, i-
tem optimis [1] inſternendam veſtimentis: pecuniam &
argentum in præſentia familiæ donavit. Ipſe de tem- 5
pore cœnavit; * reſinam & nardum identidem ſibi in-
fundit. Ita noviſſimo tempore ſervum juſſit, & liber-
tum, qui fuiſſet ejus concubinus, alterum ſe jugula-
re, alterum pyram incendere.

XXXIV. Oppidani autem, ſimul Cæſar caſtra con- 1
tra oppidum poſuit, diſcordare cœperunt uſque eo, ut
clamor in caſtra noſtra perveniret, fere inter Cæſaria-
nos, & inter Pompejanos. Erant hic legiones, quæ ex 2
perfugis conſcriptæ, partim oppidanorum ſervi, qui
erant à Sex. Pompejo manumiſſi, tunc in Cæſaris ad-
ventum deſcendere cœperunt. Legio XIII oppidum 3
defendere cœpit: nam quum jam repugnarent, turres
ex parte, & murum occuparunt. Denuo legatos ad 4
Cæſarem mittunt, ut ſibi legiones ſubſidio intromitte-
ret. Hoc quum animadverterent homines fugitivi, op-
pidum incendere cœperunt: qui ſuperati à noſtris ſunt
interfecti hominum millia XXII. præterquam extra mu-
rum qui perierunt. Ita Cæſar oppido potitus. Dum hic 5
detinetur ex prœlio, quos circummunitos ſuperius de-
monſtravimus, eruptionem fecerunt; & bene multis
interfectis in oppidum ſunt redacti.

XXXV. Cæſar Hiſpalim quum contendiſſet, lega- 1
ti deprecatum venerunt. Ita quum oppidum ſeſe tue-
ri dixiſſet; Caninium legatum cum præſidio intromit-
tit. Ipſe caſtra ad oppidum ponit. [2] Erat bene magnum 2
in-

1. *Inſternendam*] Huic voci ſpacium in MS. *Norvic.* vacuum relinquitur: editt. autem *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *inſternendum*, quod melius, ut opinor, & rectius. *Davies.*

2. *Erat bene magnum — hic clam præſidia in Luſitaniam proficiſcitur*] Locum hunc tentarunt varii, ſanavit autem *Joan. Glandorpius* legit *Erat intus bene magnum præſidium Pompeianorum admiſſum, quod Cæſaris præſidium receptum indignabatur; clam ergo quendam Philonem, illum qui Pompeianarum partium foret defenſor acerrimus, emiſit* &c. *Pet. Ciacconius* reponit *erat bene magna manus intra Pompeianarum partium, quæ præſidium* &c. MS. *Norvic.* exhibet *erat bene magna multitu-*

 *do*

intra Pompejanas partes præsidium, quod Cæsaris præ-
sidium receptum indignabatur, clam quemdam Philo-
nem, illum, qui Pompejanarum partium fuisset de-
3 fensor acerrimus. Is tota Lusitania notissimus erat. Hic
clam præsidia in Lusitaniam proficiscitur, & Cæcilium
Nigrum nomine Barbarum ad Lenium convenit; qui
4 bene magnam manum Lusitanorum haberet. Rursus
in Hispalim oppidum denuo noctu per murum recipi-
tur: præsidium vigilesque jugularunt, portas præclu-
dunt, de integro pugnare cœperunt.

1 XXXVI. Dum hæc geruntur, legati Cartejenses
renunciarunt, quod Pompejum in potestatem habe-
rent; quod ante Cæsari portas præclusissent, illo be-
neficio suum maleficium existimabant se lucrifacere.
Lusitani [1] Hispalim oppugnare nullo tempore desiste-
2 bant. Quod Cæsar quum animadverteret, si oppi-
dum capere contenderet, ut homines perditi incende-
rent, & mœnia delerent, ita consilio habito noctu,
3 patitur Lusitanos eruptionem facere. Id quod consul-
to non existimabant fieri. [2] Ita irrumpendo naves, quæ
ad Bætim flumen fuissent, incendunt. Nostri dum in-
cendio detinentur, illi profugiunt, & ab equitibus
4 conciduntur. Quo facto, oppido recuperato, Astam
iter facere cœpit: ex qua civitate legati ad deditionem
vene-

*do intra Pompeianarum partium, quæ præsidium receptum indignaretur. Clam quod Philone illo qui Pompeianarum partium fuisset defensor acerrimus. Is tota Lusitania notissimus erat. Hic clam præsidio Lusitaniam proficiscitur*; ex quo Codice hæc ῥητῶς sic legenda & interpungenda: *Erat bene magna multitudo intra Pompeianarum partium, quæ præsidium receptum indignaretur; clam quod Philon ille, qui Pompeianarum partium fuisset defensor acerrimus, (is tota Lusitania notissimus erat) hic clam præsidio Lusitaniam proficiscitur.* Mendum procreavit ejusdem sensus post Parenthesin repetitio, qua de re diximus ad lib. III. B. G. cap. XX. *Davies.*

1. *Hispalim oppugnare*] *Joan. Glandorpius* emendat *Hispalim propugnare*, nec sane mala est conjectura; Hispalim enim in sua potestate habuerunt Pompeiani: sed potior est MS. *Norvic.* auctoritas, ex quo scribendum *Hispali pugnare.* *Joan.* etiam *Goduinus* hanc lectionem in II Codd. *Thuaneis* inventam merito probavit. *Idem.*

2. *Ita irrumpendo*] Sensus docet legendum *ita erumpendo*, licet omnes præter ed. *Steph.* vulgatam lectionem retineant. *Davies.*

venerunt, Mundenſeſque, qui ex prœlio in oppidum confugerant, quum diutius circumſiderentur, bene multi deditionem faciunt, & quum eſſent in legionem diſtributi, conjurant inter ſe, ut noctu ſigno dato, qui in oppido fuiſſent, eruptionem facerent: illi cædem in caſtris adminiſtrarent. Hac re cognita, inſequenti 5
nocte, vigilia tertia, teſſera data, extra vallum omnes ſunt [1] conciſi Mundenſes Duces.

XXXVII. Cæſar in itinere reliqua oppida oppu- 1
gnat, quæ propter Pompejum diſſentire cœperunt. Pars erat, quæ legatos ad Cæſarem miſerat; pars, qui Pompejanarum partium eſſent fautores. Seditione concitata portas occupant: cædes fit magna: ſaucius Pompejus naves XXX occupat longas, & profugit. Didius, 2
qui Gadis claſſi præfuiſſet, ad quem ſimul nuncius allatus eſt, confeſtim ſequi cœpit, partim peditatibus, & equitatibus ad perſequendum celeriter iter faciens. Item IV die navigatione confecta [2] inſequuntur. Qui 3
imparati à Carteja profecti ſine aqua fuiſſent, ad terram applicant. Dum aquantur, Didius claſſe occurrit, naves incendit, nonnullas capit.

XXXVIII. Pompejus cum paucis profugit, & lo- 1
cum quemdam munitum natura occupat. Equites & cohortes, quæ ad perſequendum miſſæ eſſent, ſpeculatoribus ante miſſis, certiores fiunt: diem & noctem iter faciunt. Pompejus humero & ſiniſtro crure vehe- 2
menter erat ſaucius. Huc accedebat, ut etiam talum intorſiſſet: quæ res maxime impediebat. Ita lectica à turre qua eſſet allatus, in ea ferebatur. Luſitanus mo- 3
re militari, quum à Cæſaris præſidio fuiſſet conſpectus,

1. *Conciſi Mundenſes duces. Cæſar &c.*] Omnino, mutata diſtinctione, ex Cod. *Norvic.* reſcribendum *occiſi. Carteienſes, dum Cæſar in itinere reliqua oppida oppugnat, propter Pompeium &c.* Pompeius enim paullo ante Carteiam erat delatus, ex qua poſt hanc ſeditionem ſaucius profugit. Emendatio eſt manifeſte vera, & extra omnem dubitationis aleam poſita. *Davies.*

2. *Inſequuntur*] MS. *Norvic. conſequuntur*; quod melius. *Idem.*

ctus, celeriter equitatu cohortibusque circumcluditur.
4 [1] Erat accessus loci difficultas: nam iccirco, quod pro-
pter suos à nostro præsidio fuisset conspectus, celeri-
ter munitum locum natura ceperat sibi Pompejus,
quem vix magna multitudine deducti homines ex su-
5 periore loco defendere possent. Subeuntes in adventu
nostri depelluntur telis; quibus cedentibus, cupidius
insequebantur adversarii, & confestim tardabant ab ac-
6 cessu. Hoc sæpius facto, animadvertebatur nostro ma-
gno id fieri periculo, [2] Opere circummunire instituit,
pari autem & celeri festinatione circum munitiones in
jugo dirigunt, ut æquo pede cum adversariis congre-
di possent; à quibus cum animadversum esset, fuga si-
bi præsidium capiunt.

1 XXXIX. Pompejus, ut supra demonstravimus,
saucius, & intorto talo, iccirco tardabatur ad fugien-
dum: itemque propter loci difficultatem, neque equo,
neque vehiculo saluti suæ præsidium parare poterat.
2 Cædes à nostris undique administrabatur, exclusa mu-
nitione, amissisque auxiliis. Ad convallem autem at-
3 que exesum locum ut speluncam Pompejus se occulta-
re cœpit, ut à nostris non facile inveniretur, nisi ca-
ptivorum indicio. [3] Ita ibi interficitur. [4] Quum Cæ-
sar gradiebatur Hispalim, pridie Id. Aprilis caput al-
latum, & populo datum est in conspectum.

XL. In-

1. *Erat accessus loci difficultas*] *Joan. Glandorpius* reponit *erat accessus loci difficilis*, & sic disertim exhibet MS. *Norvic.* Ac recte quidem; nisi forsan proxime ad veteres editt. legendum sit *erat, accessu loci, difficultas.* Davies.

2. *Opere circummunire instituit*] MS. *Norvic. capta loca opere* &c. ac ita supplendum videtur. *Idem.*

3. *Ita ibi interficitur*] Narrant *Florus* lib. IV. cap. 11, 86. eumque secutus *Jul. Celsus* p. 245. Cn. Pompeium adolescentem apud Lauronem oppidum à *Cesonio* fuisse interfectnm, quem Καισώνιον Λέντωνα vocat *Dion Cassius* lib. XLIII. p. 233. ed. Hanov. *Idem.*

4. *Quum Cæsar gradiebatur Hispalim, pridie Id. Aprilis*] Miror, unde factum, ut ita ediderit *Jos. Scaliger*, cum non solum MSS. *Ursin.* & *Norvic.* verum etiam impressi vett. *Rom. Ven. Beroald.* exhibeant *quum Cæsar Gadibus fuisset, Hispalim pridie Id. Aprilis*, quæ vera proculdubio est lectio; patet enim ex cap. XL. Cæsarem Gadibus tum fuisse. *Idem.*

XL. Interfecto Cn. Pompejo adolescente; Didius, 1
quem supra demonstravimus, illa affectus lætitia, proximo se recepit castello, nonnullasque naves ad reficiendum subduxit. Lusitani, qui ex pugna superfue- 2
runt, ad signum se receperunt, & bene magna manu comparata, ad Didium se reportant. Huic etsi non ab- 3
erat diligentia ad naves tuendas, tamen nonnunquam ex castello propter eorum crebras excursiones ejiciebatur, & sic prope quotidianis pugnis insidias ponunt, & tripartito signa distribuunt. Erant parati, qui naves 4
incenderent; incensisque qui subsidium repeterent: ii sic dispositi erant, [1] ut à nullo conspectu omnium ad pugnam contenderent. Ita, quum ex castello Didius 5
ad propellendum processisset cum copiis, signum à Lusitanis tollitur, naves incenduntur; simulque qui [2] in castello ad pugnam processerant, eodem signo fugientes latrones dum persequuntur, à tergo insidiæ clamore sublato circumveniunt. Didius magna cùm virtute 6
cum compluribus interficitur: nonnulli ea pugna scaphas, quæ ad littus fuerant, occupant: item complu- 7
res nando, ad naves, quæ in salo fuerunt, se recipiunt. Anchoris sublatis, pelagus remis petere cœperunt: 8
quæ res eorum vitæ subsidio fuit. Lusitani præda potiuntur. Cæsar Gadibus rursus ad Hispalim recurrit.

XLI. Fabius Maximus, [3] quem ipse ad Mundam 1
præsidium oppugnandum reliquerat operibus assiduis, hostesque circum sese interclusi, inter se decernere, facta cæde bene magna, ** eruptionem faciunt. No- 2
stri

1. *Ut à nullo conspectu omnium*] Sic quidem editi omnes; sed legendum *ut à nullo* conspecti *omnium*, quæ minor est mutatio, quam *Glandorpiana*, pro qua scribendum esset, *ut à nullo conspecti omnino*. Davies.

2. *In castello*] Scribe *ex castello*, ut habet MS. *Norvic*, vel *è castello* ut ed. *Steph*. A. D. 1544. *Idem*.

3. *Quem ipse ad Mundam præsidium oppugnandum reliquerat*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* omissa voce, exhibent *quem ipse ad præsidium oppugnandum reliquerat*. MS. *Norvic.* repræsentat *quem una ad præsidium oppugnandum reliquerat*, unde legerim *quem Mundæ ad præsidium* &c. Nam hæc Mundæ gesta fuisse ex seqq. liquet. *Idem*.

stri ad oppidum recuperandum occasionem non præ-
termittunt, & reliquos vivos capiunt, ac deinde Ur-
saonem proficiscuntur; quod oppidum magna muni-
tione continebatur, sic, ut ipse locus non solum ope-
re, sed etiam natura editus, [1] ad oppugnandum hostem
3 abverteret. Huc accedebat, quod aqua præterquam in
ipso oppido, non erat: nam circumcirca rivus nusquam
reperiebatur propius millia passuum IIX, quæ res ma-
4 gno erat adjumento oppidanis. Tum præterea accedebat,
ut agger, materiesque, unde solitæ sunt turres agi,
propius millia passuum VI non reperiebantur. Ac Pom-
pejus, ut oppidi oppugnationem tutiorem efficeret,
omnem materiem circum oppidum succisam intro con-
5 gessit. Ita necessario deducebantur nostri, ut à Mun-
da, quam proxime ceperant, materiem illo deportarent.

1 XLII. Dum hæc ad Mundam geruntur, & Ursao-
nem, Cæsar, quum à Gadibus ad Hispalim se rece-
pisset, insequenti die, concione advocata, commemo-
2 rat, *Initio quæsturæ suæ eam provinciam ex omnibus pro-
vinciis peculiarem sibi constituisse, &, quæ potuisset, eo tem-
pore beneficia largitum esse: insequenti prætura ampliato ho-
nore, vectigalia, quæ Metellus imposuisset, à Senatu petis-
se, & eis pecuniis provinciam liberasse:* [2] *simulque, patro-
cinio suscepto,* [3] *multis legibus ab se in Senatum inductis, si-
mul publicas privatasque caussas, multorum inimicitiis sus-
3 ceptis, defendisse: suo item in consulatu absentem, quæ po-
tuisset, commoda provinciæ tribuisse: eorum omnium com-
mo-*

1. *Ad oppugnandum hostem abverteret*] Alii Codices habent *appeteret*. Utrique mendose. Scribendum *ab oppugnando hoste averteret*. Goduin.

2. *Simulque patrocinio suscepto*] Vir summus *Is. Casaubonus* ad *Suetonii* Julium cap. XVIII reponit *provinciæ patrocinio suscepto*: sed non opus est, ut eum audiamus, nam illa vox facile subintelligitur. *Davies.*

3. *Multis legibus abs se in senatum inductis*] *Beroaldina* repastinatio, *legationibus*, & (ni fallor) rectius habet. Quamquam enim multæ leges à Julio latæ sint: melius tamen, & convenientius dicitur, legationes in senatum introductas, & earum causas à Cæsare susceptas esse. Tales namque leges non ad senatum tantum, sed etiam ad populum ferebantur. *Rhellic.*

*modorum esse & immemores & ingratos in se, & in populum Rom. hoc bello, & in præterito tempore cognosse. Vos,* 4
*jure gentium,* inquit, *& civium Rom. institutis cognitis, more barbarorum, Populi R. Magistratibus sacro sanctis manus sæpe & sæpius attulistis: luce clara Cassium in medio foro nefarie interficere voluistis. Vos ita pacem semper* 5
*odistis, ut nullo tempore legiones desint Populi Rom. in hac provincia haberi. Apud vos beneficia pro maleficiis, maleficia pro beneficiis habentur. Ita neque in otio concordiam, neque in bello virtutem ullo tempore retinere potuistis. Pri-* 6
*vatus ex fuga Cn. Pompejus adolescens à vobis receptus, fasces imperiumque sibi arripuit. Multis interfectis civibus, auxilia contra populum Rom. comparavit: agros* [1] *vestramque provinciam vestro impulsu depopulavit. In quos vos victo-* 7
*res existimabatis? An me deleto,* [2] *non animum advertebatis* X *habere legiones Populum Rom. quæ non solum vobis obsistere, sed etiam cœlum diruere possent?* [3] *Quarum laudibus & virtute* *** Desunt reliqua.

1. *Vestramque provinciam vestro impulsu depopulavit*] Hanc ultimæ vocis formam barbarismi insimulat *Joan. Brantius.* Immerito sane. *Virgilius* Georg. I, 185.

— *Populatque ingentem farris acervum.*

Et Æneid. IV, 402.

*Ac veluti ingentem formicæ farris acervum*
*Cum populant.* —

Vide etiam Æn. XII, 263. ac *G. J. Vossium* de Anal. lib. III. cap. VII. p. 36. *Davies.*

2. *Non animum advertebatis*] Sic ex MS. *Norvic.* restitui, cum editi minus eleganter exhiberent *animadvertebatis.* Idem.

3. *Quarum laudibus & virtute* ***] Multa hic desunt, non orationi Cæsaris tantum, sed integræ rerum hoc toto bello gestarum narrationi. Nam cum Cæsar pridie Id. Aprilis Hispalim ingressus tradatur, pridie Calend. Maias indidem literas consolatorias ad *Ciceronem*, super obitu filiæ, dedit, ut testatur ipse *Cicero* in epistolis ad Atticum lib. XIII. Deinde dum reliquas urbes subigit, dum totam provinciam pacat, menses aliquot transierunt. Octobri namque demum in urbem rediisse Cæsarem, auctor est *Velleius Paterculus* l. II. c. LVI. Interea multa gesta esse Cæsari apud Hispanos relatu scituque digna, quis est cui dubium relinquatur? *Glandorp.*

FINIS LIBRI DE BELLO HISPANIENSI.

C. JU-

# C. JULII CÆSARIS
# FRAGMENTA.

## *Ex libris Epistolarum ad Marcum Tullium Ciceronem.*

### *Cæsar Imp. S. D. Ciceroni Imp.*

QUum Furnium nostrum tantum vidissem, neque loqui, neque audire meo commodo potuissem; properarem, atque essem in itinere, præmissis jam legionibus; præterire tamen non potui, quin & scriberem ad te, & illum mitterem, gratiasque agerem. Etsi hoc officium & feci sæpe, & sæpius mihi facturus videor: ita de me mereris. Inprimis à te peto, quoniam confido me celeriter ad Urbem venturum, ut te ibi videam; ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. Ad propositum revertar: festinationi meæ, brevitatique litterarum ignosces, reliqua ex Furnio cognosces. *Ex* Ciceronis *lib.* IX. *ad Attic. Epist.* V.

### *Cæsar Imp. Ciceroni Imp. S. D.*

Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil à me abesse longius crudelitate: atque ego quum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari ab te, triumpho gaudio, neque illud me movet, quod ii qui à me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: nihil enim malo, quam & me mei similem esse, & illos sui. Tu velim mihi ad Urbem præsto sis, ut tuis consiliis atque opibus, ut consuevi, in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil scito mihi esse jucundius: hanc adeo habebo gratiam illi: neque enim aliter facere poterit:

tan-

tanta ejus humanitas, is sensus, ea in me est benivolentia. *Ex* Ciceronis *lib.* IX. *ad Attic. Epist.* XVI. *Reperitur etiam apud* Jul. Celsum *pagg.* 187, 188. *edit. Lond.*

*Cæsar Imp. Ciceroni Imp. S.*

Etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum judicaram, tamen permotus hominum fama, scribendum ad te existimavi, & pro nostra benivolentia petendum, ne quo progredereris proclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses: namque & amicitiæ graviorem injuriam feceris, & tibi minus commode consulueris, si non fortunæ obsecutus videbere; (omnia enim secundissima nobis, adversissima illis accidisse videntur) nec caussam secutus (eadem enim tum fuit, quum ab eorum consiliis abesse judicasti) sed meum aliquod factum condemnavisse; quo mihi gravius abs te nil accidere potest: quod ne facias, pro jure nostræ amicitiæ à te peto. Postremo, quid viro bono, & quieto, & bono civi magis convenit, quam abesse à civilibus controversiis? quod nonnulli quum probarent, periculi caussa sequi non potuerunt: tu, explorato & vitæ meæ testimonio, & amicitiæ judicio, neque tutius, neque honestius reperies quidquam, quam ab omni contentione abesse. XV Kal. Maj. ex itinere. *Ex* Ciceronis *lib.* X. *ad Attic. Epist.* IX.

M. Orfium quem mihi commendas, vel regem Galliæ faciam, vel hunc Leptæ delega: si vis tu, ad me alium mitte, quem ornem. *Ex* Ciceronis *lib.* VII. *ad Fam. Epist.* V. *ad Cæs.*

Neque pro cauto ac diligente se castris continuit. *Ex* Charisii *lib.* I. *Inst. Grammat. col.* 101. *ed. Putſ.*

Quod quæris quid Cæsar ad me scripserit? quod sæpe, gratissimum sibi esse, quod quierim: oratque in eo ut perseverem. *Ex* Ciceronis *lib.* VIII. *ad Attic. Epist.* XI.

De

De tribunatu quod ſcribis, ego vero nominatim petivi Curtio, & mihi ipſe Cæſar nominatim Curtio paratum eſſe reſcripſit. *Ex* Ciceronis *lib.* III. *ad Quinctum Fratrem Epiſt.* I.

Quod quidem propemodum videor ex Cæſaris litteris, ipſius voluntate facere poſſe: qui negat neque honeſtius neque tutius quidquam eſſe, quam ab omni contentione abeſſe. *Ex* Ciceronis *lib.* x. *ad Attic. Epiſt.* x.

Cæſar mihi ignoſcit per litteras, quod non venerim, ſeſeque in optimam partem id accipere dicit. Facile patior quod ſcribit, ſecum Tullum & Servium queſtos eſſe, quia non idem ſibi quod mihi remiſiſſet, &c. ſed tamen exemplum miſi ad te Cæſaris litterarum. *Ex* Ciceronis *lib.* x. *ad Attic. Epiſt.* III.

Seſtius apud me fuit; & Theopompus pridie: veniſſe à Cæſare narrabat litteras: hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romæ manere; cauſſamque eam adſcribere, quæ erat in epiſtola noſtra, ne ſe abſente leges ſuæ negligerentur, ſicut eſſet neglecta Sumptuaria. *Ex* Ciceronis *lib.* XIII. *ad Attic. Epiſt.* VII.

Sed heus tu, celari videor à te! quomodonam, mi Frater, de noſtris verſibus Cæſar? Nam primum librum ſe legiſſe ſcripſit ad me ante: & prima, ſic, ut neget ſe ne Græca quidem meliora legiſſe. Reliqua ad quendam locum ῥαθυμώτερα, hoc enim utitur verbo, &c. *Ex* Ciceronis *lib.* II. *ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* xv.

Quum hanc jam epiſtolam complicarem, tabellarii à vobis venerunt A. D. XI Kal. Septembr. viceſimo die. O me ſollicitum! quantum ego dolui in Cæſaris ſuaviſſimis litteris! ſed quo erant ſuaviores, eo majorem dolorem illius ille caſus afferebat. *Ex* Ciceronis *lib.* III. *ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* I.

De tribunatu quod ſcribis, ego vero nominatim

pe-

petivi Curtio, & mihi ipse Cæsar nominatim Curtio paratum esse rescripsit, meamque in rogando verecundiàm objurgavit. *Ex* Ciceronis *lib.* III. *ad Quinctum Fratrem*, *Epist.* I.

Ex Brittannia Cæsar ad me Kal. Septembr. dedit litteras, quas ego accepi A. D. IV Kal. Octob. satis commodas de Britannicis rebus: quibus, ne admirer, quod à te nullas acceperim, scribit se sine te fuisse cum ad mare accesserit, &c. *Ex* Ciceronis *lib.* III. *ad Quinctum Fratrem*, *Epist.* I.

*Ex libris Epistolarum ad C. Oppium & Balbum Cornelium.*

*Cæsar Oppio & Cornelio S.*

Gaudeo mehercule vos significare litteris, quam valde probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta. Consilio vestro utar libenter, & hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram, ut quam lenissimum me præberem, & Pompejum darem operam ut reconciliarem. Tentemus hoc modo si possumus omnium voluntates recuperare, & diuturna victoria uti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt, neque victoriam diutius tenere præter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum. Hæc nova sit ratio vincendi; ut misericordia, & liberalitate nos muniamus. Id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem veniunt, & multa reperiri possunt: de his rebus, rogo vos, ut cogitationem suscipiatis. Cn. Magium, Pompeji Præfectum, deprehendi: scilicet meo instituto usus sum, & eum statim missum feci. Jam duo Præfecti Fabrum Pompeji in meam potestatem venerunt, & à me missi sunt; si volent grati esse, debebunt Pompejum hortari, ut malit mihi esse amicus, quam iis, qui & illi, & mihi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificiis effectum est, ut Resp. in hunc statum perveniret. *Ex* Ciceronis *lib.* IX. *ad Attic.*

*tic. Epist.* VIII. *Exstat & apud Jul. Celsum de vit. Cæsaris p.* 187.

*Cæsar Oppio & Cornelio S.*

A. d. VII Id. Mart. Brundisium veni: ad murum castra posui. Pompejus est Brundisii: misit ad me Cn. Magium de pace: quæ visa sunt respondi. Hoc vos statim scire volui. Quum in spem venero, de compositione aliquid me conficere, statim vos certiores faciam. *Ex* Ciceronis *lib.* IX. *ad Attic. Epist.* XVI. *Habet &* Jul. Celsus *p.* 188.

De Cæsare fugerat me ad te scribere. Video enim quas tu litteras exspectaris. Sed ille scripsit ad Balbum, fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat & mea, & Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse; ut ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistolam: sed ex Balbi epistola pauca verba intellexerat, ad quæ rescripsit his verbis: *De Cicerone video te quiddam scripsisse, quod ego non intellexi: quantum autem conjectura consequebar, id erat hujusmodi, ut magis optandum quam sperandum putarem.* Itaque postea misi ad Cæsarem eodem illo exemplo litteras. Jocum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus, &c. *Ex* Ciceronis *lib.* II. *ad Quinctum Fratrem, Epist.* XI.

Libri sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium, & Balbum Cornelium, qui res ejus absentis curabant. In his epistolis quibusdam in locis inveniuntur litteræ singulariæ, sine coagmentis syllabarum, quas tu putes positas incondite: nam verba ex his litteris confici nulla possunt. Erat autem conventum inter eos clandestinum, de commutando situ litterarum, ut in scripto quidem alia aliæ locum, & nomen teneret; sed in legendo locus cuique suus, & potestas restitueretur, &c. Est adeo Probi Grammatici commentarius satis curiose factus, de occulta litterarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum. *Ex* A. Gellii *lib.* XVII. *cap.* IX.

Ex

*Ex libro Epistolarum ad Q. Pedium.*

*Cæsar Q. Pedio S.*

Pompejus se oppido tenet: nos ad portas castra habemus: conamur opus magnum, & multorum dierum, propter altitudinem maris: sed tamen nihil est, quod potius faciamus. Ab utroque portus cornu moles jacimus, ut aut illum quamprimum trajicere quod habet Brundisii copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus. *Ex* Ciceronis *lib.* IX. *ad Attic. Epist.* XVII. *Vide &* Julium Celsum *pag.* 188.

*Ex libro Epistolarum ad Pisonem.*

Locellum tibi signatum remisi. *Ex* Charisii *lib.* I. *col.* 60.

*Ex libro Epistolarum ad Antonium.*

Ad me misit Antonius exemplum Cæsaris ad se litterarum, in quibus erat: se audisse Catonem, & L. Metellum, in Italiam venisse, Romæ ut essent palam: id sibi non placere; ne qui motus ex eo fierent; prohiberique omnes Italia, nisi quorum ipse caussam cognovisset: deque eo vehementius erat scriptum. *Ex* Ciceronis *ad Attic. lib.* XI. *Epist.* VII.

*Ex libro Epistolarum ad Servilium.*

P. Servilius pater ex litteris quas sibi à Cæsare missas esse dicebat, significat valde te sibi gratum fecisse, quod de sua voluntate erga Cæsarem humanissime diligentissimeque locutus esses. *Ex* Ciceronis *lib.* III. *ad Quinctum Fratrem, Epist.* I.

*Ex Epistola ad Regem Deiotarum.*

Non dubito quin tuis (*Cæsarem alloquitur*) litteris, quarum exemplum legi, quas ad eum (*Deiotarum*) Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omnique sollicitudine abstraxerit: jubes enim eum *bene sperare & bono esse animo*, quod scio te non frustra scribere solere. *Apud* Ciceronem *pro Deiotaro pag.* 2495. *ed. Paris.* 1572. *ex officina Dupuiana.*

 *Epi-*

*Epiſtola ad Amantium.*

* C. Julius Cæſar Amantio S. D.

Veni, vidi, vici. Vale. *Ex* Ponto.

*Ex incertis Epiſtolis.*

Πομπήιος--ἐκέλευε τοῖς πεζοῖς μήτ' ἐπεκθεῖν ἔτι, μήτ' ἐκτρέχειν ἐκ τοῦ φάλαγγος, μήδ' ἀκοντίζειν, ἀλλ' ἐν προβολῇ διαστάντας ἀμύνεσθαι διὰ χειρὸς τοῖς δόρασι τοὺς ἐπιόντας, καὶ τόδε τινὲς αὐτοῦ στρατήγημα ἐπαινοῦσιν, ὡς ἄριστον ἐν περικυκλώσει, ὁ δὲ ΚΑΙΣΑΡ ΕΝ ΤΑΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙΣ καλαμέμφεται. τάς τε γὰρ πληγὰς ὑπὸ τοῦ βολῆς εὐτονωτέρας γίγνεσθαι, ἑςῶτας δ' ἀποψύχεσθαί τε, καὶ τοῖς ἐπιθέουσιν * εὐκλήτους δι ἀτρεμίαν, οἷα σκοποὺς, εἶναι. *Ex* Appiani *lib.* 11. *B. C. pag.* 477. *ed. Steph.*

Quam (*Brittanniam*) Cæſar, ille auctor veſtri nominis, quum Romanorum primus intraſſet, alium ſe orbem terrarum ſcripſit reperiſſe, tantæ magnitudinis arbitratus, ut non circumfuſa Oceano, ſed complexa ipſum Oceanum videretur. *Ex* Eumenii *Paneg.* IV. *cap.* XI, 2.

*De C. Julii Cæſaris Epiſtolis teſtimonia.*

* Epiſtolæ quoque ejus ad Senatum exſtant: quas primus videtur ad paginas & formam memorialis libelli convertiſſe: cum antea Conſules & Duces non niſi tranſverſa charta mitterent ſcriptas. Exſtant & ad Ciceronem, item ad Familiares domeſticis de rebus: in quibus ſi qua occultius perferenda erant, per notas ſcripſit, id eſt, ſic ſtructo litterarum ordine, ut nullum verbum effici poſſet. Quæ ſi quis inveſtigare

* Hoc Epiſtolium in MS. *Bodleiano* repertum, inter alia perhumane mecum communicavit vir Clariſſimus *Joan. Hudſonus.* Sed, ut verum fatear, fraterculus quidam è *Plutarcho* videtur confinxiſſe: is enim in Cæſ. p. 731. ſic ſcribit: Πρός τινα τῶν φίλων ΑΜΙΝΤΙΟΝ ἔγραψεν λέξεις ΗΛΘΟΝ, ΕΙΔΟΝ, ΕΝΙΚΗΣΑ. At *Suetonius* in Jul. cap. XXXVII. *Pontico*, inquit, *triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum* VENI. VIDI. VICI. *non acta belli ſignificantem*, —— *ſed celeriter confecti notam*, quod mihi quidem vero longe ſimilius videtur. *Davies.*

* Εὐκλήτους] Sic eſt in editt. ſed proculdubio legendum εὐβλήτους, ut ſenſus docet, quem non cepit interpres Latinus. *Idem.*

gare & perſequi vellet, quartam elementorum litteram, id eſt, D pro A, & perinde reliquas commutet. *Ex* Suetonio *in Cæſ. cap.* LVI. * *Harum mentio apud* Ciceronem *in lib.* XVI, *ad Fam. Epiſt.* XI.

* Scribere, & legere ſimul, dictare & audire ſolitum accepimus; epiſtolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenas. *Ex* Plinii *H. N. lib.* VII. *cap.* XXV.

Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ στρατείᾳ προσεξήσκησεν ἱππαζόμενος τὰς ἐπιστολὰς ὑπαγορεύειν, καὶ δυσὶν ὁμοῦ γράφουσιν ἐξαρκεῖν· ὡς δὲ Ὄππιός φησι, καὶ πλείοσιν. Λέγεται δὲ καὶ τὸ διὰ γραμμάτων τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν, Καίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι. *Ex* Plutarcho *in Cæſare pag.* 716. *A. ed. Francof.*

*Ex Oratione in funere Juliæ.*

Quæſtor Juliam amitam uxoremque Corneliam defunctas laudavit è more pro roſtris, ſed in amitæ quidem laudatione, de ejus ac patris ſui utraque origine ſic refert: *Amitæ meæ Juliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus conjunctum eſt: nam ab Anco Marcio ſunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Julii, cujus gentis familia eſt noſtra. Eſt ergo in genere & ſanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent; & cærimonia deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt reges.* *Ex* Suetonii *Cæſ. cap.* VI.

Τῆς Μαρίου γυναικὸς ἀποθανούσης, ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτῆς, ἐγκώμιόν τε λαμπρὸν ἐν ἀγορᾷ διῆλθεν, καὶ περὶ τὴν ἐκφορὰν ἐτόλμησεν εἰκόνας Μαρίου προθέσθαι. *Ex* Plutarcho *in Cæſ. pag.* 709. *C.*

*Ex Oratione pro Bithynis.*

C. Cæſar Pont. Max. in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio uſus eſt: Vel pro hoſpitio regis Nicomedis, vel pro horum neceſſitate, quorum res

* *Scribere & legere ſimul*, &c.] Huc reſpexit *Latinus Pacatus*, cum felicem *C. Cæſaris* memoriam celebraret Pan. XII. cap. XVIII, 3. *Davies.*

res agitur, refugere hoc munus, M. Vinici, non potui: nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin à proximis retineatur; neque clientes sine summa infamia deseri possunt: quibus etiam à propinquis nostris opem ferre instituimus. *Ex* A. Gellii *lib.* V. *cap.* XIII.

Quid ergo? syngraphæ non sunt, sed res aliena est. *Ex* Julio Rufiniano *de Figuris.*

*Ex Oratione pro lege Plautia.*

Reperi tamen in oratione C. Cæsaris, qua Plautiam rogationem suasit; *necessitatem* dictam pro *necessitudine*, id est, jure adfinitatis. Verba hæc sunt: *Equidem mihi videor pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse.* *Ex* A. Gellii *lib.* XIII. *cap.* III. *&* Nonio *in voce* Necessitas.

*Ex Oratione in Cn. Dolabellam.*

Cæsar in Dolabellam Actionis III. *Ibi isti, quorum in ædibus, fanisque posita, & honori erant, & ornatu.* *Ex* A. Gellii *lib.* IV. *cap.* XVI.

Nono decimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno & vicesimo Cæsar Dolabellam, altero & XX Asinius Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinium, iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus. *Ex Auctore Dialogi de Oratoribus cap.* XXXIV.

Composita seditione civili, Cornelium Dolabellam, consularem & triumphalem virum, repetundarum postulavit, absolutoque Rhodum secedere statuit. *Ex* Suetonii *Cæs. cap.* V.

Divus quoque Julius, quam cœlestis numinis, tam etiam humani ingenii perfectissimum columen, vim facundiæ propriæ expressit, dicendo in accusatione Cn. Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri sibi caussam optimam L. Cottæ patrocinio. *Ex* Valerii Maximi *lib.* VIII. *cap.* IX.

C.

C. Cæſar Cn. Dolabellam accuſavit, nec damna-it. *Ex* Pediano *in orat. pro M. Scauro.*

Significat & Cæſarem, item adoleſcentem, in Dobella reo ex Sicilia, qui quidem damnatus eſt quan-ım oportuit per Hortenſium, &c. *Ex* Pediano *in )ivin.*

Ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ῥώμην, Δολαβέλλαν ἐκρινε κακώσεως ταρχίας, καὶ πολλαὶ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῶν πόλεων μαρτυίας αὐτῷ παρέσχον. Ὁ μὲν οὖν Δολαβέλλας ἀπέφυγε τὴν ίκην. *Ex* Plutarcho *in Cæſare pag.* 708. *E.*

*Ex Oratione ad milites.*

Fama hoſtilium copiarum perterritos, non negan-o minuendove, ſed inſuper amplificando, ementi-ndoque confirmabat: itaque cum exſpectatio adven-us Jubæ terribilis eſſet, convocatis ad concionem mi-itibus; *Scitote*, inquit, *pauciſſimis his diebus regem af-uturum cum* x *legionibus*, *equitum* XXX, *levis armaturæ : millibus*, *elephantis* CCC: *proinde deſinant quidam q..æ-ere ultra*, *aut opinari; mihique qui compertum habeo*, *cre-lant: aut quidem vetuſtiſſima nave impoſitos quocunque vento in quaſcunque terras jubebo avehi.* *Ex* Suetonii *Cæſ. cap.* LXVI.

*Fruſtro*, ait C. Cæſar apud milites de commodis eorum: *Non fruſtrabo vos milites.* *Ex* Diomede *lib.* I. *col.* 395.

*Ex Oratione pro Decio Samnite.*

Niſi forte quiſquam aut Cæſaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Dejotaro rege, ceteroſque ejuſdem lentitudinis ac teporis libros legit, &c. *Ex Auctore Dial. de Orator. cap.* XXI.

*Ex Oratione pro Sextilio.*

Quo enim nimbo, qua procella verborum, impium Sextilii caput obrui meretur? quod C. Cæſarem, à quo cum ſtudioſe, tum etiam feliciter graviſſimi criminis reus defenſus fuerat, &c. *Ex* Valerii Maximi *lib.* III. *cap.* V, 3.

*Ex Oratione de conjuratis.*

Catonem primum ſententiam putat de animadverſione dixiſſe, quam omnes ante dixerant præter Cæſarem: & cum ipſius Cæſaris tam ſevera fuerit, qui tum Prætorio loco dixerit, &c. *Ex* Ciceronis *ad Attic. lib.* XII. *Epiſt.* XXI.

Sed Cæſar, ubi ad eum perventum eſt, rogatus ſententiam à Conſule, hujuſcemodi verba locutus eſt: * *Omnes homines*, &c. *Ex* Salluſtii *Bell. Catil. cap.* LI.

Ὁ δὲ Καῖσαρ ἀναστὰς, λόγον διῆλθεν πεφροντισμένον, ὡς ἀποκτεῖναι μὲν ἀκρίτους ἄνδρας ἀξιώματι καὶ γένει λαμπροὺς, οὐ δοκεῖ πάτριον οὐδὲ δίκαιον εἶναι, μὴ μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης· εἰ δὲ φρουροῖντο δεθέντες ἐν πόλεσι τῆς Ἰταλίας, ἃς ἂν αὐτὸς ἕληται Κικέρων, μέχρι οὗ καταπολεμηθῇ Κατιλίνας, ὕστερον ἐν εἰρήνῃ καὶ καθ' ἡσυχίαν περὶ ἑκάστου τῇ βουλῇ γνῶναι πράξει. Οὕτω δὲ τῆς γνώμης φιλανθρώπου φανείσης, καὶ τοῦ λόγου δυνατῶς ἐπ' αὐτῇ ῥηθέντος, οὐ μόνον οἱ μετὰ τοῦτον ἀνιστάμενοι προσετίθεντο, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τὰς εἰρημένας γνώμας ἀπειπάμενοι, πρὸς τὴν ἐκείνου κατέστησαν, ἕως ἐπὶ Κάτωνα τὸ πρᾶγμα καὶ Κάτουλον περιῆλθεν. *Ex* Plutarchi *Cæſ. pag.* 710 *ſeq.*

*Ex Oratione in : : : :*

Sic fac exiſtimes: poſt has miſerias, id eſt, poſtquam armis diſceptari cœptum eſt de jure publico, nihil eſſe actum aliud cum dignitate. Nam & ipſe Cæſar accuſata acerbitate Marcelli (ſic enim appellabat) laudataque honorificentiſſime & æquitate tua & prudentia, repente præter ſpem dixit, *ſe Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſa negaturum.* *Ex* Ciceronis *lib.* IV. *ad Fam. Epiſt.* IV.

*Ex Oratione in funere Corneliæ.*

Quæſtor Juliam amitam, uxoremque Corneliam, defunctas laudavit è more pro roſtris. *Ex* Suetonio *in Cæſ. cap.* VI.

Τὸ

* *Omnes homines* &c.] Sub *Cæſaris* nomine quædam ex ea oratione laudat *Joan. Sariſberienſis* Polycrat. lib. V, cap. XII, pag. 299. *Davies.*

Τὸ μὴν οὖν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέραις λόγους ἐπιταφίους διεξιέναι πάτριον ἦν Ῥωμαίοις· νέαις δ' οὐκ ὂν ἐν ἔθει, πρῶτος εἶπεν Καῖσαρ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἀποθανούσης. *Ex* Plutarchi *Cæs. pag.* 709.

*De C. Julii Cæsaris Orationibus testimonia.*

Tum Brutus : Orationes quidem ejus mihi vehementer probantur, complures autem legi, &c. *Ex* Cicerone *in Bruto cap.* LXXV.

Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur : ut *pro Q. Metello*, quam non immerito Augustus existimat magis ab actuariis exceptam, male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam : nam in quibusdam exemplaribus invenio ne inscriptam quidem *pro Metello*, sed, *quam scripsit Metello*, cum ex persona Cæsaris sermo sit, Metellum, seque adversus communium obtrectatorum criminationes purgantis. Apud milites quoque in Hispania idem Augustus orationem esse vix ipsius putat : quæ tamen duplex fertur, una quasi priore habita prœlio; altera posteriore, quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incursione. *Ex* Suetonio *cap.* LV.

*Ex libris in Catonem.*

Reliquit & de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. Suetonius *in Cæs. cap.* LVI.

Cæsar bello civili, cognita Catonis morte, (cujus virtutem dialogo illo qui inscribitur Cato, Cicero etiam laudavit) libros duos famosissimos in vitam Catonis edidit, quos *Anticatones* inscripsit. Vetus Scholiastes ad *Juvenalis* Satir. VI, 337.

*Ex lib.* I.

Cæsar in Anticatone priore : *Uno enim excepto, quem aliusmodi, atque omnis, natura finxit, suos quisque habet charos. Priscianus lib.* VI. *col.* 694, *ac* 717. *&* *lib.* VII. *col.* 740. *&* *lib.* XIII. *col.* 960.

*Incerta ex iisdem.*

Erunt officia antelucana, in quæ incidere impune ne Catoni quidem licuit; quem tamen C. Cæsar ita reprehendit, ut laudet: describit enim eos, quibus obvius fuerit, cum caput ebrii retexissent, erubuisse: deinde adjicit; *Putares non ab illis Catonem, sed illos à Catone deprehensos.* Potuitne plus auctoritatis tribui Catoni, quam si ebrius tam venerabilis erat? Nostræ tamen cœnæ ut apparatus & impendii, sic temporis modus constet. Neque enim ii sumus, quos vituperare ne inimici quidem possunt, nisi ut simul laudent. *Ex* Plinii *lib.* III. *Epist.* XII.

C. etiam Cæsar, gravis auctor linguæ Latinæ, in Anticatone: *Unius*, inquit, *arrogantiæ superbiæque, dominatuque.* *Ex* A. Gellii *lib.* IV. *cap.* XVI.

*De C. Julii Cæsaris in Catonem scriptis testimonia.*

Qualis futura sit Cæsaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis: itaque misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret: volo enim eum divulgari. *Ex* Ciceronis *lib.* XII. *ad Att. Epist.* XL.

Hirtii epistolam si legeris, quæ mihi quasi πρόπλασμα videtur ejus vituperationis, quam Cæsar scripsit de Catone. *Ex lib.* XII. *ad Attic. Epist.* XLI.

Cum mihi Balbus nuper in Lanuvino dixisset, se & Oppium scripsisse ad Cæsarem, me legisse libros contra Catonem, & vehementer probasse. *Ex* Ciceronis *ad Attic. lib.* XIII. *Epist.* L.

Quibus omnibus generibus usus est nimis impudenter Cæsar contra Catonem meum. *Ex* Ciceronis *Topic. cap.* XXV.

M. Ciceronis libro, quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud Dictator Cæsar, quam rescripta oratione, velut apud Judices respondit? *Ex* Taciti *lib.* IV. *Annal. cap.* XXXIV.

Hist-

Hisque usum C. Cæsarem in vituperando Catone notaverit Cicero. *Ex* Quinctiliani *lib.* III. *Inst. Orat. cap.* VII.

Ut Catonem Tullius laudans: & duobus voluminibus Cæsar accusans. *Ex* Martiani Capellæ *lib.* V. *pag.* 152.

Atque utinam ritus veteres, & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra, sed omnes
Noverunt Mauri, atque Indi: quæ psaltria penem
Majorem, quam sint duo Cæsaris Anticatones:
Illuc, &c. *Ex* Juvenalis *Sat.* VI. 334.

Πυθόμενος δὲ ὡς ἑαυτὸν διηργάσαιτο, δῆλος μὲν ἦν δηχθεὶς, ἐφ' ᾧ δὲ, ἄδηλον· εἶπε δ' οὖν· ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου, καὶ γὰρ σύ μοι τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας. Ὁ μὲν οὖν μετὰ ταῦτα γραφεὶς ὑπ' αὐτοῦ πρὸς Κάτωνα τεθνεῶτα λόγος, οὐ δοκεῖ πρᾴως ἔχοντος, οὐδὲ εὐδιαλλάκτως σημεῖον εἶναι· πῶς γὰρ ἂν ἐφείσατο ζῶντος, εἰς ἀναίσθητον ἐγχέας ὀργὴν τοσαύτην; Paullo post: Τεκμαίρονται καὶ τὸν λόγον ἐκεῖνον οὐκ ἐξ ἀπεχθείας, ἀλλὰ φιλοτιμίας πολιτικῆς συντετάχθαι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἔγραψε Κικέρων ἐγκώμιον Κάτωνος, ὄνομα τῷ λόγῳ θέμενος Κάτωνα· καὶ πολλοῖς ὁ λόγος ἦν διὰ σπουδῆς, ὡς εἰκὸς, ὑπὸ τοῦ δεινοτάτου τῶν ῥητόρων εἰς τὴν καλλίστην πεποιημένος ὑπόθεσιν. Τοῦτο ἠνία Καίσαρα, κατηγορίαν αὐτοῦ νομίζοντα, τὸν τοῦ τεθνεῶτος δι' αὐτὸν ἔπαινον· ἔγραψεν οὖν πολλάς τινας κατὰ τοῦ Κάτωνος αἰτίας συναγαγών· τὸ δὲ βιβλίον Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται, καὶ σπουδαστὰς ἔχει τῶν λόγων ἑκάτερος διὰ Καίσαρα καὶ Κάτωνα πολλούς. *Ex* Plutarcho *in Cæs. pag.* 733.

Αὐτὸς δ' οὖν ὕστερον ἐν τῇ πρὸς Κικέρωνα περὶ Κάτωνος ἀντιγραφῇ, παραιτεῖται, μὴ στρατιωτικοῦ λόγον ἀνδρὸς ἀντεξετάζειν πρὸς δεινότητα ῥήτορος εὐφυοῦς, καὶ σχολὴν ἐπὶ τοῦτο πολλὴν ἄγοντος. *Ex* Plutarcho *in Cæs. pag.* 708.

Ἐκ δὲ τούτου διετέλει τιμῶν καὶ φιλοφρονούμενος, ὥστε καὶ γράψαντι λόγον ἐγκώμιον Κάτωνος, ἀντιγράφων, τόντε λόγον αὐτοῦ καὶ τὸν βίον, ὡς μάλιστα τῷ Περικλέους ἐοικότα καὶ

θηρωμένους ἐπαινεῖν. Ὁ μὲν οὖν Κικέρωνος λόγος Κάτων, ὁ δὲ Καίσαρος, Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται. *Ex* Plutarcho *in Cicer. pag.* 880.

Κικέρωνος δὲ ποιήσαντος ἐγκώμιον εἰς αὐτὸν (Κάτωνα) καὶ ἐπιγράψαντος ΚΑΤΩΝ, ἀντέγραψε κατηγορίαν ὁ Καῖσαρ, καὶ ἐπέγραψεν ΑΝΤΙΚΑΤΩΝ. *Ex* Appiani *lib.* II. *B. C. pag.* 490.

Οὕτω γὰρ ἀνατεθαυμάκει, ὥστε, τοῦ Κικέρωνος ἐγκώμιον μετὰ ταῦτα αὐτοῦ (Κάτωνος) γράψαντος, ἀγανακτῆσαι μὲν μηδὲν, καίπερ καὶ ἐκείνου οἱ προσπολεμήσαντος, βιβλίον δέ τι γράψαι, ὃ καὶ ΑΝΤΙΚΑΤΩΝ ἐκάλεσεν. *Ex* Dionis Cassii *lib.* XLIII. *pag.* 219. *ed. Hanov.*

*Ex libris de Analogia ad M. T. Ciceronem.*

Reliquit & de Analogia duos libros, &c. *Ex* Suetonio *in Cæsare cap.* LVI.

C. Cæsar de Analogia libros edidit, ſciens ſine ea, neque ad philoſophiam, in qua peritiſſimus erat, neque ad eloquentiam, in qua potentiſſimus, poſſe quempiam pervenire. *Ex* Joannis Sarisberienſis *Metalog. lib.* I. *cap.* XXI. *pag.* 777.

*Ex lib.* I.

Quin etiam in maximis occupationibus cum ad te ipſum (inquit, in me intuens) de ratione Latine loquendi accuratiſſime ſcripſerit, primoque in libro dixerit verborum delectum originem eſſe eloquentiæ: tribueritque, mi Brute, huic noſtro, qui me de illo maluit, quam ſe dicere, laudem ſingularem: (nam ſcripſit his verbis, cum hunc nomine eſſet affatus; *Ac, ſi cogitata præclare eloqui poſſent, nonnulli ſtudio, & uſu laboraverunt, cujus te pæne principem copiæ, atque inventorem, bene de nomine ac dignitate Populi Romani meritum eſſe exiſtimare debemus*) hunc facilem, & cotidianum noviſſe ſermonem, nunc pro relicto eſt habendum. Tum Brutus, amice hercule, inquit, & magnifice te laudatum puto, quem non ſolum principem atque

atque inventorem copiæ dixerit, quæ erat magna laus, ſed etiam bene meritum de Populi Romani nomine & dignitate. *Ex* Cicerone *in Bruto cap.* LXXII.

C. Cæſar ille perpetuus Dictator, Cn. Pompeji ſocer, à quo familia & appellatio Cæſarum deinceps propagata eſt: vir ingenii præcellentis, ſermonis præter alios ſuæ ætatis caſtiſſimi, in libris quos ad M. Ciceronem de Analogia ſcripſit, *harenas* vitioſe dici exiſtimabat, quod *harena* numquam multitudinis numero appellanda ſit, ſicuti neque *Cælum*, neque *Triticum*; contra autem *Quadrigas*, etiamſi currus unus equorum quatuor junctorum unum ſit, plurativo ſemper numero dicendas putat, ſicut *Arma*, & *Mœnia*, & *Comitia*, & *Inimicitias*, &c. *Paullo poſt:* Tunc prolato libro de Analogia primo verba hæc ex eo pauca memoriæ mandavi; nam quum prædixiſſet, neque *Cælum*, *Triticumve*, neque *Harenam* multitudinis ſignificationem pati: *Num tu*, inquit, *harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam Terram, & plures Terras, & Urbem, & Urbes, & Imperium, & Imperia dicamus, neque* Quadrigas *in unam nominis figuram redigere, neque* Harenam *in multitudinis appellationem convertere poſſimus? Ex* A. Gellii *lib.* XIX. *cap.* VIII.

* Atque id quod à C. Cæſare excellentis ingenii ac prudentiæ (*ita A. Gellius; Macrobius* providentiæ) viro in primo de Analogia libro ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atque in pectore, *ut tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens verbum. Ex* A. Gellii *lib.* I. *cap.* X. *& Macrobii lib.* I. *Saturnal. cap.* V.

*Ex*

* Huc reſpicit *Joan. Sariſberienſis* Metalog. lib. I. cap. XV. p. 766. *Cæſar*, ait ille, *in libro de Analogia Grammaticus quidem eſt & evitandum eſſe denunciat, quicquid auditori perito poteſt eſſe abſurdum*; ut nautæ, *inquit*, ſcopulum fugiunt, ſic fugiendum eſt inſolens atque infrequens verbum. Ubi legendum *in libro* primo *de Analogia*, duos enim de Analogia libros edidit Cæſar. *Daviſ.*

*Ex lib.* II.

Cæſar in libro de Analogia ſecundo, *hujus die* & *hujus ſpecie* dicendum putat. *Ex* A. Gellii. *lib.* IX. *cap.* XIV.

Cæſar de Analogia *panium* dixit, ſed Verrius *Panum* ſine *i*. *Ex* Chariſii *lib.* I. *col.* 69.

Cæſar de Analogia ſecundo, *Fagos*, *Populos*, *Ulmos*. *Ex* Chariſii *lib.* I. *col.* 104.

Lacer an Laceris, *&c.* Cæſar de Analogia ſecundo, nec non Valgius de Rebus per epiſtolam quæſitis. *Ex* Chariſii *lib.* I. *col.* 109.

Cæſar de Analogia ſecundo, *Turbonem* non *Turbinem* etiam in tempeſtate dici debere ait, ut *Cato Catonis*, non ut *homo hominis*. *Ex* Chariſii *lib.* I. *col.* 117.

Is homo, Idem compoſitum facit, niſi quia Cæſar libro ſecundo (*de Analogia videlicet*) ſingulariter *Idem*, pluraliter *Iidem* dicendum affirmat; ſed conſuetudo hoc non ſervat. *Ex* Chariſii *lib.* I.

*Ex iiſdem, non diſtincto libro.*

C. Cæſar gravis auctor linguæ Latinæ in libris Analogicis omnia iſtiuſmodi (*puta Senatu*, *Victu*, *Aſpectu*, *&c.*) ſine *i* littera dicenda cenſet. *Ex* A. Gellii *lib.* IV. *cap.* XVI.

*Hic & hæc Samnis*, *hujus Samnitis*. Sic Cæſar de Analogia. *Ex* Priſciani *lib.* VI. *col.* 707.

Partum. Cæſar de Analogicis, *harum partum*. *Ex* Chariſii *lib.* I. *col.* 114.

*Ex iiſdem, uti veroſimile eſt, non adſcripto tamen ubi laudantur libro.*

Mihi autem placet Latinam rationem ſequi quouſque patitur decor; neque enim jam *Calypſonem* dixerim, ut *Junonem:* quamquam ſecutus antiquos C. Cæſar utitur hac ratione declinandi. Quinctilianus *lib.* V. *cap.* V.

M. Tullius & C. Cæſar *mordeo memordi; pungo pepugi; ſpondeo ſpepondi* dixerunt. A. Gellii *lib.* VII. *cap.* IX.

C.

C. Cæſar ait *L* littera nominativo ſingulari neutro finita nomina, eandem definitionem capere, quam capiant *E* littera terminata. *Huic animali*, & *ab hoc animali*, *huic puteali*, & *ab hoc puteali.* Chariſius *lib.* I. *col.* 95.

Apluſtre. Omnium nominum, quæ ſunt neutri generis & in *E* terminantur, ait Plinius, Cæſarem ſciſſe eoſdem eſſe ablativos, quales ſunt dativi ſingulares. Chariſius *lib.* I. *col.* 98.

*A R* litteris nomina neutralia terminata, ait Cæſar, quod dativo & ablativo pari jure funguntur, ut idem Plinius ſcribit. Chariſius *lib.* I. *col.* 98.

Jubar. Plinius ait inter cætera etiam iſtud Cæſarem dediſſe præceptum, quod neutra nomina, *A R* nominativo clauſa, per I dativum Ablativumque ſingulares oſtendant; *Jubar* tamen & *Far* ab hac regula diſſidere: nam *huic jubari* dicimus, *ab hoc jubare*; & *huic farri*, *ab hoc farre.* Chariſius *lib.* I. *col.* 108.

Ac ne illa ratio recepta eſt, quam Cæſar ponit in femininis, ut puppim, veſtim, pelvim: hoc enim modo & ab hoc cani, & ab hoc cane. Chariſius *lib.* I.

Tribus *III* junctis qualis poſſet ſyllaba pronunciari? nam poſtremum *I* pro vocali eſt accipiendum, quod Cæſari artis Grammaticæ doctiſſimo placitum fuiſſe, à Victore quoque in arte Grammatica de ſyllabis comprobatur. Priſcianus *lib.* I. *col.* 545.

*V*, loco conſonantis poſita, eandem prorſus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Æoles digamma *F* pro quo Cæſar hanc figuram Ⅎ ſcribere voluit. Quod quamvis illi recte viſum eſt, tamen conſuetudo antiqua ſuperavit. Priſcianus *lib.* I. *col.* 545.

*Hæc pollis pollinis*, ſic Chariſius. Probus autem & Cæſar, *hoc pollen pollinis* declinaverunt. Priſcianus *lib.* VI. *col.* 708.

Præterea Cæſar declinat, *pubis puberis:* quidam, ut Pro-

Probus, *pubes puberis:* quidam, *puber puberis.* Priscianus *lib.* VI. *col* 707.

Quamvis Cæsar non incongrue protulit *ens* à verbo *sum*, *es*, *est*. Priscianus *lib.* XVIII.

*Hoc lutum* atque *macellum* singulariter exire memento, licet Memmius, *ista macella* dicat, & Cæsar, *lutæ*. *Ex* Velio Longo *de Orthogr. col.* 2244.

*Lacrumæ* an *Lacrimæ*, *Maxumus* an *Maximus*, & si quæ similia sunt, scribi debeant, quæsitum est. Terentius Varro tradidit Cæsarem per *I* ejusmodi verba solitum esse enunciare & scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam. Sed ego in antiquorum, *&c.* Cassiodorus *ex* Annæo Cornuto *de Orthographia col.* 2284. *Vide &* Quinctilianum *Inst. Orat. lib.* I. *cap.* VII.

Varie etiam scriptitatum est, *Mancupium*, *Aucupium*, *Manubiæ:* siquidem C. Cæsar per *I* scripsit, ut apparet ex titulis ipsius. *Ex* Velio *de Orthographia col.* 2228.

An ideo minor est M. Tullius Orator, quod idem artis hujus (*Grammaticæ*) diligentissimus fuit, & in filio, ut in epistolis apparet, recte loquendi usquequaque asper quoque exactor? Aut vim C. Cæsaris fregerunt editi de Analogia libri? Quinctilianus *lib.* I. *cap.* VII.

*Apophthegmata.*

Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judicium, &, ut Servius frater tuus, quem literatissimum fuisse judico, facile diceret, *hic versus Plauti non est*, *hic est*, quod tritas haberet aures notandis generibus Poetarum, & consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, quum volumina jam confecerit Ἀποφθεγμάτων, si quid afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, rejicere solere: quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem in sermone vario multa, quæ fortasse illis, quum dixi, nec illi-

illiterata, nec insulsa esse videantur. Hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur. Ita enim ipse mandavit. Sic fit, ut, si quid præterea de me audiat, non audiendum putet. Cicero *lib.* IX. *ad Famil. Epist.* XVI.

*Dicta collectanea.*

Feruntur & à puero & ab adolescentulo quædam scripta, &c. item *Dicta collectanea.* Quos omnes libellos vetuit Augustus publicari. Suetonius *in Cæsare*, *cap.* LVI.

*Ephemerides.*

* C. Julius Cæsar quum dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus, equo ejus portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus, qui eum nosset; & insultans ait *Cæsar*, *Cæsar*, quod Gallorum lingua, *Dimitte*, significat: & ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem. Servius *in lib.* XI. *Æn. vs.* 743.

*Libri*

* *C. Julius Cæsar*] Cæsarem à Gallis captum fuisse non memorant ii, qui ejus vitam & res gestas scriptis mandarunt, unde factum ut hæc historia mihi quidem valde sit suspecta; ei tamen expendendæ non immorabor. Observabo duntaxat falsos esse *G. J. Vossium* de Hist. Lat. lib. I. cap. XIII. & *Dionys. Vossium*, qui *Cæsaris Ephemerides* à *Commentariis* opus esse diversum censuerunt; nam, præterquam quod earum mentionem non faciat *Suetonius* in Jul. capp. LV. & LVI. ubi *Cæsaris* opera accurate recenset, certum est ἐφημερίδας à Sequioris ævi scriptoribus laxius esse sumptas, adeo ut non modo *diarium*, verum etiam *Annales* seu *Historiam* denotent. Hinc *Dictys* Historiam Ἐφημερίδα vocat *Suidas*, & *Ephemeridem Belli Trojani*, *Q. Septimius Romanus* in Epistola ad Arcadium, *Dictyi* præmissa, cum multum absit, ut in ea per dies singulos res gestæ scribantur. Quin & *Plutarchus* in Cæs. p. 718. D. ex Cæsaris ἐφημερίσιν ea laudat, quæ in Commentariorum de Bell. Gall. lib. IV. cap. XII. hodienum exstant; & *Symmachus* lib. IV. Epist. XVIII. de *Cæsaris ephemeride* sic loquitur: *Hæc te origines, situs, pugnas, & quicquid fuit in moribus aut legibus Galliarum docebit*, quam descriptionem accuratè his Commentariis congruere lubens fatetur *D. Vossius.* Nec obstat, quod *Polyænus* & *Frontinus* complura *Cæsaris* strategemata recenseant, quorum in hisce Commentariis nec vola nec vestigium; ea enim hausta esse poterunt vel ex *Asinii Pollionis* commentariis, quos memorant *Plutarchus* in Pompeio p. 657. & in Cæs. p. 730. ac *Appianus* lib. II. B. C. p. 489. aliique; vel ex *Balbi* Ephemeride, de qua *Sidonius Apollinaris* lib. IX. Ep. XIV. ut historicos bene multos prætercam, qui præclara *Cæsaris* facinora posteris tradiderunt. *Davies.*

*Libri Auspiciorum.*

Contra Julius Cæsar xvi Auspiciorum libro negat nundinis concionem advocari posse, id est, cum populo agi, ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non posse. Macrobius *lib.* 1. *Saturnal. cap.* xvi.

*Auguralia.*

Cæsar in auguralibus: *Si sincera pecus erat.* Priscianus *lib.* vi. *col.* 719.

*De Divinatione.*

Genus eloquentiæ duntaxat adolescens adhuc Strabonis Cæsaris secutus videtur: cujus etiam ex Oratione, quæ inscribitur *Pro Sardis*, ad verbum nonnulla transtulit in Divinationem suam. Suetonius *in Cæsare cap.* LV. *Erunt forte qui hoc ad Orationum Fragmenta pertinere existimabunt, me non multum repugnante.*

*Astronomica.*

Julius Cæsar ut Siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Ægyptiis disciplinis hausit, ita hoc quoque ex eadem institutione mutuatus est, ut ad Solis cursum finiendi anni tempus extenderet. Macrobius *lib.* 1. *Saturnal. cap.* xvi.

Tres autem fuere sectæ, Chaldæa, Ægyptia, Græca: his addidit apud nos quartam Cæsar Dictator, annos ad Solis cursum redigens singulos, Sosigene perito scientiæ ejus adhibito. *Ex* Plinii *lib.* xviii. *cap.* xxv.

A Bruma in Favonium Cæsari nobilia sidera significant, iii Kal. Januarii matutino Canis occidens. *Paullo post:* Pridie Nonas Januarii Cæsari Delphinus matutino exoritur, & postero die Fidicula, quo Ægypto Sagitta vesperi occidit. *Paullo post:* A Favonio in æquinoctium vernum Cæsari significat xvii Kal. Martii triduum varie: & viii Kal. Hirundinis visu, & postero die Arcturi exortu vespertino. Item iii Nonas Martii Cæsar Cancri exortu id fieri observavit.

*Paul-*

*Paullo post:* Cæſar & Idus Martias ferales ſibi annotavit Scorpionis occaſu. *Paullo post:* III Nonas Aprilis in Attica Vergiliæ veſperi occultantur. Eædem poſtridie in Bœotia: Cæſari autem & Chaldæis, Nonis. *Paullo post:* Cæſari VI Idus ſignificatur imber Libræ occaſu: XIV Kal. Maji Ægypto Suculæ occidunt veſperi, ſidus vehemens, & terræ marique turbidum; XVI Atticæ, XV Cæſari, continuoque triduo ſignificat. *Paullo post:* VI Nonas Maji Cæſari Suculæ matutino exoriuntur, & VIII Idus Capella pluvialis. Plinius *lib.* XVIII. *cap.* XXVI.

A Vergiliarum exortu ſignificant Cæſari poſtridie Arcturi occaſus matutini. *Paullo post:* XI Kal. Cæſari Orionis gladius occidere incipit: III Non. Junii Cæſari, &, Aſſyriæ Aquila veſperi oritur, &c. XI Kal. ejuſdem Orionis gladius Cæſari occidere incipit. *Ex* Plinii *lib.* XVIII. *cap.* XXVII.

A ſolſtitio ad Fidiculæ occaſum VI Kal. Junii Cæſari Orion exoritur. *Paullo post:* XVIII Kal. Auguſti, Ægypto Aquila occidit matutino, Eteſiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Cæſar X Kal. ſentire Italiam exiſtimavit. *Paullo post:* Aquila Atticæ matutino occidit: III Kal. regia in pectore Leonis ſtella matutino Cæſari immergitur. *Ex* Plinii *lib.* XVIII. *cap.* XXVIII.

*De Sideribus etiam aliquid poeticum edidit.*

* Sed nec aliquis pæne Latinorum de hac arte Inſtitutionis libros ſcripſit, niſi paucos verſus Julius Cæſar, & ipſos tamen de alieno opere mutuatus. Jul. Firmicus *Matheſ. lib.* II. *initio.*

Exſecutus eſt etiam horum Siderum numerum Græ-

cc

* *Sed nec aliquis* &c.] Bina hæc teſtimonia ad noſtrum perperam referuntur; & lapſus eſt *Julius Firmicus*; *Cæſar* quippe Germanicus, non Julius, *Arati* verſiculos interpretatus eſt. Eundem errorem erravit *Suidas* v. Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ. Davies.

ce Aratus, Poeta disertissimus; Latine vero Cæsar, & decus eloquentiæ Tullius. Sed hi tantum nomina ipsorum & ortus, non autem apotelesmatum auctoritatem ediderunt: ita ut mihi videantur non aliqua Astrologiæ scientia, sed Poetica potius elati licentia, docilis sermonis studia protulisse. Jul. Firmicus *Mathes. lib.* VIII. *cap.* V.

*Poemata.*

Reliquit & de Analogia libros duos, & Anticatones totidem, ac præterea Poema quod inscribitur Iter. Quorum librorum primos; in transitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret; sequentes, sub tempus Mundensis prœlii fecit: novissimum, dum ab Urbe in Hispaniam ulteriorem IV & XX die pervenit. Suetonius *in Cæsare cap.* LVI. *Vide &* Julium Celsum *pag.* 239.

Feruntur & à puero & ab adolescentulo quædam scripta: ut *Laudes Herculis*, tragœdia *OEdipus*, &c. quos omnes libellos vetuit Augustus publicari. Suetonius *in Cæsare cap.* LVI.

Olus quoque silvestre est trium foliorum, D. Julii carminibus præcipue jocisque militaribus celebratum: alternis quippe versibus exprobavere lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, præmiorum parsimoniam cavillantes. Est autem id cyma sivestris. Plinius *lib.* XIX. *cap.* VIII.

*Donatus, seu potius Suetonius in vita Terentii hos sub C. Julii Cæsaris nomine versus producit.*

Tu quoque, tu in summis, ô dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri sermonis amator;
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceres.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deesse, Terenti.

Se-

*Sequens etiam Epigramma C. Julio Cæsari quidam inscribunt, alii Germanico.*

Thrax puer astricto glacie dum ludit in Hebro,
 Pondere concretas frigore rupit aquas.
Dumque imæ partes rapido traherentur ab amne,
 Abscidit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urna,
 Hoc peperi flammis, cætera dixit aquis.

*Illud vero distichon,*

FELTRIA. PERPETUO. NIVIUM.
DAMNATA. RIGORE.
TERRA. MIHI. POSTHAC. NON.
HABITANDA. VALE.

*falso Cæsari inscriptum est, etsi quidam in membrana, alii in saxo exstare dicant. Ajunt quoque Cæsaris Decretum Viterbii in Hetruria inventum; hoc exemplo:*

C. JULIUS. CÆSAR. M. TULLIUM. CICERONEM. OB EGREGIAS. EJUS. VIRTUTES. SINGULARES. ANIMI. DOTES. PER. TOTUM. ORBEM. NOSTRIS. ARMIS. VIRTUTEQUE. PERDOMITUM. SALVUM. ET. INCOLUMEM. ESSE. JUBEMUS: C. JABOLENUS. *Nugæ, nugæ.*

*Incerta.*

Unguenta dicuntur à locis, ut Telinum, cujus Julius Cæsar meminit dicens: Corpusque suavi Telino unguimur. Hoc conficiebatur in Insula Telo, quæ est una ex Cycladibus, &c. Isidorus *lib.* IV. *Origin. cap.* XII.

*Insertum hoc ab* Fulvio Ursino *Fragmentis de Analogia. Ut & illud ex* Nonio *in Voce* Cinis, *nec non locus* Plinii *ex lib.* VII. *cap.* XXX. *ubi alloquitur M. T. Ciceronem. Quid habuerit causæ, cur hoc fecerit, comminisci non potui. Quocirca inter* INCERTA *referendum du-*

*duxi. Nisi quis potius* Cæsari Straboni, *non Dictatori tribuendum arbitretur. Si ad hunc modum addita una vocula scripseris, erit integer Senarius:*

Corpusque suavi Telini unguine unguimur.

*Idem* Ursinus *ex* Prisciani *lib.* VIII. *Fragmentum hoc:*

C. Cæsar, quæ res augurantur οἰωνοσκοπεῦνται, *ad Auguralia transtulerat: ego prætermisi, quum isto Prisciani loco non* Cajus Cæsar, *sed* Lucius Cæsar *legatur. Non est quod corruptum aliquis existimet. Citatur nominatim* L. Cæsar *à* Festo, *in voce* Majorem. *Ex eodem fortassis est quod apud* Servium *nuper ex* Petri Danielis *& Fuldanæ bibliothecæ membranis editum habemus, Commentario ad Æneidos* Virgilii *lib.* I. Occiso, *inquit*, Mezentio Ascanium, sicut J. Cæsar (*verosimile mihi fit legendum* L. Cæsar) scribit, Julum cœptum vocari dicunt, vel quasi ἰοβόλον, id est, sagittandi peritum, vel à prima barbæ lanugine, quam ἴουλον Græci dicunt, quæ ei tempore victoriæ nascebatur. *Hæc ibi. Similiter expunxi quod inter Fragmenta Epistolarum legebatur;*

Vespera fatigatus, luce dormitans.

*Non enim apud* Charisium *lib.* II. *unde hæc descripta sunt, nominatur* Julius Cæsar, *sed* Aurelius Cæsar *lib.* II, *sive* XI Epistolarum ad Frontonem. *Quo comperto, auctoritatem Civis Romani insuper habui. Sed quid spuriis his diutius immoror, quin legitima, si qua porro restant, Fragmenta colligo?*

Apud Cæsarem & Catulum & Calvum lectum est: *quum jam fulva cinis fueris.* Nonius *in voce* Cinis *p.* 224.

Salve primus omnium parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæque lauream merite, & facundiæ, Latinarumque litterarum parens: atque (ut Dictator Cæsar hostis quondam tuus de te scripsit) omnium triumphorum lauream adepte majorem, quanto plus est, ingenii Romani terminos in tantum pro-

promovisse, quam imperii. Plinius *lib.* VII. *cap.* XXX. *in fine ubi de Cicerone.*

Cicero Caussarum XIII: *Re vendita iterum empta*; unde manifestum fit *venita* non dici, sed aut *venundata*, aut *vendita*, ut Cicero. C. Cæsar: *Possessiones redimi, eas postea pluris venditas.* Diomedes *lib.* I. *col.* 366.

Essěda vehiculi vel currus genus, quo soliti sunt pugnare Galli. Cæsar testis est libro ad Ciceronem III. *Multa millia equitum atque essedariorum habet.* Hinc & gladiatores essedarii dicuntur, qui curru certant. Junius Philargyrius *in* Virgilii Georg. III. *vs.* 204.

Augustus quoque in Epistolis ad C. Cæsarem scriptis emendat, quod is *Calidum* dicere quam *Caldum* (*in libris forte de Analogia*) malit: non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum, &, ut ipse Græco verbo significavit, περίεργον. Quinctilianus *lib.* I. *cap.* VI. *pag.* 41.

Castulonenses, qui Cæsari *venales* appellantur. Plinius *Hist. Nat. lib.* III. *cap.* III.

*C. Julii Cæsaris dicta.*

Tu, quæso, quidquid novi (multa autem exspecto) scribere ne pigrere: in his, de Sexto, satisne certum: maxime autem de Bruto nostro: de quo quidem ille, ad quem diverti, Cæsarem solitum dicere: *Magni refert, hic quid velit; sed quidquid volt, valde volt.* Idque eum animadvertisse quum pro Dejotaro Niceæ dixerit, valde vehementer eum visum, & libere dicere. Cicero *lib.* XIV. *ad Atticum Epist.* I.

Proxime quum Sestii rogatu apud eum fuissem, exspectaremque sedens, quoad vocarer; dixisse eum: *Ego dubitem, quin summo in odio sim, quum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me convenire possit. Atqui, si quisquam est facilis, hic est: tamen non dubito, quin me*

*male oderit.* Cicero *lib.* XIV. *ad Attic. Epist.* I.

Ajebat Cæsarem secum, quo tempore Sestii rogatu veni ad eum, quum exspectarem sedens, dixisse: *Ego nunc tam sim stultus, ut hunc ipsum, facilem hominem, putem mihi esse amicum, quum tam diu sedens meum commodum exspectet?* Cicero *lib.* XIV. *ad Attic. Epist.* II.

Quo gaudio elatus, non temperavit quin paucos post dies frequenti curia jactaret, invitis & gementibus adversariis adeptum se quæ concupisset: proinde ex eo insultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, *Facile hoc ulli feminæ fore;* responderit quasi alludens: *In Assyria quoque regnasse Semiramin; magnamque Asiæ partem Amazonas tenuisse quondam.* Suetonius *in Cæsare cap.* XXII.

Pharsalica acie cæsos profligatosque adversarios prospicientem, hæc eum ad verbum dixisse refert Asinius Pollio: *Hoc voluerunt: tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petiissem.* Suetonius *in Cæsare cap.* XXX. *Vide &* Plutarchum *in Cæs. pag.* 730. *A.*

Consecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paullulum constitit, ac reputans quantum moliretur, conversus ad proximos, *Etiam nunc*, inquit, *regredi possumus: quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt.* Suetonius *in Cæsare cap.* XXXI.

Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine & forma, *&c.* Tunc Cæsar, *Eatur*, inquit, *quo Deorum ostenta, & inimicorum iniquitas vocat. Jacta alea est*, inquit. Suetonius *in Cæsare cap.* XXXII.

Romam iter convertit; appellatisque de Rep. Patribus, validissimas Pompeji copias, quæ sub tribus legatis M. Petrejo, & L. Afranio, & M. Varrone in Hispania erant, invasit; professus ante inter suos, *Ire*

*se*

*se ad exercitum sine duce, & inde reversum ad ducem sine exercitu.* Suetonius *in Cæsare cap.* XXXIV.

Prolapsus in egressu navis, verso ad melius omine, *Teneo te*, inquit, *Africa.* Suetonius *in Cæsare cap.* LIX.

Quum exspectatio adventus Jubæ terribilis esset, convocatis ad concionem militibus, *Scitote*, inquit, *paucissimis his diebus Regem affuturum cum* X *legionibus, equitum* XXX, *levis armaturæ* C *millibus, elephantis* CCC. *Proinde desinant quidam quærere ultra, aut opinari; mihique, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetustissima nave impositos, quocunque vento in quascunque terras jubebo avehi. Suetonius in Cæsare.* cap. LXVI.

Jactare solitus, *Milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse:* nec *Milites* eos pro concione, sed blandiori nomine *Commilitones* appellabat. Suetonius *in Cæsare cap.* LXVII.

Quosdam infimi generis ad amplissimos honores provexit. Quum ob id culparetur, professus est palam, *si grassatorum & sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum.* Suetonius *in Cæsare cap.* LXXII.

Interrogatus cur repudiasset uxorem, *Quoniam*, inquit, *meos tam suspicione, quam crimine judico carere oportere.* Suetonius *in Cæsare cap.* LXXIV.

Acie Pharsalica proclamavit, *Ut civibus parceretur.* Suetonius *in Cæsare cap.* LXXV. *Vide &* Florum *lib.* IV. *cap.* II, 50.

Nec minoris impotentiæ voces propalam edebat, ut T. Ampius scribit: *Nihil esse Rempublicam, appellationem modo, sine corpore, ac specie. Sullam nescisse litteras, qui Dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius jam loqui secum, ac pro legibus habere quæ dicat.* Suetonius *in Cæsare cap.* LXXVII.

Eoque arrogantiæ progressus est, ut Haruspice tristia, & sine corde exta sacro quodam nunciante, *Futura*

*tura* diceret *latiora, quum vellet: nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.* Suetonius *in Cæsare cap.* LXXVII.

Triumphanti & subsellia Tribunitia prætervehenti sibi unum è collegio Pontium Aquilam non assurrexisse, adeo indignatus, ut proclamaverit: *Repete ergo à me Aquila Rempublicam Tribunus:* nec destiterit per continuos dies quidquam cuiquam, nisi sub exceptione polliceri, *Si tamen per Pontium Aquilam licuerit.* Suetonius *in Cæsare cap.* LXXVIII.

Plebi Regem se salutanti, *Cæsarem se, non Regem esse* respondit. Suetonius *in Cæsare cap.* LXXIX.

De quo genere optime C. Cæsarem prætextatum adhuc accepimus dixisse, *Si cantas, male cantas: si legis, cantas.* Quinctilianus *lib.* I. *cap.* VIII. *Habet &* Joan. Sarisberiensis *Metal. lib.* I. *cap.* XXI. *pag.* 777.

Elevandi ratio est duplex, ut aut veniam quis, aut jactantiam minuat: quemadmodum C. Cæsar Pomponio ostendenti vulnus ore exceptum in seditione Sulpiciana, quod ipse se passum pro Cæsare pugnantem gloriabatur, *Nunquam fugiens respexeris*, inquit: aut crimen objectum, ut Cicero, &c. Quinctilianus *lib.* VI. *cap.* III.

Est & illa ex ironia fictio, qua usus est C. Cæsar. Nam quum testis diceret, à reo femina sua ferro petita, & esset facilis reprehensio, cur illam potissimum partem corporis vulnerare voluisset: *quid enim faceret*, inquit, *quum tu galeam & loricam haberes?* Quinctilianus *lib.* VI. *cap.* III.

Sic fac existimes, post has miserias, id est, postquam armis disceptari cœptum est de jure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam & ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli (sic enim appellat) laudataque honorificentissime & æquitate tua, & prudentia, repente præter spem dixit, *se Senatui roganti*

*ti de Marcello, ne * hominis quidem causa negaturum.* (*Sic Victorinus edidit, eumque secutus Lambinus, cui tamen* ominis *legendum videtur. ipsum vide.*) *Cicero lib.* 4. *Epist. ad Famil. Epist.* 4. *ad Ser. Sulpicium.*

Demetrio Megæ Dolabella rogatu meo Civitatem à Cæsare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Quumque propter quosdam sordidos homines, qui Cæsaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina Civitate donatorum incisa essent, revelli jussisset, eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, *Nihil esse, quod de Mega vereretur; beneficium suum in eo manere.* Cicero *lib.* XIII. *ad Famil. Epist.* XXXVI. *ad Acilium.*

C. Cæsar cum fortè conscendens navem lapsus esset, *Teneo te, terra mater*, inquit; qua interpretatione effecit, ut repetiturus illas, à quibus proficiscebatur, terras videretur. *Ex* Frontini *Strateg. lib.* I. *cap.* XII, 2.

Cæsar dicebat, *idem esse sibi consilium adversus hostem, quod plerisque medicis contra vitia corporum, fame potius quam ferro superandi.* *Ex* Frontini *Strateg. lib.* IV. *cap.* VII, I.

Τῆς δ' ἡμέρας ἐνστάσης (qua pontifex maximus erat eligendus) καὶ τῆς μητρὸς (Καίσαρος) ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὸν οὐκ ἀδακρυτὶ προπεμπούσης, ἀσπασάμενος αὐτὴν, Ὦ μῆτερ, εἶπεν, τήμερον ἢ ἀρχιερέα τὸν υἱὸν, ἢ φυγάδα ὄψει. Plutarchus *in Cæs. pag.* 710.

Τὸν δὲ Καίσαρα σπουδάσαντα πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, Ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην παρὰ τούτοις εἶναι μᾶλλον πρῶτος, ἢ παρὰ Ῥωμαίοις δεύτερος. *Ex* Plutarcho *in Cæs. p.* 712.

Οὐ δοκεῖ ὑμῖν ἄξιον εἶναι λύπης, εἰ τηλικοῦτος μὲν ὢν Ἀλέξανδρος, ἤδη τοσούτων ἐβασίλευεν, ἐμοὶ δὲ λαμπρὸν οὐδὲν πέπρακται. Plutarchus *in Cæs.* 713.

Ἤρκει γὰρ (ἔφη Καῖσαρ) τὸ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἀπαρέσκουσιν, ὁ δὲ τὴν τοιαύτην ἀγροικίαν ἐξελέγχων, αὐτός ἐστιν ἄγροικος.

Plutarchus *in Cæs. pag.* 716.

Οὐκ, ἔφη, τὸν αὐτὸν ὅπλων καὶ νόμων καιρὸν εἶναι· σὺ δὲ εἰ τοῖς πραττομένοις δυσκολαίνεις, νῦν μὲν ἐκποδὼν ἄπιθι· παῤῥησίας γὰρ οὐ δεῖται πόλεμος· ὅταν δὲ καταθῶμαι τὰ ὅπλα, συμβάσεων γενομένων, τότε παριὼν δημαγωγήσεις &c. *Ex* Plutarcho *in Cæs. p.* 725.

Ἴθι, γενναῖε, τόλμα καὶ δέδιθι μηδέν· Καίσαρα φέρεις, καὶ τὴν Καίσαρος τύχην συμπλέουσαν. Plutarchus *in Cæsare pag.* 726. *Vide &* Appianum *lib.* 11. *B. C. pag.* 463.

Σήμερον ἂν ἡ νίκη παρὰ τοῖς πολεμίοις ἦν, εἰ τὸν νικῶντα εἶχον. Plutarchus *in Cæs. pag.* 727. *&* Appianus *lib.* 11. *B. C. pag.* 467.

Ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου· καὶ γὰρ σύ μοι τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας. Plutarchus *in Cæs. pag.* 733. *&* Appianus *lib.* 11. *B. C. pag.* 490.

Λέγεται ὁ Καῖσαρ εἰπεῖν, ὡς δικαιότερα λέγοι μὲν Κάσσιος, αὐτὸς μέντοι Βροῦτον οὐκ ἂν παρέλθοι. Plutarchus *in Cæs. pag.* 737. *&* Appianus *lib.* 11. *B. C. pag.* 498.

Ἀναμένει τοῦτο τὸ δέρμα Βροῦτον *Ex* Plutarcho *in Cæs. pag.* 737.

Τί φαίνεται βουλόμενος ὑμῖν Κάσσιος; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐ λίαν ἀρέσκει, λίαν ὠχρὸς ὤν. Et paullo post. Οὐ πάνυ τούτους δέδοικα τοὺς παχεῖς καὶ κομήτας, μᾶλλον δὲ τοὺς ὠχροὺς καὶ λεπτούς· Κάσσιον λέγων καὶ Βροῦτον. *Ex* Plutarchi *Cæs. pag.* 737.

Αἱ μὲν δὴ Μάρτιαι εἰδοὶ πάρεισιν· ὁ δὲ ἡσυχῇ πρὸς αὐτὸν εἴποι, Ναὶ πάρεισιν, ἀλλ' οὐ παρεληλύθασιν. Plutarchus *in Cæs. pag.* 737.

Ἐμπεσόντος λόγου, ποῖος ἄρα τῶν θανάτων ἄριστος; ἅπαντας φθάσας ἐξεβόησεν, Ὁ ἀπροσδόκητος. *Ex* Plutarcho *in Cæs. pag.* 737. *Vide &* Appianum *lib.* 11. *B. C. pag.* 500.

Φασὶ τὸν Καίσαρα τῷ μηνύοντι ἀποκρίνασθαι, κόπτοντα τὴν λαβὴν τοῦ ξίφους, Ἧδε μοι δώσει. *Ex* Appiani *lib.* 11. *B. C. pag.* 443.

Ἀλλ-

Ἀθηναίοις αἰτήσασι συγγνώμην ἐπεδίδου, καὶ ἐπεῖπε, Ποσάκις ὑμᾶς ἀπὸ σφῶν αὐτῶν ἀπολλυμένους ἡ δόξα τῶν προγόνων περισώσει Appianus *lib.* 11. *B. C. pag.* 482.

Ἔσαι τοῦτο τέλος ἐμοί τε τοῦ βίου, καὶ ὑμῖν τῶν στρατειῶν. Et paullo post. Φασὶν αὐτὸν (Καίσαρα) εἰπεῖν, Ὅτι πολλάκις μὲν ἀγωνίσαιτο περὶ νίκης, νῦν δὲ περὶ ψυχῆς. *Ex* Appiani *lib.* 11. *B. C. pag.* 493.

Οὐδὲν ἀτυχέσερον, ἔφη, διηνεκοῦς φυλακῆς· ἔσι γὰρ αἰεὶ δεδιότος. Appianus *lib.* 11. *B. C. pag.* 496.

*De C. Julio Cæsare.*

Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de Cæsare & ipse ita judico, & de hoc hujus generis acerrimo æstimatore sæpissime audio, illum fere omnium Oratorum Latine loqui elegantissime, nec id solum domestica consuetudine, ut dudum de Læliorum & Domitiorum familiis audiebamus; sed quamquam id quoque credo fuisse, tamen ut esset perfecta illa bene loquendi laus, multis litteris, & iis quidem reconditis & exquisitis est consecutus. *Ex* Cicerone *in Bruto cap.* LXXII.

Sed perge, Pomponi, de Cæsare, & redde quæ restant. Solum quidem, inquit ille, & quasi fundamentum Oratoris, &c. Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendat. Itaque quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum (quæ, etiamsi Orator non sis, & sis ingenuus civis Romanus, tamen necessaria est) adjungit ille oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tamquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Hanc quum habeat præcipuam laudem in communibus, non video cui debeat cedere: splendidam quandam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magnifica, & generosa quodammodo. Tum Brutus: Orationes quidem ejus, &c. atque etiam Commentarios quos-

quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis tamquam veste detracto: sed dum voluit alios habere parata unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt illa calamistris inurere; sanos quidem homines à scribendo deterruit, &c. *Ex* Cicerone *in Bruto cap.* LXXV.

C. Julius Cæsar historiographus Romanorum nullus est. Commentarii belli Gallici, quorum ad vos manavit opinio, tantum exstant: nec, quantum ad historiam, quod compertum habeam, quicquam aliud: nam ceterarum ejus rerum gestarum, postquam idem Julius totius penè orbis causarum molibus est oppressus, Hirtius ejus notarius in commentarios seriem referendam suscepit. *Ex* Lupi *Abbatis Ferrariensis Epist.* XXXVII.

Quid Oratorum? quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior, aut elegantior? *Ex* Cicerone *ad* Corn. Nepotem *apud* Suetonium *in Cæsare cap.* LV. *Vide amplissimam Cæsaris laudationem apud* Plinium *Hist. Nat. lib.* VII. *cap.* XXV. *&* *apud* Ciceronem *pro* M. Marcello.

Sed bene loquendi de Catulis opinio non minor; sale vero, & facetiis Cæsar vicit omnes. *Ex* Ciceronis *lib.* I. *de Offic. cap.* XXXVII.

Reliquit & rerum suarum Commentarios Gallici, civilisque belli Pompejani; nam Alexandrini, Africique & Hispaniensis incertus auctor est: alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli novissimum, imperfectumque librum suppleverit. *Paullo post:* Pollio Asinius parum diligenter, parumque integra veritate compositos putat; quum Cæsar pleraque & quæ per alios erant gesta temere credide-

rit:

rit: & quæ per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum, & correcturum fuisse. *Ex* Suetonio *in Cæsare cap.* LVI.

C. vero Cæsar si tantum foro vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur; tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat: exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cujus proprie studiosus fuit, elegantia. *Ex* Quinctiliano. *lib.* X. *cap.* I.

Quid tamen nocet vim Cæsaris, asperitatem Cœlii, diligentiam Pollionis, judicium Calvi quibusdam in locis assumere? *Ex* Quinctiliani *lib.* X. *cap.* II.

Hinc vim Cæsaris, indolem Cœlii, subtilitatem Calidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbitatem Cassii, diligentiam Pollionis, dignitatem Messallæ, sanctitatem Calvi reperiemus. *Ex* Quinctiliani *lib.* XII. *cap.* X.

At strictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Cæsar, amarior Cœlius, gravior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero. *Ex Auctore Dialogi de oratoribus cap.* XXV.

Λέγεται δὲ καὶ φῦναι πρὸς λόγους πολιτικοὺς ὁ Καῖσαρ ἄριστα καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμότατα τὴν φύσιν, ὡς τὰ δευτεραῖα μὲν ἀδηρίτως ἔχειν, &c. *Ex* Plutarcho *in Cæs. pag.* 708.

Ἐν δὲ Ῥώμῃ πολλὴ μὴν ἐπὶ τῷ λόγῳ περὶ τὰς συνηγορίας αὐτοῦ χάρις ἐξέλαμπεν. *Ex* Plutarcho *in Cæs. pag.* 708.

Ac mihi ex Græcis orationes Lysiæ ostentat, ex nostris Gracchorum, Catonisque; quorum sane plurimæ sunt circumcisæ & breves. Ego Lysiæ Demosthenem, Æschinem, Hyperidem, multosque præterea, Gracchis, & Catoni Pollionem, Cæsarem, Cœlium, imprimis M. Tullium oppono, cujus oratio optima fertur esse, quæ maxima. *Ex Plinii lib.* I. *Epist.* XX.

Sed ego verear ne me non satis deceat, quod decuit

M.

M. Tullium, C. Calvum, Asinium Pollionem, M. Messallam, &c. Divum Julium, Divum Augustum, Divum Nervam, Tib. Cæsarem, &c. *Ex* Plinii *lib.* v. *Epist.* III.

Dictator Cæsar summis oratoribus æmulus. *Ex* Taciti *Ann. lib.* XIII. *cap.* III.

Summus auctorum D. Julius. *Ex* Tacito *de Mor. Germ. cap.* XXVIII.

C. Cæsarem Dictatorem —— studia certandi, dictandi, lectitandique sibi mutuo vindicavere. Et licet in persona unius ejusdemque tempore suo principis viri, castrensis oratoriæque scientiæ cura certaverit fermè gloria æquipari, idem tamen nunquam se satis duxit in utriusque artis arce compositum, priusquam vestri Arpinatis testimonio anteferretur ceteris mortalibus. *Ex* Sidonii Apollinaris *lib.* VIII. *Epist.* VI. *Vide & lib.* IX. *Ep.* XIV.

NO-

# NOMENCLATOR GEOGRAPHICUS

## Omnium Galliæ, Germaniæ, & Brittanniæ locorum; quorum apud Cæsarem fit mentio.

*Excerptus quidem olim potissimum è Thesauro Geographico* ABRAHAMI ORTELII; *sed nunc plerisque locis utiliter auctus & emendatus.*

### A.



Dualdubis. Sic legit Ful. Ursinus apud Cæsarem; quo loco alii codices Alduasdubis, & Alduasdalis habent. Ptolomæo Dubis est. atque ita restituendum in Juliani Imp. epistolis, ubi Danubin invenies. Galliæ Lugdunensis fluvius est, quem Poldus & Marlianus hodie *le Doux* nomen habere ajunt.

Advatici, alias Atvatici, quorum Metropolis Atuatuca, ut apud Cæsarem; quamquam apud Ptolomæum Ἀτουάκουτον legitur. quæ olim civitas Tungrorum erat, ubi primum sedes Episcopalis fuit; translata deinde Trajectum Mosæ, hinc in vicum S. Lamberti. Itaque Atuatici sunt Leodienses.

Ædui. Civitas eorum hodie Augustodunum.

Agendicum. Civitas Senonum. Hodie *Sens.* Valde in ea exponenda delirarunt Scholiastæ Cæsaris. Est civitas Archiepiscopalis.

Alexia. Cæsari Mandubiorum in Celtis oppidum. Alesia Paterculo scribitur, Diodoro & Polyæno lib. 8. Strateg. L'*Assois en Bourgogne*, vocant. Paradinus vero dicit ejus hodie nihil exstare, præter nominis umbram, *Alize*, cui subscribit Vigenereus.

Allobrogum Caput fuit Vienna. quorum major pars sub Ducatu Sabaudiæ hodie. Olim tamen Sabaudi erant intra Alpes maritimas, ut est in Notitia Imperii.

Alpes, montes longissimi tractus, qui Italiam à Germania

nia & Gallia tanquam muro nativo ſeparant. Alpia & Alpionia olim dictos fuiſſe ſcribit Strabo. Stephano etiam Alpeia & Alpeioi dicuntur. Olpia ſunt Phavorino. Hodie multis locis jn Germania, adhuc *Alben* vocantur. Salpii videntur à Lycophrone appellati: ut ſentit ejus commentator Iſacius. Alpis, ſingulari numero, aliquando uſurpant poetæ. Abax vocat Serapio, cap. De reſina. De Alpibus vide Alciatum, in Commentariis ad Tacitum De moribus Germanorum: ſed in primis Joſiam Simlerum, in libello, quem De Alpibus inſcripſit.

Amagetrobia. Ignoratur. vide Magetrobia.

Ambarri. Celtarum populi. Ignorantur.

Ambiani. Belgicæ gens. *Amiens*, hodie, Picardiæ urbs. Ambianum primum Sommonobriam dictam, ſcribit Sigebertus: ſi Samarobrinam voluerit dicere, falſe, cum ex Cæſare & Antonino diverſas eſſe urbes conſtet. Ambiano idem Antoninus tribuit leg. XXIII.

Ambibarii inter Aremoricos, ignorantur.

Ambialites aut Ambiliates in Celtica, ignorantur.

Ambivariti in Belgio, ignorantur.

Anartes. Cæſari ſunt populi Dacis vicini. *Walachi*, *Serui*, *& Bulgari*, ſunt Blaſio Vigenereo.

Ancalites. Britanniæ inſulæ populi. *Ankelut*, Glareano: *The hundred of Henley*, Camdeno.

Andes. *Le Duché d'Anjou.* Civitas Epiſcopalis Juliomagus, *la ville d'Angiers.*

Antuates. vide Nantuates.

Aquitania. Auguſtus diviſit Aquitaniam in tres maximas provincias: primam Aquitaniam, cujus metropolis Avaricum Biturigum Cuborum: ſecundam Aquitaniam, cujus metropolis Burdigala Biturigum Vibiſcorum: tertiam Novempopulaniam, cujus caput Auguſta Auſciorum: Ea eſt, quam Cæſar Aquitaniam vocat, contenta intra Garumnam, Pyrenem, & Oceanum. Hodie ab ipſis Aquitanis vocatur Vaſconia: quum Aquitaniæ nomen latius pateat. Itaque anguſtiores fines ſunt Aquitaniæ Cæſaris, quam ut tertiam partem Galliæ facere poſſit.

Arar. Galliæ Narbonenſis fluvius. Plinio & Virgilio Araris eſt. Ab Am. Marcellino Sangona appellari ſcribit Paradinus: Sauconna ego apud Marcellinum lego. Videtur Scogas à Polybio appellari. Hodie *Saone* vocatur. Auctor De

ſlu-

ıminibus tradit antea Brigulum nuncupatum. Fides sit pe-
es auctorem.
Arduenna. Galliæ maximus saltus in Belgio. nomen fere
tinet; *Ardenne* enim nominant. Franc. Irenicus *Achterwalt*
ppellat: *Lutticherwalt*, Rhenanus; quasi Leodiensium ne-
us dicas.
Arecomici. Duplices sunt: Volcæ Arecomici, ubi Ne-
ausus, & Narbo: Tectosages, ubi Tolosa.
Armoricæ civitates, ponuntur à Cæsare in eo tractu, qui
itannia minor Sigeberto vocatur. Hermionia etiam, &
lgo *Bretagne*, Rob. Cœnali auctore. Antiqua Britannica
gua hodie *Lhydaw* appellatur, ut scribit Humfredus in
Britannicæ descriptionis fragmento. Joannes Lelandus,
*moria*, idem significare dicit, quod, Supra mare, in ipsa
itannica lingua. Sunt Plinii Britanni, Pontico Virunnio
idendum. Letavia quoque dicta fuit hæc Armorica.
Arverni. Celtarum populi. Aroëni Stephano. Hodie *Au-*
*gne.*
Atrebates. *Le pays d'Artois*, quorum Civitas Origiacum,
*ras.*
Avaricum. Est metropolis primæ Aquitaniæ, *Bourges.*
Aulerci. Quadruplices fuerunt: Aulerci Eburovices, *le*
*s d'Evreus en Normandie*, ubi Episcopatus. Aulerci Dia-
ıtres. Aulerci Cenomanni, *le pays du Mans.* Aulerci Bran-
ices.
Auscii. Caput Novempopulaniæ, sive Vasconiæ: Archi-
copatus. Augusta Ausciorum, *la ville d'Auchs en Gascogne.*
Axona, *Aisne*, notissimum flumen.

B.

Acenis. Germaniæ silva Cæsari, Cheruscos à Suevis di-
rimens, quam Althamerus putat *Thüringerwalt*. Ubi
e Samana Ptolemæi. Confundunt quidam cum Hercy-
silva & Martiana: & *Schwartzwalt* nominant.
atavia. Ptolemæo, Tacito & Cæsari Germaniæ inferio-
egio est, ad ostia Rheni posita, quam hodie *Holland* vo-
, sed improprie. Ea enim Hollandiæ pars, quæ hodie
r veterem Rhenum & Vahalim fluvios à Lobico ad Ocea-
usque quasi duobus brachiis constringitur, olim Batavia
ı fuit. Atque hic tractus etiamnum veteris nomenclatu-
estigia retinet. nam *Betuwe*, ab incolis vocatur. Hæc
Lamb. Hortensius in libello Ultrajectinarum secessio-
 num.

num. Batavornm insula hæc vocatur à Plinio, Dione, Cæsare & Tacito. *Betuwe*, Battua, ab Aimonio, & Badua à Reginone nuncupatur.

Belgæ, seu Belgica, statim è principio Commentariorum Cæsaris innotescunt.

Belgium. Est quidem regionis nomen in Belgis, non autem urbis, ut nugantur Scholiastæ. Sed nomen ignoratur.

Bellocasses, Verocasses, Bajocasses. *Le pays de Bayeus en Normandie.* urbs Episcopalis eorum est Noviomagus, *la ville de Bayeus.*

Bellocassi, aut Bellocasses. Sunt qui eandem cum Veracassibus, aut Velocassibus gentem faciant. eorumque rursus quidam, *Vergassins*, ad Sequanam, quorum oppidum primarium *Gisers* esse volunt; quidam in ultimis Armoricæ Galliæ finibus ponunt. Marlianus vero distinguit, & Bellocasses Celtas, ait, eos qui hodie Bajocenses: Velocasses autem Belgas; eosque qui hodie in Comitatu Flandriæ territorium *Cassel* occupant.

Bellovaci. In Belgica siti. hodie *Beauvoisin.*

Bibracte. Æduorum longe maximum & copiosissimum oppidum. *Beaulne* Orontio, in sua Galliæ tabula: item Vigenereo. Marlianus scribit nomen retinere. Bibracte aliquando Julia dicta fuit, nisi corruptus sit locus Panegyrici Constantino dicti; ubi hæc in calce leguntur: Bibracte quidem huc usque dicta est Julia. Bibracte & Augustodunum unum & eundem locum designare, vult Petrus Sancto-Julianus in sua Burgundia. *Bevray d'Autun.*

Bibrax. Rhemorum oppidum, ignoratur.

Bibroci. (pro quo nonnulli Bibrocassi legunt,) Britannici populi. Glareanus eos nominat *Bibrogger*; Camdenus, *The Hundred of Bray.*

Bigerrones. in Novempopulania. quorum civitas Episcopalis Tarba. *Le Comté de Bigorre en Gascogne.*

Bituriges. Duplices fecimus, Cubos, hodie *Berri*, & *Duché de Berri:* Vibiscos, *la Seneschaucée de Bourdelois.* Cæsar Cuborum tantum meminit: quorum metropolim Avaricum supra fuisse diximus.

Boji. Transrhenani populi. Eorum pars quæ cum Helvetiis Galliam invaserat, in finibus Æduorum, ipsis Æduis deprecantibus, collocata, eos fines incoluisse creduntur, qui hodie *Bourbonnois.* Boja oppidum etiam habet Cæsar.

Brannovices. Ignorantur.

pre

Bratuſpantum. Inter Bellovacos & Ambianos. Ignoratur.
Britannia. Cæſaris tempore parum explorata regio: ſi aliis ſcriptoribus creditur. tamen accurate ſatis eam deſcribit Cæſar. unde ſunt qui dubitant, an Commentarios iſtos ſcripſerit ipſe Cæſar. Ut ut ſit, Britanniæ nomine Veteres comprehendebant omnem illam majorem inſulam, cum circumfuſis minoribus, quæ hodie in Angliæ & Scotiæ regna dividuntur.

C.

CAbillonum. Æduorum oppidum Marliano: nomen retinens, *Chalons ſur Saone.*
Cadetes. In Aremoricis. Ignorantur.
Cadurci. *La Seneſchaucée de Querci.* Civitas Epiſcopalis, Divona Cadurcorum. *La ville de Cahors.*
Cæreſii. Germaniæ populi. Ignorantur.
Caletes. Belgicæ populi. Strabo eos ad Sequani oſtia pertingere facit, eorum regionem eſſe putat Divæus, quæ hodie *le pays de Caulx.* Turnebus, eum tractum in quo hodie Diepa & Juliobona, & Caletenſes vocari.
Cantium. Britanniæ inſulæ promontorium Orientale Straboni, & Diodoro. Hodie *Northforland* appellatur. Cæſar totum hunc tractum inſulæ, qui ſe verſus Ortum extendit, Cantium vocat. Cantiam vocat Beda. Hodie vulgo *Kent* nominatur. Littus Saxonicum in lib. Notitiar. eſt.
Carnutes. *Le pays du Chartrain.* Urbs Epiſcopalis Autricum Carnutum, *la ville de Chartres.*
Caſſii. Britanniæ inſulæ populi. *Gaſſerer*, Glareani. *Chaiſuew*, Camdeni.
Catuaci in Belgis. Ignorantur.
Caturiges. In Alpibus. *Le pays d'Embrun.* Eorum enim metropolis Archiepiſcopalis Eberodunum, *Embrun.*
Celtæ. Qui Cæſari fuerint, ſatis ipſe initio libri primi oſtendit. Nomen Celtarum alias latius extenditur. Græcique etiam Germanos ſub iis comprehendebant, & omnes Gallos.
Cenimagni. Britanniæ populi. Glareanus eos *Cunman* appellat. Eoſdem cum Icenis eſſe vult Camdenus.
Cenomanni. *Le pays & Seneſchaucée du Mans.* Civitas Epiſcop. Vindinum, *la ville du Mans.*
Centones in Alpibus. *Le pays de Tarantaiſe.* Civitas Archiepiſcopalis Tarantaſia.
Centrones vicini Nerviis, ignorantur. & ſuſpecta eſt lectio.
Cheruſci, Tacito, Paterculo & Straboni: Chæruſici Pro-

lemæo: quos Vib. Sequester Cervecios nuncupat. Germaniæ populi, Baceni silva à Suevis divisi. *Mansfelders* ego existimo. *Lunenburgenses* mavult H. Junius in sua Batavia. Vide Althamerum in Tacitum.

Cimbri. Germaniæ populi maxime Septemtrionales. *Jutlanders* sunt nostra tempestate. iidem cum Cimmeriis Straboni. Cerberios etiam ab Aristophanis Commentatore vocatos notat Becanus.

Cocosates, (seu Cocossates Sexignani, ut Plinius nominat) Aquitaniæ populi.

Cocosates in Novempopulania, ignorantur.

Condrusii, &, ut existimat Vigenereus, Condrusones, Germaniæ populi, seu Belgicæ. *Condrotz* hodie. Leodiensis Diœcesis tractus est, in quo caput est *Hoyum* oppidum, ad Mosam. P. Divæus & H. Leodius. *Condostrum Austrasiæ* vocat Molanus in vita S. Beregisi.

Confluentes Mosæ & Rheni. in Belgica non longe ab oppido *Bommel.*

Curiosolitæ. Inter Armoricos, ad Oceanum. *Corisopitum* multis esse, tradit Marlianus. Vulgo *Cornovaille.*

D.

DEcetia. Urbs ad Ligerim, quæ ponte continetur etiam hodie, & nomen retinet. *Decise sur Loire.*

Diablintes, vel Diablintres. Celtæ. eosdem cum Diablindis Plinii facit Ursinus. Diaulitas Ptolemæi credit Villanovanus *Leondoul* oppidum iis adscribit Marlianus. Becanus vero in suis Atuaticis, *Linter* interpretatur: qui pagus est Brabantiæ ad Getam flumen.

Durocortorum. Urbs Archiepiscopalis, caput Rhemorum. *La ville de Reims.*

Duranium flumen. Hujus fluminis in octavo Commentario de Bello Gallico nomen quidem non extat, sed tamen ibi designatur, in cujus editissimo & maxime prærupto colle Uxellodunum situm est. *La riviere de la Dordogne.* Nam prioribus quidem temporibus Duranius fluvius dictus, ut Ausonio & Sidonio: posterioribus vero Dordonia, ut Gregorio Turonensi. Nobilissimum & amplissimum flumen Aquitaniæ secundum Garumnam.

E.

EBurones, qui & Aulerci Eburones, Belgæ. Trevirorum clientes. Eburi Dioni. Horum urbs hodie Leodium & Leo-

Leodicum dicitur; vulgo apud Gallos *Liege*; Teutones, *Luick*, & *Luttich*.

Eburovices. Urbs eorum Episcopalis, Mediolanum Eburovicum, *la ville d'Evreus.*

Elaver, Celtarum flumen in Arvernis. *Allier* Marliano. idem cum Elari Sidonii. Vide Gabrielem Simeonium in Dialogo pio & speculativo.

Eleutheri. vox ipsa Græca satis indicat hoc nomine populos immunes dici. ideo Eleutheri Suessones: Eleutheri Cadurci Cæsari.

Elusates. *Le pays d'Euse en Gascogne.* Eorum olim Episcopatus, Elusa Novempopulaniæ. Vide Ausonianas lectiones Josephi Scaligeri; ubi traducitur sententia stultissima eorum, qui Elusates eosdem cum Foxensibus faciunt.

Essui, ignorantur.

## G.

GAbali. *Le pays de Givaudan*, quorum caput hodie urbs Mimatensis: *La ville de Mande en Givaudan.* Est civitas Episcopalis provinciæ Biturigum attributa. Nugantur qui hodie subjiciunt Arelatensi metropoli.

Galli. Quinam illi Cæsari, apparet ex initio libri primi Commentariorum ipsius de bello Gallico.

Garites in Novempopulania, sive Aquitania Cæsaris ignorantur; nisi sint Gavaritani hoc est, *le pays de Gavardan.*

Garoceli. Inalpini populi. Marlianus & Paradinus eos in monte *Mont Cenis* dicto, collocant, *Val de Martenne*, Vigenereo.

Garumna. Fluvius Celtas ab Aquitanis dividens. Ptolemæo Garyna est, *Garonne* hodie. Garumnos, hujus accolas, nominat Cæsar.

Garumni in Novempopulania, ignorantur.

Gebenna, & Gebennici montes, qui Arvernos ab Helviis separant. Cemmenus mons Ptolemæo. *Montagnes de Cevennes.*

Genabum. Civitas Aurelianorum Episcopalis, olim Carnutibus attributa, ævo Cæsaris. *La ville d'Orleans.*

Geneva. Allobrogum oppidum ad lacum Lemanum. Incolis *Geneve*: Helvetiis & Germanis *Genff.*

Gergovia. Distat horæ itinere à Claromonte civitate Episcopali Arvernorum, ubi quædam rudera & alia priscæ urbis vestigia extant: Vulgo locus dicitur Gergeoia, ut amici nostri nobis retulerunt.

Gergovia Bojorum. VIII Commentario de Bello Gallico manifesto suppositum à sciolis. Nam oppidum Bojorum, quod Vercingetorix expugnare decreverat, non nominatur, ut alia loca apud Cæsarem designantur potius, quam nominantur. Quare nullum est Bojorum oppidum nomine Gergovia.

Germania. Incolis *Teutschland*, exteris *Alemagne*.

Gorduni. in Belgis, ignorantur.

Grudii. in Belgis, ignorantur.

Grudii. Nerviorum clientes. *Launois* Marliano; *Brugge*, Flandriæ urbs, Becano; aliis Lovanium, seu, *Loven*.

## H.

HArudes, populi transrhenani, ignorantur.

Helvetii. satis à Cæsare descripti, *Schweitzer*, & *Eydgnosse*, incolis. *Suisses*, Gallis.

Helvii. Melius sine aspiratione. populi ad ripam sinistram Rhodani, quorum civitas Episcopalis Castrum Vivario. *Le pays de Vivarez*, & *la ville de Viviers*. Hic nugantur rerum Gallicarum scriptores.

Hercynia. Silva in Germania maxima. Orcinia Eratosthenis, teste Apollonii Scholiaste. Orcynium Ptolemæo. Hercynius saltus, & Hercynium nemus Plinio. Rhellicanus in Annotationibus ad Cæsarem, & cum eo fere Althamerus ad Tacitum, hæc de isto nemore adferunt: Unam eandemque esse silvam, veterum Bacenim, Martianam, Gabritam, Semanam & Hercyniam. Hodie vero diversis nominibus appellari. nam juxta Friburgum Brisgaviæ *Schwartzwalt*; prope Heidelbergam, *Odenwalt*; prope Herbipolim, *Steygerwalt*; ad Loniam autem prope Confluentiam, *Westerwalt*; prope Francfurdiam, *Speshart*: in Saxoniæ faucibus ad Mansveldensem ditionem, *Auff den Hartz*: denique à Thuringis, *Thüringerwalt*, & *Behemerwalt*, à Bohemis.

Hibernia. Insula maris Oceani Incolis *Erin*. Germanis *Yrland*. Scribuntur melius sine aspiratione Ibernia, & Ivernia, & Juverna.

## I.

ICcius Portus, Morinorum in Belgica navale, ut scribit Strabo; sed is Itium habet; ut etiam pleraque mss. Commentariorum Cæsaris. Hodie *Calais* est, ut Lhuydus ostendit: quam urbem vernaculo vocabulo *Petresse*, quandoque vocatam, scribit P. Oudegerst in suis Flandrorum Annalibus.

bus. Sunt qui S. Audomari fanum olim Iccium portum fuisse credunt, persuasi partim ex loci situ; qui cum valde humilis sit, præalta tamen littora urbem quodammodo cingunt, & sinum maris olim capacissimum fuisse indicant; partim ex vetusto urbis nomine, quo *Sithieu* vocitabatur, quasi dicas sinus Ithii. His addam distantiam, quæ est ab hoc oppido ad proximum Britanniæ insulæ continentem, ad amussim cum cccxx stadiis, quæ illi Strabo lib. 4. tribuit, hodie quadrare. tot namque stadia XIII milliaria nostratia efficiunt: quæ in hac distantia computantur. Cæsar eam XXX mill. pass. facit, Plinius quinquaginta. Dion lib. 39. sex millibus auget. Hunc portum videtur Plinius alio in loco Britannicum portum Morinorum vocare.

Jura, & Jurassus mons. *Le mont Juras.* in Burgundionum finibus.

L.

LAtobriges; finitimi Helvetiis. ignorantur.

Lemanus. Lacus Helvetiorum. Limene, in Ptolemæo, & Lausonius in Itinerario Antonini nominatur. Hodie à Gallis *Lac de Losanne*, & *de Geneve*, dicitur: à Germanis *Genfferſee.*

Lemovices in prima Aquitania. *Limosin.* Urbs Episcopalis Ratiastum, *Limoges.*

Lepontii. Rhætica gens Straboni, Helveticæ populi; apud quos Rheni fontes sunt Cæsari. *Rhynwalder*, summa Alpium habitantes, sunt Scudo. Lepontios Viberos nominat Plinius, qui Rhodani fontem accolunt. Forte *Suitenses* hodie dici putat Marlianus.

Levaci in Belgis. ignorantur.

Leuci. Belgæ. Eorum urbem vocat Ptolemæus Tullum; atque etiam Itinerarium Antonini. *Toul*, in Lotharingia, Marliano & Divæo.

Lexovii, vel Lexobii. Celtæ. *Lisieux* in Normanniæ Ducatu, ut Marliano & Vineto placet.

Ligeris, & liger, Celtarum flumen maximum. *Loire.*

Limonum. Oppidum inter Mediolanum Santonum; & Augustoritum Pictonum, VIII Commentar. de Bello Gallico. Ptolemæo, Antonino, ignoratur.

Lingones Celtæ. Longones habet Ptolemæus. Ligonicam urbem nominat Greg. Turonensis. *Langres* hodie.

Lutetia. Oppidum Parisiorum in insula Parisiorum, ubi

hodie sedem regiam *Paris* locant, Lucotecia Ptolemæo, & Leucetia Juliano, in Misopogono, est.

M.

MAgetrobia in Celtis, ignoratur.

Mandubii. Celtarum populi, quorum caput Alexia, in Ducatu Burgundico, ut putat Marlianus.

Marcomanni. Germaniæ populi, qui cum Ariovisto Galliam invaserant. *Mehren* hodie est Dubravio & aliis.

Matisco. Æduorum ad Ararim civitas. *Mascon*.

Matrona. Galliæ fluvius, Celtas à Belgis disterminans, hodie *Merne*.

Mediomatrices. Belgæ, quos *Westreicher* appellat Rhenanus. eorum metropolis *Metz* dicitur, in Lotharingia.

Mediomatrices. Eorum urbs Episcopalis Divodurum, *la ville de Metz*.

Menapii, Brabantiæ & Flandriæ maritimi populi.

Metiosedum ter nominatur à Cæsare. Posteris temporibus Melodunum dictum. Hodie *Melun*.

Metiosedum, aut Josedum, ad Sequanam oppidum, Marliano *Corbeil* est.

Mona. Inter Angliam & Hiberniam Insula. dubium an illa quæ medio cursu inter utramque (ubi & Cæsar collocat) quæque hodie *Menau* ab incolis, & *Man* ab Anglis vocatur: an illa quæ proximior Angliæ, quæque *Mon*, & ab Anglis *Anglesey* dicitur.

Morini. quorum caput Taroana, urbs Episcopalis, sed nunc solo æquata. Retinet nomen, *Terouane*.

Morini. Belgæ. *Teroanne* indicant Marlianus & alii. Bovillus *Monstreuil*.

Mosa. Galliæ Belgicæ celebris fluvius. Gallis hodie *Meuse*, Germanis *Maese*.

N.

NAnnetes, vel Namnetes, Ναμνῆται Ptolemæo, quorum urbs Episcopalis Condivienum. *La ville de Nantes*.

Nantuates inter Veragros, & fines Genevensium, secundum ripam Lemani. Longe fallit eos suum judicium, qui monasterium, Nantua, inter Lugdunum & Genevam situm, idem cum Nantuatibus faciunt. Diversæ enim sunt regiones. Neque ubi blanditur aliqua similitudo nominum, statim sine delectu de re proposita pronunciandum.

Narbo, Provinciæ Romanorum urbs, à qua & Gallia Nar-

Narbonensis nomen servat, *Narbone.*

Nemetes. Ad Rhenum populi. Rhenano & aliis *Speir*, ubi Camera Imperialis.

Nemetocerna in Belgis. ignoratur.

Nervii. quidam Tornacenses putant: Sed Cæsar ultra fines Tornacensium eos statuere videtur.

Nitiobriges. Populi secundæ Aquitaniæ, quorum civitas Episcopalis Aginum, *Agen. La Seneschaucée d'Agnois.* Mira fuit omnium inscitia hactenus, qui Mompelienses faciunt, quasi in Provincia Narbonensi bellum gesserit Cæsar. Errant itinere septem dierum.

Noricum regio & Norica urbs, in Germania. hodie forte Norimberga.

Noviodunum Æduorum. Civitas Nivernensium, ut est in Notitia manuscripta. Est urbs Episcopalis. *Le Duché de Nivernois: la ville de Nevers.*

Noviodunum Belgarum. Civitas Episcopalis. *Noion.* Dicta fuit etiam Noviomagus. Nam in Synodis, & Gestis Francorum dicitur *Noviomum*, unde Gallicum nomen formatum. Sic ex Rigomago, Rigomum, *Rion*; ex Rotomago, Rotomum. *Rouën.*

Noviodunum Biturigum, ignoratur.

## O.

OCelum. Cæsari & Straboni in Alpibus oppidum, quod Villanovanus & Varrerius *Oulx* appellari ajunt (*Ours* Itali dicunt) *Isilles* vocat Simlerus. *Esilles* Vigenereus. *Novalesiam* interpretatur Marlianus; & *Chielano* Castilioneus: sed male, ut docet Varrerius. Non esse idem cum Oscella Ptolemæi, quod in Lepontiis ponit, ostendit Scudus erudite.

Octodorus. Veragrorum vicus S. Mauritii hodie, inquit Marlianus, *Martenach*, Vallesia vallis, Rhenanus & Scudus.

Osisini, vel melius Osismii. iidem qui Plinio Osismii: quosque Timios vocat Pithœus apud Strabonem, cui etiam Sismii sunt. ad mare Britannicum populi. *Landriguet* nominat Cœnalis.

## P.

PÆmani in Belgis, ignorantur.

Parisii. Ad Sequanam populi. hodie proprie *l'Isle de France*, & caput ejus *Paris.*

Petrogorii. In secunda Aquitania. *Le pays & Seneschaucée de Perigort.* Urbs eorum Episcopalis in duas partes divisa,

in oppidum, & civitatem. Oppidum antiquitus Vesuna. Hodieque nomen retinet, ubi Episcopium. Civitas à populo nomen hodiernum nacta *Periguens* dicitur.

Pictones. In secunda Aquitania. *Le pays de Poitou.* Latissime patet. Urbs Episcopalis Augustoritum: *la ville de Poitiers.* Amplissima & florentissima civitas.

Pleumosii. in Belgis. ignorantur.

Preciani. in Novempopulania ignorantur.

Provincia Romanorum, ea Galliæ pars quæ etiam Narbonensis dicta. pars hodie nomen retinuit, *Provence.*

Pyrenæi. Pyrenæus saltus. Montes altissimi, qui Galliam ab Hispania separant. *Los Pyreneos* Hispani in universum vocant. partes tamen separatim diversa nomina sortiuntur.

R.

RAuraci. Ad Rhenum populi, Helvetiis vicini. *Basler* sunt Scudo, id est, Basiliensis territorii incolæ.

Rhedones. in Aremoricis. urbs eorum Episcopalis Condate. *La ville de Rhenes en Bretagne.*

Rhemi. Urbs Archiepiscopalis eorum Durocortorum: *la ville de Reims.*

Rhenus. Fluvius notissimus Galliam à Germania separans. Germanice *Rhyn.*

Rhodanus. Galliæ celebris fluvius, Provinciam Romanorum à Celtis dispartiens, *Rhosne* hodie.

Ruteni. in prima Aquitania. *La Seneschaucée de Rouergue.* Urbs eodem Episcopalis Segodunum, *Rodais.*

S.

SAbis, Belgicæ fluvius: Mosam influens. *Sambre.*

Samarobriva. *La ville d'Amiens.* Civitas Ambianorum Episcopalis. Multa multi de hac deblaterarunt ineptissime.

Santones. In secunda Aquitania. *La Seneschaucée de Saintogne.* Urbs eorum Episc. Mediolanum. *La ville de Sainctes.* Inepte quidam libri per X Xantones.

Scaldis. Hic Ptolemæi Tabula. Fluvius Belgicæ, nomen servans, apud Teutones *Schelt*, Gallos *l'Escault.*

Seduni. Galliæ populi, Alpibus vicini, *Vallesia* superior. item Sedunum metropolis, *Sion* Sabaudica lingua, & Germanica *Sitten.*

Sedusii inter Germanos. ignorantur.

Segni. in Belgis. ignorantur.

Segontiaci. Angliæ insulæ populi, à Glareano *Sengerer* nomi-

minantur. Apud Belgas fuisse putat Camdenus, in tractu *Holeshot* nunc dicto.

Segusiani. *Le pays de Forés.* quorum duæ Urbes, Forum Segusianorum. *Fours en Forés.* Unde Fores vulgare nomen, tanquam Forescces, id est, Forenses. Altera urbs Rodumna. hodie vicus celeberrimus ad Ligerim, *Roüane.* Ptolemæus Lugdunum ponit in Segusianis, non bene.

Senones. vide Agendicum.

Sequana. Straboni Sequanus. flumen inter Celtas & Belgas. *Seine.*

Sequani. *La Franche Comté.* Maxima Sequanorum civitas & caput Visontio, *Besançon.* Civitas Imperialis extra territorium Comitatus Burgundici.

Sesuvii. in Aremoricis. ignorantur.

Sibutzates. in Aquitania Cæsaris, sive Novempopulania. ignorantur.

Sicambri. Belgicæ populi. Olim fuisse videntur (ut Marliano placet) ubi hodie Gelriæ Ducatus est, inter Mosam nempe & Rhenum fluvios. Ptolemæo tamen (apud quem Syngambri scribuntur) sunt ab altera parte Rheni; cui subscribit Suetonius in Augusto. Zutphaniæ Comitatum eos obtinuisse nonnulli volunt. Sugambros Strabo: atque ita plerumque vett. codic. Junius in Batavia putat, Sigem oppidum, *Sigemburch* arcem, & *Sigemberch* cœnobium, in Bergensi Comitatu, gentis servare nomen.

Sotiates. in Novempopulania *Sots* hodie vocatur. Oppidum in edito colle positum patrimonii Ecclesiæ Metropolitanæ Ausciorum.

Suessones. *Suessons.* Urbs eorum Episcopalis Augusta Suessonum.

Suevi. Maximam Germaniæ partem obtinebant parum adhuc cognita ipsorum regio tempore Cæsaris. Hodie qui *Schwaben* appellantur, procul dubio partem tantum veteris Suevorum dominii obtinent.

## T.

TAmesis. Ptolemæi Jamissa, maximus Angliæ fluvius. Incolis hodie etiamnum *Thames* scribitur; sed *Thems* pronunciant.

Tarbelli. Ultimi populi Novempopulaniæ, sive Aquitaniæ Cæsaris, ad Aturri fluminis ripas. Eorum duæ urbes Episcopales, Aquæ Tarbelsicæ, *Aqs*; & Bajona Lapurdensium,

sium, *Bajone au pay de Labourd.* Cave confundas cum Tarba Bigerronum, quæ longe hinc distat. quod fecit Ortelius. Vide Ausonianas lectiones Josephi Scaligeri.

Tarusates. in Aquitania Cæsaris ignorantur. Quidam volunt esse Tursam Episcopalem urbem in Ausciorum provincia, quæ nulla est in rerum natura, neque ullus Episcopatus eo nomine in omni Vasconia. *Tursan* quidem est Vicecomitatus patrimonii illustris gentis Labretiorum. Sed Tursam cum Tarusatibus idem facere, hoc est divinare, & fortasse delirare.

Taurentum in secunda provincia Narbonensi. ignoratur. Qui Telonum dicunt esse, non meminerunt Telonum esse vetustam urbem, neque potuisse dici Taurentum, si quidem Telonum vocata est.

Tectosages. Hi apud Cæsarem Germani sunt (nam & hoc nomine populi fuere in Gallia) circum Hercyniam silvam. Nicri fluminis ripam eos accoluisse putat Rhenanus. ubi adhuc hodie vetusta arx est *Teck* dicta. Fulvius Ursinus in Cæsare, Volcæ legit, pro Tectosages. Volcæ Tectosages alii; nec absurde.

Tenchtheri. aliis Thenchtheri, Appiano Tanchari, Plutarcho Tenterides, Tingri Ptolemæo. Germaniæ populi. Apud Willichium sunt, qui hodie prope Rhenum, Luppiam & Lonam fluvios accolunt, ubi sunt plerique Hessi, & nonnulli Franci. H. Junio sunt qui Drentham incolunt, non abludente vocabulo.

Tigurinus pagus. Ejus caput & urbs olim fuit Aventicum, vulgo *Avenches*, ut indicat vetus inscriptio, quæ Aventici extat, in qua legitur GEN. PAG. TIGOR. hoc est, Genio pagi Tigorini. & urbs ipsa dicitur Aventicum Helvetiorum in alia inscriptione.

Tolosates. Populi Narbonæ finitimi: nomen retinuere, *Thoulouse.*

Treviri Cæsari, Tribori Ptolemæo. Triberi in Lib. Not. Belgicæ populi, qui hodie *Trierische* possunt uppellari, à metropoli *Trier.*

Triboces. Ita Cæsari. Ptolemæo Tribocci. Germaniæ populi; qui hodie *Elsasser* Pyramio; *Strasburgher*, ab eorum metropoli Rhenano nominantur. Oswaldo autem Molitori *Zun dreyen buchen*, vocantur. pagus est Alsatiæ non male ad Tribocci vocem alludens.

Tri-

Trinobantes, vel Trinovantes, Angliæ populi. Hodie sunt, ut Lelandus & Lhuydus affirmant, territorii Londinensis. etiam Nevyllius; qui tamen latius extendit, & illis *Essex* & *Middelsex* adscribit.

Tulingi. Celtæ Helvetiis finitimi. *Lothringer*, ut Germani pronunciant, vel *Lorainois*, ut Galli, Marliano & Rhellicano sunt. *Stulingen* & *Nellenburg* Comitatus Scudo.

Turones. Eorum urbs Archiepiscopalis Cæsarodunum. *Tours*. Apud Ptolemæum male legitur Τυρύπιοι pro Τυρόνιοι.

V.

VAngiones. Germaniæ populi ad Rhenum. *Wormischer Bisthumb*, B. Rhenano & Lichtenavio. Sed contra affirmat Pirchaymerus Vangiones esse Spirenses, Nemetes vero Wormatienses. Sig. Gemblacensis tamen, qui ante annos scripsit circiter quingentos, Wormatiam Vangionum urbem vocat, eandemque Vangionum Speculam aliquando vocatam, ex antiqua ibidem inscriptione colligit Joannes Heroldus.

Ubii. Germaniæ populi, qui & Agrippinenses Tacito, ubi & hodie Colonia Agrippina. *Ubich* pagus in agro Juliacensi forte horum nomen servat.

Velauni. Pagus Velaunensis. *Le pays de Velai.* Eorum urbs Episcopalis Anicia. *Le pui en Velai. Le pui nostre Dame. Nostre Dame du pui.*

Vellaunodunum, Senonum oppidum, hodie *Auxerre* Cœnali. Sed Vigenereo *Casteaulandon*; aliis *Villenewve en Loraine.*

Velocasses. vide Bellocasses.

Veneti. Inter Armoricos, *Vannes* hodie in Britannia minori.

Veragri. Quorum urbs Octodorus. vide Octodorus.

Verbigenus. Pagus Helvetiorum. ignoratur.

Veromandui. Eorum urbs Augusta Veromanduorum (*S. Quentin Vermandois*) Ptolemæo, & in Martyrologia.

Vesontio. Metropolis maxima Sequanorum. vide Sequani.

Vienna. Allobrogum ad Rhodanum urbs, sub Medulis. *Vienne* hodie.

Unelli. ignorantur.

Vocates. in Novempopulania. ignorantur.

Vocontii. Eorum duæ civitates Episcopales, Dia Vocontio-

tiorum, *Die en Daulfiné.* item Vaſio Vocontiorum, *Vaiſon au Contat de Veniſſe.*

Vogeſus. Mons in finibus Lingonum, unde Moſa profluit, *Mont de Faucilles* dicitur Vineto.

Volcæ. vide Arecomici.

Uſipetes. Germaniæ populi, quos Plutarchus in vita Julii Huſipas vocat. Rhellicano ſunt intra Rhenum & montes in Haſſia, in eo loco qui *Hochrug* appellatur. Hos Uſipetes, putat Willichius eoſdem eſſe cum Uſipiis Taciti & Veſpiis Ptolemæi; item Syſipetibus Appiani. Uſipii tamen & Uſipetes ſunt apud Tacitum diverſi populi. Nuſipi ſunt Straboni, ut cenſet H. Junius in ſua Batavia, ubi eos *Zutphen* hodie vocari, quidquid alii dicant, adfirmat. Viſpos Ptolemæi alios eſſe ab his, docent ejus tabulæ.

Vahalis, ſive Walis. Batavorum fluvius, aut potius pars Rheni. *Wael* hodie dicitur. Tacitus Nabaliæ fluminis etiam meminit. ſed, Vahalis, ibi quoque legunt.

Uxellodunum in finibus Cadurcorum primæ Aquitaniæ, in prærupto colle, qui Duranio flumini imminet, ſitum. Hodie nomen retinet. Incolis *Lopuech d'Uſſoldun*, id eſt, Podium Uxelloduni. Ibi quotidie effodiuntur multi nummi veteres. quædam etiam monumenta venerandæ vetuſtatis extant. Situm eſt in territorio oppidi Martelli. Fons etiam ille, de quo mentio fit in ejus oppugnatione Commentario VIII, oſtenditur à ruſticis, qui, mirum dictu, per manus traditum à majoribus habent, Uxellodunum à Cæſare obſeſſum & vix tandem expugnatum fuiſſe. Ridiculi ſunt, qui *Cadenac* interpretantur. Vide Duranium.

JO-

# JOSEPHI JUSTI SCALIGERI
JUL. CÆS. FIL.

# NOTITIA GALLIÆ.

*Item*

## EJUSDEM NOTÆ

Super appellationibus locorum aliquot, & Gentium apud

## CÆSAREM.

*Vulgatis castigatiores & auctiores ex ipso Scaligeri autographo editæ.*

Ex Musæo

PAULI TERHAARII

AMSTELODAMÆI.

# JOSEPHI SCALIGERI
# NOTITIA GALLIÆ.

Nte tempora Augusti, qui de imperii Romani Provinciis scripserunt, in divisione Galliarum nunquam provinciam Narbonensem comprehendunt, quæ intra Alpes, Jurassum montem, Cebennas, Tarnim fluvium, Garumnam, Pyrenæorum initium, & mare Massilioticum continebatur. Itaque quum apud illos scriptores Galliarum mentio occurrit, excipe semper Narbonensem, si res gestæ ante imperium Augusti memorantur. Et quidem unus omnium Romanorum C. Cæsar, ut Gallias arbitrio armorum subegit, ita etiam suo illas divisit; in Belgas à Reno, ad Sequanam: hinc ad Garumnam, in Celtas: quod reliquum est, intra Garumnam, Pyrenæos, & mare Oceanum, in Aquitanos. Sed hæc tertia pars, cum alterutra priorum comparata, adeo exigua visa est, ut alia divisio instituenda fuerit. Itaque Augustus non solum illam divisionem castigavit, sed in nova Galliarum divisione instituenda etiam Provinciam Narbonensem complexus est; quicquid intra Alpes, mare mediterraneum, & Oceanum, & Renum continetur, uno Galliarum nomine comprehendens, & quicquid intra illos fines situm est, in decem & septem Provincias partitus est, Belgicam primam, Belgicam secundam, Germaniam primam, Germaniam secundam, Lugdunenses quatuor, Maximam Sequanorum, Viennensem, Alpes Graias & Pœninas, Alpes maritimas, primam Aquitaniam, secundam Aquitaniam, Novempopulaniam. Postea Constantinus Magnus institutis quatuor præfectis prætorio, duobus in Oriente, totidem in Occidente, alterum Occidentis in urbe Roma, alterum in urbe Treverensi collocavit, qui præfectus prætorio Galliarum vocatus fuit. Et quia per occupationes Imperii in illis urbibus perpetuo hærere illis non licebat, vicarii aliquot eis attributi sunt, qui eâdem potestate provinciis jus redderent. Præfecto igitur prætorii Galliarum tres vicarii dati. Primo sedes data Treveris, secundo Lugduni, tertio Viennæ. Itaque ut horum vicario-

rum magna erat auctoritas, ita urbium quoque, in quibus ſedem habebant, maxima claritas. Treverenſi vicario parebant primæ & ſecundæ Germania & Belgica, & tota Britannia inſula. Lugdunenſi, quatuor Lugdunenſes, cum maxima Sequanorum. Viennenſi primæ & ſecundæ Narbonenſis & Aquitania. Alpes Graiæ & Pœninæ, Alpes maritimæ, Novempopulania. Totum hoc, quod unius vicarii juriſdictioni ſubjacet, Latini quomodo deſignarint, non memini: ſed Græci ἐξαρχίαν, διοίκησιν, πατριὰν vocant. Regnorum vices multa in hac diviſione immutarunt, ſed ſtatûs Eccleſiaſticus tam in Oriente quam in Occidente ejus integra veſtigia hactenus retinuit. Nam civitates, quæ provinciis nomina fecerunt, μητροπόλεις vocant: & ſi in eis ſedes fuerit vicarii, quem ἔξαρχον vocabant, eas non ſolum μητροπόλεις, ſed & ἐξαρχίας & πατριαρχίας vocant: & præſules earum ἐξάρχους καὶ πατριάρχας. reliquos μητροπολίτας, καὶ ἀρχιεπισκόπους, qui ſub ſe tantum ἐπισκόπους habent: nam οἱ ἔξαρχοι ſub ſe præter epiſcopos μητροπολίτας habent, μητροπολῖται vero tantum ἐπισκόπους. In Eccleſia Latina Archiepiſcoporum & nomen & jus manet, & juriſdictio Canonica in ſuos epiſcopos ſuffraganeos, ſed ἐξάρχων nulla veſtigia extant: niſi forte quædam umbra ejus fuerit, quod metropolita ſive archiepiſcopus Viennenſis primatem primatum ſeſe vocat. Eo enim oſtendit ſub ſe primates habuiſſe, qui ſub eo eſſent, Narbonenſem primatem Provinciæ, Bituricenſem primatem Aquitaniæ. Aliter quomodo aut quo jure primas primatum diceretur, niſi ratione diœceſeos Vicarii Viennenſis præfecti prætorio, qui ſeptem provincias ſub ſe habebat, in quibus prima Narbonenſis, & prima Aquitania? Quod vero Lugdunenſis primatem ſeſe vocari gaudeat, nuperum & novitium eſt, & illi ex beneficio Pontificis Rom. indultum. neque tamen novum eſt. Nam Guilielmus Brito in ſuo Philippeide ita canit:

*Et Lugdunenſis, quo Gallia tota ſolebat,*
*Ut fama eſt, Primate regi.*

At primas primatum antea dici jure non potuit, quia nullam primam provinciam ſub ſe habebat. Viennenſis primas quidem primatum vocari vult, ſed cauſſam tam ille, quam omnis eccleſia ignorat. Hæc diviſo Galliarum, ut omnium antiquiſſima, ita certiſſima nobis ſequenda erat, neque ulla melior quærenda à nobis erat, ſi integræ illæ ἐξαρχίαι adhuc fini-

finibus Regni Francorum continerentur, ut olim sub Karolo Magno, & ejus filio, & nepotibus. Sed quia ex illo amplissimo imperio multæ Provinciæ detractæ sunt, alia nobis tributio instituenda. Galliæ igitur sive Franciæ imperium octo tribunalibus temperatur, quæ jus reddunt provinciis suis, à quibus Tribunalibus provocatio non est. Quorum & majestas augustissima est, & auctoritas sacrosancta. Parlamenta Galli idiomate suo vocant. Non possumus meliorem nostræ partitionis rationem inire, quam si in octo hæc Parlamenta omne Francorum regnum dividam, & ea in Provincias suas. Per Provincias autem non, ut hodie à regibus instituuntur, quia quot reges, tot mutationes provinciarum & nomina, aut regimina eorum oriuntur: Sed per diœceses Ecclesiasticas & Episcopatus procedet divisio nostra: quia hoc modo non discedemus à prisca Romani imperii notitia. Quod si quidam novi episcopi instituti sunt, aut Metropolitæ, hoc non nocet veteri Romanæ dispositioni: modo constet unde illi episcopatus abscissi sint. Nam certum est, quum episcopatus novi instituuntur, veteres minui tantum, quantum ex illis abscissum in novam diœcesim confertur. Vetustissimum igitur Tribunal Parisiense est, idque primo unicum in regno fuit, & reliqua ad ejus exemplum posterioribus temporibus instituta.

## Sub Parisiensi Parlamento Diœceses sunt xxx. in his Episcopatus xxv, Archiepiscopatus quinque.

*Episcopatus octo, suffraganei Remensi Metropolitæ, sive Archiepiscopo.*

I. *Laudunensis.* Dux & Par Franciæ, olim Laudunum Clavatum vulgo *Laon.*

II. *Catalaunensis.* Comes & Par Franciæ. *Chaalon.*

III. *Suessonensis.* Olim Augusta Suessonum. *Soissons.*

IV. *Morinensis.* Teroana Morinorum. Retinet nomen, quanquam deleta à Carolo V. ejus episcopalis sedes Bononiam translata, ubi est navale veteribus Gessoriacus dictum.

V. *Ambianensis.* Samarobriva Ambianorum. *Amiens.*

VI. *Noviomagensis.* Comes & Par Franciæ. *Noion.* Noviomagus Vadicassium Ptolemæo. (vulgo Ecclesiasticorum Noviomus dicitur per compendium, ut Tresses pro Tricasses.)

VII. *Silvanectensis. Senlis.* Silvanectum.

VIII. *Bellovacensis.* Cæsaromagus Bellovacorum. Comes & Par Franciæ. *Beauvais.*

*Septem Episcopatus sub Metropoli Senonensi.*

IX. *Parisiensis.* Lutetia Parisiorum. Caput totius Francorum regni.

X. *Carnutensis.* Autricum Carnutum. *Chartres.*

XI. *Aurelianensis.* Genabum Aurelianorum. *Orleans.* Inepte vocant Aureliam. Temporibus C. Cæsaris hæc urbs Carnutibus accensebatur, & Autrico parebat.

XII. *Nivernensis. Nevers.* Noviodunum Nivernensium.

XIII. *Autissiodorensis. Ausserre* Autissiodorum.

XIV. *Tricassensis.* Augustobona Tricassium. *Trois en Champaigne.* Vulgo Ecclesiastico Tresses corrupte, ut Noviomus pro Noviomagus.

XV. *Meldensis.* Jatinum Medorum. *Meaux.*

*Quatuor Episcopi sub Metropoli Burdigalensi.*

XVI. *Pictaviensis.* Augustoritum Pictorum *Poitiers.*

XVII. *Maleacensis.* Novus Episcopatus ex Monasterio, delibatus ex diœcese Pictaviensi. *Maillezês.*

XVIII. *Luxonensis.* Lusson. Novus Episcopatus ex Monasterio, detractus ex Pictaviensi.

XIX. *Enculisma.* Ausonio Eculisma. *Engoulesme.*

*Duo Episcopatus sub Metropoli Turonensi.*

XX. *Andegavensis. Angiers.* Juliomagus Andicavorum. in Ptolemæo excusum est ἀνδικαῦγαι, pro ἀνδικαῦαι.

XXI. *Cenomanensis. Le Mans.* Vindicum Aulercorum Cenomanorum.

*Duo Episcopatus sub Metropoli Bituricensi.*

XXII. *Claromontensis. Clermont.* Augustonemetum Alvernorum. Sidonio ejus urbis Episcopo dicitur tantum Alvernum.

XXIII. *Sancti Flori. Sainct Flour.* Novus Episcopatus, delibatus ex Claromontensi.

*Duo Episcopatus sub Metropoli Lugdunensi.*

XXIV. *Lingonensis. Langres.* Dux & Par Franciæ. Andomatunum Lingonum.

XXV. *Matisconensis. Mascon.* Matisco Eduorum. Cæsar in extremo Commentario VII.

*Quinque Metropoles, sive Archiepiscopatus.*

XXVI. *Remensis.* Dux & primus Par Franciæ. Secunda Belgica. Durocortorum Remorum *Reims.*

XXVII. *Senonensis.* Agendicum Senonum. Quarta Lugdunensis. *Sens.*

XXVIII.

XXVIII. *Bituricensis.* Primas Aquitaniæ. Avaricum Biturigum Cuborum. Prima Aquitania. *Bourges.* In Decreto Gratiani vocatur Patriarcha, & aliquando legimus hunc titulum ipsos Bituricenses Præsules usurpare. Sed Forojuliensis Episcopus ipse quoque vocatur Patriarcha. In vetustissimis Annalibus Franciæ: *Paulinus Patriarcha Forojuliensis obiit.*

XXIX. *Turonensis.* Tertia Lugdunensis. *Tours.* Cæsarodunum Turonum. In Ptolemæo male excusum est Τυρύπιοι, pro Τυρόνιοι.

XXX. *Lugdunensis.* Lugdunum Segusianorum. Prima Lugdunensis. *Lion.* Hodie primatus Cleri Gallicani.

Tribunal Tolosanum amplissimum institutum à Rege Karolo VII, habet sub se diœceses unam & triginta, Episcopatus in his XXIIX, Archiepiscopatus tres.

*Sub Metropoli Narbonensi Episcopatus novem.*

I. *Nemausensis.* Nemausus Volcarum Arecomicorum. *Nismes.*
II. *Ucetiensis. Usetz.* Ucetensium civitas.
III. *Lutevensis.* Luteva. *Lodeve.*
IV. *Sancti Pontii Tomeriarum. Sainct Pont de Tomieres.*
V. *Aletensis. Alet.* pro quo in Decreto & Decretalibus aliquando perperam editum est, *Arelatensis.* civitas Aletensium.
VI. *Magalonensis. Mompelier.* ab insula Magalone, ubi prius fuit sedes Episcopalis, in Volcis Arecomicis.
VII. *Bitierensis. Besiers.* Bitieræ, aut Biteræ Septimanorum in Arecomicis. Ptolemæo βαιτίραι.
VIII. *Agathensis. Agde.* ἀγαθὴ τύχη. à Massiliensibus Græcis condita in Volcis Arecomicis.
IX. *Carcassonensis. Carcassone.* Carcasso Volcarum Tectosagum.

*Sub Metropoli Bituricensi Episcopatus septem.*

X. *Mimatensis. Mende.* Vicus Mimates Gabalorum, vel Gabalitanorum, *Mende de Givauldan.* Nam syllabam GA primam in vocibus Galli mutant in GI, Gabalitanum, *Givauldan:* Gabalum, *Gibet:* Garumna, *Gironde:* quam etiam Gerunnam vocat Guilielmus Brito in sua Philippeide: *Quum post retrofluum pelago crescente Gerunnam.*
XI. *Castrensis. Castres.* Episcopatus novus.

XII. *Albigensis. Albi.* Civitas Albigensium.

XIII. *Aniciensis. Le Pui en Velay.* Civitas Velaunorum.

XIV. *Rutenensis. Rodés.* Segodunum Rutenorum.

XV. *Vabrensis. Vabres.* Novus Episcopatus ex Monasterio, abscissus à Rutensi.

XVI. *Cadurcensis. Caors.* Divona Cadurcorum.

*Sub Metropoli nova Tolosa, septem novi Episcopatus ex Monasteriis, detracti de diversis; partim singuli de singulis, partim singuli de pluribus.*

XVII. *Apamiensis. Pamiers.*

XVIII. *Mirapicensis. Mirepoix.*

XIX. *Sancti Papuli. Sainct Papoul.*

XX. *Montalbanensis. Montaulban.*

*Sainct Theodard de Montaulban.*

XXI. *Vaurensis. La Vaur.*

XXII. *Rivensis. Rieus.* Rivi. Rivense Monasterium.

XXIII. *Lombariensis. Lombés.* Lombariense monasterium.

*Sub Metropoli Auscorum quatuor Episcopatus.*

XXIV. *Convenensis. Sainct Bertrand de Cominge.* Lugdunum Convenarum olim ab exercitu Guntchranni Regis dirutum, & ex ejus ruinis Sancti Bertrandi Fanum in valle Capraria constructum.

XXV. *Consarannensis. Sainct Legier de Conserans.* Civitas Consarannorum.

XXVI. *Tarbensis. Tarbe.* Tarba Bigerrònum. In notitia Provinciarum Galliæ male editum *Turba.*

XXVII. *Lactoratensis. Laictoure.*

*In Metropoli Viennensi Episcopatus unicus.*

XXVIII. *Vivariensis.* Castrum Vivario Albensium, vel Elvensium. *Viviers.* Apud Cæsarem hactenus omnes interpretati sunt Albigenses. At Albigenses sunt in Aquitania ad flumen Tarnim. Albienses, vel Elvienses ad Rodanum. In Notitia Provinciarum Galliæ sub provincia Viennensi prima *Civitas Albensium, hoc est, Belisio.* Ridiculum est. Nam scripti libri habent, *Civitas Albensium, nunc Vivario.* Cæsar profecturus in Gallias per Albenses transivit in finibus provinciæ Romanorum. Atqui, ut diximus, Albigenses non erant in provincia Romana. Apud Plinium Alba Helviorum est, quæ hodie *Aubenas* vocatur in Vivariensi diœcesi, Ptolemæo ἀλβαύγυστα ἑλικωκίων. vocat Helicocios, quos Latini Helvios. *Aubenas* autem est nomen plu;

pluralis numeri Albanates, ut à Tolosa Tolosates, à Nola Nolates in veteri inscriptione.

*Metropoles tres.*

XXIX. *Narbonensis. Narbone.* Narbo Martius. Prima Narbonensis. Secunda Viennensis.

XXX. *Auscensis.* Augusta Auscorum; Novempopuli. Civitas Novempopulania. *Auch.* inepte vulgo Ecclesiastico Auxitanus Archiepiscopus pro Ausciorum, aut Auscorum.

XXXI. *Tolosa*, nova Metropolis detracta metropoli Narbonensi. Novempopuli, à quibus nominata est, sunt hi: Convenæ, Consaranni, Bigerrones, Lactoratenses, Vasates, Eloronenses, Lascarienses, Tarbelli, Atyrenses. Nam Lapurdenses comprehenduntur sub Tarbellis. Vide Extravagantes. Tolosa Volcarum Tectosagum.

Gratianopolitanum Tribunal à Karolo VII institutum septennio postquam Tolosanum institutum: vulgo *Parlamentum Delfinatus.* Habet diœceses septem: in his Episcopatus quinque, Archiepiscopatus duos.

*Sub Metropoli Viennensi Episcopatus tres.*

I. *Valentinus. Valence.* Valentia Segalaunorum, non autem Cavarum, ut est apud Plinium.

II. *Diensis. Die.* Augusta Dia Vocontiorum in veteribus inscriptionibus. Hæ duæ diœceses ab uno Episcopo reguntur: & tamen separatæ sunt: neque altera alterius jura usurpat. In aliis codicibus dicitur Dea, non Dia: & in Notitia Provinciarum ex vestigiis priscæ lectionis videmur odorari *Civitas Deensium*: ubi hodie vitiose excusum *Civitas Athensium*, & omnino Deensium legendum, ut diximus: quia alioquin hæc Civitas desideraretur.

III. *Gratianopolitanus. Grainoble.* à Gratiano imperatore ita dicta, quum antea Cularo vocaretur, ut in duabus egregiis inscriptionibus legimus. In epistola Planci ad Ciceronem, quæ incipit NUNQUAM MEHERCULE, in fine ita editum vulgo: *Octavo Eidus Junias, Civarone, in finibus Allobrogum.* Ubi legendum *Cularone.* In Notitia imperii ita excusum est: IN PROVINCIA GALLIA RIPANENSI: *Tribunus cohortis primæ Flaviæ Sapaudiæ Calaronæ.* Ubi legendum quoque *Cularonæ*, aut *Cularone.* Gratianopolis igitur est sedes amplissimi Senatus Delfina-

finatensis ad flumen Isaram sita ; Cujus fluminis non semel meminit Plancus ad Ciceronem. Territorium illius urbis, vel potius ager suburbicarius vocatur *Graisivodan* à vulgo Delfinatium, voce corrupta ex Gratianopolitano.

*Sub nova Metropoli Arelatensi unus Episcopatus.*

IV. *Tricastinensis. Sainct Antoine de Tricastin.* Augusta Tricastinorum. aliam civitatem ponit Ptolemæus, Juliomagum Tricastinorum.

*Sub Metropoli Aquensi unus Episcopatus.*

V. *Vapincensis. Gap.* Vapingum. Territorium dicitur *Gapençois.*

*Duæ Metropoles.*

VI. *Viennensis. Vienne.* Vienna Allobrogum. prima Viennensis.

VII. *Ebrodunensis. Ambrun.* Ebrodunum Alpium maritimarum. Quarta Viennensis. Ebrodunum Caturigum. Aliud est Ebrodunum in finibus Helvetiorum, *Iverdun.*

Tribunal Burdegalense institutum primo à Karolo VII; annis quatuor post Tolosanum. Quum autem per populares factionis Anglicæ rebellassent Burdigalenses, armis iterum à Karolo Burdegala recepta, multati sunt privilegiis suis, & Tribunali, & à decuria Senatus Parisiensis tamdiu recti sunt, donec Ludovicus XI iterum tribunal restituit. Hinc factum, ut Senatus Burdigalensis, qui antea tempore Gratianopolitanum antecedebat, nunc posterior sit, & quartus in ordine supremorum Senatuum Galliæ. Habet sub se Episcopatus undecim, metropolim unam, ipsam scilicet Burdegalam.

*Sub Metropoli Auscorum Episcopatus quatuor.*

I. *Baionensis. Baionne.* Baiona Lapurdensium in Tarbellis. Nam totus ille tractus Syrtium, quas Landas vocant, dicitur Lapurdum Sidonio: hodie *Labord.*

II. *Aquensis. Aqs.* Aquæ Tarbellicæ. Aquæ Tarbellorum.

III. *Vasatensis. Basats.* Vasconice, B, pro *V*, Cossio Vasatum.

IV. *Adurensis. Aire.* Atyrensium civitas, vel Aturensium, à flumine Atyro, vel Aturo, vide Lectiones Ausonianas.

Sub

*Sub Metropoli Burdigalensi Episcopatus quinque.*

V. *Xantonensis. Saintonge.* Mediolanum Xantonum, vel Santonum.

VI. *Petrocoriensis. Perigueus.* Vesuna Petrocoriorum. etiam hodie vetus oppidum illius Civitatis vocatur Vesuna: & turris vetustissimæ structuræ.

VII. *Sarlatensis. Sarlat.* Novus Episcopatus detractus Petrocoriensi.

VIII. *Agennensis. Agen.* Aginnum Nitiobrigum. In Plinio male excusum, *Antobroges Tarneg amne discreti à Tolosanis.* Legendum enim: *Nitiobriges Tarno amne.* Vide lectiones Ausonianas. In libro Hieronymi de claris scriptoribus dicitur *Agennum* ut vulgo: sed Ptolemæo & Ausonio Aginnum per i.

IX. *Condomiensis. Condom.* Nonus Episcopatus in pago Aginnensi ultra Garumnam, ex monasterio, delibatus de Aginnensi.

*Sub Metropoli Bituricensi Episcopatus duo.*

X *Lemovicensis. Limoges.* Ratiastum Lemovicum.

XI. *Tutelensis. Tulle.* Novus Episcopatus ex monasterio, deminutus de Lemovicensi.

*Metropolis unica.*

XII. *Burdigalensis. Bourdeaus.* Burdigala Biturigum Viviscorum. Secunda Aquitania.

Tribunal Aquense, institutum à Ludovico XII. Sub eo sunt diœceses tredecim: in quibus Episcopatus undecim, Archiepiscopatus duo.

*Sub Metropoli Ebrodunensi Episcopatus quinque.*

I. *Diniensis. Dine.* Dinia Sentiorum, aut Ebroduntiorum.

II. *Grassensis. Grasse.*

III. *Glandatensis. Glandeve* Glannate.

IV. *Sanitiensis. Senas.* Sanitium Vesdiantiorum in Alpibus maritimis.

V. *Ventiensis. S. Paul de Vences.* Ventium Nerusiorum in Alpibus maritimis.

*Sub Metropoli Aquensi quatuor Episcopatus.*

VI. *Aptensis. Apt.* Apta Julia Vulgientium. male Athensium in notitia Provinciarum pro Aptensium.

VII. *Reiensis. Riés.* Male apud Sidonium & alios Regiensis. Civitas Reiensium.

VIII. *Forojuliensis. Frejus.* Forum Julium, Octavanorum coloniæ Pacensis classica.

IX. *Cesteronensis. Cisteron.* Cestero. Excusum tamen Cessero in Notitia Provinciarum. Segestoriorum civitas.

*Sub nova Metropoli Arelatensi Episcopatus duo.*

X. *Massilia. Marseille.* Urbs Græcorum Phocæensium.

XI. *Telonensis. Toulon.* Telonum.

*Duæ Metropoles.*

XII. *Aquensis. Aix.* Aquæ Sextiæ Salyorum. Secunda Narbonensis. Tertia Viennensis. Sedes Parlamenti.

XIII. *Arelatensis. Arles.* Arelate Salyorum. Arelate Sextanorum. Nova Metropolis. neque mihi constat quando instituta. Nam ante trecentos annos erat sub Viennensi.

Divionense Tribunal, institutum à Ludovico XII. Sub eo duo Episcopatus. Divio Castrum vocatur in Martyrologiis vetustissimis.

*Sub Metropoli Lugdunensi Episcopatus duo.*

I. *Augustodunensis. Austun.* Augustodunum Eduorum.

II. *Cabillonensis. Challon sur Saone.* (Ita scribi debet Gallice, non *Chaalon.* Nam hoc est Catalaunum.) Caballinum, vel Caballionum Eduorum.

Rotomagense Tribunal, institutum à Ludovico XII. Sub quo diœceses septem: quarum sex Episcopatus: unus Archiepiscopatus.

*Sub Metropoli Rotomagensi Episcopatus sex.*

I. *Abrincantensis. Avrenches.* Ingena Abricantorum.

II. *Ebroïcensis. Evreux.* Mediolanum Aulercorum Eburovicum.

III. *Baiocensis. Baieux.* Baiocasses.

IV. *Saiensis. Sais.* Saiorum Civitas.

V. *Constantiensis. Coutances.* Constantia.

VI. *Lexoviensis. Lisieux.*

*Metropolis unica.*

VII. *Rotomagensis. Rouen.* Rotomagus Venellocassium. Secunda Lugdunensis. Sedes amplissimi Senatûs Normanniæ.

Tribunal Redonense in Britonibus Aremoricis, institutum ab Henrico II memoria nostra. Sub eo sunt diœceses novem, omnes Episcopatus.

Sub

*Sub Metropoli Turonensi novem Episcopatus.*

I. *Briocensis. Sainct Brieu.*
II. *Machloviensis. Sainct Malo.*
III. *Leonensis. Sainct Paul de Leon.*
IV. *Nannetensis. Nantes.* Condivicinum Nannetum.
V. *Venetensis. Vannes.* Veneti satis noti Commentariis Cæsaris.
VI. *Tricoriensis. Triguier. Landtriguier.*
VII. *Curosopitensis. Cornouaille.*
VIII. *Dolensis. Dol.* Hic Episcopus habet jus pallii, & ideo locum habet inter Archiepiscopos.
IX. *Redonensis. Renes.* Condate Redonum. Sedes Parlamenti Britanniæ Aremoricæ.

Atque hi quidem sunt octo amplissimi Senatus Franciæ. Sed accrevit ditioni Regis Franciæ Senatus supremus Benearnensis, Christianissimo Henrico rege Navarræ capessente sceptrum regni Franciæ jure successorio. Tamen Benearnensis principatus semper separatus fuit à ditione Francorum, & eodem jure fuit, quo regnum, quod est optimo maximo jure, id est, nulli ditioni subditum.

Tribunal Benearnense ab Henrico rege Navarræ Christianissimi Henrici quarti avo materno institutum in castro Palo. Sub eo sunt Episcopatus duo.

*Sub Metropoli Auscorum Episcopatus duo.*

I. *Lascariensis. Lescar.* Civitas Lascariensium.
II. *Oloronensis. Oleron.* Eloronensium civitas.

Rursus rex potitur Civitate Mediomatricum, ubi Magistratus missus à Rege Senatui urbis præsidet.

Tribunal Mediomatricis urbis habet Episcopatus tres.

*Sub Metropoli Treverensi Episcopatus tres.*

I. *Metensis. Metz.* Divodurum Mediomatricum: olim sedes Regni Lotaringiæ. Luitprandus, *Metensem urbem, quæ potentissima in regno Lotarii claret.* Regnum Lotarii *Lotarrijck*, Lotaringiam vocat.
II. *Tullensis. Toul.* Tullum Leucorum.
III. *Virdunensis. Verdun.* Verodunum. In veteribus Conciliis Gallicanis aliquando *episcopus Veronensis* perperam legitur pro *Verodunensis.* Alii Verdunum scribunt.

Igitur hodie sub ditione Christianissimi Francorum Regis sunt

ſunt Diœceſes CXVI, in quibus CII Epiſcopatus, XII Archiepiſcopatus. Quia igitur nulli fines provinciarum certi ſunt, Regibus pro arbitrio omnia mutantibus, ideo nobis hæc tributio omnium expeditiſſima viſa eſt, quam jure ſequuti ſumus.

Præter Diœceſes CXVI quæ hodie ſub ditione ſunt Regis Francorum, aliæ V ſunt intra fines Imperii Gallicani, & tamen ſunt extra ditionem Francorum; quatuor nempe in Comitatu Venitiæ, id eſt, Avenionenſi; & una extra Comitatum.

Comitatus Avenionenſis ſive Venitiæ, Diœceſes habet IV ſub ditione Pontificis Romani, in quibus Archiepiſcopatus unus, Epiſcopatus tres.

*Metropolis ſive Archiepiſcopatus primus.*

I. Avenio. Metropolis nova. *Avignon.* Avenio Cavarum. Pontifices Romani inſtituerunt hanc Metropolin, quum antea ſuffragaretur Viennæ, ut & tres reliquæ civitates.

*Epiſcopatus tres ſub Metropoli Avenionenſi.*

I. Carpentoractenſis. *Carpentras.* Carpentoracte Meminorum.

II. Cabillonenſis. *Cavaillon du Contat.* Cabillio Cavarum Colonia.

III. Vaſionenſis. *Vaiſon.* Vaſio Vocontiorum.

*Extra Comitatum Avenionenſem Epiſcopatus eſt.*

Arauſionenſis. *Orange. Aurange* indigenis, vulgo inepte *Araſio* & *Auraica:* Arauſio Cavarum. Hic Principatus habet hodie proprium Dynaſtam ſeu Principem ex gente illuſtriſſimâ Naſſawiâ

Quia vero initio hujus diatribæ mentionem fecimus Galliarum, quas in XVII Provincias Auguſtum tribuiſſe monuimus; non poſſumus ſine piaculo ipſas provincias tranſire, partim ut eam diviſionem proponeremus, partim ut notitiam earum provinciarum, quæ mirifice depravata circumfertur, ex veteribus Codicibus emendatam poſteritati daremus. Scito quicquid diſcrepat ab excuſis, id à ſcripta lectione eſſe.

NO-

# NOTITIA PROVINCIARUM GALLIÆ.

*Provincia Lugdunensis I.*

Metropolis Civitas Lugdunensium. *l'Archevesché de Lion.*
Civitas Eduorum, hoc est, Augustodunum. *l'Evesché d'Autun.*
Civitas Lingonum. *l'Evesché de Langres.*
Castrum Matisconense. *l'Evesché de Mascon.*
Castrum Caballionense. *l'Evesché de Challon sur Saosne.*

*Provincia Lugdunensis II.*

Metropolis Civitas Rotomagensium. *l'Archevesché de Rouen.*
Civitas Baiocassium. *l'Evesché de Baieux.*
Civitas Abrincatorum. *l'Evesché d'Avranches.*
Civitas Saiorum *l'Evesché de Sés, ou Sais.*
Civitas Lexoviorum. *l'Evesché de Lisieus.*
Civitas Constantiensium. *l'Evesché de Coutances,*

*Provincia Lugdunensis III.*

Metropolis Civitas Turonorum. *l'Archevesché de Tours.*
Civitas Cennomannorum. *l'Evesché du Mans.*
Civitas Redonum. *l'Evesché de Renes.*
Civitas Andegavorum. *l'Evesché d'Angiers.*
Civitas Nannetum. *l'Evesché de Nantes.*
Civitas Curosopitorum. *l'Evesché de Cornouaille.*
Civitas Ciantium, id est, Venetorum. *l'Evesché de Vennes, ou Vannes.*
Civitas Osismiorum.
Civitas Diablintum, id est, Carises.

*Provincia Lugdunensis IV.*

Metropolis Civitas Senonum. *l'Archevesché de Sens.*
Civitas Carnutum. *l'Evesché de Chartres.*
Civitas Autisiodorum. *l'Evesché d'Auxerre.*
Civitas Trecassium. *l'Evesché de Troies.*
Civitas Aurelianorum. *l'Evesché d'Orleans.*
Civitas Parisiorum. *l'Evesché de Paris.*
Civitas Meldorum. *l'Evesché de Meaux.*

*Provincia Lugdunensis V.*

Metropolis Civitas Crispolinorum, id est Vesuntio. *l'Archevesché de Besançon.*

Ci-

Civitas Equestrium, id est, Nevidunum. *La ville de Nion entre Geneve & Lausanne.*
Civitas Elvicorum, id est, Aventicum. *Avanches.*
Civitas Basiliensium.
Castrum Viridunense.
Castrum Ebrodunense.
Castrum Argentariense.
Castrum Rauricense.
Portus Abucina.

*Provincia Belgica I.*

Metropolis Civitas Treverorum. *l'Archevesché de Treves.*
Civitas Mediomatricum, hoc est, Metis. *l'Evesché de Metz.*
Civitas Leucorum, id est, Tullo. *l'Evesché de Toul.*
Civitas Verdonensium. *l'Evesché de Verdun.*

*Provincia Belgica II.*

Metropolis Civitas Remorum. *l'Archevesché de Reims.*
Civitas Suessonum. *l'Evesché de Soissons.*
Civitas Catalaunorum. *l'Evesché de Chaallon.*
Civitas Veromanduorum. *La ville de Sainct Quentin en Vermandois.*
Civitas Atrebatum. *l'Evesché d'Arras.*
Civitas Cameracensium. *l'Evesché de Cambrai.*
Civitas Tornacensium. *l'Evesché de Tournay.*
Civitas Silvanectum. *l'Evesché de Senlis.*
Civitas Bellovacorum. *l'Evesché de Beauvais.*
Civitas Ambianensium. *l'Evesché d'Amiens.*
Civitas Morinorum, id est, Ponticum. *l'Evesché de Terouane.*
Civitas Bononiensium. *La ville de Boulogne sur mer.*

*Provincia Germanica I.*

Metropolis Civitas Magontiacensium.
Civitas Argentoratensium. Stratiburgo.
Civitas Nemetum, hoc est, Spira.
Civitas Wangionum, hoc est, Warmacia.

*Provincia Germanica II.*

Metropolis Civitas Agrippinensium, hoc est, Colonia.
Civitas Tungrorum. *La ville de Tungres.*

*Provincia Viennensis I.*

Metropolis Civitas Viennensium. *l'Archevesché de Vienne.*
Civitas Genevensium. *l'Evesché de Geneve.*
Civitas Gratianopolitanorum. *l'Evesché de Grenoble.*
Civitas Deensium. *l'Evesché de Die.*

Ci-

Civitas Valentinorum. *l'Evesché de Valence.*
Civitas Tricastinorum. *l'Evesché de Sainct Antoine de Tricastin.*
Civitas Vasionensium. *l' Evesché de Vaison.*
Civitas Arausicorum. *l'Evesché d'Aurange.*
Civitas Carpentoractensium, nunc Vindausica. *l'Evesché de Carpentras.*
Civitas Caballicorum. *l'Evesché de Caballion.*
Civitas Avennicorum. *l'Archevesché d'Avignon.*
Civitas Arelatensium. *l'Archevesché d'Arles.*

*Provincia Viennensis II.*

Metropolis Civitas Narbonensium. *l'Archevesché de Narbone.*
Civitas Tolosatium. *l'Archevesché de Tolose.*
Civitas Agathensium. *l'Evesché d'Agde.*
Civitas Aletensium. *l'Evesché d'Alet.*
Civitas Beteriensium. *l'Evesché de Besiers.*
Civitas Magalonensium. *l'Evesché de Magalone, ou Mompelier.*
Civitas Nemausensium. *l'Evesché de Nimes.*
Castrum Luteva. *l'Evesché de Lodeve.*
Castrum Ucetiense. *l'Evesché d'Usetz.*

*Provincia Viennensis III.*

Metropolis Civitas Aquensium. *l'Archevesché d'Aix.*
Civitas Reiensium, id est, Reius. *l'Evesché de Riês.*
Civitas Aptensium. *l'Evesché d'Apt.*
Civitas Forojuliensium. *l'Evesché de Frejus.*
Civitas Wapincensium. *l'Evesché de Gap.*
Civitas Segestoriorum. *l'Evesché de Sisteron.*
Civitas Antipolitana. *la ville d'Antibe, ou Antibol.*

*Provincia Viennensis IV. in Alpibus Maritimis.*

Metropolis Civitas Ebrodunensium. *l'Archevesché d'Ambrun.*
Civitas Diniensium. *l'Evesché de Dine.*
Civitas Rigomagensium.
Civitas Solliniensium.
Civitas Saniciensium, id est, Sanici. *l'Evesché de Senas.*
Civitas Glannatena. *l'Evesché de Glandeves.*
Civitas Cemelevensium.
Civitas Venciensium. *l'Evesché de S. Paul de Vences.*

*Provincia Viennensis V. Alpium Graiarum Peninarum.*

Metropolis Civitas Centronium, hoc est, Tarantasia. *l'Archevesché de Tarantaise.*
Civitas Vallensium, hoc est, Octodurum. *Sainct Maurice.*

Pre-

*Provincia Aquitania prima, VI Viennensis.*

Metropolis Civitas Bituricum, vel Betorigorum. *l'Archevesché de Bourges.*

Civitas Arvernorum. *l'Evesché de Clermont en Auvergne.*

Civitas Rutenorum. *l'Evesché de Rodés, ou Rodais.*

Civitas Albigensium. *l'Evesché d'Albi.*

Civitas Cadurcorum. *l'Evesché de Caors.*

Civitas Lemovicum. *l'Evesché de Limoges.*

Civitas Gabalorum. *le pays de Givauldan.*

Civitas Velaunorum. *le pays de Velai.*

*Provincia Aquitania secunda, VII Viennensis.*

Metropolis Civitas Burdegalensium. *l'Archevesché de Bordeaux.*

Civitas Agennensium. *l'Evesché d'Agen.*

Civitas Encolismensium. *l'Evesché d'Engoulesme.*

Civitas Sanctonum. *l'Evesché de Sainctes.*

Civitas Pictavorum, vel Pectavonum. *l'Evesché de Poitiers.*

Civitas Petrogoriorum. *l'Evesché de Perigueus.*

*Provincia Aquitania tertia, Novempopulania, VIII Viennensis.*

Metropolis Civitas Ausciorum. *l'Archevesché d'Auch.*

Civitas Aquensium. *l'Evesché d'Aqs.*

Civitas Lacturacium, vel Lastoracium. *l'Evesché de Laictoure.*

Civitas Convenas. *l'Evesché de Cominges.*

Civitas Consarannorum, vel Conforannorum. *l'Evesché de Conserans.*

Civitas Boatum, id est, Borus. *Le pays de Buchs.*

Civitas Benearnensium, id est, Benaanus. *Le pays de Bearn.*

Civitas Aturensium. *l'Evesché d'Aire.*

Civitas Vasatica. *l'Evesché de Basats.*

Civitas Tarba, ubi castrum Begorra. *l'Evesché de Tarbe de Bigorre.*

Civitas Eloronensium. *l'Evesché d'Oleron en Bearn.*

Civitas Elusatium. *La ville & pays d'Euse en Gascogne.*

Hæ sunt XVIII Provinciæ, in quas Augustus Cæsar Gallias divisit, & in quibus Constantinus Magnus alia officia, & magistratus constituit. Provincia aliquando dicitur Diœcesis; Episcopatus autem, qui in ea continentur, aliquando etiam dicuntur Parochiæ. In Proclamatione Karoli Calvi *Tullensis Parochia* pro Episcopatu, aut urbe ipsa Episcopali positum est.

QUÆ-

# QUÆDAM LOCA
# IN
# CÆSARIS COMMENTARIIS
# DISCUSSA.

Multa ſunt in Commentariis belli Gallici apud C. Cæſarem, quæ nondum explorata ſunt: multa etiam quæ male ad veteres appellationes relata, quæ nos caſtiganda ſuſcepimus. Obſcuritatem etiam peperit duplex appellatio locorum apud veteres: ut Scaldis, & Tabuda idem eſt; Phrudis & Sumina, *la riviere de Somme;* Obrinca & Moſella; Araris & Sagona, Bratuſpantium, & Cæſaromagus: *la ville de Beauvais.* Bononia maritima, & Geſſoriacus. Item nomina populorum pro ipſa urbe, ut Pariſii pro Lutetia: Turones pro Cæſaroduno: Aureliani pro Genabo, & alia ſimilia. Nos pauca ſed magis neceſſaria in Cæſare delibabimus.

A*Tuatici.* Atuatucum eſt urbs Tungrorum, quæ & hodieque *Tungres* dicitur. Quum à Barbaris vaſtata eſſet, epiſcopatus tranſlatus fuit in Trajectum Moſæ, vulgo *Maſtricht:* ſed & illa quoque urbe à Normannis incenſa, epiſcopatus in vicum Sancti Lamberti traductus: qui odie Leodium dicitur, id eſt Hominium, quia eſſet de hoinio & feudo Epiſcopi Tungrenſis. In Conciliis Gallianis epiſcopus Trajectenſis pro Tungrorum epiſcopo legiur. Cave intelligas Trajectum Reni, vulgo *Utrecht.* Bekkeelenus, quo nullus mortalium magis abuſus eſt & ingenio otio ſuo, multum ſudat, ut perſuadeat Atuaticos Cæſas eſſe Antwerpiam. Hoc verum fuerit, ſiquidem Antwerpia eadem cum Tungrorum urbe eſſe poteſt. Sed nugas ekkeſelenicas miſſas facimus. Antwerpiæ vetuſtiorem

mentionem non reperio, quam in Annalibus vetustis Franciæ editis à Pithœo nostro, in quibus sub annum Christi DCCCXXXV legimus: *Normanni Antwerpiam civitatem incendunt.*

*Agendicum. La ville de Sens*, non autem *Provins*, ut stulti.

*Avaricum.* Stulti putant esse oppidulum Bituricensis diœceseos nomine *Vierzon.* Sed hæc jam confutata sunt. Et nemo est hodie, paulo humanior, qui ignoret Avaricum Cæsaris esse urbem Metropolim Biturigum, quæ *Bourges* dicitur.

*Ausci. Auch.* ut supra diximus. Nam imperite faciunt, qui Auxitanos vocant.

B*Ellocassi.* Apud Cæsarem male pro Baiocassii, qui & Baiocasses. *Bayeux.*

*Bigerrones.* In Notitia provinciarum, Civitas Bigerronum vocatur Tarba, ut hodie. Sed male excusum est *Tursa*, & *Turba.* Marlianus insanit, qui ait ibi hanc Tursam esse, & Castrum Begorram, ubi est Episcopatus Bitterensis provinciæ Narbonensis. quæ sententia non est sobrii capitis.

*Bituriges* duplices sunt, cognomentis distincti. Bituriges Cubi, quorum Metropolis Avaricum primæ Aquitaniæ. Bituriges Vibisci, aut Vivisci, quorum Metropolis Burdegala, secunda Aquitania. Utraque Civitas libera sub Romanis.

*Bratuspantium.* Civitas Bellovacorum, sub Cæsaribus Romanis transnominata Cæsaromagus. *Beauvais.*

C*abillonum.* Vide in Tribunali Divionensi.

*Caduaci.* Lege Atuaci. vide supra Atuatici.

*Cadurci.* Eorum civitas Divona. *Caors en Querci.*

*Caletes. Le bailliage de Caus en Normandie.*

*Cantabri. Le pays des Basques.*

*Caturiges.* Sunt Alpes maritimæ. Metropolis Ebrodunum. *Les Alpes d'Ambrun.*

*Centrones. Les Alpes de Tarentaise.* Graiæ Peninæ Alpes.

*Curiosolitæ.* In Notitia Provinciarum, & in libro Fisci Romani Curiosolitæ. *Cornouaille.*

E*Burovices. l'Evesché d'Evreux en Normandie.*

*Elaver. Allier.* Ingens fluvius, qui Ligeri excipitur.

*Elusates.* Ita legendum, non *Flussates.* Vide lectiones Auso-

onianas. *La ville d'Euse en Gascogne.* Hinc oriundus erat Ruffinus ille præpotens insidiator imperii Romani, in quem extant duo στηλιτευτικὰ poëmata Claudiani. In priore ita legimus.

*Invadit muros Elusæ, notissima dudum*
*Tecta petens.*

Quod enim media syllaba corripiatur, pronunciatio Vasconica id ostendit, quæ Elusa, tanquam Elsa effert. Nam I ante Consonantem, non solum Vascones in U semper convertunt, sed & Franci, & major pars Teutonismi inferioris. Qui Flussates legebant, dicebant esse Comitatum de Fuxio: & hoc stupore suo persuaserunt illustri viro nomen *de Foix* in Flussatem recudere. quo nihil absurdius. Nam aliud est Franciscus de Flussa, aliud Franciscus Flussas. Nam de Flussa esset verum cognomen familiæ. Sed Flussas esset nomen nationis. Itaque Franciscus Flussas esset natione Flussas, non de familia de Flussa. Sed Flussa non est *Foix*. Nam id esset Foxium, aut aliud quidvis potius quam Flussa.

G*Abali. Le pays de Givauldan.* Marlianus dicit quondam fuisse provinciæ Bituricensis, nunc vero provinciæ Arelatensis. Certe & nunc quoque est provinciæ Bituricensis. Sed inter Gabalos, & provinciam Arelatensem *Longa procul longis via dividit invia terris.* Et ridicula sunt hæc.

*Garumna.* Retinet nomen semper, sed integrum à capite ad Blaviam Castrum, ubi lingua Francica incipit. Nam tunc pro *Garonne*, dicitur Geronde, & *Gironde.* Vide in Tribunali Tolosano in Civitate Mimatensi. Excipit navigeros fluvios Tarnim, *le Tarn:* Oliten, sive Oldum, *Ooldt*, aut cum articulo *l'Ooldt:* Duranium Ausonio, Dordoniam apud Gregorium Turonensem, *la Dordogne*, unum ex præcipuis non solum Aquitaniæ sed etiam totius Galliæ fluminibus.

*Gebenna.* Scribendum Cebenna per C. *Les Cebenes & Cevenes.*

*Genabum* qui negant Aurelianensium urbem esse, habent opposita omnes veri vestigia apud Cæsarem & multa alia argumenta. Nam quo nomine vocandi sunt, qui *Gien* esse putant?

*Geneva.* Media corripi debet, ut in Elusa: quod non solum Helveticus Germanismus ostendit, qui *Genff* vocat, sed etiam ipsi rustici suburbicarii, & reliqui Sabaudi: qui Zenevam, accentu in prima enunciant. Sed Gallorum proprium est mediam correptam producere. *publique, facile:* quæ Latine corripitur.

*Gergovia* Supersunt quædam vestigia cum veteri appellatione aliquot stadiis ab urbe Claromontensi Arvernorum.

HElvii. Diximus supra esse *le pays de Vivarais.* ubi Alba Helviorum sine dubio *Aubenas.* id est Albanates. Cæsar trans Rodanum dicit esse, & extra provinciam Romanam, proximos Alvernis, & Cebennis montibus.

ICius. Est promontorium prope Bononiam maritimam. Navale autem dicitur Gessoriacus. & delirant, qui aliud volunt esse à navali Bononiensi. Nam multa adversus eorum pertinaciam objici possunt. At qui Icium oppidum *Cales* esse putant, nullo negotio refelluntur à Ptolemæo; qui prius ponit Icium, deinde Gessoriacum; hoc est Navale Bononiæ, à quo oppidum *Cales* distat plusquam viginti millibus passuum: hoc est leucis Belgicis septem.

LEmovices. *Le pays & Seneschaussée de Limosin.* Urbs eorum Ratiastum. Sed Commentario octavo, ubi vulgo editum est, *ad oppidum Lemovicum contendit*; legendum *Lemonum*: cujus oppidi mentio in Itinerario Antonini, & apud Ptolemæum.

*Ligeris.* Ejus caput est in pago Velauno, & vulgo dicitur *la Font de Leire*, hoc est fons Ligeris. Excipit ingentes & navigiorum patientes fluvios non paucos: in quibus Elaverim, æmulum ipsi, neque magnitudine cedentem, & magis pisculentum; Carum, vel Carem, ut habet Fortunatianus: vulgo *le Cher.* item *Vigennam, la Viane, la Vignane*, & alios præterea.

*Lexovii. l'Evesché & pays de Lisieux en Normandie.*

*Lingones. Langres.*

*Lutetia.* Græcis λευκετεκία, λυγοτεκία.

M*Atisco. l'Evesché de Mascon.*

*Matrona. Marne.* Ingens flumen, neque minus ipso Sequana.

Melo-

*Melodunum.* Hoc nomen perperam insultum est apud Cæsarem bis, pro quo veteres omnes scripti codices habent Metiosedum. Verum quidem est Melodunum & Metiosedum unum idemque oppidum esse. sed Melodunum posterius est. Hodie *Melun* in insula Sequanæ instar Lutetiæ Parisiorum. Aliud Melodunum, vel, ut alibi reperio, Miliodunum in agro Bituricensi Vulgo *Meun.* Alii pro Metiosedum legunt *Josedum*, & *Corbeil* interpretantur. Quibus bonam mentem precamur.

*Mediomatrices.* Posterioribus temporibus urbs Mediomatricum vocata est Metæ, & vulgo nomen retinet, quum antea Divodurum ei nomen esset.

*Menapii.* Strabo cum Morinis continuat in maritimis Belgii, & Cæsar quoque indicat ibi esse. Denique Ptolemæus collocat ad ostia Mosæ. Non sunt igitur Geldrii. neque, qui sapiunt, hoc concedent. Sed pars hodiernæ Hollandiæ & Brabantiæ maritimæ, vel potius secundum Strabonem ora Flandriæ maritima, sunt veri Menapii. & Menapiscus pagus dicitur in Capitulariis Karoli Magni pro Flandriæ Comitatu. Nunquam persuaderi nobis potuit Menapios esse Geldrios.

*Morini.* Eorum urbs Teroana diruta à Karolo quinto.

N*Antuates.* Cave credas esse monasterium hoc nomine in Sabaudia, ut quædam non sana capita volunt. Sunt ii, in quibus pagus Octodurus est, id est, Sanctus Mauricius. Cujus rei fidem faciunt monumenta passionis legionis Thebæorum, in quibus Octoduri est mentio: Octodurum autem à Cæsare in Veragris proxime Nantuatibus collocatur. Quidam legunt Antuates. Sed qui Nantuates ad Acronium lacum constituunt & Constantienses esse dicunt, non minus desipiunt, quam qui monasterium illud Benedictinorum interpretantur.

*Nitiobriges. Le pays & Seneschaucée d'Agenois.* Eorum civitas Aginnum Ausonio, Ptolemæo; Agennum Hieronymo, Gregorio Turonensi, aliis. Si vis ridere, lege quæ hactenus omnes de his delirarunt, quorum alii *Mompelier* esse dicunt, qui locus sex dierum itinere distat à Nitiobrigibus. alii *Engoulesme* somniant. Alii jubent pro Aginno legendum esse Agesinates. Et quo non processit audax inscitia?

*Nannetes. Nantes.* Vide in Tribunali Aremorico.

*Nervii.* Quemadmodum certo nobis conſtat non eſſe Tornacenſes, quod vulgo perſuaſum eſt; ita quinam ſint, & quo nomine hodie appellentur, haud temere affirmarim.

*Noviodunum* ad Ligerim. *Nevers.* Noviodunum Nivernenſium, ut in quadam Notitia provinciarum Galliæ legimus, quæ penes Juriſconſultum Cujacium magnum erat. Et jam multis conjecturis nobis exploratum antea erat Noviodunum iſtud Eduis proximum civitatem Nivernenſium: in cujus oppidi inveſtigatione multi multa nugati ſunt. Alia duo oppida hoc nomine memorat Cæſar, ſed nobis ignota. Nam nugatoribus jurantibus non credimus. Quartum præterea eſt, quod Civitas Equeſtrium dicitur, & nomen retinet, ad Lemanum lacum. Dicitur enim *Nion.* Nam longe falluntur, qui Genevam Equeſtrium Civitatem eſſe credunt, quia quædam vetus inſcriptio Genevenſis, ut ajunt, ejus mentionem fecerit. Hoc modo quot nominibus Roma vocanda eſſet, in qua tot monumenta & ſaxa hodie extant, quæ tot urbium mentionem faciunt? Denique Provincia Sequanorum, in qua civitas Equeſtrium eſt, eſt in ſiniſtra ripa Lemani: Geneva in dextra, in Provincia Viennenſi. Et, quod caput eſt, Noviodunum civitas equeſtrium dicitur in manuſcripta provinciarum Notitia: quamquam ibi poſitum eſt Neviduno, quo modo in ultimis illis obſoléſcentis Latinitatis temporibus omnia in pejus ac retro ferebantur, & ut imperii, ita Latini ſermonis ruina ſequebatur.

P*Etrocorii. Le pays de Perigord.* Eorum civitas diviſa eſt in duo oppida, vetus & novum. Vetus adhuc dicitur Vezuna veteri appellatione. Vide ſextum libr. de emend. Temp.

*Pictones. Le pays de Poitou.* Sunt hodie in tres Epiſcopatus tributi, Pictavienſem, Maliacenſem & Luxovienſem. Pictaviorum civitas olim Auguſtoritum dicta.

R*Edones. l'Eveſché de Renes en Bretagne.*

*Rodanus.* In univerſum Gallis dicitur *le Roſne*: ſed indigenis *lo Ros.* Excipit Iſaram, Druentiam, Drunam, & Ararim non minorem eo, antequam in illum exoneretur.

*Ruteni. Le pays & Seneſchaucée de Rodais.* Eorum urbs Segodunum Rutenorum.

S*Abis. La Sambre du pays bas.*

*Samarobriva.* Urbs Ambianorum. *l'Eveſché d'Amiens.*

Sca

*Scaldis. l'Escault.*

*Segusiani. Le pays & Seneschaucée de Lionnois.* Nam Lugdunum est in Segusianis, ut illud alterum in Convenis ad Garumnam. Sed & totus pagus Forensis, qui hodie *le pays de Forest* dicitur, continetur in Segusianis. Et vetus inscriptio extat in oppido *Furs*, in qua mentio est Fori Segusianorum. Nam à Foro Forenses dicti. & ipsum oppidum *Furs.*

*Senones.* Eorum urbs Agendicum. *l'Archevesché de Sens.*

*Sequana. Seine.*

*Sequani. Le pays de Besançon & Franche-Comté.* Est provincia, quæ dicta Maxima Sequanorum.

*Suessones.* aliis *Suessiones. Soissons.*

T*Arbelli. Le pays de Labord.* Urbs Aquæ Tarbellicæ. *Aqs.* vide Auson. Lection. Aturrus fluvius, qui vulgo *l'Ador* vocatur, alluit illam urbem, unde Lucano dicitur Tarbellicus Aturus.

*Turones.* Eorum urbs Cæsarodunum. *l'Archevesché de Tours.*

V*Elauni. Le pays de Velai.* Pagus Velaunus. In veteribus Martyrologiis Episcopatus Aniciensis. *Le pui en Velai.* id est, Podium in Velauno, quia urbs est in editissimo loco, qui lingua Gallorum *Pui*, id est, Podium dicitur.

*Velocasses* perperam edi putamus pro Baiocassibus. *Le pays, Bailliage & Evesché de Baieux en Normandie.*

*Veneti. Vennes en Bretagne.*

*Veromandui.* Eorum civitas Augusta Veromandorum. *Sainct Quentin en Vermandois.* In vita S. Quintini diserte dicitur Augusta Vermanduorum.

*Vesuntio.* Aliis scribitur Bisuntio. *Besançon.* Maxima Sequanorum.

*Vienna. Vienne de Daulfiné.* Vienna Allobrogum.

*Vocates.* Suspicamur esse *Boates*, *Buchs.* quod omnino certum est. Siti sunt in finibus Lapurdensium post Medulos in Novempopulania.

*Vocontii. Le pays de Die jusques à Vaison.*

*Volcæ.* Duplices sunt. Volcæ Arecomici, in quibus Nemausus, Ucetenses, Magalonenses, Bitierræ Volcæ Tectosages, in quibus Carcasso, & Tolosa. In Cæsare editum est *Volgæ*, ut & in quibusdam aliis scriptoribus.

*Uxellodunum.* Nomen retinet, *Ussoldun*, & *lo puech d'Ussoldun*,

*dun*, id est podium Uxelloduni. quia est in editissimo & valde prærupto loco situm. Locus est in finibus Cadurcorum, ut Cæsar quoque notat, prope oppidum Martellum. Flumen, cujus nomen tacuit Cæsar, est Dordonia: horrendum aspectu præcipitium, quale describitur à Cæsare. Multæ sunt ibi reliquiæ vetustatis venerandæ. Quotidie ab arantibus numismata Romana effodiuntur. Vix reperias rusticum, qui de loco interrogatus, non statim respondeat: Castrum Uxellodunum illud à Cæsare magnis operibus expugnatum fuisse. Præterea ostendunt fontem, cujus usum obsessis intercluserant Romani. Si uspiam scriptores hujus ævi in notandis veterum locorum appellationibus hariolati sunt, hic vero unus locus est, in quo melius fuisset illos tacuisse: Et quid opus eorum somnia referre?

Hæc pauxilla de appellationibus locorum & gentium à Cæsare delibavimus. Nam quæcunque omisimus, adeo inexplorata sunt, ut tantum abest, ea vere retulerint, qui de illis scripserunt, ut mihi constet nullam spem esse ad eorum indagationem penetrandi. Quare in medio ea relinquimus, & ingenue fatemur nos ea nescire, quod tam salvo pudore facere possumus, quam impudenter multi se ea scire professi sunt, in quo exemplo temeritatis primas tenet Bekkeselenus cum suo Teutonismo, ex quo Hebraïsmum etiam propagatum esse jurat. ἀλὶς δρυός,

Sequi-

*Sequitur Illustrissimi*

# JOSEPHI JUSTI SCALIGERI,

JUL. CÆS. FIL.

*Ad Clarissimum Virum*,

PAULUM G. F. P. N. MERULAM,

# EPISTOLA:

Ejusdem cum superiore Diatribâ de GALLIÆ NOTITIA argumenti.

*Erritorium Rupellæ* dicitur in veteribus monumentis Pagus Alnisiensis. Hodie *le pays d'Aulnis*. Accensebatur Seneschalliæ Santonum. Sed ex quo Rupella excusso jugo Anglorum dedidit se Regi Franciæ, pagus Alnisiensis cessit in privatam præfecturam, & à Santonio seclusus est. Neque ulli supremæ Curiæ potest subditus esse, præterquam Parisiensi. Id enim inter capita eorum privilegiorum continetur.

*Le pays entre deux mers.* Pinguissimus tractus inter Garumnam & Duranium ingentes fluvios, qui propter magnitudinem vocantur maria ab incolis.

*Le Marquisat de Fronsac*, est in Seneschallia Burdigalensi.

*Agenois*, Nitiobriges, vocant sese Aquitanos hactenus; etiamsi aliter instituerit Ludovicus XI.

*Medoc*, Meduli, pars Seneschalliæ Burdigalensis: arenosa regio. Meduli Ausonio.

*Boates.* Vide Auson. Lectiones. Dominium illius tractus pertinet ad Comites Candallæ, qui vocant sese Capitales, id est, Dominos de Buchs. Sunt in finibus Medulorum.

*l'Isle Jordain.* Una ex quatuor civitatibus Comitatus Ar-

maniacensis, ubi est tribunal Seneschalli. Fuit quidem parvus Comitatus, sed hodie vix memoria superest.

*Garre*, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

*Estrac*, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

*Allebret* oppidulum in Syrtibus Lapurdensibus, quas Landas vocant, dedit nomen amplissimo Ducatui, qui memoria nostra institutus est, compositus ex mutilatione Seneschalliatus Agennensis, Armaniacensis, & Vasatensis.

*Vasconia* proprie est quicquid continetur intra Garumnam, Pyrenæos montes, & Oceanum: quod Julio Cæsari in commentariis belli Gallici dicitur Aquitania. Dicta est Vasconia à Vasconibus ferocissimis Pyrenæorum populis, quos devictos primum à Pipino, deinde à Ludovico Caroli Magni filio (qui postea dictus fuit Pius) rege Aquitaniæ, in plana Novempopulaniæ deductos postea nomen huic regioni dedisse certum est. Nam fuerunt pars Cantabrorum, quos etiam hodieque Hispani *Vascuenças* vocant. Itaque quæ prius Regio à Cæsare Aquitania, postea à novem populis Novempopulania dicta, ea tandem à Vasconibus devictis, & in eam à Pyrenæorum saltibus demissis Vasconia vocata fuit. Est autem tertia pars veteris Aquitaniæ. Nam Aquitania ab Augusto triplex instituta fuit. Prima, cujus caput & Metropolis Bituriges Cubi, *Berges*. Secunda Aquitania, Bituriges Vibisci, cujus caput & Metropolis Burdegala. Tertia Aquitania, tota Trans-Garumnana, cujus Metropolis Augusta Auscorum, vulgo *Auch*: quæ provincia, ut diximus, ab Augusti temporibus ad Pipinum vocata fuit Novempopulania. à Pipino ad hunc usque diem Vasconia.

*Guienna* depravatum quidem nomen est ex Aquitania, ut res ipsa loquitur: sed ex quo tempore Reges Angliæ per affinitatem Francorum regum fuerunt Domini Guiennæ, angustioribus finibus determinata est, quam olim. Nam Arverni, Biturigium (*Berry*), &c seclusi fuerunt extra fines Guiennæ: quæ incipiebat à Confluentibus Viennæ & Crosæ fluminum ad Oceanum, Pyrenæos, Tarnim flumen, & montes Arvernorum. Itaque quum Edoardus tertius, nomine Aquitaniæ, homagium faceret Regi Franciæ, has præfecturas, sive Seneschallias, nominatim comprehendit. Citra Garumnam, Pictonium amplissimam regionem, Xantonium, Encholismenses, Lemovicum, Petro-

trocorium, Aginnenses, Cadurcium (*Querci*), Rutenenses (*Rouargue*). Ultra Garumnam tota Novempopulania, præter Benearnum (*Bearn*), quod semper fuit absoluti imperii. Itaque omnium istorum tractuum nomine, rex Angliæ, aut primogenitus Angliæ (*Princeps de Galles dictus*) faciebat homagium regi Franciæ: Comites autem Armaniacus, Bigorrensis, Fuxensis, & alii faciebant ipsi Anglo homagium non Regi Franciæ. Hæc latissima, amplissima, & prædives regio nomine Guiennæ censebatur usque ad regnum Ludovici XI, qui cum Fratri attribuisset Ducatum Aquitaniæ; & ipsi promisisset quinque Seneschallias, ex una Burdegalensi Seneschallia fecit tres: Burdegalensem, quæ unam tantùm Diœcesim complectitur: Burdegalam ipsam; Vasatensem, in qua duæ Diœceses, nempe Adurensis, & ipsa Vasatensis, & tertiam Lapurdensem, in qua duæ Diœceses, Aquæ Tarbellicæ, & Lapurdensium civitas, sive Baiona. quartam Seneschalliam Xantonium addidit. Ab eo tempore Aquitania cœpit vocari totum illud, quod illas tantum quatuor Seneschallias continet. Sed Regum est, mutare terminos provinciarum, non memoriam rerum. Nam hactenus omnes reliquæ Seneschalliæ vocant sese Aquitanos vel Guiennenses. atque adeo Seneschallus Burdigalensis vocatur magnus Seneschallus, non quidem quod hodie talis sit, (est enim minimus omnium), sed quia Burdigalensis Seneschallia quinque Diœcesibus finiebatur: & quum eo nomine magnus, ut re vera erat, vocaretur; hodie, ditione imminuta nomen integrum retinuit. Quin etiam quicquid ad Burdigalam solam pertinet, id non Burdigalense hodie vocatur, sed Aquitanum, vel Guiennense. Et curia Burdigalæ minor, à qua provocatio est ad Parlamentum, curia Guiennæ, & judices Guiennæ vocantur, non Burdigalæ Hæc igitur Guienna, quæ hodie quatuor Seneschalliis censetur, vocari jure merito potest Aquitania sive Guienna Ludovici XI. Quod dixi de Pictonio, quum in feudo Aquitaniæ sive Guiennæ comprehendit Edoardus III, scito sæpe exclusum fuisse ex Aquitania, ut sub Ludovico IX, (is est Sanctus Ludovicus) sæpe restitutum finibus Aquitaniæ. Certe hodie non parva pars Pictonii dicunt sese Guiennenses, ut olim erant re vera.

*Comitatus Avenionensis*, alias Comitatus *Venisse*, habet quatuor Diœceses. Unum Archiepiscopatum Avenionem; tres Epi-

Episcopatus Avenioni suffraganres : Carpentoracte, Cabillionem, Vasionem. ut alibi notavimus. Totus Comitatus ille comprehendens quatuor illas Diœceses datus fuit Pontifici Romano à Johanna Regina Neapolis, & Comitissa Provinciæ, in compensationem tributi Papæ per multos annos non soluti nomine regni Neapolitani, cujus feudatarium Dominum dicit se Papa. Itaque Rex Franciæ nihil juris habet in illum Comitatum.

*Burgundiæ Comitatus.* Est feudum Imperii sub protectione Bernensium Helvetiorum: quemadmodum Dunkerka est Borboniæ familiæ, ideoque regis Franciæ. Sed Comes Flandriæ est Dominus feudatarius, ad cujus tribunalia à Dunkerkæ judice appellatur.

*Charolois* est regis Hispaniarum ; sed rex Franciæ est Dominus feudatarius. Est simplex feudum, neque supremi juris.

*Armaniacensis* (vulgo *Armagnac*) Comitatus continet Diœceses duas ultra Garumnam, nempe Lactoratensem, vulgo *Laictoure*, & Auscensem (vulgo *Auchs*) Metropolim totius Novempopulaniæ, sive Vasconiæ. Subjicitur Parlamento Tolosano.

*Bigerronum* Comitatus (*le Comté de Bigorre*) continet unum Episcopatum Tarbam, sedem Episcopalem : vulgo *Tarbe de Begorre*, aut *Bigorre*, sub metropoli Auscensi in Vasconia, nempe ultra Garumnam. Est sub Parlamento Tolosano.

*Ducatus Allebreti*, ut supra diximus, quod de Constantinopoli dixit Hieronymus, eam nuditate omnium civitatum constructam fuisse, ita nuditate proximarum Seneschalliarum compositus est tam ultra, quàm citra Garumnam. Caput est Neracum. Totus Ducatus est sub Parlamento Burdigalensi.

*Lemovicium* (*Limosin*) Seneschallia comprehendit duos Episcopatus, Ratiastum Lemovicum, *Limoges*, & Tutelam, *Tulle*. Subjacet Parlamento Burdigalensi.

*Petrocorium* (*Perigor*) Seneschallia continet duos Episcopatus, Vesunnam Petrocoriorum, *Periguens*, & Sarlatum. Subjicitur Parlamento Burdigalensi.

*Seneschallia Agennensis* continet duos Episcopatus, nempe citra Garumnam Aginnum Nitiobrigum (*Agen*), ultra Garumnam Condomium, quod peculiari nomine dicitur Vasco-

conia. Quemadmodum enim Africa dicitur tota illa mana continens, quæ patet à Nilo ad Gades, & tamen in a erat provincia, quæ peculiariter dicebatur Africa, in ua Carthago: ita Vasconia quidem dicitur amplissima illa regio, quæ olim vocata fuit Novempopulania. Sed peculiariter Vasconia quoque dicitur in ea Episcopatus Condomiensis. Itaque Seneschallus Agennensis vocat se Seneschallum Agennensium & Vasconiæ, id est, Condomii. Quæ appellatio vetus est. Nam temporibus Pipini pagus Agennensis citra Garumnam & ultra Garumnam dicebatur. Itaque sub Pipino in vetustissimis Annalibus refertur luisse frumento in pago Agennensi ultra Garumnam: id est ea regione, quæ proprie dicitur Vasconia, in qua Condomium. Seneschallia Agennensis subjacet Burdigalensi Parlamento.

*Seneschallia Cadurcium* (*Querci*) continet duas Diœceses, Divonam Cadurcorum (*Cahors*), & Montalbanum. Subjacet Parlamento Tolosano.

*Seneschallia Rutenensis* (*Rouargue*) complectitur duas Diœceses, Segodunum Rutenorum (*Rodan*), & Vabras. Subjacet Parlamento Tolosano.

*Languedokium* totum est sub Parlamento Tolosano. Comprehendit tres ingentes Seneschallias, Tolosanam, Carcassonensem, Belloquadrensem (*Beaucaire*), Episcopatus XI.

*Arvernium* (*Auvergne*) dividitur in montanum, & planum. Planum dicitur Alimania. quod nomen jam obtinebat tempore Gregorii Turonensis; quæ regio opima est & fertilissima, civitatibus amplissimis: vicis, villis, prætoriis magnificis exculta. Duo Episcopatus sunt in Arvernio, in plano quidem Augustonemetum Arvernorum, *Clermont en Auvergne*, non longe à Gergovia Cæsaris. In montano est Episcopatus Sanctus Florus. Totum Arvernium est sub Parisiensi Parlamento.

*Pagus Gabalitanus*, vulgo *Givauldan*, unum Episcopatum habet Mimatensem, vulgo *Mende*. Subest Tolosano Parlamento. Est enim in Languedokio.

*Pagus Vellaunensis*, unum Episcopatum habet Aniciensem, *Pui en Vellai*. Est pars Languedokii, ideo subest Tolosano Parlamento.

*Fuxensis Ducatus*, (*Foix*) ante paucos annos attributus est Lan-

Languedokio, cum antea Guiennæ censeretur. Continet unum Episcopatum Apamiensem.

*Convenarum Comitatus, le Comté de Cominges*, unum tantum Episcopatum continet, Sanctum Bertramum. est in Vasconia sub Parlamento Tolosano, ut diximus in Episcopatibus.

*Picardia* amplissima regio tota sub Parlamento Parisiensi.

*Pares Franciæ* XII. Sex Clerici: quorum tres duces: Remensis Archiepiscopus, Laudunensis, & Lingonensis Episcopi. Tres Comites Clerici, Catalaunensis, Noviomensis, Bellovacensis. Sex Laïcorum tres duces, Normanniæ, Burgundiæ, Aquitaniæ. Tres Comites, Campaniæ, Flandriæ, Tolosæ. Omnes illi XII non possunt esse sub alio Parlamento, quam Parisiensi, cujus ipsi consiliarii sunt. Parlamentum enim Parisiense constabat antiquitus ex LXXVII Senatoribus, & XII Paribus Galliæ. Itaque omnino erat centumviralis Senatus regni Franciæ. Ideo solum Parlamentum Parisiense est Parlamentum Parium Franciæ: qui apud id solum Parlamentum conveniri & caussam dicere, &, si opus est, condemnari possunt.

FINIS.

IN-

# INDEX
## RERUM MEMORABILIUM, QUÆ IN COMMENTARIIS CÆSARIS HABENTUR.



Ægypti

Am[illegible]

B.

C. Atei

F.



fru-

Ger-

Hispa-

ele-

legioni

L. Lu-

## M.

Mel

nu

Q.



R.

## S.

Sicilia

T. [illegible]

## T.



T. La-

V.

Z.

# INDEX
# RERUM ET VERBORUM
## In DIONYSII VOSSII & JOANNIS DAVIESII Notas, locupletissimus.

*Numerus paginam, littera* V. *Vossium*, D. *verò Daviesium denotat.*

C.

## L.

pea-

pro-

T.



ter-

FINIS.

# INDEX

# AUCTORUM VETERUM,

## *Qui in notis emendantur, aut notantur.*



Ma-

FINIS.

# L E C T O R I
## S
## J. G. GRAEVIUS.

CUm mecum ageret anno superiore, nomine Societatis Amstelodamensis, Henricus Boomius, vir spectatæ fidei & industriæ, de Julii Cæsaris editione nova, quam dare constituisset, ei ostendi Dionysii Gerardi Joannis F. Vossii notas & observationes in
:æsarem servari ab ejus patruo, Viro Nobiliss. & Ampliss. Gerardo Joanne Vossio, Senatore supremæ Curiæ Flandriæ, quæ est
itionis fœderatorum Belgarum; nec me dubitare, quin hujus
ıcubrationis copiam ei sit facturus Vir humanissimus. Istius vo-
non longe post compos petiit à me ut, quem in musæo meo vi-
erat Julium Celsum, ut vocatur, de vita & rebus Julii Cæ-
ıris secum communicarem, quem librum esse rarissimum in-
llexerat, cum in nulla Galliæ bibliotheca, illum reperiri te-
atus sit Joannes Godwinus V. Cl. Professor Regius, in editio-
: Cæsaris in usum Sereniss. Delphini adornata. Nam cum is
isputasset de Floridi Sabini & Ludovici Carrionis opinione de
ımmentariis, quos habemus de bello Gallico & Civili, ac si
li falso Julio Cæsari tribuerentur, cum illorum parens sit Ju-
ıs Celsus, quia hinc adscribantur in nonnullis Mss. ut & à
ıanne Salisberiensi, Vincentio in speculo, auctore Margari-
: poëticæ, qui non pauca ex Cæsare deprompserint, quæ Julio
:lso adsignent, subjicit, hunc scrupulum sibi exemisse Ger-
ırdum Joannem Vossium. Eum enim docere Celsi commenta-
os δὶς διὰ πασῶν à Commentariis Cæsaris differre, ut sciunt,
:rba sunt Vossii, qui cum Cæsare contulerunt editionem
elsi anni M CCCC LXXIII. paulo post subnectit his Godwi-
ıs: Ego vero fateor me ejusmodi Celsi editionem anno
IↃ CCCCLXXIII factam, quamvis sedulo in celeberri-
is Bibliothecis requisitam non invenisse. Accipis igitur
ınc hic illos quæsitos, & à multis viris doctis expetitos Julii

*Celsi commentarios. Nam hunc indicem magni Vossii auctoritatem secuti præfixerunt, quamvis nec in fronte illius, unde hi prodit, editionis auctoris nomen, aut ipsius libri & ejus argumenti inscriptio conspiciatur, nec in calce, in qua tantum agitur:* Explicit liber. Deo gratias. Anno Domini CIↃ CC LXXIII, *ut rectius scriptorem hujus commentarii Dionysius Vossius anonymum vocet. Certe Julius Celsus in illo laudatur ut Celsi esse non possit. Nam cum is commemorasset cladem Romanæ legioni ab Ambiorige illatam:* admonuisse, *inquit*, lectorem vellem, quod Suetonius Tranquillus, auctor certissimus, Germanorum hoc in finibus accidisse ait: Julius autem Celsus comes, & qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum censet. *Meminit etiam Celsi in aliis locis, inprimis in illo, ubi narrat Cæsarem Bibracte hiemare constituisse, de quo ipse Cæsar agit in Commentarii septimi de bello Gallico fine.* Hic, *inquit*, incipit octavus Commentariorum liber quem fecit Julius Celsus; septem autem primos & usque ad hunc passum fecit ipse Cæsar, quamvis hic actor (*leg.* auctor) aliquot in locis contradicat, & male Cicerone teste, & ipso Celso in prologo ... *Hæc tamen non videntur ipsius anonymi esse, sed ab imperiti homine adscripta, qui hunc anonymi librum credidit esse ... Cæsaris Commentarios, cum anonymus Julio Celso illos tribuat, ut ex verbis his videre licet,* Julius autem Celsus comes, & qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum censet. *Nam in Cæsare legimus, victoria illius Ambiorigem potitum esse in Eburonibus sui juris populis. Si anonymus est auctor illorum, quæ de octavi libri scriptore apud illum prælecta modo cognovimus, æque suum commentarium in* VIII *libros divisit, ut Julius Cæsar. In editione tamen vetere nulla est librorum distinctio, quam hic ut in aliis sumus secuti. Sed quicquid sit de scripto & auctore, liquet utique anonymum esse, quem Vossius Julium Celsum vocat, quo auctore ignoro, nisi forte, cum legisset, libri octavi scriptorem haberi Celsum, ut vidimus, nec tamen alius esset illius libri auctor, quam qui se* præ-

*racedentium, quod nemo iverit inficias, qui vel dictionem vel ententias attentius consideret, animum induxerit ut crederet otius hujus operis conditorem esse Julium Celsum. Fuit autem nonymus hic Christianus. Laudat testimonium sancti Augustini le morte voluntaria Catonis, & non raro damnat & irridet entilium, Romanorum præcipue in auspiciis & sacris superstitionem. Nulla in illo antiquitatis sunt vestigia. Quin vix quadringentorum, summum quingentorum annorum ætatem fert. Nam, ut omittam alia, Morinos dicit suo tempore Flandros ppellari, & Reges Germaniæ Cæsares. Quamvis vero Julii Celsi non sint hi commentarii, si ulli unquam Celsi commentarii exstiterunt, de quo valde dubito, ac non potius decepti sunt mnes, alii, qui emendatorem operum Cæsaris Julium Celsum abuerunt pro illorum auctore, alii, qui hunc anonymum crediderunt & Celsum illum, qui sæpe laudatur à scriptoribus, ui ante trecentos annos vixerunt, quorum supra meminimus, nia, ut in editione vetusta nostra liber octavus Celsi nomen erit, sic forsitan in nonnullis manuscriptis codicibus omnes ibri hoc nomen ostentarunt, quod viri docti observarunt in Cæsaris quoque commentariis manuscriptis; sunt tamen digni hi aonymi commentarii, qui ex istis latebris in celebritatem prorahantur. Sic enim satisfiet eruditorum desiderio, qui olim eum idere gestiunt, inter quos fuit Vir probitate, doctrina, & cum uperesset studio benemerendi de præclaris artibus, illarumque ultoribus in primis nobilis Emericus Bigotius, cujus epistolam nte multos annos ad Nicolaum Heinsium datam legi, in qua etebat quædam sibi ex hoc anonymo describi, optabatque toum aut solum, aut cum Julio Cæsare, si quando typis iterum andaretur, publicari, ut scrupuli nonnullis à Sabino & Carione injecti, inter quos & Tanaquillus Faber fuit, ex animis ominum penitus evellerentur. Nec equidem indignus est anoymus hic lectione, cum multas graves sententias aspergat, quæ ctorem possunt erudire, ut non est in cognoscendis causis, cur uæque gesta sint, obtusus, nec inutilis aut legentibus aut edenbus Cæsarem. Non fuit enim imperitus rerum humanarum,*

nec

*nec pro captu illius ætatis indoctus, quippe qui in scriptis Tullianis, præcipue in epistolis ad Atticum minime fuerit hospes, ex quibus non pauca excerpsit, quæ faciunt ad Julium Cæsarem defendendum, quem admiratur unice, & ad refellenda quæcunque in illo criminabantur. Editio illa unica anni* CIƆ CCCLXXIII *mendis infinitis inquinatur, & præcipue fœdissime dedecoratur compendiis syllabarum & vocum, quæ illius temporis librariis & primis typographis erant familiaria. Præter hæc expressimus eam in omnibus fere, intactosque reliquimus errores sive scribarum sive auctoris in ortographia vocum, tam hominum & locorum, quam aliarum rerum, quæ facile poterant emendari, ut Lector hanc editionem legens se primam legere sciat. Conjecturas & correctiones, quas exigebat sententia, singulis paginis subjecimus. Speramus hujus libri pauci cogniti, Simlero certe & Gesnero, diligentissimis illis librorum indagatoribus ignorati, nec in bibliothecis locupletissimis Gallicis reperti, ut in dubium vocaretur, num unquam extitisset, aut lucem vidisset, editionem non ingratam futuram hominibus belle curiosis. Vale.* Anno MDCXCVII.



C. JU-

# JULII CELSI
# COMMENTARII
## DE VITA
## JULII CÆSARIS.

# JULII CELSI COMMENTARII DE VITA JULII CÆSARIS.

*Quum Cl. J. Daviesius in notis ad Cæsarem ubique secutus sit editionem J. Celsi Londinensem; his in margine notis numeralibus ejusdem editionis paginas annotare visum fuit, ne ad aliam editionem recurrere lector cogeretur.*

GAji Julii Cæsaris dictatoris exordia, ut pleraque mortalium fragilia: progressus magnifici: finis præceps. adolescens haud sane fuit dives, quamvis nobilissima de stirpe. Siquidem ab ipso Romanæ urbis initio & ante urbem conditam eclarum nomen Juliæ gentis invenio. Accessit ad domeam difficultatem intempestiva mors patris! qui illo ann ætatis sextum decimum agente obiit. Cujus aliquando nomine à meipso & ab aliis dubitatum memini. Credique quod ut sol stellas, sic paternum nomen filii claritas curasset. legendo tamen comperi (quod nescientibus propatrem hujus Lucium Julium Cæsarem fuisse. sed ut reıar ad filium, accessit & quartana febris; iners tædium gæque molestiæ, & omni febre periculosius Sullæ odium atoris. qui civili bello victor, tam crudelis vir, tam po; jam tum Cæsarem inter adversarios numerabat, & de loquens sæpe his verbis & Pompejum & nobiles admoat: *Male præcinctum puerum cavete.* Etsi enim Cæsar a ornatum corporis multus esset, fluxe tamen cingeba; mos illa ætate reprehensibilis. unde est illud Ciceronis; io dum post bellum civile quæreretur, ut quid ita in elene deerrasset, Pompejum Cæsari præferendo: *præcin-t*, inquit, *me decepit*. His ille simul vexatus incommo-

7 8

dis; pene quotidie latibula permutabat, seque nonnunquam ab inquisitoribus pecunia redimebat; futurus regum dominus ac regnorum. & tam diu hoc in statu fuit, donec [1] Mamercus Æmilius & Aurelius Cotta viri nobilissimi & affines ejus, Sullæ vero amicissimi; simulque Vestales virgines (quarum summa tunc erat auctoritas) multis ac validis precibus sibi veniam quæsierunt. ubi illud memorabile, quod cum Sulla diutius obstetisset, neque ullus [2] peccandi modus esset victus ad ultimum exclamavit, vel divino instinctu vel humana tantummodo conjectura; & *vincite* ait, *atque habetote vobis cunctisque nobilibus hoc damnosum donum. Prædico autem vobis, * hic, quem enixe adeo salvum cultis, optimatum partibus, quas vos mecum defendistis, quandoque exitio excidio. Cæsari enim multi insunt Marii.* Hæc sane minutiora viri hujus his fortasse profuerint, qui laboriosam adolescentiam degunt, ne desperent vigilando ac intendendo ad altiora conscendere! dum virum principem, tantis obsessum difficultatibus prima audiverint ætate. Militavit adolescens in Asia, Græciaque & Cilicia, fama nunc clara, nunc obscura. audita autem Sullæ morte, [3] iterum novandarum spe trahente, Romam rediit. sed civili motu præter spem compresso, ne nihil ageret, Cornelium Dolabellam consularem ac triumphalem virum repetundarum accusavit. Quo judicio magnam sibi famam eloquentiæ, sed & multum quæsivit invidiæ. quam ut leniret absentia, ab-

9 soluto reo, rebusque undique citra vota fluentibus, in insulam Rhodum se conferre disposuit. simul ut otio operam daret ac literis, apud Apollonium [4] Milonem clarissimum tunc facundiæ præceptorem, sub quo Cicero ipse Romanæ princeps eloquentiæ didicisse creditur. Sed dum eo navigat a piratis captus, familiaribus omnibus, præter tres remissos ad redemptionis suæ pecuniam procurandam; mansit cum prædonibus dies circa quadraginta, non sine tristitia & indignatione gravissima. Cumque illi eum ex convictu familiaritate orta percunctarentur: quid eis si in sua potestate essent, faceret, respondebat jocanti similis se illos crucibus affixurum, idque ita fore jurejurando tacito confirmabat. Cum vero co-

min-

1. Lege, *Marcus.*
2. Lege, *precandi.*
* Interseritur hic *qui* in editis, hoc est *quum* aut *quantum*, quod sententia respuit.
3. Lege, *rerum novandarum.*
4. Lege, *Molonem.*

nitibus ac servis Roma redeuntibus & quinquaginta talentis pro ejus pretio persolutis libertati redditus fuisset ; classe illico conquisita illos attigit apprehenditque. In quibus jam um secururæ [1] levitatis ac clementiæ gustum dedit. Nam um & sontes plectere & juramentum servare fixum esset ; modum excogitavit quo utrumque leviore supplicio compleetur. Itaque jugulari illos primum, post exanimes crucibus ussit affigi ; nec per otium tamen publicas res neglexit. Mihridate enim Asiam infestante continentem transgressus, ongregatis auxiliis, etiam præfectum regis Asia pepulit & rovinciam conservavit.

His actis Romam rediit, primusque illi honos fuit tribuatus militum, in quo quidem imminutam à Sulla tribuniiam potestatem restituere summo studio nisus est. Inde quæor ulteriorem sortitus Hispaniam, apud Gades in templo lerculis forte Alexandri Macedonis contemplatus imagiem, vehementer indoluit, quod cum ætate illa, quam ipse unc ageret Alexander, in fines terræ famam sui nominis exndisset ; à se nihil adhuc dignum gloria gestum esset. misonem igitur à senatu petiit, cupiens esse ubi majoris famæ nateriam inveniret. Romam reversus fœdo illico turbatus 10
st somnio, visus sibi dormiens cum matre [2] concubere. Est æc quidem una miseriarum humanarum : ut quamvis veum sit, quod ait Cicero, quodque de Homero scribit ; ejus plerumque ea videre dormientes de quibus sæpissime igilantes sint soliti cogitare & loqui : tum illud quoque veissimum est, solere se quieti [4] homini ingerere visiones fœdas c turbidas & a somniante anima peregrinas, ut quod nunuam vigilantes cogitarent, & quod potius quam facerent nori optarent, consopiti [5] facere videantur, rejecta ad conectiones visione. Illi, ut quorum vafrum fallaxque est articium, extimatis credo viri moribus ac natura, consentanea nterpretatione, magnalia, terrarumque orbis imperium sinificari somnio dixerunt, quod ea scilicet quam sibi subitam habuisset, nil esset aliud quam terra parens publica, c, ut perhibent, ad amplissimam spem incitaverunt. Quod go potius narro, quum sic ab aliis scriptum scio, quam

 quod

1. Lege, *lenitatis.*
2. Lege, *concumbere.*
3. Forte, *homines.*
4. Forte, *hominum.*

5. Lege & distingue, *facere videantur. Rejecta ad conjectores visione, illi, ut.*

quod verum credam, virum tanti animi, tantæque prudentiæ, ad immensam spem somnio inani, & nocturno fantasmate, aut omnino circulatorum [1] fataciunculis incitatum; ad quam implendam quanto ingenio, quantis bellicis artibus, quantis laboribus, quantis denique rebus aliis opus fuisse quam somnio, quis non videt? Dehinc ædilis factus est. quo tempore in suspicionem magnam venit. non semel modo, sed pluries conspirasse creditur cum viris insignibus, ut totum statum reipublicæ perturbaret. Sed nunc seu pœnitentia, seu metu, nunc morte conspiratorum effectu consilium caruisse. In ea ædilitate multa fecit ac magnifica ad ornatum urbis, quorum omnium ipse solus excluso collega populi gratiam consecutus, speransque nil sibi negatum iri, tentavit extra ordinem Ægyptum provinciam adipisci, quod Alexandrini regem suum solio dejecissent. sed ab optimatibus impeditus, ut quo poterat modo se de illis vindicaret, in illorum contemptum Gaji Marii novi hominis trophæa de Jugurtha scilicet & Cimbris ac Theutonis, quæ Sulla hostili superbia dejecerat, reparavit. Idemque dum quæstionem de sicariis exerceret, eos qui proscriptione Sullana relatis capitibus civium Romanorum ex ærario pecunias accepissent, quamvis legi Corneliæ tunc exemptos, pro sicariis duxit. quod & si adversariorum odio faceret, [2] in se tamen juste quidem ut arbitror faciebat. non enim potest naturæ legem lex humana evellere. Perdita spe Ægypti, pontificatum maximum petiit, non absque fluxu munerum ingenti. Ita jam tunc ambitio Romanum orbem invaserat: Jam pontificatus pecunia vendebantur, minus malum quod deorum erant. Qua in re non ipse sibi sufficiens, alienum non modicum æs contraxit. quod ipsum secum extimans, dum in campum candidatus mane descenderet, matri se deosculanti domum, inquit, *nisi pontifex non revertar.* Reversus est autem pontifex duobus clarissimis competitoribus superatis, ætate licet ac dignitate præstantibus. Inde prætor factus est. quo tempore cum Catilinæ conjuratio erupisset, & complices scelerum tenerentur: universo senatu supremum in eo supplicium decernente, solus est ausus suadere non morte illos affici expediens esse; sed publicatis bonis, per custodias municipiorum dividi ac servari. persuasissetque fortassis; tantum omnibus terroris incusserat, invidiæque eis impostesum

rum

1. Forte, *vaticiniolis.* 2. Forte, *ipse.*

·um imminentis, si tales cives contra legem Porciam per-
:misissent, ut Decimus Sullanus consul designatus sententiam
uam, quam mutare [1] prohibebat, interpretari non erube-
ceret, atque in sensum mitiorem fando reflectere. Denique
.lii atque alii inter [2] certos Ciceronis consulis frater, elo-
|uio capti, illius in sententiam ibant. poterantque scelera- 12
issimi cives linguæ unius auxilio pœnam justissimæ mortis
vadere, nisi Marcus Cato vir gravissimus oratione contra-
ia pessimam in partem inclinatos animos erexisset. Extat
traque oratio apud Crispum Salustium temporis illius hi-
oricum. Neque tamen cœptis abstinuit, donec Romani e-
uites ad præsidium senatus armati mortem sibi strictis mu-
ronibus minarentur. Ita ut proximi metu pœnæ omnes ef-
ıgerent, paucique eum complexu togæque sinu obvolutum
:riculo mortis eriperent. Quo permotus non modo cœptum
bmisit, sed ad tempus ipsam curiam intermisit. nec diu
.men valuit quiescere quominus tribuniciis procellis se in-
:reret. Itaque Cæcilio Metello tunc tribuno plebis novis
gibus & collegium tribunorum & rempublicam perturban-
, non fautorem modo se præbuit; sed auctorem: novarum
›ique rerum aucupans materiam, donec ab administratio-
: publica jussu senatus uterque prohiberetur. Neque vel sic
agistratum gerere & jus reddere destitit, donec in armis
se, qui eum vi cogerent parere senatui, deprehenderit.
nimvero tunc dimissis lictoribus clam discessit, statuitque
ntisper pro tempore, ac rerum qualitate quiescere. Cum-
ıe certatim multi ad eum diebus proximis convenirent, ad
cessitæ præsidium dignitatis opem illi atque operam offe-
ntes; seu modestia seu diffidentia recusavit, atque effrena-
ıs instantes sobria oratione coercuit. quæ res [3] ea gratior
nnibus, quo ab omni opinione remotior fuit, unde est effe-
ım, ut senatus ei per illustres viros grates ageret; & in
riam evocato, ac verbis honorificentissimis collaudato
ærreptum restitueret magistratum. Non multo post gravio-
nunc etiam suspicione laboravit. accusatus apud Nonium
igrum quæstorem à Lucio Vectio quod fuisset inter com-
ices Catilinæ, qua nulla major esse posset infamia. In se-
tu autem à Quinto Curio delatus, cui eo plus esse fidei vi-
batur, quo conjurationem illam ipse primus revelasset, 13

 atque

1. Forte, *pudor prohibebat*. Suet. ait ?. 14. *qua mutare turpe erat*.

2. Lege, *ceteros*.

3. Lege, *ea*.

atque ob id decerni sibi de publico præmia meruisset, & hi
quidem ex Catilina didicisse, alter se chirographum Cæsa
ris Catilinæ datum ostensurum asserebat. contumeliam has
tantam, 1 tanquam acres livoris aculeos nullatenus perfe
rendos ratus Cæsar, Ciceronem suæ innocentiæ testem feci
seque illi tunc consuli de ea ipsa conjuratione, quam loqui
mur, aliquid denunciasse monstravit. atque ita confutat
adversariis, ut decretis præmiis Curius privaretur obtinuit
Vectius vero ut pignoribus captis direptaque suppellectili
gravi multa affectus pro rostris pene à concione discerpe
tur atque in carcerem mitteretur; similique constantia
Nonium ultus est, quando quæstor apud se prætorem, ma
jorem scilicet potestatem passus esset accusari. Adhuc præ
tor Hispaniam petiit, & tanta erat viri illustris inopia, u
à creditoribus profectio ejus impediretur, nisi illos datis fi
dejussoribus quietasset. Rebus autem illic gestis composita
que provincia festinanter, & successore non exspectato ad
consulatum pariter & triumphum rediit, sed cum legibus
ambos simul assequi non liceret, omisso inprimis triumpho
consulatum maluit, rerum cupidus gerendarum. Comitiis
quidem consularibus non collegam nactus quem volebat
obstante optimatium factione, cum Marco Bibulo factus
est consul. Quem exorta postmodo quæstione legis Agra
riæ, dissentientem foro armis ejecit, & de hoc in senatu
queri ausum, nullo se ultorem, aut saltem cognitorem in
juriæ offerentem, eo pavoris impegit, ut quisvis mallet
esse quam consul, totoque tempore consulatus domi ma
ens latitaret, & siquid decernendum esset, per edicta de
cerneret, & Cæsar solus rempublicam gubernaret, nemi
ne prorsus obstante; & siquis obstetisset, non tantum minis
sed factis exterrito. In quibus Marcum Catonem tantæ v
14 rum sapientiæ ac virtutis, actis obstrepentem suis, manu li
ctoris extractum curia, mitti fecit in carcerem. Quo eun
tem illum senatus omnis persecutus est, non aliter quam s
unius in persona omnes capti viderentur. sunt qui dicant,
vestem quoque velut in luctu publico permutasse. Qua qui
dem tanta veneratione ac pietate, nisi fallor, injuria carce
ris compensata est; ut optabile fuisse videatur Catoni sic in
carcerem duci, unde mox sic educeretur. siquidem 2 hic se
natus

1. Lege, *tamque*. 2. Forte, *hac senatus tanta consensio Cæsarem*.

natus tanta consensione Cæsarem ipsum movit; utque ait Valerius, divini animi perseverantiam flexit. præter hæc Cæsar initio consulatus, sentiens contra se invidiam laborantem & consulibus a senatu provincias nullius laboris & gloriæ decretas, idque in se unum fieri cogitans, & ad suam, sicut erat, injuriam trahens, quod collegam scilicet ista non tangerent, atque incensus cupiditate vindictæ; Cneum Pompejum Magnum, tunc senatui infensum, quod Mithridate perdomito ad ipsius honores [1] silentiis habuisset, omni obsequio promereri studuit; utque solidior nexus esset Marci Crassi & Pompeji amicitiam vetusto odio interruptam ex consulatu, quem simul diffidentissime gesserant, resarcire nisus est, effecitque sollicito ac solerti ingenio, ut ipsi tres [2] qui republica unum essent; fore ratus, ut quod eis placuisset nullus infringeret. nec fefellit spes. utque amicitiam consanguinitate firmaret, filiam suam Juliam Pompejo conjugem dedit. & undique sibi adminicula coacervans, ipse Calpurniam L. Pisonis successuri sibi in consulatu filiam in matrimonium accepit. generisque ac soceri suffragiis fultus, ex omnibus provinciis Gallias atque Illiricum prælegit, amplissimam scilicet opum viam atque uberrimam materiam triumphorum: non quod senatus ei Transalpinam Galliam libere daret, sed veritus ne a se negatum populus largiretur, & quod suum nollent munus [3] fieret alienum. Nec dum invidia quiescente, jam [4] provectus in provinciam, accusatus 15
ab æmulis procuravit ut absens reipublicæ causa vocari ad judicium non posset, posuitque in animum, omnes qui ad magistratus [5] assensuri essent, sibi amicos efficere, atque ex illo nullum adjuvare, sed pro viribus impedire, nisi qui sibi pollicerentur se ejus absentiam defensuros; ut a nonnullis hac de re jusjurandum ac chirographum non [6] veretur accipere. Audiens vero L. Domitium consularem candidatum qui eum prætor anno alio vexare voluerat, jactare solitum se, quod prætor nequivisset, consulem effecturum, sibique exercitum erepturum; illius consulatum impediendi viam unam meditatus, novos amicos Pompejum & Crassum ad se Lucam jure amicitiæ in colloquium evocatos, induxit ut anni instantis consulatum peterent. quatenus tantis competi-



1. Lege, *silentium.*
2. Forte, *in.*
3. Forte, *fieri.*
4. Lege, *profectus.*
5. Lege, *ascensuri.*
6. Lege, *vereretur.*

petitoribus ille succumberet; providensque in posterum, ne quid in se livor possit hostilis, illud quoque suffragatoribus tantis obtinuit, imperium à senatu sibi in quinquennium prorogari. quæ quidem & in Gallia, & in Italia, & in toto orbe magnorum motuum causa fuit. His enim ad vota fluentibus jam securior, & despexit adversarios, & legionibus novis pro arbitrio conscriptis, omne quantumlibet periculosum & grave belli genus aggressus illa gessit de quibus ipse jam hinc agere aggrediar.

Scripturus res Julii Cæsaris gestas in Galliis, primum esse mihi credidi Galliarum situm ubi res gestæ erant describere. quod à quibusdam confuse adeo factum est, ut legentis ingenium à notitia rerum arceat ipsa descriptio. Quæ res eo facilior mihi esse debet, quo regionum illarum distantissimos fines fere omnes, nunc ex otio & solo videndi noscendique studio, nunc ex negotio circuivi: quamvis ipsa nominum mutatio in his terris, ut in aliis fere omnibus, multum novæ difficultatis & scribenti objiciat & legenti. sed emer-
16 gam ut potero. Gallia ergo [1] in omnes primis diffusa magnam Europæ partem occupat, bifariam distinguitur. & nomina a Romanis imposita vel hinc patet, quod eam partem quæ propinquior Romæ erat Cisalpinam [2] dicet ut, quod cis Alpes ipsi etiam essent. Illam vero quæ remotior, Transalpinam, quæ distinctio & in Hispaniis observata est, ut hanc scilicet ob causam, hæc citerior, illa autem ulterior diceretur. unde horum nominum auctores fuisse illos, qui rerum potirentur facile quidem ingeniosus lector intelligat, & Cisalpina quæ fuit olim Gallia terminosque habuit hinc Apenninum ab occidente ac meridie, illinc Alpes à Septentrione, ab oriente autem sinum maris Adriatici, fluviumque exiguum Rubiconem, qui haud procul Arimino ipsi Adriatico mari & Apennino infunduntur, quæ multis magnisque urbibus insignis, multis clara fluminibus ac lacubus per medium Pado, quem Græci Eridanum vocant, regio amne distinguitur. Hic inquam ambitus terrarum jam non Galliæ sed Italiæ pars est. Transalpinam vero sive ulteriorem Galliam Cosmographi & Historici varie diviserunt, quam rem, quod & apud eos satis obscura est, & ut clarior fieret,

1. Videtur legendum: *quæ in omnes partes diffusa.*

2. Lege, *dicerent.*

ret, plurium indigeret verborum, transeo. Quod inter omnes convenit &, quod verum reor, attigerim, universæ Transalpinæ Galliæ fines ac spatium, fuisse in longum ab Alpibus Italiæ ad Oceanum Britannicum [1] Pirivesque montes qui Gallos dirimunt ab Hispanis; in latum vero amnibus Rheno ac Rodano geminoque mari in quod flumina ipsa descendunt, Oceano scilicet ac Tyrreno, patuisse, et in circuitu, ut Suetonius Tranquillus ait, ad bis & tricies centena millia passuum. Ex omnibus sane divisionibus ejus ac partibus, unam Galliam Belgicam dictam constat. De cujus finibus etsi varient scriptores, hoc tenendum, habitasse Belgas Gallos ad sinistram Rheni ripam, ubi maxime ad Oceanum appropinquat, qui enim dextrum latus accolunt, jam non Galli [2] erant sed Germani. Inci- 17
piens ergo Belgarum regio ab Oceano, qui inter [3] archon & occasum Britanniæ à continentibus separat, adverso fluminis alveo inter septentrionem & orientem tendebat, quibus hodie in finibus Flandria & Brabantia est atque [4] Panonia, plurimæque aliæ, & regionum decus adjacentium à Marco Agrippa postmodo fundata, & conditoris sui nunc etiam nomen servans, sedet illa nobilis Agrippina Colonia. Et hos quidem cunctis Galliarum incolis tam corporum viribus, quam morum experientia atque omni bellica præstantis industria, & fuisse olim, legimus & nunc scimus. ea vero tota natio paulatim, nec vetuit Rhenus, in nomen Germaniæ linguamque concessit, ut jam se Gallos dici negant, si audiant indignentur. Belgis proximi Helvetii fere pari propemodum & belli gloria & virtute. horum fines ab occasu Jura mons præaltus à Sequanis discriminat, a septentrione autem Rhenus adhuc proximus fonti à Germanis, quamvis & ii quoque, quemadmodum de Belgis diximus, in Germaniæ nomen tempore labente transierint. Atque ita Galliæ Transalpinæ magnas partes sibi Germania vindicavit. Sicut totam Cisalpinam sibi vendicavit Italia. Ab oriente autem claustra Alpium [5] per Helvetios ab Italia discernunt jugis aëriis & [6] nunc perpetua. à meridie Lemanus lacus & Rhodanus, qui lacum intersecat, inter eos atque

1. Lege, *Pyreneosque.*
2. Forte, *sunt.*
3. Lege, *arcton & occasum Britanniam.*
4. Lege, *Hannonia.*
5. Delendum illud *per.*
6. Forte, *tectis nive perpetua,*

que Alobroges limes erat. Quorum finium ut Julius Cæsar affirmat, milia passuum ducenta quadraginta; latitudo autem centum octuaginta patebat, & tamen pro numerositate hominum. ac bellorum studio, angustis sibi carceribus circumscripti & clausi videbantur. Ex præmissa descriptione nisi fallor patet, horum in finibus fuisse, quos Burgundiones ab Burgis modo dicimus, ad meridionalem plagam: ad
18 [1] archoam vero illam Rheni ripam, ubi Argentina nunc & illæ Basilea & Constancia urbes sedent. Cis Rhodanum Allobroges tenuere lævam amnis: ad ripam quorum, ut idem Julius Cæsar extremum proximumque Helvetiis angulum [2] Genua olim oppidum tenebat, nunc Gebenna civitas tenet exigua & Lemano imminens & Rhodano, ipso ibi de lacu auctiori quidem, quam intraverat, erumpenti. [3] Pono illic haud magnus est hodie, fueratque olim Julii Cæsaris ætate, qui à muro civitatis incipiens in finibus Helvetiorum definit, adeo nullum gentibus inter se ea tempestate discordibus nisi adhuc parvi fluminis obicem [4] naturæ posuerat. sed huc postea revertar. Nunc descriptionem cœptam paucis expediam. Igitur ad occidentem propius, & à Rheno longius Sequani fuere, qui nescio an fluminis patrii nomen acceperint an dederint. his ad dexteram Belgæ, Helvetii à tergo erant: ad lævam provincia Lugdunensis, ad Helvetios illa quidem pertinens. itemque Arelatensis ac Narbonensis; ante autem occidentalis Oceanus, [5] fluminique Garunna. cujus dexteram ad ripam [6] Æquitania est gens mitis & tranquilla, Bituricum; Pictavia; Petrogoricum; Cadurci; Lemovices & [7] Alumni. supra ipsum flumen est Tholosa ampla civitas, extra vero flumen [8] Vastonia gens immitis ac subita, Galliarum limites ad extremos, [9] Pirenum scilicet & Oceani littora extenta. Sequanorum vero ut sic dixerim in gremio Parisii fuere, & [10] Sataniæ amnis in medio parva insula quæ Parisiorum Lutetia dicta est. ubi ab ipso Julio Cæsare tunc fundata creditur, civitas nunc famosa Parisius. hæc hactenus.

Nunc

1. Lege, *arctoam.*
2. *Gebenam* etiam infra nominat auctor hanc civitatem, quam tamen Cæsar semper *Genevam* appellat.
3. Lege, *Pons.*
4. Lege, *natura.*
5. Lege, *flumenque.*
6. Lege, *Aquitania.*
7. Forte, *Ausci.*
8. Lege, *Vasconia.*
9. Lege, *Pyrenæum.*
10. Lege, *Sequana,*

Nunc ad historiæ seriem atque Allobroges redeo. hi qui-
lem non multo ante Cæsaris consulatum pacati, & in fidem 19
ıopuli Romani recepti erant. Ex Gallis vero trans Rhoda-
ıum habitantibus aliqui fœderati Romanis erant, [1] quidem
ne fœdere suis sibi legibus vivebant. Helvetiorum gens vi-
ium fiducia maximarum, simulque desiderio exæstuans Gal-
iarum omnium imperio potiendi, Orgetorige primum du-
e, mox ubi ille affectatæ tyrannidis suspectus in carcere
iem obiit, cœpto nihilominus insistentes, per se ipsos, nul-
ɔ duce, armis expeditis frumentoque quantum visum est iti-
eri satis esse; quidquid reliqui erat, (tanta illos non au-
acia, sed rabies invaserat) una cum ædificiis suis, vicisque
t oppidis [2] eruerunt, ut spe reditus prærepta obstinatiores
ı omnem pergerent fortunam. Idque ipsum facere finiti-
ıis quibus potuerunt populis persuaserunt. sic in proximos
ıcile serpit amentia. sic stultorum sunt periculosa colloquia.
ınctis ergo copiis, conspiratione acerrima atque ardenti
irreditura patrios fines egredi parant, quasi nihil pejus pa-
ria; nihil melius exilio. sane [4] digressurus iter erat duplex;
lterum sub montem Juram in Sequanos, arctum quidem ac
ifficile & hinc impendentium asperitate rupium, illinc ra-
idi vicinitate fluminis tanto suspectum exercitui; alterum
er pontem Rhodani cujus supra mentionem feci. [5] quidam
b Allobrogum gente facile se vel vi vel precibus impetra-
ıros confidebant, inde se longe lateque quo tulisset impetus
fusuri. Altero igitur itinere omisso diem statuunt quo ar-
ıati omnes ad Gebennam adsint, qui dies erat [6] ad quinto
alendas Aprilis L. Pisone, Cæsaris socero, atque Aulo
Gabino consulibus. Et [8] hic quidem ab Helvetiis majore
ıimo quam consilio parabantur. Imperitabat tunc Germa-
is Ariovistus [9] quidem, vir bellicosus ac ferox, magnæ
uidem potentiæ, majorisque superbiæ: qui tamen ante pau-
os menses in ipsius Cæsaris consulatu, rex atque amicus à 20
:natu appellatus cum populo Romano amicitiam barbari-
am [10] contraxisset. Inciderat autem in hoc tempus [11] Eduos
atque

1. Lege, *quidam.*
2. Puto, *exusserunt.*
3. Lege, *irredituri.*
4. Lege, *digressuris.*
5. Forte, *quod quidem.*
6. Forte, *a. d. quintum*, ut apud ul. Cæsarem.
7. Lege, *Gabinio.*
8. Forte, *hæc.*
9. Lege, *quidam.*
10. Lege, *contraxerat.*
11. Videtur deesse, *inter*, & legendum, *inter Æduos atque Arvernos*, vid. Cæs. de bello Gall. 1. 31.

atque Alumnos, de summa rerum grave bellum; quo g
rendo pars utraque stipendiarios de more Germanos adh
buit Et primo quidem adventu non supra quindecim mil
Germanorum in Gallias pretio conducti transierant. ac mo
capti [1] suaviores cœli & uberrimos soli dulcedine quod oli
in Italia fecerant, faciuntque continue, ultra alios atque ali
arcessendo ingenti multitudine cuncta compleverant, erant
que jam in Galliis ad centum viginti Germanorum mili
Quamobrem qui illos evocaverant Edui auxiliorum nimieta
te perterriti cum pœnitere jam cœpisset incepti, finibusque
illos pellere tentassent, multis fracti prœliis, nobilitate
vero omnem senatumque & equitatum miserandis ac varii
amiserant casibus. ac statu veteri immutato, quo prosperri
mo usi olim summa inter omnes Gallos majestate floruerant,
in extremas miserias delapsi facile à Sequanis Gallis, hosti
bus antiquis, [2] edomito datis obsidibus & jurejurando in-
terposito in illorum ditionem ac pene in servitutem vene-
rant. neque illis aut virtus propria, aut Romanus favor in
tanta calamitate [3] posuerat. quamvis pridem senatus decre-
visset ut quisquis provinciam Galliam obtineret quantum
posset amicos populi Romani, nominatim Eduos, armo-
rum ope protegeret. Ceterum nihilo melior Sequanorum
post victoriam, quam Eduorum post ruinam conditio facta
erat. Siquidem Ariovistus cum ingenti manu fines eorum in-
gressus lateque victor magnam soli natalis partem illis eri-
puerat, seque & reliquam repturum minabatur. Jamque
obsides [4] nobilitas extorserat, & pro levi qualibet cau
21 [5] inhumanos illos suppliciis atterebat. Quibus ita se haben-
tibus, jam tempus instabat, ut Germanis assidue Rhenum
transeuntibus Galli omnes aut cederent, aut perirent. hic in
præsens Galliarum status erat, & imposterum timeri pote-
rat, ne Gallis expugnatis Germani victores in provincias po-
puli Romani transmisso Rhodani gurgite penetrarent, &
proxima quæque vastantes, quod multis ante seculis fecerant,
in Italiam irrumperent. Horum tamen omnium motuum
nullus periculo proximior Romæque vulgatior quam Helve-
tiorum apparatus & dies ad Rhodani transitum publico præ-
fixus edicto. Idque Julium Cæsarem ut ad rem redeam ce-
lerat

1. Lege, *suavioris cœli & uberrimi.*
2. Lege, *edomiti.*
3. Lege, *profuerat.*
4. Forte, *nobilitati.*
5. Forte, *inhumanis.*

erare compulit; reputantem quanti discriminis esset quantu-
acumque cunctatio, atque id præcipue recolentem qualiter
ens eadem quondam L. Cassio consule obtruncato, Roma-
um fudisset exercitum, misissetque sub jugum. Eapropter
mnibus impigerrime comparatis profectus ab urbe atque in
jalliam ulteriorem mira velocitate transgressus Gebennam
d periculi locum venit, statimque provinciæ quanto maxi-
ium pati posset militum numerum imperavit. Cognito Cæ-
ıris adventu Helvetiorum legatio ex primoribus gentis illi-
ɔ eum adit, orant iter per provinciam Romanam, iterque
ɔi nullum [1] adesse testantur, seque sine cujusquam damno,
ıe injuria transituros spondent. Cæsar etsi male meritis pla-
:re nollet & pollicitis nullam fidem haberet, atque ideo
m responsi certus esset, ne tamen exercitum itinere fatiga-
m seque [2] tamen maxime conquærendis militibus occupa-
m repentina hostium turbaret incursio; deliberandi spa-
ım poposcit. Jussis legatis Idibus Aprilis ad se redire,
edio tempore suorum pariter & incolarum fretus opera ab
so lacu ad montem Juram, quem prædiximus decem [3] mi-
. passuum murum, altitudinis pedum sedecim fossamque
rfecit. præsidiis armatorum oportune dispositis; castellis-
e & propugnaculis impositis. opus mirum, vix credibile, 22
i à Cæsare factum esse & à claris auctoribus scriptum,
ındatumque memoriæ qui ipsis rebus interfuere [4] magnum
:amen nihilominus animosæ, sed incautæ gentis judicium.
ɔrovide legatis redeuntibus ad præfixum diem, negat ali-
id de iis quæ peterent se facturum Cæsar. neque sibi Ro-
ıno more licitum dicit per amicorum fines armatis exer-
ibus viam dare. Illi responsione habita se delusos ubi in-
lexerunt mœsti & irati per vada fluminis alia atque alia,
i profunditas minor esset, nunc pedibus nunc junctis na-
iis, & sæpe per tenebras aditum tentaverunt. [6] his cona-
tamen frustra fuit, Romanis omni tempore ac loco ad
stentiam paratis. hac necessitate ad iter aliud, quod inter
ısilia prima damnaverant, redire compulsi sunt; quod quo-
m Sequanis nolentibus periculosissimum sciebant, primo
s precibus nequidquam experti, Domnorigis ad auxilium
fugiunt. ut per illum quod per se nequeunt assequantur.
Is

Forte, *aliud esse.*
Forte, *tum maxime,*
. Lege, *milium,*
4. Sic infra, *tamen nihilominus.*
5. Forte, *proinde.*
6. Forte, *hic.*

Is [1] Edui pollens, vir magnanimus, & [2] uterque genti an
cus erat & crescendi cupidine inflammatus & [3] mediocri
insuetus curis [4] multorum gentium gratiam studio quæreb
[5] Cupidine ergo se pro Helvetiis apud Sequanos interpon
transitum impetrat. ultro citroque datis obsidibus ne tra
re [6] prohibebant, hinc ne vocavit transeundo. Hæc cum C
sari innotuissent veritus hostium transitum multa gravia
ciis illaturum, neque sat paucitati suæ fidens, neque quod
tendebat per nuncios fieri posse sperans, consilium capit
tempore. Dumque Helvetii in consiliis tempus trahunt, i
[7] dimisso ad Gebennam ad munitiones quas fecerat; qua
poterat celeritate in Italiam redit. raptimque ibi conscri
25 duabus legionibus subnixus, brevissima per medias Alpes
in ulteriorem Galliam pari celeritate revertitur, dumque
[8] arbuta montium conscendit ab Alpinis gentibus iter ei
to prohibere volentibus multis locis excipitur; multis
parvis quidem prœliis ubique victor nusquam vel prœlio
victoria retardatus intra paucos dies in Allobroges pe
niens mox cum toto Rhodanum transit exercitu. Illic ca
habentem Ambarorum Eduorumque legationes adeunt
tum patriæ miserantes [9] suæ fortunæ, quo sint in statu e
cent. transisse per Sequanorum fines Helvetiorum rabi
& in suos effusam fines; omnia vastare, agros jam col
vacuos, ægre opida defendi, nihil spei esse nisi in Cæs
Siquidem de populo Romano bene meruissent ut a
opem ferat mœsti orant. Idem & Allobroges qui vicini
corum, trans Rhodanum terras, [10] humerant, & quer
& flagitant. Quibus vocibus motus Cæsar nilque diff
dum ratus cito agmine hostes insequitur. It per Eduo
ac Sequanorum fines fluvius tanta laticum segnitie ut
nam pergat vix dignosci queat. sed stagno [11] simul qui
antiquo nomine Arar, novo autem [12] Sona. hic Lugdun
coloniam egressus ibi ante civitatis muros Rhodano m
tur tam veloci amni quam ipse lentus. hunc ratibus Helve
transibant. quos dum transitu in ipso nox superveniens

1. Forte, *in Æduis.*
2. Lege, *utrique.*
3. Forte, *haut mediocribus.*
4. Lege, *multarum.*
5. Forte, *Cupide ergo se.*
6. Forte, *prohibeant, hinc ne noceant.*
7. Forte, *T. Labieno misso.* Cæs. Bell. Gall. 1. 10.
8. Forte, *per ardua.*
9. Lege, *suaque.*
10. Forte, *habitant.*
11. Forte, *similis.*
12. Lege, *Saone.*

pressisset, tribus copiarum partibus transvectis, quarta sub-
stiterat mane proximo transitura: atque ita fortuna dispo-
nente contigerat, ut hæc esset illa pars Helvetiorum, quæ
multos ante annos consule, de quo diximus, interfecto, ex-
ercitu sub jugum misso, cladem populo Romano gravem at-
que ignominiam inflixerant, in qua unus ex multis legatus
consul L. Piso ceciderat ejus Pisonis avus qui nunc consul,
ac Cæsaris socer erat. Eo lætior Cæsar oblata occasione &
privatas simul & publicas injurias ulciscendi, cum tribus
tantum legionibus intempesta sub nocte castris egreditur at- 24
que ad transitum occupatos & nil tale metuentes aggressus
insigni strage delevit, paucis silvas in proximas fugæ præsi-
dio delapsis. His actis Cæsar nihil substitit, sed confestim
properato ponte flumen transiit, eodem torrente fortunæ re-
liquas hostium copias oppressurus. Quo transitu turbati ho-
stes, eo maxime, quod ardorem animi stupebant, qui uno
die transisset, in quo ipsi diebus viginti frustra desudaverant,
illico legatos ad eum dirigunt, quorum princeps fuit Divi-
co ingentis apud suos famæ vir. Et qui clade illa Cassiana
dux contra Romanos belli fuerat. Is, credo, qui Cæsarem
nondum nosset, fecit verba pacifica, sed comminationibus
[1] interjecta in hanc sententiam. *Si pacem cum Helvetiis Ro-
mani vellent, paratos imperio [2] parare. Si autem bellum mal-
lent, decere eum meminisse, & Romanæ calamitatis & virtutis
Helvetiæ eis ante alios cognitæ & expertæ. iterum atque iterum
præcaveret, ne quod sibi tale contingeret, quale olim suis majo-
ribus accidisset. neque vero spem Romanis in eo magnam esse debe-
re, quod Helvetiorum unam partem incautam & à suis indefen-
sam noctu per insidias fudissent. non fraude etenim, sed aperta vi
solitos se pugnare. Proinde si collatis signis in acie ventum esset,
videret ne recenti ipse etiam clade locum alterum insigniret, &
antiquæ historiæ novam adderet.* * *Cassii memoriam, si sibi videa-
tur, illis in finibus satis esse.* Ad hæc Cæsar *se & Romanos il-
lius cladis meminisse* respondit *eoque magis ingemiscere, quo nulla
prorsus in Helvetios Romanorum injuria processisset. facile decli-
nandum si ullius offensæ sibi conscii fuissent. non timuisse quidem
ipsum nec cavisse, quod nullæ causæ timendi cavendique essent;
timere sine causa nec viri fortis [3] esset ne Romani. Securum
ergo & incautum opprimere [4] ne operosum facinus fuisse, nec adeo*

 *glo-*

1. Forte, *interjectis.*
2. Lege, *parere.*
3. Lege, *nec viri fortis esse, nec Romani.*
4. Forte, *nec operosum.*

*gloriosum, ut eis forsitan videatur. desinerent igitur gloriari cogi-*
*tantes longam sæpe multis impunitatem scelerum deos dare; quo*
25 *acrius post prosperitatis excursum* [1] *torquent rerum inexpectata*
*mutatio, & quo serior eo amarior sit vindicta. Ceterum ut vete-*
*rum offensarum esse possit oblivio, recentium non posse, quibus sem-*
*per socios Romanorum affecerint, nisi nova itidem satisfactione de-*
*leantur, quodque iis servandis obsides dent.* Ad ea legatus, *Hel-*
*vetios à majoribus suis obsides non dare, sed accipere didicisse* re-
spondit; *ejus se rei testes nolle alios, quam Romanos.* sic infe-
cto pacis negotio digressi die proximo utrinque castra [2] Cæ-
sar ad explorandas vias quatuor milia equitum Gallicorum
quos ab Eduis eorumque auxiliaribus contraxerat, ante
jubet, forte quod itinerum peritiores essent. Illi autem in-
consulte progressi iniquisque locis cum hoste congressi plures
à paucioribus victi sunt, quo successu tumentes Helvetii con-
temnere, insultare, velle quamprimum committere rem
fortunæ. Cæsar vero tempus trahere ac differre. Ita quin-
decim spatio dierum parva tellure separantur, & pene sem-
per in conspectu, mutuo prœlio tamen abstinuerunt. A
quocumque hostis pedem protulisset, vestigiis Cæsar insi-
bat, contentus in præsens metu illos à [3] prædonibus arce-
re. In hoc rerum statu quærenti Cæsari apud magistratus
principes Eduorum, qui se comitabantur, de eo, quod fru-
menta promissa non mitterent, seque in eo bello desti-
rent Edui, quod eorum maxime suscepisset hortatu: cer-
indiciis notum fit, Domnorigem Eduum, cujus & poten-
& audacia par & apud suos gratia ingens erat, omni-
consiliis atque omni studio callidis orationibus Eduor-
animos à Romanis avertere, asserentem, Romanos, si He-
vetios vicerint, non illic bellandi finem facturos esse, n-
pe Galliæ, imo orbis ad imperium anhelantes. proinde si p-
nitus serviendum sit, multo æquius Eduos suæ jugum g-
laturos esse, quam externæ. His atque horum similibus
26 frumentum exercitui & necessaria quælibet in tempore c-
vectet obstare. quin etiam Helvetios illius precibus per
nes Sequanorum negatum primo iter obtinuisse, cladem
ejus opera nuper acceptam esse, quod ipse qui præfuisset
duorum equitatui, simulato metu primus fugiens cæteros
gere docuisset. Is erat Domnorix junior frater Divitiaci, q-

1. Lege, *torqueat.*
2. Lege, *utrinque castra moveret.*
3. Forte, *prædando.*

tunc apud Eduos, collega Lisco, summæ rerum præerat. [1] Cujus ne erga Romanos ac Cæsarem spectatissima fides erat. Ac Domnorix multum à fratre diversus occulto Romanorum odio atque Helvetiorum studio æstuabat. Nam & illorum de gente nobilissimo ortam loco conjugem habebat, adhæc magnas amicitias & finitimarum gentium favorem, domi quoque de vectigalibus publicis, in quibus se illi licitando opponere nullus auderet, ad immensas divitias pronum iter. his quoque omnibus spem non ad altum modo, sed ad summum gradum regnique fastigium ostendi. quæ cuncta sibi frivola atque alio recasura Romano sub imperio providebat. super omnia Romanorum judicio se fratri posthabitum indignabatur ac dolebat. Et Romanorum Cæsarisque præsentiam oderat atque potentiam vehementer horrebat. Quibus rebus Cæsar cognitis justa commotus iracundia primo quidem de ipsius supplicio cogitavit. Ad hoc enim singula animum inclinabant, & nihil in rebus erat ambigui. unum omnibus his obstabat amor fratris. hinc [2] recenter distulit, ne minus apud eum videretur majoris fratris fides, quam minoris perfidia valuisse. Divitiaco igitur evocato totam fraternæ nequitiæ pandit historiam, petit ut vel ipse in eum animadvertat, vel si pietas justitiam remoratur, per populum animadverti velit. Ille lacrymis manans, neque excusans fratris insaniam, sed accusans non in alios tantum, sed in se. Quem cum natura conjunctissimum fecisset, beneficia vere conjunctiorem facere debuissent, qui sub se non ut frater, sed ut filius crevisset, & omni suo incremento non auctoris in damnum modo, sed pene in perniciem usus esset. nec præter ea quidquam negans omnium quæ à Cæsare dicerentur, quo confessus veniam facilius inveniret: sed nota sibi dicens omnia seque ex his dolorem, quantus ulla de re capi unquam posset, & capere & cepisse. tandem [3] singulares obsecrabat, ut fratrem sibi qualitercunque meritum condonaret, eo præsertim, quo publice erga se cognito Cæsaris affectu, siquid in eum statueretur asperius, [4] nulli in animum veniret sine ipsius conscientia factum esse. quæ suspicio omnium populos Galliarum sibi vehementer alienaret, vi-



1. Lege, *cujusque.*
2. Sententia loci postulat *supplicium*, aut *vindictam*, aut tale quid.
3. Lege, *singulariter*,

4. Videtur legendum, *nulli non in animum veniret*, *sine ipsius conscientia non factum esse*. vide Cæs. lib. 1. cap. 20.

victus amici lacrymis Cæſar, arrepta ejus dextera trepidum mœſtumque conſolans Domnorigem arceſſit. & præſente fratre quod egerit, quod molitus ſit, 1 omnis conatus ejus ſe poſſe profitetur. indicia exponit, ſcelus aggravat, perfidiam deteſtatur. quid ille ſit meritus. quid ipſe de illo in animo 2 habet, clare edocet. ad poſtremum omnia ſe non ſibi, ſed germano ejus remiſiſſe. hortari ut deinceps ſe non culpa tantum, ſed ſuſpicionibus liberum præſervaret. Sic admonitum ſubmiſſis tacite, qui omnes viri greſſus, & non modo actus ſed verba 3 & etiam obſervarent, dimiſit. Sub hæc nuntiatur hoſtes ad radicem proximi montis octo milia paſſuum a Romanis caſtris abeſſe. Cæſar præmiſſis, qui montis aditum explorarent, ubi facilem accepit, Titum Labienum unum ex ducibus ſuis cum parte copiarum noctu caſtris emittit, & montis verticem occupare jubet, nec prius deſcendere quam ipſe in hoſtes impetum feciſſet. paret ille. & cum jam ſumma prehendiſſet, Cæſarque ipſe paulo poſt ſecutus non niſi mille quingentos paſſus diſtaret ab hoſtibus, nec ab illis, aut de Cæſare aut de Labieno, ſicut poſtea ex captivis cognitum eſt,
284 4 aliud ſentiretur, Conſidius præmiſſus à Cæſare, vir qui longo bellorum uſu rei militaris doctiſſimus credebatur, ut qui etiam ſub Marco Craſſo, & Lucio Sulla militaſſet, mirum qua conſternatione animi, quove errore Romanos aſcendentes procul aſpiciens, hoſtes ratus, equo calcaribus adacto regreſſus ad Cæſarem, Helvetios montem ptæoccupaſſe denuntiat. Subſtitit Cæſar. ipſe etiam Labienus Cæſarei non immemor præcepti ſe continuit. Sic vano nuntio, mane illo rei ingentis occaſio prætermiſſa eſt. ad multum diei, cum digreſſis hoſtibus ſe deluſum Cæſar intelligeret, more ſolito inſecutus haud procul ab eis caſtra metatus inſedit. Die autem tertia cum Cæſar inopia frumenti, cui præcipuam cauſam Domnorigem dediſſe conſtabat, ab inſequendo deſiſtens aliorſum pergeret; Helvetii, ſeu 5 pridicinæ memores 6 tarditatiſque Romani ne de altioribus quidem locis ſe invadere fuiſſent auſi, quod errore contigerat, metu factum, eodemque nunc pugnæ metu diſcedere illos rati; ſeu 7 frumentum ituros averſuri; magnis greſſibus inſequuntur. Quod ubi Cæ-

ſar

1. Forte, *omnes conatus ejus ſe noſſe.*
2. Lege, *habeat.*
3. Lege, *ejus.*
4. Lege, *quicquam ſentiretur.*
5. Forte, *pridianæ.*
6. Lege, *tarditatis, quod.*
7. Forte, *frumentatum*, aut *frumentum petituros.*

sar agnovit, in vicinum collem omnes copias sarcinasque omnes contrahit. sic ut totus collis à summo ad imum impedimentis & hominibus tegeretur, ipse acie instructa, equis autem omnibus non dimissis modo, sed è conspectu abductis, ut fugæ spes erepta * spesque par periculi oculis objecta pares animos darent. pedes ipse cum legionibus n hostem ruit, pedestrique cum equitatu prœlium atrox ruentumque [1] inseritur. ab hora lucis septima ad multum noctis variis licet eventibus dubio Marte certatum est. Romanorum tandem impetu ac vulneribus fatigati Helvetii, rimo pedetentim retrocedere, mox & terga vertere, ad extemum magna strage deleti sunt. Impedimenta eorum simul & castra capiuntur, pars nocturna fuga elapsi, irrequie- & insomnes ad centum triginta milia superstitum quarto 29
e in Lingones pervenere. Cæsarem, ne eos è vestigio sequetur, sauciorum cura & cæsorum sepultura detinuit. præisit tamen qui Lingonibus nuntiarent, si Helvetios frumen- aut ope aliqua adjuvissent eos quoque se pro hostibus ha- :urum. Ipse tamen nihilominus post triduum insequitur. elvetii bello victi, rerum insuper omnium accedente penu- ., deditionem per legatos [2] extulerunt. ad sex milia ex fugam in Germania meditantes, Cæsar ex ipso retraxit nere, proque hostibus habuit reliqui flentes ac supplican- misericordiam consecuti sunt, traditis armis & obsidibus profugis restitutis. præceptumque eis à Cæsare ut incen- vicos atque opida reformarent. ne forte Germani vicinia orum freti desertas terras invaderent ac tenerent. ita cum lvetiis tam superba gente tamque indomita uno quidem, ingenti prœlio debellatum est. illud inter multa memoile, quod in castris inventæ sunt tabulæ, quibus Helve- um numerus cæterarumque gentium, quæ auxilio illis rant, literis Græcis inscriptus erat. Fuerunt autem omnis eris hominum capita trecenta sexaginta octo milia. quo perto Cæsar, Helvetiis in potestatem redactis, lustrum di fecit, in quo capita non nisi centum decem milia sunt nta. unde facile numerus colligitur, vel cæsorum vel in o consumptorum, simulque illud apparet, ex iis qui noè prœlio fugere, præter illa sex milia, quæ ad Cæsarem tinere retracta memoravimus, quatuordecim milia vel

 vul-

. Lege, *conseritur*. 2. Forte, *obtulerunt*.

vulneribus, vel lassitudine, vel aliis, quos bellum fert, ca sibus perisse. Hæc [1] in Gallis prima Cæsaris nacta victori est, quæ non Romanis ipsis, quam Gallis fere omnibus læ tior fuit ac gratior, quibus Helvetiorum potentia domina dique libido invisa pariter ac suspecta erat. Ferme igitur omnibus Galliarum urbibus legationes principum gratulan tes ad Cæsarem veniunt.

30 His peractis dies totius Galliæ consilio, legatis peten bus, Cæsare permittente, præfigitur. Is cum venisset princ res Gallorum revertuntur, petitoque & concesso secretio colloquio, gementes ac mœrore nimio perfusi ad pedes Cæ saris procubuere cuncti. præfatique sunt se de rebus actur quæ si qua vel tenui rimula in publicum erupissent, mortem eis atque ultimum excidium allaturæ essent. data fide sile tii Divitiacus in loquendo partes omnium executus, Ario visti insolens & immane jugum atque abjectum & flebile Galliarum statum verbis multis miserabilibus deploravit. *unum se ex omnibus distitans, nec jurejurando nec obsidibus obstrictum & olim Romam ad senatus præsidium confugisse. & nunc pro om bus coram Romano Imperatore liberius loqui. Denique nihil præ ter Cæsarem ac Romanos spei reliquum: qua si destituerentur, Helvetii cœperint, Gallis omnibus imitandum, ut desertis lari patriis, quocumque illos sua sors tulerit evadant. nullam enim fo tunam non jugo Germanico præferendam.* His ad finem perorat & statu Galliarum pluribus verbis exposito, quæ non rep quia superius attigi, certum se esse ait, quod si hoc ullo mo ad Ariovisti notitiam perferatur, de omnibus, quos hab obsidibus inhumanum ille supplicium sit sumpturus, & pem se igitur rebus adversis, & verbis necessitate ultima pressit fidum silentium implorare. Quæ cum dixisset c omnes affusi certatim verbis, at mitibus, misericordiam que auxilium Romani Imperatoris exposcunt. Cunctis au tem obsecrantibus, soli Sequani mœsto silentio defixos terram oculos servabant. Quod admirans Cæsar, cum q rei, quæ silentio causa esset ex his iterum atque iterum q sivisset, ipsi vero ne hiscere quidem ausi in eadem mœstitu ac taciturnitate perstarent, respondens Divitiacus pro eis: *Scito*, ait, *Cæsar miserorum omnium hos esse miserrimos, q Ariovistum alii juxta, hi autem intra suos fines quasi venenum suis visceribus habeant. his denique libertatem fortunasque omn* fu-

1. Forte, *in Gallos.*

*funditus excidisse. & quæ aliis pateat, his solis adeundi te spem* 31
*ademptam. occupatis enim opidis præclusisque tramitibus, ceu qui-*
*busdam compedibus convictos esse: & se transferre volentibus, non*
*aliter quam carcerum effractoribus, præsto esse tortores. Jure er-*
*go ubicunque sint cruentam tyranni crudelis imaginem ante oculos*
*habere, semperque cervicibus impendentem credere. ob eamque*
*hunc causam cunctis lamentantibus solos obmutuisse.* Miseratus Cæsar miserrimos Galliarum stratos animos leviter erigit, promittens se de illorum calamitatibus curaturum. & sperare Ariovistum, hinc Romani nominis majestate, hinc privatis suis in eum meritis sponte temperaturum ab injuriis. Soluto concilio, & legatis reversis ad propria, Cæsarem super auditis attentius cogitantem, multa quidem ad suscipiendum miserorum patrocinium impellebant. sed inprimis consideratio Eduorum, quos non amicos modo, sed consanguineos & fratres à senatu totiens appellatos sub servitio Germanorum cernere & sibi & populo Romano ignominiosissimum existimabat. Accedebat illa quoque cogitatio, quod Germanos passim ac temere in Gallias effundi, non modo cum Gallorum pernicie, sed non sine periculo Romani imperii videbatur. cum præsertim Ariovistus & natura [1] superbet & successibus timens supraque hominem elatus nihil non ausurus appareret. Quibus ex causis visum est factu optimum legatos ad eum mittere, qui nuntiarent, habere secum Cæsarem de reipublicæ statu magnisque de rebus colloqui. loci ad id et temporis oportuni [2] electione regis esse. huic tam modestæ legationi insolentissimum ille responsum reddidit. *Et quis* inquit *est Cæsar, aut quid mihi commune cum Cæsare? ego si Cæsaris egerem ad eum venirem. ipse si mei eget ad me veniat.* Equidem *in possessionem Cæsaris neque pedem positurus sine exercitu, neque exercitum eo facile perducturus sum. Proinde fateor me mirari, quid ad Cæsarem nostra Germania. Numquid ego rebus me Romanis immisceo? aut quæ causa in fines Galliarum, quas mihi* 32
*illi jure quæsitas scirent, Cæsarem & Romana signa pertraxerit.* Hoc responso accepto Cæsar legatos ad eundem remittit, qui hæc referant. *Quando ipse & privatim Cæsaris, & publice Senatus & populi Romani beneficiorum immemor, nihil sibi cum illis judicans commune, cum tamen inter amicos cuncta soleant esse communia, tam superbe Romani imperatoris & amici sui*



1. Lege, *superbus & successibus tumens.* 2. Lege, *electionem.*

*sui colloquium recusaret; se quod sibi dicturus fuerat hæc manda- re; Ne scilicet ullam Germanorum novam manum transferret in Gallias: Eduis amicis populi Romani eorumque sociis obsides resti- tueret, bello imposterum atque injuriis* [1] *temeraret. Si hæc fa- ret posse amicitiam inter eum Romanosque consistere. Alioquin quo- niam ita Senatus consulto cautum esset, non se posse sociorum in- jurias negligere.* huic legationi nil placatius respondens Ario- vistus, *numquam se Romanis imperitandi legem præscripsisse a Non ergo æquum esse sibi leges à Romanis statui. & suo jure si- que illos arbitrio belli parta moderari. & ipse cur non suo jure possit in victos? Jura hæc esse bellorum æqua gentibus omni- Quid ad injurias spectet, non se bellum Eduis sine causa, hoc si imperio pareant, illaturum, obsides* [2] *miserrime redditurus. Sin imperium detrectent re ipsa probaturos, quid de tam longe quo in illis prosit Romana fraternitas.* Postremo *comminatio- Cæsarea nihil se moveri. nullam gentem ad eum diem secum sine suo discrimine concurrisse. facturum se Cæsari ac Romanis quando vellent pugnæ copiam, ostensurum, quid indomiti Germani in arma geniti & nutriti, humi ad imbrem & ad solem jacentes ti, qui jam multis annis sub tecto non fuerint, contra omnem gentem bello valeant.* His intentum Cæsarem Eduorum & Tre- virorum uno tempore legationes advenerunt. Edui fines su- vastari novis populis è Germania nuper in Gallias transvectis querebantur. Treviri infinitam multitudinem Suevorum a Rheni ripas duorum fratrum imperio pervenisse nuntiabant

33 transitumque moliri. His rumoribus Cæsar experrectus ne conjungendi copias daret hostibus spatium, expeditis dispositis quæ in rem erant, festinanti agmine in Ariovistum proficiscitur. jam tridui iter exegerat [3] dum egressum illum finibus ad nobile Sequanorum opidum Vesuncionem occu- pandum ingenti cum exercitu properare comperit. Quod summo sibi studio prohibendum ratus erat, cum locus fluminis ambitu, & ubi flumen eum deserit, montana arce validissimus; insuper & rerum copia bellis aptissimus: flecti iter, & noctes diebus interserens, maximis itineribus Vesun- cionem ante regis adventum pervenit, opidum introgressus præsidiis oportunis firmat. Hic vero exercitum Romanum incredibilis rumor, tremorque [4] persuaserat, initium tra- ...

1. Lege, *temperaret.*
2. Puto, *minime.*
3. Lege, *cum.*
4. Lege, *pervaserat.*

hens à quibuſdam, qui, ut fit, Cæſarem non niſi amicitiæ
jure proſecuti, belloque inexperti, atque ideo ad omnia tre-
pidantes, Gallos præcipue mercatores de ſtatu hoſtium aſſi-
due inquirebant. auditaque mole corporum, ac virtute &
experientia Germanorum, quotienſque cum his Gallorum ex-
ercitus concurriſſent, conſpectum eorum tollerare nequiviſ-
ſe, ingentem formidinem mente conceperant, territique a-
lios terrebant. Jamque velut contagione qnadam totis caſtris
effuſo metu, alii ſimulatis cauſis neceſſariæ profectionis miſ-
ſionem flagitabant, alios pudor ſolus continebat, ſed triſti-
tia oris & interdum lachrymis metum [1] concordiamque te-
ſtantibus. & jam vulgi trepidatio ab [2] inhabitibus ad egre-
gios viros ſerpens centurionum quoque & militum fortiſſi-
mos animos attigerat. & quos fateri metum verecundia non
ſinebat, non ſe hoſtem formidare, ſed anguſtias ſilveſtrium
locorum, perplexumque durius iter, & difficultatem com-
meatuum, dicebant. Hæc ad Cæſarem cum relata eſſent,
non ignarus quantum in animis hominum falſa etiam poſſit
opinio, quamprimum hos terrores excutere inſtituit, priuſ-
quam in conſternationem peſtiferam coaleſcant. præcipue- 34
que illud inter cetera ferebatur; obtorpuiſſe adeo omnes me-
tu, ut ſi forte in aciem velit educere, neque ſignifer neque
miles imperia excepturus ſit. Convocatis ergo ad concionem
caſtris, orationem habuit plenam animoſis exhortationibus,
acerrimiſque reprehenſionibus. *Quod temerarie ac ſuperbe con-
ſiliis ſe ſuis ingererent. non enim militum eſſe ſed ducis meditari
& providere quibus viis exercitum ducat; quibus artibus regat.
quæ quoniam ſibi proviſa ſint omnia, fruſtra eos vanis ac ridicu-
lis terroribus quati. Non milites ducem ducere, ſed ſequi oportere
qua juſſi ſint. fidere quidem ſe, non commiſſurum Arioviſtum,
ut amico hoſtis fiat populi Romani. Eſto autem, male ſana mens
præcipitem oblitumque ſui ageret: non ſe tamen intelligere, cur
eos tantos ſibi fingerent pavores, aut de ſui providentia, aut de
propria virtute diffiderent, aut minus de ſe ſperarent,* [4] *tali vi-
ro & certe nobili ſaltem ac quod de Gajo* [5] *Marco ruſtico Ar-
pinate ſperaſſent patres eorum, qui* [6] *Thetonicos ac Cimbros, duo-
bus cruentiſſimis & poſt hominum memoriam maximis præliis de-*



1. Forte, *vecordiamque.*
2. Forte, *inhabilibus.*
3. Lege, *ut ex amico.*
4. Suſpecta verba; *tali viro & certe nobili ſaltem ac.*
5. Lege, *Mario.*
6. Lege, *Teutonicos.*

*lessent. neque vero desperandum vinci posse Germanos, qui, ut Romanæ de eis victoriæ tacerent, sæpe ab ipsis Helvetiis nunc Romano subditis imperio victi essent. & siquando contrarium evenisset, non militum virtute, sed Ariovisti consilio gestum esse, qui cum se suumque exercitum multos menses palustribus tenuisset, jam de prælio desperantes ac dispersos aggressus inopino fudisset incautos. proinde nil sibi ac suis ad victoriam deesse, Romana modo constantia non desit. Nam qui degeneris causas metus in frumenti penuriam vertant, rursus arroganter facere, qui se curis sui ducis immisceant. sibi utique jam provisum quibus à populis frumenta suppeditentur. & præterea jam in campis frumenta maturescere. Denique nec* [1] *famam, nec errorem viæ, quam prætendant quidam; nec omnino aliquid obstare, tantum non obstet ignavia:* [2] *[illegible]*
35 *Romanum malum. Quod vero signa illos non secuturos audierit; non* [3] *cedere. non id enim nisi vel adversa fortuna, quæ longe ad eum diem abesset ab eorum signis; vel avaritia vel scelere aliquo solere contingere, quæ de illis suspicari nullo modo possit. Experturum tamen se quamprimum, quod alioquin* [4] *delaturus fuerit; an Romanis metus in mentibus nova pestis; an virtus solita præque plus possint. edicere igitur jam hinc se, ut nocte proxima vasa colligant, castraque moveant. idque illos se sperare facturos alacriter atque enixe. Si spes eum falleret, nec euntem in bellum quisquam alius sequeretur, iturum se tamen sola cum decima legione, de cujus fide nulla sibi esset hæsitatio; & hanc sibi prætoriam cohortem fore.* Mirum unius viri virtus ac facundia quantas [5] poscit in perplurimos; quanta his horumque similibus, & quam repentina mutatio animorum, quantus ex algenti motu fervor audaciæ; quanta totis castris alacritas. Nominatim decima legio per tribunos sibi gratias egit, tali sui ducis honestata judicio. reliquæ omnes imperatori offenso verbis ac rebus satisfacere studuerunt, ad bellum & imperia cuncta promptissimæ. Cæsar per Divitiacum, cui plurimum fidebat, itinere præparato, nocte castra movit; ut quod iratus edixerat, placatus impleret, & ambitis quinquaginta passuum milibus, [6] qua planius pergeretur; continuo itinere dierum septem hosti tam proximus factus, ut inter amborum castra non nisi quatuor & viginti milia passuum in-

1. Lege, *famem.*
2. Lege, *minime.*
3. Lege, *credere.*
4. Lege, *dilaturus.*
5. Lege, *possit inter plurimos.*
6. Lege, *quo.*

ntereſſent, conſtitit. Quod ubi Arioviſtus agnovit, ſeu ani-
ni mutatione aliqua, ſeu metu forſitan; accidit enim nonnun-
uam in bello, ut pars una vehementer alteram timens, non
ninus ab altera timeatur: Cæterum quacunque motus ex cau-
a, legatos miſit ad Cæſarem, colloquio ſe paratum offe-
ens, quod [1] pervicinitas ſibi facilius feciſſet ac tutius. Non
ecuſavit Cæſar, neque deſpexit oblationem. neque aliter
uam in partem optimam interpretatus eſt, ad mentem ſe
aniorem rediiſſe; ſuiſque & reipublicæ beneficiis obſtri- 36
tum, coactumque petitionis æquitate, cuncta deliberan-
em, cœpta duritie deſiturum. colloquio dies quintus con-
ituitur. Oravit tamen Arioviſtus ne quos ſecum pedites
æſar adduceret. alioquin non ſe ad diem colloquii ventu-
um, timere enim ſe ab illis inſidias. Noluit Cæſar hac de
auſa rem quam putabat utilem impediri. ſed decimam le-
ionem, dum ad colloquium iret, Gallorum qui in caſtris
ant equis impoſuit, ut equitum ſpecie falleret pedites me-
ientem: & ipſe, ſi res poſceret, fidiſſimo omnium præſi-
io uti poſſet. Qua in re jocatum unum ex peditibus non
ieleganter accepimus: *plus*, inquit, *Cæſar præſtat quam pro-
iſit. Dixit enim ſe decimam legionem loco cohortis prætoriæ ha-
iturum.* [2] *Eccue equites nos facit.* Erat exiguus tumulus pla-
itiei ingentis in medio, locus apparatus, ab utriſque caſtris
quo ſpatio ſemotus. legio Cæſaris equis impoſita ducentis
aſſibus, pari itidem intervallo Arioviſti equitatus aſtiterat.
)rationis Cæſareæ prima pars fuit *commemoratio beneficio-
im Senatus erga illum, quod regem eum, quod amicum dixiſſet,
iod ampliſſimis muneribus honoraſſet, quæ eo gratiora eſſe debue-
nt, quo & in alios rariora, & in ipſum gratis abſque ipſius
illata eſſent meritis & abſque notitia. idque ſibi cum Senatus exi-
ia liberalitate, cum* [3] *tamen ipſius Cæſaris efficaci opera conti-
ſſe.* Secunda pars *de Eduorum cum Romanis antiqua neceſſitu-
ne, propter quam non modo poſſent ſalva honeſtate deſtitui, præ-
rtim cum ante Romanam quoque amicitiam totius Galliæ princi-
itum ſine lite poſſederint. Solere autem Romanos amicorum for-
inas non tantum defendere ſed augere. Eduos ergo florentiſſimo
ſtatu ſuo Romanam amicitiam conſecutos: ſub eadem poſtea,
incipatum ſervitio, proſperitatem calamitatibus permutaſſe, qua
fron-*

1. Lege, *vicinitas*.
2. Lege, *Ecce*.
3. Videtur *tamen* delendum.

*fronte quove animo tollerari posse?* Finis fuit, *ut peteret eadem ipsa, quæ legatorum ore petierat. bello in Eduos atque injuriis abstineret, obsides redderet, Germanos si emittere forsitan non posset; at saltem ne alios in Gallias transportaret.* Barbarus ad in-
37genium reversus, 1 plenæ superbiæ jactantiæque responsum reddidit. Et primo quidem virtutes ipse & res suas multis extulit. Quod ad transitum in Gallias attineret, transisse quidem non sponte, sed coactum precibus Gallorum. *Et noli*, inquit, *ô Cæsar, opinari, sine magna præmiorum spe, & promissis ingentibus, me propinquos & patriam reliquisse. habeo ego sedes in Gallia, habeo & obsides & tributa. Nihil horum vi, sed Gallorum omnia voluntate, præter tributa, quæ jure belli victis imposui. quod non ego quidem bellum illis, sed ipsi primum intulerunt. omnes simul Galliæ populi in me arma movere, quos ego omnes uno prælio vici. si deceptos se vel insidiis circumventos dicant, non recuso pugnare iterum, certamque victoriam in ambigua fortunæ lance reponere. sin pacem bello præferunt; cur non tributa persolvant, quæ pro pace convenerint, & hactenus sine contradictione persolverunt. Quod de multitudine Germanorum dicis, hanc in Gallias non cujusquam injuriæ, sed meæ defensionis gratia traduco. Idque vel hinc patet, quod rogatus veni, bellumque non intuli, sed repuli. amicitiam sane populi Romani & decori & præsidio mihi esset appetii. Si mihi 2 contrarium verterit, cupidius etiam illam abjiciam quam assumpsi. vergit autem in contrarium si mihi jus meum longo usu præscriptum, sedes, obsides, ac tributa subtrahitis. Adde quod prius ego, quam tu in Gallias veni: ut mirer quid tibi negotii in provincia mea sit. Sunt ut vobis, sic & mihi fines 3 quidem; & sicut inique agerem vestros irrumpendo; sic injuste nostros fines irrumpitis. sed enim Romanorum fratres Eduos dicis. non sum adeo rudis ac barbarus ut ignorem; neque vos vestris in bellis Eduorum ope, 4 neque illos in suis usos auxilio. Quid superest aliud suspicari, nisi te gratia externæ, nihil ad vos pertinentis, fraternitate simulata, ad mei solius excidium in Gallias exercitum adduxisse, quem nisi abduxeris mature deduxeris; non pro amico sed pro hoste te futurum scito; & si prælio congredimur, teque ego forte victor occidero, unum
38dicam, 5 quid, ut reor nescis: non me solum infesto hoste liberavero, sed multorum quoque principum gratiam Romanorum has*

1. Lege, *plenum.*
2. Lege, *in contrarium verterit.*
3. Lege, *quidam.*
4. Lege, *neque illos in suis usos auxilio.*
5. Lege, *quod.*

*na mihi cæde quæsiero, qui nil magis quam te perditum optant: dque mihi per nuntios intimarunt, ut intelligas* 1 *qui charus pariæ tuæ sis. Sin abieris, Galliamque mihi* 2 *natura expeditamue reliqueris; magno ego te præmio prosequar abeuntem. nomiatim quæcumque geri bella volueris, ego illa seu semel pro omnius stipendio accepto sine ullo tuo discrimine ac labore conficiam.* ldversus hæc multa Cæsar disseruit cur cœptis absistere nulo modo posset. *neque enim sui aut Romani moris, socios atque nicos bene meritos in sua adversitate deserere, Galliam sane non im Ariovisti esse quam Romanorum, qui ante eum per Quinim Fabium Maximum hunc ultimum, Ruthenos & 3 Alvernos allorum populos domuissent, primique armis possessionem Galliæ prehendissent. hæc inter utramque victoriam interesse, quod lirtatem quam Ariovistus victis abstulerit, Romani reliquissent, mque eis in perpetuum salvam vellent. Ita enim senatum cenisse, ut Galli in libertate viverent, & suis legibus uterentur, que ideo Romanorum in Gallia* 4 *tamen antiquius tamen justius perium esse quam illius. Quod si quis forte huic senatus judi*) 5 *abstiterit, eam sat justam causam esse bellorum.* Hæc dinti & plura etiam nunc dicturo, Cæsari nuntiatur; equitum Ariovisti propius admotum jam tela jactare, & in rem esse ut prœlium inchoëtur. Itaque Cæsar inexpleto :mone digreditur, & reversus ad suos imperat, ne quid nnino missilium in adversarios jacerent. nam etsi legionis, iam præsidio sibi delegerat, adversus præsentem hostium uitatum tutum satis esse certamen intelligeret, timens taen, ut erat famæ studiosissimus, ne forte sermo vulgaris
pe culpam à nocentibus ad insontes vertere solitus sibi 39
ud gentes imponeret, quod hostem colloquio circumvenivoluisset. Cæterum ubi in castra est reditum, cognitume, qua superbia Ariovistus Gallia 6 quasi sua Romanis inodiceret, 7 quo non impetu sui jactis in Romanos telis lloquium pervertissent, mirum in modum crevere animi ımicorum ardorque pugnandi. Post biduum nutante, quann intelligi datur, animo, misit iterum Ariovistus ad Cæem, velle se de rebus agi cœptis nec perfectis secum, si ei

. Forte, *quam charus.*
:. Forte, *vacuam.*
. Lege, *Arvernos.*
ᵢ. Forte, *tum antiq. tum just.*
:. Forte, *obstiterit,*
6. Lege, *quasi sua Romanis interdiceret.*
7. Forte, *& quo non impetu.*
8. Forte, *Romanorum.*

ei placeat, latius agere. alioquin è suis aliquos ad se mit petiit, cum quibus ut cum Cæsare loqui posset. non cen * Cæsarem pacificam furori barbarico iterum commit dam; ne quis forte subitus motus inter verba consurge unde sibi aliqua conflari posset infamia. Rursus & lega mitti periculosissimum judicabat [1] fidesque homines, ne que alios non misisset, barbaris objici ratione modestia carentibus. Consilium tandem cepit, ut Gajo Valerio Pr cillo Gallicæ originis, sed Romanæ virtutis adolescenti, Romano civi, legationis [2] heroë munus imponeret, & pro ter eximiam erga imperatorem fidem, & propter ling Gallicæ notitiam, quam ipse etiam Ariovistus diu Gallis i cumbendo didicerat. Addidit ei collegam M. Metium, Ari visti ipsius hospitem, quod in hos duos & originis & hosp jure minime sæviturus barbarus videretur. Sic neque il hospitium, neque origo, neque jus gentium valuit. Ill enim ut ad se venientes illos vidit, audiente exercitu rabidus exclamavit. *& quomodo* inquit *huc venistis, an ex randi gratia? An quid rei est vobis in castris meis?* parantes ca sam sui adventus loqui, vetuit & in vincula conclusit. H facto statim inde discessit. & sex milia passuum prope Cæ rem castra metatus est. [3] Cumque ipse locum die pro mutavit. & [4] dimissis à tergo castris Romanorum, ad milia passuum ab altera parte consedit, quo scilicet co meatus inde venturos ad Cæsarem impediret. Cæsar au quotidie instructam aciem castris educens, pugnæ co hostibus faciebat. Ariovistus se castris assidue contin sex tamen equitum milia, & totidem expeditissimorum ditum [5] qui dietim levibus prœliis Romanos incesserent vero cum diebus quinque continuis actum esset, cognito C sar hostium proposito, non diutius tulit se commeatibus terceludi. sed castra hostium transcendens ad sexcentos amplius passus, locum novis castris idoneum occupavit praesagiens barbarum obstiturum, tres acies ordinavit quarum duæ in hostem versæ & in prœlium intentæ e tertia metandis castris incumberet. quod Ariovistus intel gens, magna parte pedestris exercitus & [6] omnium equi

1. Forte, *fidosque.*
2. Forte, *hujusce.*
3. Lege, *eumque ipsum.*
4. *Dimittere*, pro *relinquere*, sæpissime utitur hic auctor.
5. Deest aliquod verbum.
6. Lege, *omni equitatu.*

um immiſſo, turbare rem voluit nec valuit. Ita devoti erant mnes ad imperium Cæſaris exequendum. Jam duo inter ‹omana caſtra coartatus hoſtis, & multis inſultibus laceſſi- ıs, caſtris tamen pertinaciter ſe tenebat. quod cum Cæſar dmirans ex captivis inquireret; quid cauſæ eſſet quod Ger- ıani [1] bellatiſſimi homines ſic bella metuerent, deprehen- it eos ſortibus muliercularum caſtra ſequentium abſterri- ›s, ne ante novam lunam manum cum hoſte confererent. cumque moram Germanorum pervetuſtum eſſe ut talibus ;gerentur. Cæſar vero cui nulla videretur gravior jactura ıam temporis, vix adhuc triduo exſpectato, firmavit, quod ıgenio non poſſet, vi aperta hoſtes in prœlium elicere. Ita- ıe ſuis caſtris duobus dimiſſo gemino præſidio, cum omni- ıs copiis caſtra hoſtium invadit. Videns Arioviſtus trahi nplius ratione non poſſe, plurimis ex populis Germano- ım ingentem aciem inſtruxit atque ita omnem exercitum 41 edis & curribus circumcluſit; ut nulla fugæ ſpe, præſer- n equitibus ſupereſſet. Fuerunt & viris intermixtæ fati- quæ, de quibus diximus mulieres aliæque viros ſecutæ; tibus altis orantes, ne Romanis ad ſervitium traderentur. oncurrerunt autem tanto impetu Germani, ut, conſump- mox ſpatio, quod acies dirimebat, jactandi pila nulla caſio ſupereſſet aut facultas. Projectis igitur miſſilibus, gladiis acta eſt, eventu alioquamdiu dubio. fracta tandem rtinacia Germanorum, omnes terga verterunt. & diruptis ıicibus plauſtrorum quibus firmaſſe aciem dux ſperabat, que ad Rheni ripam fuga perpetua fuit. cujus alveum nan- quidam; alii parvis navigiis tranſierunt; quo ex numero e fuit Arioviſtus, qui depoſita credo ſuperbiæ ſuæ ſarci- , quæ tanta erat, ut eam nec Germania caperet, nec Gal- tolleraret; cimba unica caſu in ripa citeriore amnis in- ta; ſolus in adverſam ripam ſe proripuit. Reliqui pene nes inſtante Romano equitatu [3] fugæ medio periere. In bus duæ Arioviſti conjuges altera Sueva, Norica altera, rum primam domo digrediens eduxerat, ſecundam dum Galliis moram traxit, duxerat, filiarum quoque altera a fuit, capta altera. G. Valerius, quem ab Arioviſto tum memoravimus, in ipſum Cæſarem, hoſtem inſequen- tem;

Lege, *bellaciſſimi.*
Lege, *cumque morem.*

3. Forte, *fuga in medio.*

tem; dum tribus catenis vinctus traheretur incidit; quo laetius in tota illa victoria Caesar vidit. summa sibi laetitiae voluptas fuit, virum talem, tamque ei familiarem crudelissimis hostium manibus, quibus ipse eum objecerat, ereptum recepisse. neque de sua prosperitate aliquid amici miseriis minutum. Ille vero jam liber flebile ridiculum narrabat coram se fuisse de sua salute sortibus inquisitum. an statim flammis exurendus esset, an in tempus aliud differendus, que jam jactu sortium dilatum, beneficio Caesaris salvum esse. collega quoque ejus reinventus Metius & Caesari p
42 sentatus auxit gaudium. Hac victoria dimulgata; Sue qui ad Rhenum transituri convenerant retrocessere; effu que domos suas ac trepide repetentes, à finitimis magna stra deleti sunt. magnosque in Germania & in Gallia rerum m tus hujus proelii eventus excierat. Caesar autem aestate duabus inclitus victoriis, [1] & Sequanos, paulo antequa tempus exigeret, in hiberna perduxit exercitum, quibus L bienum praeficiens ipse [2] interiorem Galliam properavit.

## LIBER II.

CÆsari Cisalpina in Gallia demoranti & famae vocibus Labieni litteris nuntiatur, Belgas quos Gallorum pra puos esse monstravimus conjurasse omnes adversus popul Romanum; & jurejurando, [3] obsidibus conjuratione firm ta. Rei hujus causam esse multiplicem; unam quod t rent, ne statu superioris Galliae composito; ad eos ex or
[4] venirentur; alteram, quod ad bellum, Gallorum reli rum consiliis urgerentur. quibus urgendi quoque causae variae; quibusdam, ut nidificare Germanos in Galliis tulerant; sic ibidem Romanos hibernare & perpetuas eligere, animo nihil aequiore ferentibus. aliis causa erat vanitas & stultorum animis novandarum rerum semper nata cupiditas. Erant quibus abunde opes affluerent ad co ducendos homines; & hac via in populis praeeminentia & quasi quaedam sibi regna conflarent, quod Romanis perantibus, aequatisque rebus omnibus, se, ut soliti erant facere posse [5] differrent. Sane his rumoribus Caesar motus du

1. Lege, *in Sequanos.*
2. Lege, *in citeriorem.*
3. Lege, *& obsidibus.*
4. Lege, *vinciretur.*
5. Forte, *diffiderent.*

as nunc etiam legiones citeriore scribit in Gallia, easque r Quintum Pedium legatum suum, ulteriorem in Galliam nsmittit, ipse mox sequitur: & Senonibus, proximisque lgarum, curam inquirendi statum propositumque hostium 43
ponit; quibus haut dubie unanimi assertione referentibus, lum grave contra Cæsarem parari, ire ad eos, & peri- is sese obvium ferre disposuit. Confestim ergo motis castris ntodecimo die Belgarum fines attigit. insperato adventu ti Rhemi legatos ad eum principes civitatis duos mittunt usantes innocentiam: non se cum reliquis conjurasse, imo dem Suessiones fratres ac proximos suos à furore publico ahere voluisse, neque ullo ingenio potuisse. 1 tanto enim conjurationis impetum ut frænari nequeant. Conjurasse em Belgas omnes, & cum his Germanos, qui cis Rhe- n habitarent. se à belli consiliis alienos; itaque deditio- n & obsides & opida & frumentum & omne genus ob- uii promptis offerre animis. Cumque ex his jam in fidem eptis quæreret scrupulose de viribus hostium, comperit antiquitus à Germanis originem ducere, Rhenumque m transgressos omnem sæpe Galliam vexasse, populos suis ibus ejecisse; auctis denique viribus; & Cimbros & Theu- es gentis auctores suis finibus 2 circuisse. Dum vero de nero, deque excellentia quæreret; deprehendit inter Bel- plurimum posse 3 Bellionatos; eos centum milia, in bus essent electa sexaginta milia hominum, armasse, bel- ue totius primas sibi partes exposcere. proximos esse Sues- nes amplissimos atque uberrimos agros 4 incolere. eos ha- e quinquaginta milia armatorum. totidem Nervios om- m ferocissimos, Attrebates autem quindecim milia, Am- nos decem milia, Morinos viginitquinque milia, Mena- s septem milia, 5 Caltes decem milia, * Catuanos de- n novem milia, reliquos aliquot populos qui Germani es- t cis Rhenum quadraginta milia. Horumque omnium & ius belli ducem consensu publico delectum Galbum endam, 7 Suessionem regem, prudentia clarum virum ac 44
litia. His compertis Cæsar Rhemos honorifica oratione nplexus, senatum eorum ad se venire imperat, & princi-

Ooo pum

1. Lege, *tantum.*
2. Forte, *arcuisse.*
3. Forte, *Bellovacos.*
4. Lege, *insolentes.*
5. Lege, *Caletes.*
6. *Galba* dicitur Cæsari.
7. *Suessionum* sic vocat Cæsar.

pum filios obsides adducere. quæ ad destinatum diem obe dientissime adimpleta sunt. Numero autem motus, Divitiacum Heduum curiosius admonet, quantum reipublicæ salutique omnium expediat, vires hostium distrahi, ne tanta simul cum multitudine decertandum esset. Id autem nullo modo melius fieri posse, quam si Hedui summa vi Bellovacorum fines irrumpant atque omnia populentur. Sic instructum oratumque illum in patriam suam mittit. Cæterum digresso illo Belgarum copias contractas appropinquare, à Rhemis, & à suis exploratoribus intellexit. Ilico igitur 1 Maronem amnem per Rhemorum fines ultimos decurrentem transit. 2 Ubique tuto & oportuno loco castra communit, flumine unum castrorum latus ambiente, tutumque iter & Rhemorum & urbium aliarum venturis commeatibus adhibente. Castris omni sollicitudine 3 ingenieque firmatis & præsidio ponti, qui fluminis ripas conjungebat imposito & trans pontem Titurio Sabino legato cum sex cohortibus ad custodiam misso, nova Cæsaris animum ferit cura. Nempe 4 Bracem opidum Rhemorum non nisi octo milibus passuum semotum à Romanis castris, Belgas tantis viribus oppugnare nuntiatum est; ut præ multitudine lapides ac tela jactantium nec defendi opidum nec in muris consisti posse. Denique jam murum dirui; jam portas incendi, nec dubium quin jam dudum oppugnatio consummata esset, ni 5 direptrix prœliorum nox intervenisset nec sustineri posse amplius nisi confestim laborantibus succurratur. Hæc cum Iccius Rhemorum nobilissimus; & populo acceptissimus, unus ex his duobus qui ad Cæsarem legati cum 6 deditione urbis advenerant, tum vero opidi præfectus nocte nuntiasset, statim quia moram necessitas ultima non ferebat per medias tenebras, his eisdem, qui à Iccio missi erant ducibus, Numidas Cæsar & Cretenses sagittarios, & fundatores Belearicos intra opidum destinavit; quorum adventus opidanis spem defensionis attulit, Belgis expugnationem abstulit. Mane igitur agris circa opidum vastatis atque incensis ædificiis oppugnatione omissa in Cæsarem tota belli mole 7 utuntur. Jamque ad duo milia passuum juxta erant, quo

45

1. Lege, *Axonam.*
2. Forte, *ibique.*
3. Lege, *ingenioque.*
4. Lege, *Bibracem.*
5. Lege, *diremptrix.*
6. Lege, *deditione.*
7. Lege, *vatuntur.*

quorum castra plus quam octo milia occupabant, quantum
: flammis fumoque intelligere erat. Itaque Cæsar & nu-
nero motus ut dixi & fama virtutis simul ac [1] magnanimus
& differre prœlium decrevit, & assiduis congressibus quid
iostibus virium, quid suis animorum esset experiri Post-
quam abunde esse perpendit. statuit fortunam prœlii tenta-
e. Fossa tamen circumducta, ne forte ea, quam solam ve-
ebatur, multitudine circuiri quiret; nec nisi in faciem pu-
naretur, & duas quidem legiones nuperrime scriptas ut de
uibus nondum expertis in acie forte non fideret; ad castro-
um posuit tutelam; ut tamen si res posceret, auxilio egen-
bus subvenirent. ipse cum reliquis copiis ante castra aciem
istruit. Idem hostes ab adverso jam fecerant. unum erat
uod prœlium moraretur, quod scilicet inter duos exercitus
xigua palus erat. hanc ut hostes transirent, utraque partium
xpectabat, ut prius ingressos iniquis locis invaderent. sed
uod utraque pars sperabat, utraque differebat, quo teme-
itas prius ab hostibus inciperet. [2] Dum tum interea equi-
es invicem miscerentur, essetque illo in congressu superior
quitatus Romanus, quem Cæsar in castra prœlio prosperio-
: reducere contentus fuit. hostes ubi intellexerunt frustra se
aludis transitum exspectare flumen [3] vadere nisi sunt. ut si
ossent castellum à Titurio [4] incessum caperent pontemque 46
onfringerent, [5] si minus, vicina arva vastarent Romanis u-
lia, eaque parte venturos interciperent commeatus. certior
e eis Cæsar à Titurio effectus, equitatum levemque arma-
uram ad præsidium loci ducit. ibique durissimo Marte con-
ursum est. dum Romani primos hostes in transitu fluminis
ccupatos è ripa dejicerent cæderentque, & proximos ani-
iosius quam consultius per priorum cadavera transeuntes,
ensa missilium nube comprimerent [6] arcentesque. & si for-
transissent in aperto inventos ac præventos occiderent; sic
pulsi undiqne & frumenti inopia laborantes communi con-
lio decreverunt operæ pretium fore, ut gens quælibet in
am patriam rediret. & cui Romani primum arma intulis-
nt, eo omnes accurrerent. sibique invicem opem ferrent
: suis frugibus alerentur; & suis in finibus potissimum di-
icarent. Accessit ad alias discedendi causas, quod Divi-

Ooo 2 tiacum,

1. Lege, *magnanimitatis*.
2. Forte, *Cum tamen*.
3. Forte, *vadare*.
4. Lege, *insessum*.
5. Forte, *sin*.
6. Lege, *arcerentque*.

tiacum, cui hoc Cæsarem imperasse supra retuli, Bello-
corum terris obequitare perceperant, & ferre suis auxili-
utilius extimabant, quam procul domo cum Romanis a
conferre. Abeuntes nocte nullo ordine magnisque clam
bus Cæsarem exciverunt. ibant autem non ut ire, sed u
gere viderentur. itaque veritus insidias, ut qui profectio
idoneam causam non videret, suos in castris nullo tenuit
multu. ubi rem omnem, sicut erat, exploratorum fides,
lux superveniens patefecit, equitatum Romanum hostiu
vestigiis instare & novissimos retardare imperat. Tresq
hinc legiones subsequi. equitatui, Quintum Pedium,
1 Lucium Aruncule um Coctam; legionibus Titum Lab
num præficit. qui impigerrime profecti & nocturna fuga
sos ac dispersos assecuti maximam ex his stragem ediderunt
dum resistunt ultimi cogente periculo, primi autem tum
tu eminus audito quasi res ad se minime pertineret, fuga
47 bi quisque consuleret. ita his urgentibus, illis autem vel n
ne resistentibus vel plane * reddentibus ipsa quidem
quam longa dies tam longa fuit etiam hominum cædes. s
autem Romani in castra fessi, ut auguror, & jejuni, fu
cis imperio redire. Triduum illic egit Cæsar. ubi ho
fuga evanuisse cognovit, Suessionum fines Rhemis prox
ingressus 2 Nomodimum opidum aggreditur, quod ind
sum fama vulgaverat & sic erat. sed nocte Suessiones in
gressi defensionem apparant. Et dum vineas admoveri
cernerent, turres & machinas quales nec viderant qui
unquam, nec audierant, stupefacti, oppugnatione non
pectata, nuntios opidum seque sua dedentes ad Cæsar
transmittunt, ac datis obsidibus nobilissimis gentis, in
quos duo filii regis erant, traditisque armis omnibus in R
manam fidem Rhemorum precibus sunt recepti. Hin
Bellovacos itum, qui cum se in opidum munitum ac
lidum contulissent, cui 3 Bracuspantium nomen erat, ex
citu propinquante, omnes publico de consilio majores n
tu, obviam egressi manibus tensis ad Cæsarem alta voce
in fidem 4 ejus committere neque contra Romanos arma mo-
vendi animum habere testati sunt. Cumque exercitus op
dum propius accessisset, idem de muris faciebant clama-
bant-

1. Lege, *Lucium Auruncul eium Cottam.*
2. Lege, *Neviodunum*.
3. *Bratuspantium* legitur in Cæsa-re.
4. Lege, *se in fidem ejus se committere*.

bantque mulieres ac pueri. motum Cæſarem ſpectaculo Divitiacus Eduus in hanc ſententiam allocutus eſt: *Semper Bellovacos ſervaſſe fidem & amicitiam Heduorum, nunc falſis conſiliis agitatos à ſuis primoribus, qui dicerent Eduos turpi ſervitio oppreſſos à Cæſare digna & indigna pati, execratos pátientiam amicorum, Romanumque recuſantes imperium, conſurrexiſſe cum cæteris, & 1 furore publico ſcripſiſſe, tandem fraude recognita, & Bellovacos ad miſericordiam Cæſaris confugere, & perfidos conſultores recogitantes quid mali ſuis civibus invexerint, meritum* 48
*ſupplicium metuentes in Britanniam profugiſſe. Orare non eos modo qui erraverunt, ſed ſe quoque, ſuo ſimul atque Heduorum nomine ut eis indulgeat. Id enim & ipſius Cæſaris & Eduorum ad gloriam pertinere, ſi & eum tam miti eſſe animo & apud eum Eduos tantum poſſe innotuerit.* Annuit Cæſar ſeque & Divitiaci & Eduorum gratia Bellovacos recipere; eoſque ſe incolumes ſervaturum bona fide profeſſus eſt, traditis tamen armis omnibus, ac ſexcentis obſidibus, quorum tantum numerum ut peteret, urbis ſuadebat ac populi magnitudo. Inde Ambiani, fines eorum ingreſſo Cæſari, ſtatim ſe ſuaque omnia dedidere.

Nervii reſtabant; ferox genus, & mercatoribus adverſum. his præſertim qui delitias aut vina conveherent, opinione inſita, enervari rebus mollibus animos, & à belli ſtudiis elanguere ac lenteſcere. viri acres, quibus cæteros à patria virtute degenerantes, qui ſe Cæſari tam facile tradidiſſent, irridere magis & arguere quam imitari mens eſſet, aut legatos mittere, aut ullam conditionem pacis, vel ſummis auribus audire. hi quidem & cum eis Atrebates ac 2 Viromandui trans fluvium Sabin conjunctis copiis Cæſarem expectabant. 3 Aduatuci quoque ſic enim ſcriptum invenio, ſive ut reor Aduaci, ut eis ſe conjungerent properabant. Cæſar exploratores ac deinde centuriones militiæ peritos ad locum caſtris idoneum occupandum miſerat. Erant tamen in Romano exercitu Galli quidam ex dedititiis, qui contra fidem ſacramenti mores & conſilia Romanorum Nerviis aperirent; & ſeu rerum ignorantia, 4 naturali conſuetudine mentiendi, addendique ſemper rebus aliquid; ſpem fecerant, ſi forte incompoſitos aggredirentur, facile Romanas

 acies

1. Forte, *furori publico conſenſiſſe* ut *ſubſcripſiſſe*.
2. *Veromandui* Cæſari dicuntur.
3. *Advatici* in Cæſare dicuntur.
4. Lege, *ſeu naturali, conſuetudine*.

acies posse turbari; & Nervii quidam intra silvarum latebras se tenebant, nunc in apertum erumpentes, nunc vicissim
49 se in silvam retrahentes, Romanis propter impeditiam locorum insequi non audentibus. Jam Romani exercitus pars maxima ad metandum castra præcesserat. proxima impedimenta medium de more locum occupabant. duæ legiones aliorum custodiam sequebantur. In hos Nervii omnes, ut a proditoribns docti erant, præcipiti impetu irruerunt, atque inde præter spem repulsi pari velocitate conversi ad eos, qui in opere occupati erant; miram perturbationem Romanis injecerunt. ita ut Cæsar cura multiplici distractus varietate rerum cui primum occurreret, in tanta temporis brevitate parumper hæsitaret. uni enim simul hæc omnia exequenda erant. explicandum vexillum solemne apud Romanos indicium inchoandi prælii. ad idem quoque dandum tuba signum. milites ab opere castrorum ad opus armorum revocandi. qui petendi valli causa longius 1 illum abiissent, arcessendi. ordinandæ acies. firmandi oratione ducis animi. quibus ne dum omnibus, sed nec singulis quidem, hinc temporis angustia, hinc hostium instantia spatium dabat. sed experientia militum Romanorum, quibus novi nihil accidere poterat, per se ipsam sine cujusquam quoque ducis imperio prompta erat casibus cunctis occurrere. Præterea Cæsar cunctis legionibus singulos præfecerat legatos, 2 vetuerat nummum digredi, quorum quisque dux magnus haberetur, si sub maximo militasset. Horum & ducum virtus & militum egregie primum hostium impetum sustinuit repulitque. Cæsar quoque pro tempore nulli rei deerat, & milites hortabatur præsertim prædilectæ sibi legionis decimæ. sed hortatio necessario brevis erat, virtutis ut pristinæ meminissent, neve insolita rerum specie turbarentur. & quoniam differri res amplius non valebat, signum pugnæ tuba dedit. & tam nihil spatii fuit; ut ne dicam consuetæ solemnitates
50 prœliorum omitterentur, sed vix galeas induendi licentia superesset. Nullus fuit acierum ordo, nulla ars militiæ, fortuna, quæ primas solet, omnes sibi pugnæ tumultuariæ partes usurpaverat. qui ab opere ad prœlium redibant, quæ casu quisque signa conspexerat, illis se confestim applicabat atque illa sequebatur; ne suum proprium inquirendo con...

1. Lege, *illinc abiissent.*
2. Forte legatos, *quos vetuerat vel minimum digredi*, aut forte hæc v... delenda sunt.

ſis omnibus tempus amitteret, omne quod in hoſtes iret
ſuum ſignum extimabat. ancipiti & terribili Marte pugna-
tum. ſed per medias difficultates atque pericula Romana
virtus erupit. Et quum per gentes diviſus erat hoſtium exer-
citus, nona ſimul ac decima legio feſſos labore victoſque
vulneribus fregit Atrebates. Octava vero & undecima Vi-
romanduos cum duce ſuo [1] Buduognaco quodam, qui ſum-
mi apud eos loci erat. Cum Nerviis obſtinacius certamen
fuit uſque adeo ut pene in dubio fuerit Romana fortuna. &
Treviri equites opinatiſſimæ virtutis inter omnes Gallos,
qui auxilio Romanis advenerant, diſperſas legiones, & re-
ferta hoſtibus caſtra atque omnia circum turbata cernentes,
actum de Romanis rati, fugerent, victoſque illos ac deletos
ſuæ patriæ nuntiarent. Cæſar tamen ubique ſemper magnus,
cum magnis etiam periculis permaximus, ubi ſigniferos in-
terfectos, centuriones autem cæſos aut ſaucios, interque a-
lios Pub. Sextium Baculum fortiſſimum virum multis debi-
litatum vulneribus, & jam pedibus ſuis inſiſtere non valen-
tem vidit, aliorum quoſdam ſegniter pugnantes, tela tan-
tum hoſtium vitare; quoſdam ſenſim cedere; quoſdam prœ-
lio excedere, hoſtes inſtare ac premere; & nihil omnino
reſpiramenti ſuis dare; denique in extremo rem poſitam in-
tellexit; nilque jam præſidii ſupereſſe quo vel perdita reſtau-
raret vel ruinæ occurreret: auxilium quod aliunde non po-
terat à ſeipſo cogitans exigendum; quod ipſe tum forte ſine
clipeo eſſet militi lentius dimicanti ſcutum abſtulit. & in
primam aciem provectus magna voce centuriones proximos,
suo quemque nomine increpans atque appellans, cæteros ge- 51
nerali exhortatione ſollicitans, nec præire, ſed ſe ſequi ju-
bens, reintegrare pugnam jam languentem; hinc amore du-
cis, hinc pudore compulit. Crederes unius animi robur at-
que ardorem in omnes ſubita inſpiratione diffuſum, tantum-
que vox ducis & exemplum [2] fervide omnes fortiterque pu-
gnarent. & qui in fugam verti cœperunt, & qui vulneribus
tardabantur, ſimul in hoſtes vultu atque animis verſi muta-
tionem rerum adeo repentinam peperere, ut vix credi poſ-
ſet, exercitus illos eſſe, qui paulo ante conflixerant. Nervii
modo victores victi illico deletique ſunt; non multi tamen,
nec ut dictu ſic & factu facile; nempe ſuorum cadaveribus



1. *Bodnognato* Cæſari. 2. Deeſt *valuit*, *ut* aut ſimile quid.

insistentes, factoque ex iis 1 cumulo ut quasi de loco altiore pugnarent, usque ad mortem forte propositum tenuerunt. fregit tamen eorum pertinaciam Romana perseverantia, & nutantem labentemque fortunam publicam unius viri virtus felicitasque sustinuit. Senes ac feminæ puerique quos cum fortunis suis omnibus Nervii in prœlium exeuntes in paludibus procul abdiderant; audita suorum clade, ut nihil est quam clausum victis, sic victoribus nihil 2 imperium opinantes, communi omnium superstitum consilio per legatos sese Cæsari 3 dederunt. & ut publicæ professione miseriæ facilius victoris misericordiam impetrarent; populum Nerviorum à sexaginta milibus ad quingentos; senatum à sexcentis ad tres rediisse memorabant. Misertus est Cæsar fortissimæ gentis, & 4 reliquas liberas suis uti legibus sanxit, præcepitque finitimis ne quis eorum calamitatibus insultaret. Aduaci, qui ut diximus opem Nerviis ferebant, audito prœ-
5 2lii hujus eventu, suam in patriam rediere, seque omnes 5 ferte unum ac munitum opidum abdidere. ibi eos Cæsar obsidione conclusit, qui machinas procul 6 intuitu irridebant, quærebantque de muro, quibus illas viribus moturi, quibus manibus laturi essent, tantillæ præsertim hominum staturæ. solent enim præ suorum mole corporum gentes 7 Arthoæ Romanam spernere mediocritatem. 8 post admotas muris machinas aspexerunt, insueto & nunquam alias viso spectaculo stupefacti, legatos ad Cæsarem destinarunt; quorum unus in hanc sententiam verba fecit. *Credimus ò Romani vos non sine cælesti auxilio præliari, qui hæc omnibus immobilia tam 9 innumerabili facilitate perficitis; quamobrem resistere vobis non est nostri propositi. sed in potestatem vestram nos & nostra committimus. unum hoc exposcimus, si tanta est clementia tua Cæsar, quanta fama loquitur, si salutem nobis tribuis, arma non auferas. vicini enim nostri omnes fere nos oderunt, nobisque invident, à quibus nos amissis armis protegere nequimus. alioquin optabilius est, quidquid libuerit à vobis talibus viris pati, quam suppliciis ad necem dedi ab iis, quibus imperare consuevimus.* Ad hæc Cæsar, *Servassem*, inquit, *vos libentius*

1. Forte, *tumulo.*
2. Lege, *impervium.*
3. Lege, *dediderunt.*
4. Lege, *reliquias.*
5. Forte, *forte unum.*
6. Forte, *intuiti.*
7. Lege, *Arctoæ.*
8. Lege, *postquam.*
9. Forte, *mirabili.*

*vos dedissetis antequam muris machinas admoverem. sed & nunc servabo magisque in vobis naturam, moremque meum, quam meritum vestrum sequar. Ita tamen ut sine armorum traditione deditio non procedat. Nam quod de odio vicinorum dicitis curandum mihi linquite: ego indemnitati vestræ providebo, ut Nerviorum providi, jubendo finitimis ne vos lædant. Jussu meo, quam vestris armis eritis tutiores.* hoc præcepto vis armorum ingens tradita. sed & magna pars retenta, atque abdita, ut ab iis qui metu belli, non amore pacis agebantur, traditum quoque opidum. Et quietus ille dies fuit; nocte proxima Cæsar milites suos muris egredi claudique portas jusserat, ne quid injuriæ cives à militibus paterentur. sed huic Cæsareæ pie- 53 tati hostium fraus * objectus erat. Itaque barbarica [1] lenitate mutato repente consilio rebellarunt. neque victori opidum abstulisse contenti, castra etiam invasere, tanto impetu, tantoque ardore, non modo contra Romanam virtutem, sed contra iniquitatem etiam locorum, ut facile apparet, desperantes de salute pugnare. Eo congressu ex illis ad quatuor milia cecidere. cæteris intra opidum compulsis. sic omni penitus spe abjecta ut die proxima frangentibus portas Romanis nullus obstiterit. captum opidum, [2] venditque omnes, quorum turbam quinquaginta trium milium numerum implesse compertum fuit. Per eosdem dies à legato Cæsaris P. Crasso, quem modo ad Venetos, aliosque quamplures populos, qui extremum accolunt Oceanum præmiserat, nuntiatur, omnes illas gentes sponte sub Romanum imperium venisse. Jam ad Barbaros, qui trans Rhenum habitant, Romanæ Cæsareæque virtutis & clementiæ fama pervenerat; [3] adeo percrebuerat, ut omnes ultro ad Cæsarem legatos mitterent. qui se & daturos obsides & jussa facturos [4] sponderunt, quos ad se redire [5] inconsecuturæ ætatis imperavit, cum ipse scilicet ex Italia rediisset; [6] quæ eductis [7] in Carmites ac Turones in hiberna legionibus festinabat. præmissis Romam litteris de rebus à se gestis; quarum merito quindecim dierum supplicatio est indicta, quem honorem ante eum ducum nullus habuerat.



1. Lege, *levitate.*
2. Lege, *venditque.*
3. Forte, *adeoque.*
4. Lege, *spoponderunt.*
5. Forte, *initio secuturæ.*
6. Lege, *quò.*
7. Lege, *in Carnutes.*

# LIBER III.

DIgreſſo Cæſare ex Galliis, Sergius Galba, quem legat[um] in Sedunos aliaſque urbes proximas cum parte equitat[us] & duodecima legione dimiſerat, Sedunorum aliorumque d[o]-
54 lentium filios ſuos obſidum nomine ſibi eripi, & Roma[nos] publicæ utilitatis 1 contentu, vere autem dominandi libi[di]ne illis in regionibus conſediſſe ægro animo ferentium, e[o]rumque 2 contemnentium 3 inſuperatis inſidiis circumve[n]tus, adeo in anguſto fuit, ut conſilium ipſe ſuique om[nes] caperent erumpendi ſeque fugæ præſidio ſalvandi. quo tam[en] conſilio non rejecto, ſed dilato, elegerunt armis potius [a]periri quam fuga, ſi qua eſſet ad ſalutem via. Cum [...] hoſtes caſtra invaſiſſent & multitudine freti, feſſis integ[ros] ſubmittendo; quod apud Romanos non modo feſſis, ſed [...] vulneratis quidem fieri poterat; quibus ne dum requieſce[re] ſed ne loco arrepto vel parumper cedere liceret; uſque a[d] eo eos attriviſſent, ut oppugnatione ſex continuis horis [...] intermiſſione 4 portenta, res Romana jam ad deſpera[tio]nem ultimam ſpectaret; nec tam pro ſalute amplius qu[am] pro ultione reſiſterent, ne inulti perirent: P. Sextius Ba[cu]lus centurio primi quem in congreſſu Nerviorum multis a[ffe]ctum vulneribus memoravi; ſimulque Gajus Voluſenus t[ri]bunus militum, conſultiſſimi duo, fortiſſimique viri p[ro]re Galbam adeunt; *& una eſt* inquiunt *ſpes ſalutis, ſi con[ſi]lium quod primum ſumpſimus vel ultimum exequamur. Nam [...] hic agimus laborantes? longe iſti nos numero antecedunt.* 5 [...] *in hos Barbaros violenter irrumpimus, & nil tale cogitantes [ag]gredimur; aderit pio forſitan fortuna conatui. Alioquin [...] petu vincimus pugna vincemur ordinaria.* Acquievit fidis Ga[l]ba conſiliis. & erant quibus merito 6 credentur. Mox e[di]ctis centurionibus ac tribunis quod facto opus eſſet, mil[iti]bus edicitur, ut reſpirent. neque aliud quidquam ag[ant] quam tela hoſtium ſuſtinere: intentique interim ſignum e[ru]ptionis exſpectent. vix brevi hora laborioſæ tradita qui[ete]
55 dato ſigno, quod convenerat, ſubito præter ſpem caſtro[rum] pa[...]

1. Forte, *obtentu.*
2. Lege, *paucitatem contemnentium.*
3. Forte, *inſperatu.*
4. Lege, *protenta.*
5. Forte, *Quin.*
6. Forte, *crederetur.*

portis erumpitur tantis animis, ut stupentes barbari ferre impetum non possent & dicto citius pugnæ status mutaretur; ut qui modo invadebant, invaderentur, & qui invadebantur, invaderent; quique in castris clausi oppugnatione terribili ad captivitatem & supplicium petebantur in medios hostes invecti ferro obvia cuncta prosternerent. ita ut ex triginta milibus barbarorum, qui legionem unam [1] cum steterant; brevi temporis in spatio plus quam decem milia cæsa essent. reliquos morti non virtus; sed fuga præripuit. Sic virorum fortium prudentiumque consilia prosperis prosequitur fortuna successibus. his actis Romani victores sese in castra recipiunt. sed Galba memor se illis in locis à Cæsare dimissum, non ut bellum gereret, sed ut [2] inter illud ex Galliis per Alpes ad Italiam difficile, ac mercatoribus onerosum & pene [3] obstrusum perplexumque portoriis, periculosumque latrunculis patefaceret, suaque tutum redderet præsentia. Insuper victor licet, nolens tamen rem fortunæ sæpius committere, & rursus extrema tentare, inde statim nullo obstante in Allobroges [4] Romanam est reversus. atque ibi tranquillus hibernavit. Alia subinde belli materia per ducis absentiam orta erat. Publius Crassus egregius [5] & adolescens cum septima legione dimissus à Cæsare secus Oceanum hibernavit. Is frumenti [6] finitimas legatos singulos; ad Venetes vero geminos destinavit: quod gens illa esset omnium ejus regionis potentissima; cujus hodie quod sciam, sic transeunt res humanæ, ne nomen quidem aut vestigium ullum extat. Illi autem cogitantes, hoc fortassis modo sese obsides, quos Romanis non sponte dederant, recuperaturos, legatos detinuerunt, ac vinculis astrinxerunt. Hoc exemplo freti populi [7] vicia, ut quibus levia mobiliaque sunt ingenia; legatos etiam ad se missos redire ad suos 56
pari proposito vetuere. Dum hæc adversus Romanos in Galliis contra fidem contraque jus Gentium agerentur, Cæsar nihil inde sollicitus, quod pacata omnia extimaret in Illyricum jam profectus erat. [8] & his qui terras incognitas ac remotas videndi infinita cupidine traheretur. Erat autem Illyricum

1. Forte, *circum.*
2. Lege, *iter.*
3. Forte, *obstructum.*
4. Forte, *coloniam in Romanam,*
5. Dele, *&.*
6. Cum aliquid desit, sic restitui potest ex Cæsare: *inopia ad finitimos.*
7. Lege, *vicini.*
8. Forte, *ut is.*

lyricum provinciæ ſuæ pars, lege ſibi [1] Natuna ſuperad-
ta. cujus latiſſimi fines ſunt. hinc Italia ſuperiorque Germa-
nia; inde Macedonia & [2] Trachea & Epirus. hinc ſinus A-
driaticus. Inde maximus noſtri orbis amnium Danubius. Si-
ne hac rebellione Craſſi litteris nuntiata remandavit Cæſar
ut in Ligeri præclaro amne Galliarum qui nomen & aqu
in Oceanum fert, claſſem navium longarum quantum poſ
extruat, gubernatores ac remiges ex provincia conquirat
ut ipſe cum veniat his copiis ad hoſtes Oceanum accolentes
ſecundo alveo deſcendat. Et idem ipſe illico, ut cœli A-
piumque conditio hominibus ullo modo permeabile iter f-
cit; dimiſſo Illyrico feſtinantiſſime remeavit in Gallias. Cu
enim haud dubio cunctos honores omnium bellica virtute ſu-
peravit, & alios & ſeipſum ſua illa incredibili celerita
tranſcendit, quæ ſæpe multis in locis cognita effecit, u
quantolibet abſentem ſpatio; ſemper & præſentem & im-
minentem cervicibus cogitarent. Nemo unquam expeditio
agiliorque, non dicam imperator, ſed viator fuit. Cæſar
igitur reverſo, Venetii, Gallique alii, factum ſuum re-
tantes, qui legatos gentis potentiſſimæ barbarica immani-
te violaſſent, non ad veniam petendam ſed ad vim infe-
dam ſeſe apparant, viciſſimque ſe populi in bellum alteri
terum [3] coartantur. neque ſolum à proximis contrahunt a
57 xilia; ſed etiam à Britannis, qui Oceani æſtu [4] ſemotu
magno intervallo contra illam plagam habitant. Et hæc
ciunt non tam armis, quam locis fidentes [5] inperviis a
paluſtribus, ubi nec expeditus pedum uſus eſſet, nec nav
aut equorum. & ut navigari poſſet, ſentientes ſe navibus
bundare, quibus egeant Romani, dabat inſuper animos
ſtus ille reciprocus; qui [6] alterius littus motibus quatit,
gitque & nudat, Oceani incolis notus, exteriſque terri
Navium præterea ſuarum robur; & armamenta pro qu
tate fluctuum & ventorum quibus agitandæ erant ac pulſa
dæ, [7] propterque maris hoſtiumque violentiæ perferend
multo Romanis navibus aptiores viderentur. harum omni

1. Lege, *Vatinia.*

2. Lege, *Thracia*; aut, ut poſteriores ſcripſerunt, *Trachia*, ſic *Trachum* pro *Thracum* in inſcriptionibus antiquis.

3. Lege, *cohortantur*

4. Lege, *ſemoti.*

5. *Inperviis* ſic reſcripſi, cum codice eſſet *i piciis.*

6. Forte, *alternis.*

7. Forte, *propterea maris aſtu ...* *violentia.*

difficultatum nulla Cæsarem latebat, magna tamen lacessitus injuria veritusque, ne si ista dissimulasset, reliquæ nationes, ut sunt animi in superbiam ac perfidiam proni, inultæ rebellionis exempla sequerentur. hoc sibi nullatenus [1] negligendi extimabat, sciensque naturaliter hominibus insitum libertatem amare & odisse servitutem; ante alios Gallis ingenitam levitatem, ut de facili mobiles, atque ad subita bella volubiles essent. Jam per extrema Galliarum præsagia novitatum variarum multa conceperat. itaque ne, ut fit, motus alii super alios orirentur, essentque ubilibet qui [2] cohortis occurrerent, per diversa terrarum divisit exercitum. Titum Labienum cum equitatu magno misit in Treviros. huic jussit ut & Remis & amicis aliis in obsequio conservandis, & Germanis Rheni transitu [3] cohercendis intenderet. Publium Crassum cum parte etiam equitatus; & duodecim legionariis cohortibus misit in Aquitaniam, cui injunxit ut curaret, ne qua inde in Venetos, aut alias Galliarum partes auxilia mitterentur. [4] Titurum Sabinum cum 58
tribus in [5] Jurellos vicinasque gentes misit; quibus [6] omnium studio continendis ut insisteret imperavit. [7] Decurium Brutum adolescentem classibus [8] proposuit; & illi, quæ se jubente in Ligeri facta erat; & illi, quam suo quoque jussu venturam ex Pictonibus Sanctonisque & cæteris tractus illius officiosis gentibus expectabat. huic præcepit ut ad primum [9] expectare classis adventum cursum agat in Venetos. Ipse ad eos cum reliquis legionibus terrestri præcessit itinere, multisque passim opidis expugnatis, quæ inexpugnabilia videbantur, cœptis instabat alacriter, sperans pedetentim rem conficere. At Veneti virium usu ac peritia & navium abundanti copia; impositis in eas fortunis suis conjugibusque & filiis, cum inhiberi fuga nullo modo posset, & liberi & incolumes abibant in opida alia atque alia, quo Romani locorum ignorantia & navium penuria non poterant sequi. Ibi se iterum atque iterum defendebant; resque in longum ibat & in irritum desinebat. nec belli finis ullus ostendebatur, eoque magis quo Romanæ naves aliter fabrefactæ, Oceani-

1. Forte, *negligendum.*
2. Lege, *coortis.*
3. Lege, *arcendu.*
4. Lege, *Titurium.*
5. Lege, *Unellos,*
6. Lege, *omni.*
7. Lege, *Decimum.*
8. Lege, *præposuit.*
9. Forte, *expectata,*

ceanique fluctibus impares tempestatibus insolitis tradeba tur. Ita rem Cæsar intelligens inefficaci labore prætermissi classem expectare duxit honestius, 1 quam præsente res m 2 vanius nec se dignis subterfugiis, sed uno videbatur tra igenda certamine. Has inter curas expectata classis a alio veniens Oceano, quam cernentes Veneti suis littorib propinquantem cum ducentis viginti minutissimis navibus i li obviam exiere, eratque Romanæ pugnæ ratio difficil ma, quod & fortiores essent & majores barbarorum nav & turribus 3 præminebant, unde ex alto pugnantibus illi quasi iniquis prœlium in locis ageretur. vela quoque & m
59 li & antennæ immensa mole præstabant. qui se Roman naves facile oppressuros confidebant & fecissent si naves n vibus concurrissent. Sed omnia vincit ingenium & virtu Erant Romanis falces 4 inaudito magnitudinis. 5 quas ar ficioso quodam impulsu rudentibus hostium injecissent, n vigio remis in adverso acto, & rudentes velut 6 culta ac consorcii scindebantur, & antennæ simul ac superba ru armamenta, fiebantque suarum impedimenta navium. Se virorum pugna 7 in qua longe superior erat acies Roma Et virtutem insitam spectator eximius expectabat. Cuncta e nim in conspectu Cæsaris agebantur, & exercitus circum fusi qui littoribus proximos occupavit colles. in quo be carum rerum multi magnique erant judices; noti omnes b lantium & amici: quorum sub oculis nec 8 vir nec igna esse posset occulta, & sua parte ergo viri fortes; & his a cti stimulis strenuissime rem gerebant, sic ut brevi fracta h stes pertinacia spem salutis fugæ ventisque committerent. c bus cum vela credidissent, quasi Romanos 9 verti subito luerunt; & stagnante freto destitutis quas vehebant navib mira cœli marisque tranquillitas consecuta est, sic ut im mobiles languentibus vadis hærent. assecuti Romani, cum jam hora diei quarta esset, usque ad occasum solis inte dere ac ferire nunquam ullo momento temporis destiteru omnibusque fere vel exustis vel oppressis 10 pauco benefic

vic

1. Lege, *qua*.
2. Lege, *vanis*.
3. Lege, *præminebant*.
4. Lege, *inaudita*.
5. Forte, *quas cum*.
6. Forte, *velut cultri acie tonsorii*.
7. Lege, *pugnam, in qua lon superior erat acies Romana, & v tem*.
8. Lege, *virtus*.
9. Lege, *veriti*.
10. Lege, *pama*.

'icinæ noctis elapsæ sunt. Hoc prœlio non modo flos juve-
ıum Venetorum , sed provectæ etiam ætatis consilium ac
ructus intercidit. Perditis ergo viris ac navibus & omnium
nsuper spe amissa , se suaque Romanorum potestati atque
rbitrio commisere. Hos Cæsar contra morem tractavit ini-
ıicius , ut barbaros à violandis legatis exemplo supplicii
.eterreret ; senatum ergo morte, populum servitute, pœna 60
onis animis graviore , multavit. sic cum Venetis debella-
ım. qua victoria non ipsi tantummodo subacti , sed mari-
ima ora omnis ad obsequium redacta erat. Ecce autem a-
a ex aliis bella consurgunt. Titurius Sabinus jussu Cæsaris
Jnellorum fines introierat , apud quos tunc summæ rerum
Viridonix. Multæ in circuitu civitates à Romanis defece-
ınt , quarum aliquæ senatum quod neque ² defectio neque
ello consentiebant , interfecerant. latronum quoque manus
ıgens, partim bello , partim præda illiciente , dimisso a-
riculturæ studio , sese istis adjunxerant ; quibus omnibus
ıagnus exercitus jam in armis erat. Sabinus locum castris
ptissimum nactus , intra vallum suos , lacessitus sæpe licet
b hostibus, continebat, ut jam non hostium modo sed suo-
ım in contemptum paulatim incidisset. Ipse vero non id
ıotu alio faciebat , nisi quod absente Cæsare tanta cum
ıultitndine congredi , quisquis exitus sequeretur , ne teme-
tati tribui posset potius quam virtuti, anxius suspensusque
·at animo. ubi se sperni autem intellexit, pugnare tandem,
:d inprimis contemptum hujuscemodi quantum posset ag-
regare disposuit. Itaque Gallum quendam sibi familiarem,
:rsutumque hominem noctu in castra transfugere jubet. &
ıod fieri velit edocet. paret ille , & origine dictis astipu-
nte fidem meritus, cœpit hostibus suadere & animis ³ cru-
:lis facile persuasit. Primo quidem Venetorum in finibus
æsarem extremis periculis circumventum. Deinde in Ro-
anis castris; hinc fama ducis; hinc hostium præsentia tan-
m esse formidinis , ut de nocturna agitent fuga. qua &
æsarem adeant , ducique opem ferant , & instantibus sese
alis eripiant. Id cum publice creditum esset , est etenim
›n vanis modo , sed omnibus insitum , ut quod valde cu-
unt ; facile etiam credant, totis passim castris una omnium
vox

1. Deest *præerat*. Dein lege *Viri-
rix*.

2. Lege, *defectioni*.
3. Lege, *credulis*.

61 vox audiri, providendum modis omnibus, ne tam felix occasio per ignaviam dilabatur. Exercitus instantia victi duces, furori publico manus dant. discurritur hac illac, & consensu ducum sarmentis, variaque materia ex agris collecta ad implendas fossas, & in castra penetrandum onusti, & cursu & sarcinis defessi omnes redeuntes grave opus supraque suas vires, Romana castra ad laboris cumulum in alto posita, invadunt: haud dubii, Romanos præter fugam aut deditionem nihil ausuros. fefellit gentem 1 crudelam vana spes. nam Sabinus suis militibus valida exhortatione firmatis; & pugnam vehementer optantibus erumpendi signum dedit. Qui cum subito præter spem hostium erupissent, idque duabus simul portis, & virtute atque experientia bellandi & natura loci & lassitudine hostium adjuti, integri ipsi virium, & quiete recreati fundunt illos facile prosternuntque. Quo metu non modo qui evaserant ex prœlio; sed vicini etiam se Romanis dedidere. Sunt enim Galli ineundis bellis promptiores quam adversitatibus tolerandis. & forte ita accidit, ut una & eadem die, & Sabinus Cæsaris, & Cæsar Sabini victoriam audiret. Per hos ipsos dies Publius Crassus in Aquitaniam missus à Cæsare, quamvis adolescens, senilibus animum exercebat curis. & secum cogitans in his terris multa illis annis adversa Romanis accidisse, multa sibi utendum prudentia sentiebat; assumpta igitur primum sollicitudine rei frumentariæ atque equitatus comparandi, quod eæ gentes plurimum eo genere virium pollere dicebantur, multis equitibus, & fortioribus viris, expressim Tholosa ac Narbona amicis urbibus accersitis, cum virium satis esset Sontiatum fines ingreditur. Illi autem contenti hostem expectasse, progressi obviam, 2 & Romanos, hinc eorum paucitatem, hinc ducis ætatem contemnentes, in itinere sunt congressi. 3 Sæpe autem in contra-
62 rium versa, equitatus eorum, cui unice fidebant, Romano funditur equitatu; cæsisque quamplurimis eodem impetu; Crassus hostium opidum invadit, multamque post resistentiam datis ad extremum armis & obsidibus per deditionem cepit. Erant tunc in Gallia, (qui nunc neque ibi neque alibi usquam sunt) homines tantæ in amicitiis fidei tantæ

qu

1. Lege, *credulam vana*.
2. Forte, *cum Romanis*.
3. Lege, *Spe*.

ique constantiæ, ut cum iis, quorum se amicitiæ [1] deve-
nissent, omnem subire fortunam, & ad ultimum etiam mo-
ri vellent, neque post eos vitam ullam pati possent, quin si
nori aliter non daretur, mortem sibi ipsi manu propria con-
ciscerent; mirum genus, multum his modernis, amicitias
itilitate [2] mentientibus, adversum. neque quisquam ex eo
iumero inventus à seculis ferebatur, qui hoc facere renuis-
et, vulgo Soldurios vocitabant. Ex his sibi sexcentos [3] A-
liaterinus princeps gentis beneficiis & fide paraverat. Cum
uibus inter ipsam deditionem, quæ illi utique non place-
at, eruptionem in Romanos fecit, ita ut improvidos pene
epentina [4] spem turbaverit; sic devoti omnes morti in prœ-
um ruebant. [5] Reversus ad se militibus Romanis, cum a-
quamdiu graviter pro [6] hoste paucitate pugnatum esset, suo
um duce victi, orantesque cum populo in deditionem dux
tque Soldurii sunt recepti. Dehinc Crassus in ulteriora pro-
rediens vicinarum gentium conspirationibus magnis excipi-
ır. Ita ut etiam ab Hispanis [7] horis, quæ proximiores bel-
› erant, per legatos auxilia peterentur, & duces eligeren-
ır ex iis, qui sub Quinto Sertorio rebelle quidem, sed Ro-
ıano usu militaris scientiæ magisterium adepti bella gerere
rorsus Romano more didicerant, loca idonea [8] cupiendi,
ıstra communiendo, commeatus hostium impediendo, a- 63
es instruendo, præsidia disponendo, prælio ac receptui ca-
ɜndo; omnia suis horis & suis ordinibus faciendo. Quæ
raſsus cuncta conspiciens; cogitansque quod erat, se pro-
ter suorum paucitatem non posse diutius hostium consiliis
que artibus obstare, pugnæ fortunam experiri statuit.
uam rem cum ad consilium rejecisset, idque ipsum omni-
ıs visum esset, mane proximo aciem eduxit, expectans ut
prœlium hostes egrederentur. Illi vero & si de victoria
on diffisi, tutius tamen rati sunt sine prœlio vincere. quod
r frumenti penuriam eventurum sperabant. propter quam si
omani loco [9] crederent tergis instare decreverant. [10] ad
e castris se tenebant, neque pro victoria obsidionis infa-
iam [11] recubant. Romani hostium tarditatem non consi-



1. Forte, *devovissent.*
2. Lege, *metientibus.*
3. In Cæs. libris dicitur *Adcanneus.*
4. Forte, *species.*
5. Forte, *Reversis.*
6. Forte, *hostium.*
7. Lege, *oris.*
8. Lege, *capiendo.*
9. Lege, *cederent.*
10. Lege, *hac.*
11. Lege, *recusabant.*

lio imputantes, sed pavori, & hortante duce, & militibus pugnæ signum una voce poscentibus, signo dato castra aggrediuntur. Quo in actu auxiliares, in quibus ad prœlium modicum spei erat, missilibus suggerendis; fossis implendis, aggeribus 1 connectentibus multiplici opere occupati; speciem majoris exercitus exhibebant. Addebatque error hic animos Romanis atque hostibus minuebat, utrimque tamen pugnabatur asperrime. Dum ecce equites quidam Crasso nuntiant castra hostium ab adversa parte negligentius custodiri. Is præfectos equitum 2 committit. Illi autem his cohortibus, quæ castrorum præsidio 3 subederant, à vulneribus & labore integris longe à conspectu hostium circumductis, partem illam castrorum inproviso adeunt, & antequam sentiretur vallo disjecto mediis castris cum cæde clamor exoritur. Territi hostes repentinis 4 malmis omissa partis alterius defensione diffugiunt. Romanus 5 ille equitatus locis congestibus assecutus obtruncat. Ita ex quinquaginta milibus 6 e-

64 Quitania Cantaberaque collectis, vix quarta pars proelio 7 superesset. Quo metu diffuso pars maxima populorum circumstantium ad deditionem venit. fecissentque idem omnes, nisi instantis brumæ spes negotium distulisset.

Hæc Cæsar per legatos suos agebat. Ipse autem à Venetis in Menapios præcesserat, extremosque hominum Morinos, ut ait Maro. quod hæ duæ gentes 8 ad se miserant & in armis erant. Et quamvis 9 adventaret, sperans tamen modici temporis opus esse, rem aggreditur. Erat autem longe alia quam crederetur ratio belli. Audientes etiam maximas atque creberrimas victorias Romanorum, non armis sed latebris decreverant se tueri. Itaque sua omnia in paludibus ac silvis abdiderant, juxta quas dum castra exercitus Romanus attolleret, illi subito quasi ab inferis emergentes effusos atque in operibus impeditos diversis viis dissonis clamoribus invadunt. Romani impigre opere intermisso arreptis 10 in illos impetum fecere; eosque in silvas 11 redigere, paucis inter vepres perditis, multis hostium interfectis.

1. Lege, *convectendis*.
2. Lege, *eo mittit*.
3. Lege, *subsederant*.
4. Lege, *malis*.
5. Lege, *illos*.
6. Lege, *ex Aquitania & Cantabria*.
7. Lege, *superfuit*.
8. Deest *minime*. *Mittere* autem legatos mittere.
9. Adde, *hiems*.
10. Adde, *armis*.
11. Lege, *redegere*.

fectis. Et tunc Cæsar silvestri materiæ cædendæ & in mo-
rem valli ad tutelam suorum circumducendæ operam dabat,
ie clandestinis eruptionibus premerentur. sed jam hiems ad-
:rat; ac ingentibus ac perpetuis imbribus impedita res est:
/etitique milites sub pellibus agere. Victor ergo homi-
ıum; sed naturæ [1] cedent incensis ac vastatis finibus ho-
lium cum exercitu [2] in Aulercios Lexoniosque in hiberna
:oncessit.

His temporibus Germanorum turbæ ingentes Rhenum me-
u pellente [3] trajecerent, fessæ bellis assiduis atque impor-
unitatibus & injuriis Suevorum. quæ gens maxima, bello-
ue potentissima omnium Germanorum & olim fuisse legi-
ur & nunc esse dicitur. Quorum & moribus multa quidem 65
scriptoribus rerum memorata. præterea quum apud eos &
pud omnes fere homines mutati sunt mores, quæque jactu-
ırum pessima est, prope semper in deterius, horum, ut si-
:am reliquos, illum saltem morem video mutatum: Nem-
e vinum ætate Julii Cæsaris abhorrebant, quod [4] ni fallor
on abhorrerent. hi vicinitatis atque humanitatis impatien-
:s omnes finitimos populos, aut tributarios sibi effecerant,
ıt prorsus expulerant. Itaque ad unam partem finium Sue-
orum fuisse traditur ingens atque incredibilis solicitudo. Id-
ue sibi tunc magnæ gloriæ ascribebant. Nunc etiam per
orum fines & suspectæ multis in locis solitudines, expertus
oquor, & ambiguum iter est. hos igitur Germanorum po-
ulos à Suevis pulsos cum in Galliis consedisse Cæsar audi-
:t, Gallorum veritus levitatem, qui more frondium vento
uolibet agitantur, & mercatores & cursores more proprio
ıanu prehendunt detinentque, & unde veniant & quo per-
ınt, & quid novi afferant percontantur, reguntur que ru-
oribus etiam falsis, & sæpe his moti ea deliberant; quo-
ım mox pœniteat. hoc inquam veritus Cæsar, ne famæ cu-
spiam flatibus moverentur, [5] & Romana fide desisterent;
state non expectata ad exercitum venit, & invenit vera se
nuisse. Missos legatos à Gallis ad Germanos invitantes hor-
ntesque, ut à leva Rheni, ubi substiterant, abscederent,
que inferrent in intima Galliarum, nihil eis defuturum o-
nium [6] petissent. Motus his Cæsar, sed dissimulans, Gal-

 lorum

1. Lege, *cedens.*
2. Lege, *in Aulercos Lexoviosque.*
3. Lege, *trajecerunt.*
4. Videtur addendum, *nunc.*
5. Forte, *& a R. f. desciscerent.*
6. Adde, *quæ.*

lorum principibus ad colloquium evocatis, benignis oratio-nibus [1] leniit. Firmavit animos atque edixit [2] *equitum quos ex debito* [3] *tenerentur, ut paratum in armis haberent. Esse enim sibi animum ad liberandas Gallias ab* [4] *incurso Germanico profe-*
66 *sci.* Quidquid ille præceperat adimpletum est, non obedien-ter modo, sed libenter, ea est facilitas animorum. Dum instructis ergo paratisque omnibus iter arripuisset, jamque ad castra hostium paucorum dierum itinere propinquaret, legatos barbarorum obvios habuit, quorum primus in hanc sententiam verba fecit. *Neque Germani* inquit ô *Cæsar bellum inferunt Romanis, neque eis, si Romani bellum inferant, recu-sant. Mos est noster à majoribus per manus nobis traditus bella in-ventibus obstare, nullum hanc ob causam precari. Suevis solis nos impares confitemur, quibus ne ipsi cœlites pares sint. de reliquo mortales omnes vincere posse confidimus. unum non ut humili-, sed ut justior causa nostra sit dicimus, venisse nos in Gallias, non sponte sed coactos. profugos, domo pulsos, aliquo pergere necessa-rium fuisse. Si Romani velint, posse eis amicos esse non inutil. Ad id sane duorum altero opus esse, ut aut terras eis quas inha-bitant largiantur, aut possidere quas armis quæsierint patiantur.* Ad hæc Cæsar inter multa respondens, *nullam illis posse cum esse amicitiam* ait, *nisi quamprimum Galliæ finibus egre-rent. neque satis se mirari posse, quænam esset ista ratio, qui sua defendere non valerent, invaderent aliena: quasi ad injuriam inferendam, quam ad defendendam justitiam fortio-res: cum fortioribus viris vires addere soleat animosque defen-sio suscepta justitiæ; neque vero esse agros ullos in Gallia, qui tantæ hominum multitudini assignari possint sine injuria pos-sorum. Esse autem apud se aliarum gentium legatos, inprimis* [5] *Vibiorum, amicorum populi Romani, de Suevorum violen-conquerentes, opemque poscentes: posse eos cum illis habitare donec utrisque consultum sit. se Suevis imperaturum, ut ab eorum offensionibus abstineant.* Legati se post triduum redi-turos, responsumque suæ gentis relaturos cum dixissent, poposcerunt, ne castra interim promoveret. sensit fraudes Cæsar; Equitatus enim partem magnam trans Mosam am-nem frumentatum ab iis missam senserat, quam hoc spa-tem

1. Adde, *eos.*
2. Lege, *equitatum.*
3. Deest verbum *præstare*, aut si-mile.
4. Lege, *incursu.*
5. Lege, *Ubiorum*, & sic infra *Ubiis* pro *Vibiis.*

emporis expectabant. Itaque quod peterent se facturum ne- 67
gavit, processitque, & cum jam nisi duodecim milia passuum distaret à barbaris, legati [1] ad ipsum poscentes instantius occurrerunt, idque cum iterum negasset; petierunt ut ad suos equites, qui præibant, mandaret prœlio abstinere, donec ipsi legatos ad eos, quos in eadem conditione cum Suevis esse [2] deberet, destinarent, ut fœdere cum eisdem icto, simul Cæsaris consilio uterentur: Adhæc exploranda & firmanda cum Vibiis triduo etiam opus esse. Intellexit quoque Cæsar hanc petitionem eodem spectare, quo primam. Respondit tamen se, [3] de illo non amplius quam quatuor milia passuum progressurum. Illic die proximo adessent, cum quibus de illorum petitione dissereret, equitibus nihilominus jam progressis mandavit ne hostes invaderent. Quod si ab illis invaderentur, usque ad ipsius adventum [4] ipse tamen sustinerent. Equites jussu ducis accepto. & [5] qui apud legatos hostium vadissent, tanquam in pace securi ibant & incauti. fidei signum non prudentiæ. Id cum hostes advertissent [6] quam numero longe impares repentino impetu invecti quadringentos septuaginta ex eis occiderunt. Reliquos in fugam versos insequi non prius desierunt quam ad conspectum Cæsaris est perventum. Ibi demum persecutionis [7] fugæ finis fuit. memorabilis inter cæsos casus extitit Pisonis, qui vir fortis ac nobilis ex Aquitania * cunatom populi Romani & amicus dictus à senatu, cum germano proprio ab hostibus intercepto opem ferens, illum quidem periculo liberasset; vice ejus detentus inter turbam, atque qui vulnere ad terram datus aliquamdiu pedes animosissime se defendens victus [8] cum concidit. Id cum frater jam prœlio digressus agnosceret, equo stimulis adacto medios in ho- 68
stes rediit: ibique fortiter dimicans occubuit. Ad hunc modum duo simul fratres egregii mutua pietate periere. Cæsar circumventum dolis sese dolens; nullos jam legatos hostium audiendos, nullam conditionem pacis admittendam, neque vel modicum differendum ratus; dum copiæ hostium jungerentur: simul illud intelligens apud leves Gallorum fragilesque



1. Lege, *id.*
2. Lege, *diceret.*
3. Lege, *die.*
4. Lege, *ipsi.*
5. Forte, *& qui apud Cæsarem legatos hostium vidissent.*
6. Lege, *quamquam.*
7. Forte, *ac fugæ.*
8. Lege, *tandem.*

que animos hostilem fraudem virtutis opinionem & virtu
nomen facile reperturam; statuit omne hostibus consulta
di, simulque & Gallis falsam opinionem confovendi spa
um celeritate præripere. Consilio igitur advocato dum pr
positum illud suum aperit, ecce de transverso legati hos
um, quibus prospere fraus prima successerat. nec priores i
tamen; sed principes gentis, & seniores omnesque in q
bus summa erat apud illos auctoritas, ad Cæsarem in cas
perveniunt, vel excusaturi præteritas fraudes, vel novas
liceat innexuri. Quos ubi Cæsar aspexit nulla penitus de
auditos illico capi jussit, simulque insecuto iter exercitu
stinus arripuit. In quo ordinando nuper victos equites in
tremo posuit, ne forte reliquiæ [1] prædani metus aliqui
peressent, quibus etiam intrepidi afflarentur. Sic ad hos
generosæ plenus iræ, & degeneris memor injuriæ prope
bat. Et octo milia passuum dicto citius emensus; [2] illud i
paruit quidquid de legatis suis esset, quidve de hostibus
re aliquid potuissent; subita re turbati, neque arma neq
consilia capiendi spatio [3] relicti, an hosti occurrerent,
castra defenderent, an [4] satem fuga quærerent incerti,
pidi hærebant. Cognita trepidatione hostium & fluctuan
hominum ac signorum; Romani milites & illorum peri
& hortatu sui Ducis impulsi castra pervadunt, pauci pa
coti armatique restitere; alii autem [5] in finem omnes fugam
arripuere. Immisso post eos equitatu magna horum in sta
re strages fuit. dehinc agmine perpetuo ad confluentem Ru
ni ac [6] & oræ delati, cum se metu insequentium in oppo
tum amnem injecissent & lassitudine & pavore, & impe
alvei superante demersi sunt. Ita pene omnes partim pugna
partim fuga, partim aqua consumpsit, cum essent milia ho
minum [7] quadraginta ac triginta. sua in castra reversus Cæ
sar incolumi exercitu, mirum dictu tanto ex bello pau
tantummodo vulneratis, cum legatos reliquosque, quos ca
pi jusserat, invenisset, absolvi fecit, & quo vellent abeu
tribuit licentiam. Illi vero Gallorum propter [8] Attore
rum fines, iracundiam metuentes, apud Cæsarem resid

1. Lege, *pridiani.*
2. Forte, *quam illis apparuit, quid delegatis suis esset, quarave de hostibus.*
3. Lege, *relicto.*
4. Lege, *salutem.*
5. Forte, *infamem.*
6. Forte, *Mosæ.*
7. Lege, *quadringenta.*
8. Forte, *occupatos eorum.*

muneris instar optarunt, quos secum ille magnanimus concessa libertate detinuit.

Post hæc Cæsar modis omnibus Rhenum transire disponit. multæ eum impellebant causæ. Tres inprimis. nam & operæ pretium extimebat ut Germani qui cottidie in Gallias transire sibi consuetudinem fecerant; suarum metu rerum domi continerentur; ubi adverterent exercitum populi Romani posse & audere Rhenum transnatare. neque semper assuescere invadere; sed invadi etiam interdum. deinde quod pars illa Germanici equitatus; quam prædandi causa trans Mosam missam proximo prœlio non interfuisse memoravimus, trans Rhenum audita suorum clade confugerat, seque Sicambris adjunxerat; à quibus Cæsar cum per nuntios postulasset, ut eos qui Romanis simul ac Gallis bellum moverent, sibi redderent; responderunt, *imperium populi Romani Rheno terminari. Si Germanos* [1] *in Gallia transire ad injuriam traheret, cur minus injuriosum duceret trans Rheni metas imperium extendere.* Quamquam barbarica ista responsio coloris 70
fortasse [2] aliud, sed nil penitus rationis habuerit, non enim trans Rhenum imperium petebatur, sed ut cis Rhenum injuriose gesta punirentur: nisi forte sibi [3] barbareis insolens usurpabat, ut qui ad eam confugissent, inviolabiles haberentur, [4] qui brevi non modo alios, sed seipsam salvam facere non potuit. Certius erat, quoniam Ubii soli ex Transrhenanis Romanorum in amicitiam recepti affectuosissime precabantur, ut eis Romanus imperator adversus Suevos, aut mitteret, aut ferret auxilium. Nam si forsitan [5] transferre non posset reipublicæ negotiis occupatus, satis abundeque illis esse præsidii in solius exercitus fama, quæ post devictum [6] Ariojustum atque ultimum hoc prælium confectum, tam late per extrema [7] Galliæ diffusa esset, ut sub ejus umbra nominis tutos se esse posse confiderent: Navium vero ad transitum affatim sibi esse non dubitaret. Et Cæsar his quidem de causis ac fortasse aliis transitum exoptabat. sed transire navibus neque satis tutum, neque vel sibi vel populo Romano satis honorificum judicabat. animumque ideo ad structuram pontis intenderat, tametsi difficultatem maximam flu-



1. Lege, *in Galliam.*
2. Lege, *aliquid.*
3. Lege, *barbaries.*
4. Lege, *qua.*
5. Forte, *transferre se.*
6. Lege, *Ariovistum.*
7. Forte, *Germaniæ.*

fluminis impetus profunditaſque & latitudo prætendere
ſed nil volentibus arduum. diſpoſuit firmavitque vel nu
modo alio, vel ponte tranſire. vicitque omnem rerum p
plexitatem operoſiſſimi atque ardentiſſimi ducis induſtria
que obſequentiſſimi durus labor exercitus. Ponte igitur b
tempore mira arte perfecto traduxit armatas legiones. P
muſque Romanorum, ſicut ſcriptum eſt, Germanos qui t
Rhenum incolunt, aggreſſus, 1 maximas effecit cladib
ſed ſequor ordinem. Præſidio validiſſimo ab utraque po
parte dimiſſo; primus illi poſt Rheni tranſitum in Sica
5 bros fuit impetus, qui ſuperbe Romani fines imperii Rh
amne præſcripſerant. Et pergenti multarum urbium leg
nes occurrerunt amicitiam pacemque petentium, quibus o
nibus benigne reſpondens Cæſar obſides imperavit. Sicam
autem, ut eſt magna pars hominum verbis quam factis a
moſior, mox incepti fama pontis audita, quorundam
apud eos verſabantur, quibus Romana notior virtus er
conſilio atque hortatu, deſertis urbibus cum fortunis
omnibus in ſolitudines ac ſilvarum interiora confuge
Cæſar hoc pridem tardum & difficile belli genus exper
& plus tædii 2 iis quam periculi, tempus inutiliter
3 tenendam ſtatuit. Pervaſtatis ergo vicis rebuſque hoſti
quo vel ferrum potuit vel flamma pertingere, ad Ubi
hoc eſt ab hoſtibus ad amicos tranſiit expectatus atque o
tus. 4 ad eos vero moram trahens, propoſitum & con
Suevorum didicit. ea erant hujuſcemodi. Accepto enim t
ſitu Romanorum, quorum fama virtutis jam cuncta com
verat, nuntios ad omnes ſuæ gentis circumquaque 5 di
xerant. unum omnibus præceptum, ut urbibus atque op
6 de electis conjuges filioſque & quicquid eis carum eſſe
ſilvis, quæ immenſæ illis erant, reconderent. viri om
7 armiportantes certo loco 8 Suevæ in medio ex omni u
que regione confluerent. ibi Cæſarem expectarent, aci
confligerent. Cæſar autem, 9 quam tamen neſcio, ſed o
pioni tantum virum nil ſine certa voluiſſe, contentus in p
ſens 10 ad ſuo Vibios obſidione liberaſſe: ac reipſa o

1. Forte, *maximis affecit.*
2. Forte, *eſſe.*
3. Lege, *terendum.*
4. Lege, *apud.*
5. Forte, *direxerant.*
6. Forte, *relictis.*
7. Lege, *arma portantes.*
8. Lege, *Suevia.*
9. Forte, *quam tamen neſcio ra ſam, ſed opinor tantum virum nil certa ratione.*
10. Forte, *adventu ſuo.*

diſſe Germanis, Rheni tranſitu Romanos; neque metu neque
difficultate prohiberi, quominus & amicis ferant opem &
hoſtibus ultionem; non niſi decem octo diebus actis in Ger- 72
mania, rediit in Gallias; pontemque poſt tergum fregit ne
ab hoſtibus frangeretur.

Creſcentibus indies bellis atque periculis; creſcebat ſimul
ducis animus, & [1] à tritu velut aurum ſplendidior fiebat,
quove plus difficultatum eo & plus ſpei erat. In omnibus
quidem bellis, quæ per eum in Galliis ad id tempus geſta
erant, miſſa hoſtibus auxilia à Britannis agnoverat. Id in-
dignans ad eos ire diſpoſuit. Et quamvis extremum jam tem-
pus eſſet æſtatis, quæ illis in regionibus propter [2] vicinam
Septentrionis eſt brevior; ne quid tamen otioſi temporis age-
ret, inſulæ ſtatum moreſque hominum explorare ſtatuit.
Quod cum neque per [3] communes Gallos, quibus loca illa
nondum [4] plena erant; neque per mercatores ipſos, qui non
niſi [5] lictoreas terras, eaſque non omnes, ſed tantum Gal-
liæ oppoſitas, adibant, non fieri poſſet, Gajum Voluſenum
una cum longa navi * [6] eo quid agere velit illum ad mo-
mentum ire jubet. & cognitis illis [7] qui cognoſci poſſent
maturum ille reditum imperat. Is ad eum quinto rediit non
auſus, ut dicebat, in terram egredi, neque ſe fidei barbaro-
rum credere & tantum exterius viſa renuntians. Hæc ita com-
munis quidem habet hiſtoria. habeo tamen non ignobiles
auctores qui Cæſarem per ſeipſum portus & navigationem,
& acceſſum ad inſulam exploraſſe confirment. quod ut cre-
di poſſet ipſe ducis animus facit & ſimilis aliis in rebus au-
dacia. Cæterum ſeu per alium ſeu per ſe cognitis, quæ cog-
noſci poterant, ipſe in extremum Galliæ angulum, unde
brevior in Brittanniam eſt tranſitus, quo jam ſe cum exerci-
tu contulerat, claſſem omnem contrahi imperat: Et qua Ve-
neto in bello uſus erat anno altero; & quæ amicis ex regio-
nibus interim redacta ingentem navium numerum expleverat.
Et jam fama Romanorum à Germanis tranſiverat ad Britan-
nos. & præſens inſuper apparatus late metum ſparſerat. Ita- 73
que multarum inſulæ civitatum nuntii Cæſarem adeunt, &
obſides & obedientiam promittentes. hos benigne ſuſcipiens,



1. Lege, *attritu.*
2. Lege, *viciniam.*
3. Lege, *homines.*
4. Forte, *cognita.*
5. Lege, *littoreas.*
6. Locus corruptus. Vid. Cæſ. lib. IV. cap. 21.
7. Lege, *qua.*

& ſereno vultu & miti oratione proſequitur, hortatus
propoſito perſeverent domum remittit & cum eiſdem [1] com
muni conſilii magni virum; inque oris illis omnibus auc
ritatis eximiæ ac ſpectatæ [2] ſibi non fidiſſimum, ut rebus
Quo merito Attrebatibus victis regem illum impoſuerat
per quem urbibus Britannicis perſuadere [3] mittitur ut
ne fidei ſe committant, ſuumque illis nuntiet adventum
Venerunt & magnæ partis Morinorum nuntii excuſantes
gentis errorem, quod adverſus populum Romanum prop
ſuam [4] imparatam ac turbidam barbariem rebellaſſent
[5] mox vitio, non odio animorum, & petentes veniam
pœnitentiam offerentes. id pergratum Cæſari fuit, quod
Britanniam tranſiturus bellum invitus poſt terga dimitteret
neque curæ Britannicæ præferendum aliud extimaret.
poſitis igitur multis obſidibus, petita concedit, claſſe autem
ſicut diximus collecta, dum ad tranſitum ſe præparat,
ram portus ac cuſtodiam Publio Sulpitio Ruffo comm
cum eo quod ſufficere viſum eſt præſidio. Reſiduum
rum in Menapios mittit, atque in eam partem Morinorum
unde (quod rebellionis indicium apparebat) nulli ad
nuntii veniſſent. his Titurium Sabinum & Lucium Arun
lejum Cottam præfecit. Dies interea navigationi aptus
fuit. cumque de littore Gallico profunda nocte ſolviſſet
proximæ lucis hora quarta Britannicum littus attigerat.
numque illud armatis hoſtibus conſpicatus, præruptas
rupes pelago impendentes, unde teli jactus aut lapidis
ad naves facile perventurus eſſet, ſubſtitit parumper,
ctans ſuos qui lentius veniebant. ſic in anchoris uſque ad
74 ram diei nonam ſtetit. tunc aſſecutis omnibus, legatiſque
tribunis militum, ac magiſtris navium [6] vehementis ad
nitis, ne qua eſſet aut bellicis aut maritimis rebus mor
ſed ad nutum omnia [7] dicto explorentur. Vento & æſtu
tus idoneo, convulſis anchoris, ad ſeptem milia paſſuum
procul inde plano in littore tota cum claſſe conſtitit.
Britanni, intellecto conſilio, præmiſſis equitibus atque
ſedis, quibus in bello uti conſueverant, pari velocitate
cum occupant; conſequuntur equitatum turbæ, ita om

1. Lege, *Commium.*
2. Forte, *ſibique.* vel, *ſibi autem.*
3. Forte, *nititur, ut Romana.*
4. Lege, *imperitam.*
5. Lege, *morum.*
6. Forte, *vehementer.*
7. Forte, *dicto citius.*

piæ egreſſuris ſe Romanis objiciunt. Erat plane deſcenſus terram difficillimus propter aquæ altitudinem, ſine qua agnæ naves eſſe regique non poterant. Et ſi qui è navibus ivissent, [1] & ſicco de litore, aut ex vadis humilioribus cipiebantur hoſtium occurſu. & ubi ſtare difficile erat, gebantur iniquo Marte certare, unde non immerito Roani territi ac turbati & locorum inſcii & ejuſmodi prœinexperti ſolito ſegnius pugnabant. Quod ut Cæſar vidit; ngas naves ab [2] alta claſſe ſecerni & remis ad litus applire imperat, atque inde omnium genere miſſilium hoſtem :lli; quem ipſe navium aſpectus & magnitudine & remom ſtrepitu inſuetum talibus exterruit. Ubi autem ſagittam [3] imbris ac tonitrua tormentorum in hoſtilem aciem cidere: parumper referre pedem hoſtes inceperunt. nec im tamen Romani ſeſe undis credere auſi, ipſis è puppiis prœliabantur, donec aquilifer decimæ legionis, quam nabat Cæſar, alta deos orans voce, ut feliciter legioni ccederet quod parabat, verſus ad comites: *deſilite* inquit *fluctus, & ſequimini me commilitones mei, quicunque non vul- hanc aquilam hoſtibus illudendam tradere. Si viri eſtis proſpe- cuncta provenient, ſi minus, ego ſaltem debitum meum reipuicæ* [4] *à Romano imperio bona perſolvero.* hæc exclamans meos in fluctus mira alacritate [5] diſſiluit. [6] Attigit ut pri- 75
um terram pedibus attigit, greſſu rapido ferre aquilam in oſtes cœpit. virtutis exemplo & nobiles incitati omnes, on ſolum qui in illa, ſed qui in cunctis erant navibus in ndas atque inde in hoſtes ruunt. pugna atrox exoritur, duique, anceps, & Romanis adverſa propter locorum iniuitatem. Poſtquam vero terram omnes [7] attingerent: colcti in unum & reducti ad ſolitum pugnæ genus, alio imetu invecti fuderunt adverſarios; fuiſſet clarior victoria ſi d inſequendum profugos equitatus in tempore affuiſſet; tan fuit tamen, ut Britanni hoſtium ſuoque caſu territi, leatos ad Cæſarem mitterent & deditionem & obſides & uidquid victoribus victi debent offerentes, cum iis & Coiius rediit, quem ad eos, ut diximus, præmiſſum & comiſſa edere incipientem vinculis aſtrinxerunt: nunc ſolutum re-

1. Lege, *iï.*
2. Lege, *alia.*
3. Lege, *imbres.*
4. Forte, *ac Romano imperio munus.*
5. Lege, *deſiluit.*
6. Lege, *Atque.*
7. Lege, *attigerunt.*

remittentes, violati culpam in multitudinem reflexerunt, & errori publico veniam petierunt. Quibus Cæsar acriter in crepitis, quod pace per legatos ultro expetita & obte bellum intulissent, hostilia in amicos ausi, veniam tam supplicibus non negavit, quam negare nec noverat nec so bat. partim datis partim promissis obsidibus pax conve ta est. principes Britannorum turbas ad agriculturam r verti jusserunt, ipsi seque suasque urbes [1] Cæsar insin re omni studio satagentes. Paulominus festinatio unum n hi virum abstulit, quem in medium virtus ejus & fa restituent. is est Marcus Cæsius [2] Scena miles Cæsar qui hoc ipso, quem præmisimus, ad insulam appulsu, sc pulum littori proximum plenum turbis hostium conta cum quatuor tantum [3] commilitonique cimbam eo tra vectus, egregia paucitate barbaricam multitudinem aggressus. cumque inter pugnandum, æstus æquorei fluxu, interstitium illud quod scopulum ab insula di

76 bat aquis [4] exornatum transitum non negaret; atque deo barbarorum ingens copia suis auxilio advenisset; [5] lans quatuor justo pavore perterritis, & abjectis, vel forsitan socio dimissis pilis, solus [6] Scena contra host aciem stetit immobilis, & sua & comitum unus qui militum pila in hostium membra, nullo in cassum cont culatus, tandem omnibus [7] assumptus, stricto obvios m crone, unumquemque ut se primus obtulerat; nunc s nunc gladio excipiens ac prosternens; diu utrique parti admirabile præbuit spectaculum: & tot milium in litto dimicantium ad se unum intuendum oculos atque ora vertit. Cum jam denique, non ut in armatum virum, ut turrim munitam omnis nisus, ira, pudorque hostium furorem versus incumberet; jamque femur ingenti transfi telo & [8] multum saxo concussus gravi; clipeoque & g ictuum vi disjectis, gladio ad extremum fracto, pilisque est dictum omnibus non perditis, sed impensis egregie, jam exarmatus, tamen lorica gravis duplici, se in und sua opera hostium sanguine rubicundas injecit, ac reve

1. Lege, *Cæsari.*
2. Lege, *Scæva.*
3. Lege, *commilitonibus cimbam.*
4. Forte, *exoneratum.*
5. Lege, *reliquis.*
6. Lege, *Scæva.*
7. Forte, *consumptis.* vel, *absci tis.*
8. Puto, *vultum saxo contusus.*

ſuos, unde gloriam merebatur, veniam poſtulavit: nem-
cum Cæſarem conſpexiſſet: *Parce*, (inquit) *optime impe-*
*or, arma perdidi.* [1] & ille ſummus extimator meritorum,
us ſub oculis geſta res erat, & facta viri fortia & verba
gnifica centurionatus honore [2] reincidit per hos dies res
va quidem dictu, ſed eventu magna ac periculoſa. Na-
in Galliis dimiſſæ quibus inerat equitatus, paucis poſt
ſarem diebus ſecundo [3] funem vento ſuderant. cumque
tannicis jam littoribus propinquitates in conſpectu ſuo-
a eſſent; tantis repente tempeſtatibus conquaſſatæ ſunt,
omnes undique ſpargerentur, & aliqui unde venerant vio- 77
tia pelagi verterentur; aliæ ad aliam partem inſulæ ſum-
cum diſcrimine [4] cogerentur. Quin etiam naves aliæ &
gæ & [5] ornariæ in quibus exercitus erat, quamvis litto-
ıærentes, ſic procellis tumeſcentibus avulſæ atque oppreſ-
ſunt, ut [6] Romani audaciam mundi finibus non conten-
a extraque orbem bella quærentem, terræ limes ultimus
tigare videretur Oceanus. Denique ſic disjectæ omnes;
perditis armamentis aut fractæ aut inutiles redditæ vide-
ıtur, ut merito hæc inter adverſitates Cæſareas numeren-
. Qua de re conſternatio ingens, ac mœſtitia totius ex-
itus conſecuta [7] nam neque alia claſſis qua redirent erat,
que ad hanc ipſam reparandam vel materia vel facultas:
in Gallia hibernandum eſſe; [8] & Britannia hibernari prop-
frumenti inopiam non poſſe conſtabat. & præterquam
od res per ſeipſam triſtis erat, accedebat & altera dolen-
cauſa ac timendi. Siquidem Britanniæ principes quos in
em Romanorum, non amor ſed pavor attraxerat, omnia
s deeſſe cum cernerent, naves, equites, frumentum, nec
re illos poſſe diutius, nec abire; eorum quoque paucita-
n caſtrorum ex anguſtiis metientes, quod neque equitatus
que impedimenta, ſed ſolæ ibi erant legiones: concepe-
ıt ſpem ut fit ex alienis malis, ac rejectis adulationibus
ibus Cæſarem cœperant promereri, cogitantes quod ſi
n ſuperarent, aut opprimerent; nemo amplius bellator in
itanniam trajiceret; habito de his rebus inter ſe collo-
quio,

. Forte, *at.*
.. Lege, *remuneravit. Incidit.*
. Forſitan idem eſt, quod Vir-
ius ait 1. Georg. *convellere fu-*
*s à terra.* infra ait: *funem ſolvit*
de dubito, an hic legi debeat: *ſolverant.*
4. Lege, *agerentur.*
5. Lege, *oneraria.*
6. Lege, *Romanorum.*
7. Adde, *eſt.*
8. Lege, *nam in.*

quio, rebellarunt. Cæsar nondum conjuratione patefacta, ex 1 adulatione tamen obsidum, qui promissi erant, et adversitate 2 prætereaque sibi acciderat, mutatam cum fortuna fidem barbaricam cogitabat Sed nulla re decipi poterat supra humanum modum altus animus & invictus. frumenta igitur ex agris vicisque omnibus in castra quotidie 3 & navibus, quæ irreparabiliter quassæ erant, dissolutis, ex ea materia alias refici; & quod deerat ex Galliis convehi faciebat. idque tanta ducis sollicitudine, tanto militum studio gestum est, ut ex omnibus non amplius quam duodecim in totum perditis reliquæ ad navigandi usum reparatæ in anchoris starent. Sic quasi 4 reddita advia animos militum providentia sui ducis erexerat. 5 Illuc assidue frumentatum pars exercitus. contigitque die quodam, ut legione septima ad id ipsum de more profecta; barbari, qui eo venturam ex ordine cogitarent, quod jam aliis in partibus inveniens frumenta præcedentibus diebus abstulissent, nocturnis eam præstolarentur insidiis: cum tamen nulla suspicacio belli esset, sed ruricolæ passim & in agris vagarentur, & Romanis in castris libere versarentur; legione autem conspecta silvis eruperant, eamque equis & essedariis circumdederant, quibus eo tempore sic utebantur, ut & levitatem equitum præstarent & peditum firmitatem. Et jam legio impetum numerumque hostium sustinere vix poterat; 6 dum castrorum custodes Cæsarem certiorem faciunt pulverem solito majorem ab ea, quo legio profecta erat parte consurgere. statim quod erat augurio animi apprehendit, arreptisque armis illic properans cum parte exercitus invenit legionem in ultimis laborantem. non fuit opus prœlio. sola Cæsaris præsentia suis metum, hostibus victoriam eripuit. Sive autem hora serior diei, sive 7 alia eum causa tenuerunt, suos liberasse periculo contentus intactis hostibus castra repetiit. proximis diebus tantæ fuerunt tempestates ut Romanos 8 sub tentorii Britannis in opidis detinerent. Post hæc non 9 destituerunt hostes per legatos ad bellum totam insulam concitare, & Romanorum paucitatem & prædæ magnitudinem

78 (beside the line "rat supra humanum modum altus animus & invictus. fru-")

79 (beside the line "tentorii Britannis in opidis detinerent. Post hæc non")

1. Lege, *dilatione*.
2. Lege, *præterea quæ*.
3. Deest *convehi*.
4. Forte, *reddita vita*.
5. Lege, *Ibat*.
6. Lege, *cum*.
7. Lege, *alia eum causa*.
8. Lege, *sub tentoriis, Britannis*.
9. Lege, *non desisterunt*.

ivulgare: Insuper & oblatam cœlitus, & minime respuen-
im perpetuæ libertatis occasionem. quorum cum fidem pu-
licam invenisset [1] Assercio, equitum & peditum turba in-
:ns ad Romana castra confluxit. contra quos Cæsar in a-
em legiones eduxit & prœlio victor profugos insecutus,
nnes fudit, plurimos interfecit, incensisque late finibus in
ıstra remeavit. Secutæ sunt legiones hostium pacem ve-
amque petentium. quibus Cæsar propter perfidiam obsides
ıplicavit, eosque in Gallias duci jussit. quo ipse naviga-
one prospera est reversus. Duæ ex omnibus, à reliquis
:nto abstractæ & ad littus aliud delatæ erant. è quibus cum
ecenti egressi in terram ad Romana castra properarent,
lorini [2] quidam quos placatos Cæsar arbitrabatur, non
m odio quam spe prædæ in itinere hos invadunt; edicunt-
ıe ut si mori nolint arma deponant. Romanis in orbem
ɔllectis resistentiamque parantibus, clamor ortus ad sex mi-
ı hominum contraxerat. quos omnes quatuor horis & eo
nplius paucitas Romana sustinuit, proque paucis [3] pulve-
bus multas mortes reddidit. Ac cum Cæsar qui non longe
ɔerat rem sensisset, auxilium suis ferens advolavit. Quo
ɔnspecto ad fugam reversi hostes & ad magnum numerum
esi sunt. Die insequenti Cæsar Labienum cum legionibus
cum [4] est Britannia reversus in Morinos rebellantes misit.
ıi cum propter temporis siccitatem solitum paludum rece-
taculum amisissent, ferme omnes ad obedientiam rediere.
'iturius autem Sabinus & Aruncule jus Cotta legati alii in
Ienapios missi, [5] hos non inventis quos silvæ protexerant,
censis ædificiis ac vastatis, ad Cæsarem sunt reversi. Ipse
ıtem in Belgis exercitus totius hiberna disposuit. eo dua- 80
ım non amplius urbium Britanniæ venerunt obsides, aliæ
nnes & Romani ducis imperium & propriam fidem ac
·æmissa contempserant. [6] Romæ ut erant Romæ cognitis,
natusconsulto viginti dierum supplicatio instituta est res à
culis inaudita.

Annuo de more Cæsar ex hibernis in Italiam [7] venit. Pe-
ctis conventibus Cisalpinæ Galliæ, quod anno altero in a-
mo habuerat ad Illiricum perrexit, ubi compositis qua-
rundam

1. Lege, *assertio.*
2. Lege, *quidem.*
3. Lege, *vulneribus.*
4. Lege, *ex Brit. reversus.*
5. Forte, *his.*
6. Forte, *His rebus.*
7. Lege, *veniens.*

rundam motibus civitatum, parvo temporis lapsu magi
vix spatium [1] emersus, per Italiam in ulteriorem Gall
ad exercitum rediit. id quod discedens jusserat, classem
plius quam sexcentarum navium invenit instructam. coll
data militum industria & operibus præfectorum fide, c
sem ipsam ad portum, Icium tunc nomine, triginta
tum passuum milibus [2] ad insula semotum, quo nullus
aptior deduci imperat. Ipse autem [3] omnia in Treviros
ficisci statuit. quod eos nec [4] consilia frequentare notave
nec imperia excipere. Ad hæc Germanos ab eis sollici
fama erat, quum ea civitas proxima Rheno est; omn
tamen Galliæ civitatum, equitatu præsertim, potenti
Erant in ea urbe ut assolet duo de potentia & prioritate
tantes. horum nomina erant Indiciomarus & Cingeto
Primus audito Romani ducis adventu, equitum, pedit
quam maximas potest copias, atque omnia bello apta
mo studio parabat. reliquam turbam, sexu vel ætate in
lem intra Arduenam silvam densissimam atque ingentem
rebus fortunisque [5] omnium abdidit, ut curis aliis exp
tior bello operam daret. Alter vero, contrario ut in
bus fieri amat consilio, statim Cæsari fines ingredienti
obvium & obsequio promptum tulit. quem cum mult
ipsius amore, erat enim carus populo, & Romani exe
81 tus timore sequerentur, cognovit Induciomarus se del
& ab omnibus facile se posse destitui. Non animo
sed consilio mutato sese Cæsari per nuntios excusavit,
ad eum ab initio non venisset, ne principibus simul di
sis, plebs per [6] justitiam falli posset, & à Romana fide
vis fortasse consiliis impulsa discedere. Cæterum se & c
tatem ipsam in arbitrio suo esse, seque ad eum si præc
rit, venire prono animo paratum. Cæsar quamquam no
gnarus unde hæc dicta procederent, ne tamen tempus in T
viris tereret venire illum ad se jussit cum ducentis obsidi
in quibus & filius ejus fuit & propinqui aliquot, quem
nientem [7] levi oratione complexus ad Romanæ amici
perseverantiam cohortatur; cum primum esset ad amicit
exhortandus. Trevirorum tamen primoribus nominatim C
ge

1. Lege, *emensus.*
2. Lege, *ab.*
3. Forte, *omnino*, vel potius, *anxius.*
4. Lege, *concilia.*
5. Forte, *omnibus.*
6. Forte, *inscitiam.*
7. Lege, *leni.*

:torigem commendavit, non modo quia ille sit meritus; d quia & sibi expediens videbatur amicum suum & popu- Romani sua in patria multum posse, optimisque omnibus ırum esse. Enimvero Indiciomarus eam rem tulit ægerri- e; tantum sibi populariter gratiæ demi sentiens, quantum lversario accessisset; quique animo inimicus erat, hanc ob .usam multo etiam inimicior factus est. Cæsar ex Treviris illum quem dixi portum Icium venit cum exercitu. illic assem totam præparatam reperit, præter sexaginta naves ıæ in Meldis factæ erant, quasque à reliquis procellæ ma- averterant, atque ad littus unde solverant refecisse [1] fa- bantur. florem quoque totius Gallici exercitus invenit qua- or milia. erant omnes fere principes Galliarum. quorum rtem illam, quam sibi fidam rebus senserat, dimittere in imo habebat, reliquos omnes secum loco obsidum in Bri- nniam trajicere. hujus consilii causa erat, quoniam vere- tur ne qui motus se digresso in Gallis [2] oriretur. quos præ- ıtia fidelium & absentia perfidorum reprimi posse [3] arba- 82 tur. Erat inter alios Domnorix Æduus frater Divitiaci. nc Cæsar ante alios secum ducere instituerat, quod & :um magnæ apud suos opinionis esse noverat, & in Ro- ınos pessimæ voluntatis: Sic ut interdum sicut supra dixi- .ıs de ejus supplicio cogitasset. adhæc illum in consilio suo- :m jactasse constabat, delatum sibi à Cæsare patriæ suæ re- um, quam [5] per superbiam sui cives iniquis tulere ani- is, sed potentiæ suæ metu queri apud Cæsarem non aude- nt. his ex caussis instabilem virum & natura novis semper ɔus intentum, & hostilis animi post se dimittere expedi- ; minime judicabat. Contra ille ut dimitteretur instabat, ıue obnixus orabat, frivolas prætendens precibus rationes: ıc metum maritimi fastidii; quod tam parvo maris spatio que magnum esse non poterat; hinc religionem nescio ım suam, qua se navigare prohibitum afferebat. Cæsar i non minus animum quam vultum loquentis aspiceret, citionem injustam constantissime repulit. Ille indignans cuire principes, ac terrere, & ne qua ratione Cæsarem ıuerentur [6] hortari enim *callido consilio id agi, ut Gallia suis ncipibus spoliata facilius jugum Romanæ servitutis exciperet*;

Qqq *du-*

1. Forte, *ferebantur.*
2. Lege, *orirentur.*
3. Lege, *arbitrabatur,*
4. Lege, *eum.*
5. *per* videtur delendum.
6. Lege, *hortari: callide enim,*

*ducere illos secum velle, non quod illis egeat; sed ut quod in Galliis non auderet; trans mare deductos interficiat.* movebant hæ voces infirmorum animos. ita ut aliquos juramento astringeret, quæ communi patriæ utilia essent, ut communi consilio gererentur. neque in omnibus Romanorum imperio & Deorum pareretur. Nihil horum Cæsarem latebat. Verum adeo Divitiacum [1] diligebat; ut in illius fratre atque illorum cive, non justitiam sed clementiam exerceret neque suppliciis; sed nunc minis, nunc blanditiis niteretur illum ab
83 iniquissima intentione retrahere. Id cum frustra esset; ad eam curam vertit animum; ut omnia sibi illius consilia cognita essent. proinde cum jam prope mensem ventis navigatione dilata, votiva demum tranquillitas affulsisset; exercitum naves conscendere Cæsar imperavit. multisque dolentibus, unus omnium Domnorix imperium detractare ausus cum equitibus Æduis [2] classem castris egreditur; & patriam versus iter arripuit. Quod cum Cæsar audisset, navigationibusque omnibus posthabitis, equitatus partem illum [3] reducere; sin autem resistat, occidere præcipit. Ille cum equitibus assecutis redire ad Cæsarem juberetur, contumaciter obstare & fidem comitum implorare, seque & liberum & libera ortum in patria proclamare. equites Romani jussi erant vociferantem seque manu protegentem circum & obtruncant. Equites autem Ædui duce amisso ad Cæsarem an volentes an inviti redeunt.

Post Domnorigis æquo amplius dilatam cædem, ad navigationem intermissam Cæsar animum reflexit. Et in Galliis Labieno cum tribus legionibus & duobus millibus militum, qui & [4] portis defenderent, & exercitui opportuna transmitteret. & si quod [5] non illis in terris emergeret, consilium tempori ac rebus idoneum non [6] deesse. Ipse occidente sole funem solvit; & prospero usque ad mediam noctem vento usus; & tunc tandem destitutus æstu impellente destinatum iter prætermiserat; die demum proximo ad ipsum littus ubi anno superiore descenderat sub meridiem perventum, neque ullus hostis ibi inventus. multi qui fuerant, sed ut ex captivis est cognitum, tam numerosa atque instructa classe conspecta, stupore ac metu præurgente di...

1. Videtur addendum, *Æduosque.*
2. Lege, *clam.*
3. Addendum, *ac.*
4. Lege, *portus.*
5. Lege, *novi.*
6. Lege, *deesset.*

iffugerant, atque in montana conscenderant. Quod Cæsar ntelligens, edoctusque ubi essent, castra metatus in littore, & præsidio castris ac navibus imposito, ad quærendum ho- :es rapit exercitum, quibus per noctem appropinquans, ma- 84
e illos in conspectu habuit. Illi vicissim hostibus occurren- :s & ad ripam amnis altiore de loco impetum facientes, ab quitatu Cæsareo fusi sunt, in silvasque refugerunt Ibi lo- um natura validum truncis ac transversis arboribus validis- mum effecerant. eo tamen septima legio penetravit & qua- .feras lustris ferro expulit. At dum profugos longius se- ii vellet; propter locorum imperitiam à duce prohibita t. Hic quoque tempestas altera Romanam classem vexa- t, ut se contemptum à gente mediterranea, penitus indi- na ri atque irasci videretur Oceanus; & cœlestis ira [1] ter- scere rursus pervicaciam coërceret. Non enim tantummo- ) [2] animi alterius æquavit incommodum sed transcendit. uod ubi [3] Cæsar à Quinto Atrio, quem classi præfecerat, intiatum est, illico legiones quas ad insequendum quæren- mque hostem miserat, ex itinere [4] provocavit. omissis- ie curis aliis ad instaurandam classem totum animum ad- cit; ut nocturno pariter ac diurno militum labore [5] acce- a calamitati sua jugis cura subveniat. Et primo quidem subducendis navibus & cum castris uno ambitu conclu- ndis decem dierum tempus expendit; ne quod vel à mari terim vel ab hostibus paterentur. Dehinc in eisdem repa- ndis quantum fieri posset non fabros tantum, qui exerci- m sequebantur, sed accersitos ex Galliis fatigavit. Neque t cura ducis, aut opera ministrorum fieri potuit, quin qua- aginta naves irreparabiliter [6] periissent. Sic victorem ho- num natura vincebat. scripsit præterea Labieno quem cis ıre dimiserat, ut legiones sibi commissas extruendis classi- s exerceret. Rebus adversis utcunque compositis dux quie- 85
impatiens ad solitas curas rediit & munitis castris & sub- ctis intra vallum navibus, relictoque illis ut prius præsi- ), ad hostes ire contendit. sed eos [7] ad miris auctos mo- comperit, unum in locum confluentibus omnibus illo- n copiis & duce electo; cui Casmellanio nomen fuit; hic bel-



. Lege, *terrestrem.*
. Lege, *anni.*
. Lege, *Cæsari.*
.. Lege, *revocavit.*
5. Lege, *acceptæ.*
6. Forte, *perierint.*
7. Forte, *jam.*

bellicosus erat vir. semperque cum proximis debellare sol-tus. sed nunc majori externo bello territi Britanni, [1] ta discordes canes, viso lupo concordaverant. Omissisque domesticis bellis in Romanos versi, omnes huic uni viro velut omnium fortissimo, & insulæ totius imperium & ducatum belli unanimi deliberatione contulerant. Multa quidem apud scriptores de Britannorum moribus locus hæc contin quæ sciens eadem ratione prætereo; qua præterii Suevorum. mutata sunt omnia. Ecce enim exempli gratia, de iis scriptum est. leporem, gallinam atque anserem gustare fas non putant, quorum certe hodie non gustum modo sed nec usum respuunt. [2] Omittit illa stultiora de moribus ad res gestas redeo Est Tamesis Britanniæ fluviorum maximus, qui Trinoventum olim; nunc Londoneas insulæ urbem regiam [3] aluit. amnis est autem uno tantum loco, pedibus cum difficultate vadabilis. eo cum Cassellanus magnas copias contraxisset, supervenit ad locum Cæsar, hostibusque conspectis in adversa ripa præmisso equitatu & legionibus sequi jussis; vix credibili fervore amnem transiit; cum ex [4] aliquis non nisi capita peditum extarent, ut qui aquis madebant, sanguine siccos madefacerent, & in fugam verterent. Et ut multa paucis expediam, circa loca, plurima per id tempus variis quidem casibus gesta proelia, uno tantum semper eventu. ubique Romani victores [5] non sine periculis licet multis ac gravibus, quod hostes silvarum præsidio tuerentur, & arrepta occasione

86 tebris erumpentes sæpe Romanas invaderent legiones, & illæsos unde venerant armorum levitate reciperent. Cassellannus ipse Britannici belli dux, aperti proelii spe amissa, omnem in silvis atque insidiis spem [6] locaret. & dimissis equitibus atque peditibus, solis essedariis utrorumque officio præstantibus utebantur. Nunquam tamen ille patentibus perplexis ac difficilibus sese locis credere ausus, ex alto Romanorum actus atque itinera observabat, cum in aperta elici nullo posset ingenio, [7] adjuratque eum natura locorum usquequaque silvestrium. Hac Casmellanni diffidentia mutari status animorum coeperat, cogitantium aliquid

1. Lege, *ceu*.
2. Lege, *Omitto alia*,
3. Lege, *aluit*.
4. Lege, *aquis*,
5. Forte, *licet non sine periculis*.
6. Lege, *locarat*.
7. Lege, *adjuvaratque*,

num esse quod eorum fortissimus sic timeret. Itaque Trino-
antes; quorum urbs totius insulæ ea etiam tempestate fir-
nissima ferebatur, sese Cæsari spontanea deditione commi-
erant. hi regem habuerant, quem Casmellannus occiderat.
anc deditionem acceptavit Cæsar alacriter, obsidibus im-
eratis ac frumento, quæ illi late & celeriter complevere:
ihil aliud [1] petens quam ut occisi regis filium ab occisoris
rudelitate protegeret. Qua in re Cæsar precibus non ege-
at, quum adolescens ille jam inde sibi ab initio carus erat;
empe qui ut manus sui hostis evaderet, ad eum adhuc in
allia existentem supplex accesserat, susceptusque erat in
ratiam. Trinoventium exemplum secutæ quinque urbes aliæ
consimiliter dediderunt. Ab his edoctus Cæsar qua in sil-
a Casmellannus locum munitissimum, & [2] obicam cæsa-
am arborum ac paludum pene inaccessibilem haberet; at-
ue ubi se tutiorem quam ullis in urbibus extimaret, his ip-
s ducibus ad eum pergit. quem cum aliquantulum defen-
issent qui ad custodiam deputati erant; fuga [3] tamen præ-
ipiti [4] relinquere; in qua multi hostium comprehensi oc-
isique sunt multumque ibi pecoris inventum; locus expu- 87
natus effractusque. Casmellanus his permotus rebus, qua-
ior Britanniæ regulos, qui partes extremas insulæ rege-
ant, per legatos ad soli natalis auxilium invitat. jubet ut
omanam classem & [5] castris per ducis absentiam indefen-
quantis possint viribus invadant; parent illi, seu patriæ
aritas, seu jussus superioris urgeret. cumque ad castra ve-
issent, erumpentes Romani, multis occisis, & uno regum
apto, cui Legotorix nomen erat, intra vallum sospites re-
iere. quo eventu & præsertim deditione urbium [6] magni
magis Casimellannus animo concussus, ac [7] diffusus bel-
, pacem petiit, deditionem obtulit, & per Comium A-
abatem, quem ille in amicis, Cæsar inter fidos, nume-
bat, veniam impetravit. Cum enim Cæsaris esset intentio
Gallia hibernare, & jam finis prope esset æstatis, quæ
ulto ibi est brevior, quam in nostro orbe, mentionem
acis non invitus audivit, ne per hiemem intra insulam te-
retur. Contentus reges vicisse ac cepisse, ac tributariam

 fecis-

1. Lege, *petentes.*
2. Lege, *obicem.*
3. Lege, *tandem.*
4. Lege, *reliquere.*
5. Lege, *castra.*
6. Forte, *magis ac magis.*
7. Lege, *diffisus.*

fecisse Britanniam, tributum annuum imposuit, obsides im-
peravit. Nam ut elegantissime ait Florus; *non proemio*, *sed nomini studebatur*. In cunctis obtemperatum. illud expres-
sum dedito [1] imparatum, ne qua in re Trinovantibus, a-
liisque [2] deditionis Romanorum, ante alios Mandubrac-
[3] occiso regis filio noceatur. His explicitis, ad littus & ad
classem rediit, navesque ut jusserat reparatas inveniens, con-
scendit cum exercitu & ingenti captivorum turba prioribus
prœliis intercepta. Cumque Britannico de littore secunda
vigilia movisset, ad Gallicum littus omnibus cum suis inco-
lumis die proximo illucente, pervenit navigatione prospe-
rima, quasi vel discessu gauderet Oceanus, qui doluerat
adventu; vel ut Florus idem ait, *se imparem fateretur*,
*blandiens domitori*.

88 Hic vero parumper hæsit prosperitatis impetus Cæsar.
Erat eo forte anno propter cœli ariditatem frumenti præ-
ter solitum inopia. Ea res Cæsari persuasit ut legiones in
hiberna distraheret, ne conjunctæ urbem unam aut alteram
prægravarent. Quæ distractio reipublicæ pene totius in per-
niciem vertit. Sic fortuna interdum sapientissimorum
rum hominum consilia versat ac dissipat. Erant quidem le-
giones præter unam, quamvis ab invicem sejunctæ, om-
tamen infra centum milia passuum, ut si necessitas ingrue-
altera alteri opem ferre haud sane difficile viderentur.
præerant simul legionibus singuli legati. unam ex omni
Transpadanam legionem in Eburones mittens cum quinque
cohortibus, duos illi, quorum in præcedentibus mentio
habita, Quintum Titurium Sabinum, & Lucium Arun-
lejum Cottam legatos attribuit: forte ideo, quod aut mi-
[5] novo fideret legioni, aut suspicationem haberet [6] fide
tium illarum, Rhenum inter [7] Mosam degentium: qui
tunc in locis Ambiorix, vir [8] quidem callidissimus ac pri-
mus, simulque Cavalcus vir simplicior [9] insperabant.
Ambiorix otioso (ut sæpe accidit) collega negotia publi-
ventilabat. ambo tamen venientibus legatis obvii proce-
runt, & frumenta & quæ usui essent legioni convehi cu-
vere

1. Lege, *imperatum*.
2. Lege, *dediticiis*.
3. Lege, *occisi*.
4. Forte, *atque*.
5. Lege, *nova*.
6. Lege, *fidei*.
7. Forte, *Mosamque*.
8. Lege, *quidem*.
9. Forte, *insperabant*.

erunt. Sed ut sunt mobilia quorundam hominum ingenia. [1] mex acceptis [2] nuntios Induciomari Trevirensis, qui Cæsarem & Romanos oderat; ab obsequio ad rebellionem animos converterant. Itaque popularibus instigatis & eum in propositum adductis, jam aperte inimicitias exercere ausi, Romanis [3] colonibus circumventis, quasi magno prœlio victores protinus ad castra prodeunt oppugnan.. quibus egregie non defensis modo; sed emissu equitum 89 ctis hostibus ac repulsis, Ambiorix vincendi spe privas, ad fallendi spem conversus, exclamat ut sibi aliqui colloquium mitterentur; esse enim qui de rebus commubus loqui velit; posse litem colloquio diffiniri. Mittunr duo, Romanus unus, alter Hispanus à Cæsare ad ipsum mbiorigem mitti solitus. Hos Ambiorix sic alloquitur. o (inquit) *Cæsari pro suis in me meritis multum debere profir. Ipse n im memini, omni eo, quod vicinis meis pendere* [4] *so-, tributo me annuo liberavit. Ipse mihi filium ac nepotem, os illi obsidum sub nomine habebant in vinculis, remisit. Nunc quod hic de oppugnatione castrorum accidit non meo consilio, patriæ imperio gestum est. Quicquid feci contra Cæsarem coes feci. ita enim sum dominus, ut non plus ego in populo, quam me populus meus possit. Neque vero ipsa hoc civitas ex se fa-, sed coacta similiter. quo cogente, si quæritur: consilio certe nium Galliarum quum obstare non possit invita consentiat. Est m (ne quid ignotum vobis patiar, quod vos tangat) consilium licum, hac in re tanto omnium consensu, ut ne unus quidem crepet. summa est ut hiberna omnia Romanorum uno tempore ugnentur, ut suis quisque periculis occupatus aliis opem ferre possit. hic oppugnationis præstitutus erat dies. non potui ego, patria potuit mea, consilio omnium, tam honesto præsertim, est consilium libertatis, obstare. Idque perfacile fuerit cogiti, me Cæsari neque nocendi causam si possim, neque si velim ntiam habuisse. ut enim fingar ingratus, non tam demens, que inscius rerum sum, ut tantulis viribus expugnari posse creP. Romanum. Nunc quoniam publicum debitum patriæ exi, volo privatim quod debeo persolvere. Moneo igitur & obor omnes, nominatim Titurium Sabinum pro jure hospitii, d illi est mecum, ut indemnitati suæ suorumque provideat abdo. magna enim Germanorum manus pretio conducta transiit.*

 *biduo*

1. Lege, *mox.*
2. Lege, *nunciis.*
3. Lege, *Calonibus.*
4. Lege, *solebam.*

*biduo aderit. unum bona fide polliceor, [1] viroque, tutum per meos fines iter fore. Ita & patriæ pro naturali jure consulero,*
90 *eamque hibernorum gravi fasce levavero; & Cæsari pro suis beneficiis vicem reddidero, legionemque servavero in consilio manet, haud dubie perituram.* His dictis ille abiit, nuntii ad legatos redeunt & audita renuntiant. subita re [2] periculosa ea quamvis ab dicerentur haud quaquam spernenda videbatur, eo maxime, quod Eburonum civitas tam parva, nisi aliæ conspirarent, nunquam tam magna contra Cæsarem ausura crederetur, res ad consilium defertur. Ubi diu diversis sententiis [3] altricatum est Arunculejus Cotta & tribuni militum & centuriones plurimi secum sentientes, *nequaquam discedendum ex hibernis, absque ejus qui illos ibi ... imperio, consulebant. Castra enim valida & munita, & frumentariam abunde suppetere. Quibus ita se habentibus & Eburones & Germanos si accesserint facile sustineri posse. interea à Cæsare vel à proximioribus hibernis auxilia ventura. Porro nihil stultius quam in dubio de sua salute ab antiquo hoste consilium accipere.* Contra ista Titurius Sabinus metum ... augere & multa dicere, *non consilii auctorem; sed consilium ... timandum, & non quis, sed quod quisque dicat attendendum. Credere se Cæsarem in Italiam profectum, quo præsente neque Eburones hoc ausuros, neque Caruntes principem suum [5] quibus illis occisuros. Galliam profecto odiis ingentibus inflammatam & contumeliis irritatam, nec videri sibi eam esse Galliam quæ ... lebat, sed aliam nescio quam externo subditam imperio, ... opem gloriæ militaris. Germaniam Rheni transitu & Ariovisti ...ga; ac morte victoriisque tam multis Romanorum pudorem ...piabilem concepisse. neutri jugum ferre propositum esse. De... videri sibi non posse sine magna causa Ambiorigem ista con... Cæterum quæcunque illi sit mens; consilium ipsum undique tutum esse posse. in mora aliquid expugnationis aut obsidionis; in dis...*
91 *autem nullum prorsus esse periculum. nam si nihil ambigui fit, ad proximam legionem tuto calle venturos, nullum passuros unicum viæ brevis incommodum. Sin ut sua ferret opinio, metum aliquid instaret, nullum esse aliud quam in velocitate remedium. sic vel non inutilem certe, vel utilissimam esse profectionem: moram vel præsenti discrimini obnoxiam vel futuro.*

1. Lego, *juroque.*
2. Forte, *perculsi, quod ea, quamvis ab hoste dicerentur,*
3. Lege, *altercatum.*
4. Adde, *rem.*
5. Forte, *in.*

Cotta fortesque viri alii acerrime resistebant. Itaque crescente litigio Titurius in collegam indignabundus exclamat, sic ut ab omnibus audiretur, & *vincite* ait, *si omnino sic est animus. non sum ego qui magis quam vos omnes mortem timeam. sed* [1] (& ostendit milites) *si quid advenit adversi, à te exigent rationem: quod si tu permiseris, cras suis commilitonibus conjuncti & se periculo exemerint & suo illos adventu effecerint tutiores. alioquin disgregati à suis, aut famis aut ferri subituri sunt.* Rapitur interea consilium. milites utrumque circumstant, obsecrant, *ne sua dissensione periculum faciant, ubi periculum non est. seu abeant seu stent tuta esse omnia, modo sui duces unum sentiant. contra si dissentiant tutum esse nihil.* Quid multa; ad mediam noctem vigilando & disceptando res trahitur. In qua quidem curiosior fuerim fortasse quam debui, & potui, fateor, vel rem totam prætermittere, vel multo paucioribus perstringere sed deum testor miseris hominibus de futuro consultantibus, & magno in ambiguo constitutis, ego qui exitum rei scio, non aliter scribendo compassus sum, quam si futura nunc etiam res ipsa & notus mihi miserabilis finis esset, cui occurrere nec consilio possem nec auxilio. ea me compassio diutius quam volebam in hac narratione detinuit. quam tibi ò lector sic expedio. Tandem ergo non ratione [2] collega pertinacia victus Cotta consentit. & quod crebrum in consiliis, pars deterior meliorem vincit: edicitur que militibus diluculo profecturos. neque tamen noctis quod supererat somno datum, sed ad auroram usque vigilatum est, occupatis omnibus quod efferre secum possent quid relinquere cogerentur. Ubi primum illuxit castris egrediun- 92
tur securi, quasi consilium obeundi non ab hoste perfido ac versuto, sed à prudente & fido amico aliquo datum esset. Securi autem Sabinus & qui suæ sententiæ fuerant. Cotta autem & qui secum senserant fraudis [3] aliud subesse taciti cogitabant. hostis proditor, qui nocturnis vigiliis, & confuso castrorum murmure ituros mane præsagiebat, nec quod ituri essent dubitabat ad proximam scilicet legionem, oportuno eos in loco expectabat. Erat viæ medio procul à castris ad duo milia passuum vallis nemorosa ac difficilis. illic locarat insidias. cum in eam vallem Romana acies descendisset, hostes ante retroque ex insidiis erumpunt, ut nec

 primis

1. Adde, *hi*.
2. Forte, *sed collega*.
3. Forte, *aliquid*.

primis excedere, nec ultimis retrocedere licitum [1] esse. i
quissimis pugna locis instituitur. & quoniam natura co
paratum est improvisa pericula magis animos dejicere, T
turius, qui secura sibi omnia finxerat, pavere cœpit, atq
omni bellica arte destitui. Contra autem collega ejus, q
hoc eventurum præviderat, atque ideo iter illud dissuaser
quolibet boni simul & [2] multis & ducis officio functu
pugnando pariter & hortando nihil omnium prætermi
quæ ad salutem suorum militum pertinerent. hostis qui e
pertus agnosceret, suos Romanis in [3] augusto impares,
dicit ut telis eminus hostem petant, propius non acceda
neque manum conferant, sed instantibus parum recedan
instentque cedentibus. Et locus ipse ducis consilium adju
bat. pugnatum est à primo mane ad horam diei octava
cum Romani milites multis licet vulneribus affecti, &
fortuna & ab alterius ducis auxilio [4] destitui acriter tam
adhuc [5] ad suo, hoc est Romano more certarent: tum
mum fortissimis viris è legione, partim sauciis, partim c
sis; cum & ipse jam legatus Cotta, in quo spei summa
93 rat, gravi ictu funda jacti lapidis os contusus, solitis mu
ribus obeundis invalidus redderetur; inclinare res cœpit a
ruere. Titurius tunc primum intelligere incipiens sui pe
tinacis consilii vanitatem, omni spe defensionis omissa, R
manæ vir fortassis originis, non Romanæ virtutis, Amb
rigem ab adverso suos instigantem prospiciens, interpret
quendam ad illum hospitem suum misit oratum ut sibi s
que militibus parceretur. omni indignum vita virum, q
suppliciter adeo vitam poscat, hostis ab hoste, Romanu
barbaro. At ille hospes egregius non contentus fidem pu
cam fregisse, nisi privatum jus hospitii, illa ætate relig
sissimum, violaret; respondit interpreti, posse Titurius
libeat ad colloquium pervenire, non se desperare Roma
rum militum salutem à suis militibus impetrari posse: E
vero si veniat, nihil esse periculi, inque hoc suam se fide
illi obligare. Credidit verbis miser & illi fidem habuit
quo tunc maxime prodebatur. O seu error ingens seu vi
cæca cupiditas! ante [6] tantum quam ad hostium perga
propositum suum collegæ aperit, velle se ad Ambiorige
pro

1. Lege, *esset.*
2. Lege, *militis.*
3. Lege, *angustis.*
4. Forte, *destitui acriter tamen.*
5. Lege, *ac.*
6. Forte, *tamen, quam ad ...*

proficiſci, ſpem ſibi ſalutis oſtendi, poſſe eum quoque ſi ve-
lit ſecum ire. negat Cotta, & ut fracto ore loqui poterat:
*Non ibo* (inquit) *ad armatum hoſtem.* Cumque hac fixus in
ſententia permaneret, nec divelli poſſet, Titurius, & tribu-
nis militum & centurionibus ſequi juſſis, ivit ipſe quo deſti-
naverat, & quo ſua illum ſors trahebat. Cumque ad Am-
biorigem propinquaret, juſſit ille ſibi inprimis ut arma de-
poneret, & (ô pejus morte, ô Cæſareis armis inſuetum de-
decus) paruit hac in re barbari imperio Romanus, & pa-
rere comites præcepit. tum demum cum inermi de pacis con-
ditionibus agi cœptum, cumque de induſtria proditor tem-
pus trahit, circumfuſi ſenſim barbari Titurium obtruncant.
qui ſecum exierant quanta poſſunt ad ſuos celeritate confu-
giunt. hoſtes barbarico ululatu victoriam conclamantes in
Romanos ruunt, una vallis parte condenſos, jamque vix im- 94
petum ſuſtinentes, ibi Arunculejus Cotta fortiſſime dimicans
occiditur. vir haud dignus qui alienæ ſtultitiæ pœnas daret.
Multi alii præterea, inter quos fuit Lucidius Petroſidius ve-
xillifer turba circumventus ingenti, aquilam, [1] neque ſibi
extorquerent, cum in caſtra jactaſſet, ipſe generoſo impetu
mediis ſeſe hoſtibus inferens occubuit. milites ducibus ſpo-
liati multo labore ac virtute uſque ad noctem locum ubi con-
ſtiterant defenderunt. Nocte autem deſperata undique ſalu-
te, ne vivi in manus hoſtium pervenirent, indomiti ſpiritus
ſeſe [2] omnibus manibus propriis peremerunt, præter paucos
qui per diem prœlio dilapſi, incertis hinc inde tramitibus
ad legatum alium Titum Labienum triſtes nuntii præceſſe-
rant. Et hic quidem infauſtæ legionis interitus fuit, inter
res belli externi adverſitates Cæſareas numeratus. ubi ad-
monuiſſe lectorem velim; quod Suetonius Tranquillus au-
ctor certiſſimus, Germanorum hoc in finibus accidiſſe ait:
Julius autem Celſus comes & qui rebus interfuit, Eburonum
in finibus factum refert. Non eſt autem magna diſſenſio cum
& tunc conterminæ nationes eſſent, omneſque hodie ſint
Germani. Poſthæc Ambiorix iniquiſſimi voti compos ad gra-
viora ſe præparat. perque vicinas gentes odio raptante di-
ſcurrit, legatos duos & magnam partem Romani exercitus
periiſſe dictitans monet, orat, obſecrat, ne vindictæ & re-
cuperandæ in perpetuum Gallicæ libertatis [3] labi per igna-
viam

1. Lege, *ne ſibi*
2. Lege, *omnes*.
3. Videtur deeſſe, *occaſionem*.

viam patiantur. ardentes inflammare perfacile est. 1 Ce-juravit igitur concurruntque, & unius hortatu multi insani-unt, factoque agmine ad alia Romanorum castra perveni-unt, ad ea scilicet quibus Quintus Cicero magni Ciceronis frater præerat. 2 Nec vir ingentis animi, sed nullarum vi-rium. Eo itaque cum venissent, quo acceptæ cladis nondum fama pervenerat, aliquot lignatores nil tale metuentes e
95 silvis, quo munitionis castrorum causa perrexerant, adven-tu hostium subito capti sunt, hanc velut arrham victoriæ te-nentes magno impetu castra invadunt. Romani usque ad vesperam circa defensionem occupati, per noctem ex cæ-secta jam ante materia, centum viginti turres in castrorum ambitu attolunt, 3 tunc mira velocitate, ut mane hostes at-toniti non humanum opus, sed monstrum aliquod sibi cer-nere viderentur. Multis deinde continuis diebus, hinc ad defensionem, illinc ad oppugnationem castrorum multa u-trimque pertinacia animorum atque obstinatione certatum est. Dum Galli perpetuæ victoriæ hic repositam spem ge-rent: Romani autem periculum cognoscentes, nihil o-terent, & quod luci defuisset, nocte supplerent, ut vix ul-lum sopori tempus indulgeretur. non ab aliis modo, sed ab ipso duce, cujus imbecillitatem milites miserati nonnunquam recusantem illum ad requiem compellebant. Ipse vero jam pridem primo ab obsidionis die, de statu rerum Cæsarem facere certiorem nisus erat, sed præclusis itineribus & com-prehensis nuntiis frustra fuerat. Tentatum in his etiam hosti-nis fuit, quod in aliis paulo ante successerat, ut Romani conjuratæ Galliæ & Germanici auxilii metu incusso, & ce-mitum recentis casus memoria admoniti, abeant quocunque libuerit intacti. Non se enim Romanos odisse, nec Cicero-nem, neque omnino quidquam aliud Romani imperii recu-sare præter importunam hanc consuetudinem hibernorum qua sublata, cætera omnia facile conventura, proinde ra-ratam illis esse securitatem ac licentiam abeundi. Ad hæc Cicero longe aliter ac Titurius; *non esse Romanis morem ut conditiones pacis ab armato hoste suscipiant. Quod si armis [posita] fuerint & legatos ad Cæsarem miserint, se illis, ut petita obti-neant, apud suum ducem precibus affuturum,* 4 *ne diffidere* [...]

1. Lege, *conjurant.*
2. Lege, *Hic.*
3. Lege, *tam.*
4. Lege, *nec.*

*ustis* [1] *cum petitionibus facilem reperturos.* Amissa ergo spe allendi, in vim studium omne translatum est & ad legio- 96
nem unam oppugnandam quanta hostium turba confluxerit, vel hinc liquet, quod munitiones quindecim milia passuum n circuitu, horis tribus non integris, & explevere, & suis ocis vires additæ, munitæque obsidionalibus instrumentis. quibus in rebus ab ipsis Romanis præcedentibus annis edocti erant, & nunc captivorum quorundam Romanorum consilio atque opera juvabantur. Multis diebus duravit oppugnatio. & diebus quibusdam, ventis forte vehementibus, gne arida in castra jactato, cunctisque intus ardentibus, res n ultimum est adducta discrimen. Tanta autem Romanorum militum virtus fuit, ut cum & telorum procellis urgerentur, & flammis afflati ac semiusti essent, & fortunæ eorum incendio omnes absumerentur; nunquam aliquis aut ad illas oculum reflecterent, aut momento temporis à defensione cessarent. Et quamquam Romanis dies ille durissimus, nihilo tamen levior Gallis fuit, eorum plurimis vulneratis atque occisis: ita ut intrinseci, deserta statione quam defendebant, hostes nutu frontis ac [2] veber ad introitum invitarent; neque omnino qui introire præsumeret inventus est aliquis. Erat in Romana legione par virorum fortium, quorum minime mihi quidem prætereunda [3] videretur historia. alteri Titus Pullo, Lucius Vorenus alteri nomen fuit. his perpetuum inter se de virtute erat ac superioritate certamen. unoquoque ad summum [4] tota nitente, neque sponte alteri cessuro. dum ad munitiones igitur res [5] ververet Pullo exclamans: *Quid agis Vorene* (inquit) *seu quid cogitas? nostrarum litium dies iste sententiam feret.* hæc dicens castris egreditur, communitionemque hostium, qua densissima erat irrumpit. nec Vorenus segnior, seu virtutis stimulis adactus, seu metu infamiæ æmulum consequitur. Pullo cum ad jactum teli pervenisset, unum hostium, qui se ante alios ferebat, pi- 97
li emissione transfigit. Currunt contra unum [6] milia & cadaver suum clipeis protegentes. hostem telis omnes premunt, reditumque ejus impediunt. Jam scutum sagittarum una trajecerat, balteoque hæserat, dexteramque ad capulum reflectenti

1. Lege, *cum.*
2. Lege, *vocibus.*
3. Lege, *videtur.*
4. Pro *tota* videtur legendum, *locum.*
5. Forte, *ferveret.*
6. Lege, *mille.*

ctenti obstabat. sic implicitum hostes premunt. æmulus ad-
juvat, fertque illi quem odisse consueverat auxilium. in
hunc, primo omisso, tota acies ruit. ipse stricto gladio se-
que & illum potegens, uno hostium occiso, parumper alios
submoverat. sed dum ardentius invehitur, è loco altiore de-
cidit. cui confestim Pullo affuit, & similiter circumventum
è manibus hostium expeditus & nudato jam gladio metuen-
dus eripuit. sic illæsi ambo ad suos multis hostium cæsis, &
adhuc ambigua lite virtutis evasere. Cæterum quanto in-
dies durior obsidio, & vulneribus interiore militia afflicta,
decrescebat numerus defensorum, atque hostium augebatur:
tanto Cicero attentius cogitabat, de statu rerum nuntios ad
Cæsarem destinare, quorum aliqui in hostium manus lapsi,
& sub oculis suorum crudelibus [1] supplicibus interfecti, re-
liquos merito terrore compleverant. Inventus est tandem
servus unus è Gallia, qui libertate & magnis præmiis pro-
missis, literas jaculo insertas, Gallus non suspectus Gallis
ad Cæsarem detulit. Qui ut erant rebus cognitis, legiones
sibi omnes expectandas non existimans, ne mora pericula
allatura esset, evocatis proximis, satius [2] dixit cito cum
paucis, quam tarde cum multis proficisci. Convenerunt qui
vocati erant omnes. Labieno scripserat, ut si reipublicæ
commodo posset ad se veniret. Ille rescripsit, legionis & le-
gatorum cæde sublatos animos hostium, & omnem potesta-
tem Trevirorum ad tria milia passuum in armis esse: si di-
scedat hoc in statu, non profectionem, sed fugam pot...
98 sum iri; nec præterea suum iter vacare periculo. Cæsar
quamvis ad paucos redactus, legati [3] tum consilium appro-
bavit. dumque ad hostes properat, in itinere audivit, quan-
to apud Ciceronem in discrimine res essent. Illius ergo sol-
licitus, Gallum equitem quendam promissis ingentibus im-
pellit [4] lites suas ad Ciceronem ferat, & si castra ingredi
nequeat alligatas jaculo intra vallum jaciat. paret ille: &
ad castra cum venisset, accedere metuens, ut jussus erat li-
teras jaculatur. Illæ casu quandam in turrim inciderunt:
neque à quoquam ante diem tertium visæ sunt; tunc con-
spectæ à quodam milite detrahuntur, & ad ipsum cui in-
scriptæ erant Ciceronem perlatæ, atque in concilio militum
recitatæ magna omnes fiducia & gaudio replevere. Erat ...

1. Lege, *suppliciis*.
2. Lege, *duxit*.
3. Lege, *tamen*.
4. Forte, *literas*.

tem perbrevis epistola, ne à barbaris posset intelligi, scripta litteris Græcis hac sententia. *Ego jam cum legionibus iter arripui. confestimque adero tu virtutem tuam ut pristinam retineas quæso.* Accessit ad spem fumus ex ea parte prospectus, qua venturus erat Cæsar, [1] ut villarum incendia, signa pro-
pinquantium legionum. Galli de adventu hostium ab explo-
ratoribus edocti, omissa obsidione castrorum, venientibus
obviam eunt. Quod ut Cicero intellexit, eum ipsum qui
primas tulerat, cum litteris aliis mittit ad Cæsarem, mo-
nens ut iter suum caute peragat: hostes enim omnes se di-
misso contra eum properare. Erant autem armatorum sexa-
ginta milia. Cæsar literis nocte perceptis, exercitum de con-
entis in eisdem admonet. Jubet fortibus esse animis & ad
prœlium paratis. primo mane castra movet, & ad quatuor
milia passuum progressus hostem videt, quem repente aggre-
i loco iniquissimo periculosum, & Cicerone liberato dila-
ionem tutam ratus, substitit, & locis idoneis castra meta-
us est quantis quivit angustiis, id agens, ut sic hostibus con-
emptum suæ paucitatis objiceret. Erant enim vere pauci,
ix septem milia, sed virorum & impedimentis dimissis, vi- 99
ebantur etiam pauciores, & arte ducis effectum erat ut
aucissimi viderentur Tantus denique contemptus fuit, ut
nane proximo ad castra hostes [2] occiderent: Cæsar vero e-
uitatum parumper prœlio expertus, quasi [3] trepidantis in
astra retraheret, & portas claudi & [4] portas undique com-
nuniri multa cum simulatione metus imperaret. Tanto e-
im [5] tantoque invicto erat animo, ut de tanta hostium
ultitudine nil timeret, nisi ne prœlium detrectarent. De-
que quod omnes cupiunt, iste unicus metuebát fugam ini-
icorum Illi vero conspicientes quæ apud Romanos gere-
ntur, & formidinem [6] arbitrari, è loco ubi constiterant
tiore descendunt, & transmisso rivo quo ab invicem se-
rabantur, urgente impetu animorum iniquis aciem locis
struunt, & castra primum telis, mox & manibus inva-
nt; & eo usque contemptus excreverat, ut præcones cir-
m castra dimitterent, qui & Gallis & Romanis edicèrent
que licitum utrisque ad se si velint ante horam tertiam sine
riculo transire. post eam horam non licere. Cæsar ubi a-
nimad-

1. Lege, &.
2. Lege, *accederent.*
3. Lege, *trepidantes,*
4. Forte, *omnia undique.*
5. Lege, *tamque.*
6. Lege, *arbitrati,*

nimadvertit sic esse omnia apud hostes ut optaverat, sign dato subito castris erumpens, sua cum contemptibili pau tate multitudinem illam insolentem & confidentia obstupe tem [1] numeraculo eruptionis aggreditur omnes in fuga vertit, occiditque quamplurimos atque exarmavit: mul plures occisurus nisi profugos insequi silvis de more terra ac paludibus vetaretur. Cœpto itaque progressus itinere e dem die salvis suis omnibus ad Ciceronis hiberna perv Turres quas in circuitu erexerant, atque opera hostium mi ratus, inveniensque è militibus legionis illius vix decim quemque sine vulnere: quanta ibi cum virtute res gesta e agnovit & Ciceronem & legionem ergo dignis laudibus c
100 lebrans, centuriones nominatim & tribunos militum, cujusque virtus atque operatio merebantur. [2] Postremo d concione advocata, confirmavit suorum animos, sola que super damno, fraude hostis, & legati temeritate pta: ostendens cœlitum favore & virtute militum, malis artibus quæsitæ victoriæ haud longævam fuisse l tiam: consequens esse, ut nec eis diuturnior dolor sit. H jus fama victoriæ ad Labienum tanta velocitate perla quod cum hora diei nona pugnatum esset, ante media ctem Rhemi ad castrorum portas quæ sexaginta passuum libus aberant, jubilantes vicisse Cæsarem nuntiarent. re latius vulgata, Induciomarus, [3] omnia castra Labi crastinum adoriri propositum erat, cum omnibus suis abiit, Trevirimque repetiit. Cæsar in hiberna conce nullum in eis otiosum diem agens, quin quotidie legat exploratores undique destinaret, per quos statum ac pr situm civitatum nosceret: tanti & tam crebri motus Ga rum omnium ferebantur, & clandestina sæpe concilia nocturna etiam in silvis [4] habere colloquia, & ad sum pacati nihil audiebatur. Inter cætera Lucius Roscius tertiæ decimæ præerat legioni nuntiavit copias ingentes G lorum ad oppugnanda ejus castra venientes accepta vict suæ fama subito fugientibus similes abiisse. Quibus in unum contra se animum Galliarum luce clarius intellig non tamen destitit. Evocatis ad se principibus, hos bla tiis, & hos minis quanta quivit diligentia in obsequio f duit retinere. * Idque ad continuum hic male studium f

S

1. Lege, *miraculo.*
2. Lege, *Postero.*
3. Forte, *cui.*
4. Lege, *haberi.*

nones, quorum inter omnes & fama & auctoritas magna
ıt, Cavarium quendam, alibi Cavarinum invenio, ſtirpis
;iæ, quem Cæſar illis regem dederat, publico de conſen-
occidere voluerunt. Cumque is fugæ præſidio mortis peri-
lum evaſiſſet, perſecutis ſuis [1] cum finibus expulerunt.
ım autem ſuper his excuſatum legatos ad Cæſarem miſiſ- 101
t, atque ipſe ſenatum civitatis ad ſe venire præcepiſſet,
nime paruerunt. Tanta omnibus cupiditas novandarum
um erat, ut nihil eis ad [2] debellandum præter ducem de-
ſſe videretur. qui ubi affuit mox emerſit occultata rebel-
. Sic opinio inveterata prævaluerat, qua in rebus belli-
Galli omnibus ſe gentibus præferebant [3] præferendi eſſe
aliis credebantur; ut Romanorum imperio ſubeſſe puden-
n ſibi ac miſerum judicarent, & omnes penitus aut re-
les, Cæſari fierent aut ſuſpecti, præter Rhemos dunta-
atque Æduos, quos ille ſummo ſemper habuerat in ho-
e. Principes rebellionum multi erant, inter quos Indu-
marus. Treviri magnum ſibi locum quadam animoſitate
ſumpſerant, legatos trans Rhenum mittendo, pecunias
mittendo, magnam partem Romani exercitus interfe-
n, & ſuperſtites metu ſemianimes aſſerendo. neque ta-
ı aut mendaciis aut promiſſis movere animos potuerunt,
nores Arioviſti & bellorum cum Romanis infeliciter ex-
torum. Deſtitutus Induciomarus à Germanis, ad Gallica
onvertit auxilia, & tantum valuit audacia, ut nomen
ıe opinionem magnanimitatis arriperet, atque adeo ad
ı legati omnium gentium hinc inde concurrerent, & ipſe
us hac fiducia [4] conſilium indiceret, quod armatum ap-
ıbant, ad quod armati omnes puberes convenirent. &
ſſe noviſſimum capitale erat. In eo conſilio inter mul-
Cingetorigem adverſarium, licet generum, ſuis publica-
ıonis, publicum [5] denuntiat, quod Cæſarem ſequere-
Hinc edicit, iturum ſe ad Senones & Caruntes, ur-
ue alias, à quibus [6] repetitus atque expectatus ſit. trans-
ım vero per Rhemorum fines, eoſque populaturum. an-
mnia tamen oppugnaturum caſtra Labieni, quæ vicina
t; & quid in his exequendis facto opus ſit exponit. Sic 102

Rrr [1] con-

1. Lege, *cum.*
2. Lege, *rebellandum.*
3. Adde, *ac.*
4. Lege, *concilium.*
5. Videtur addendum, *hoſtem.*
6. Lege, *expetitus.*

[1] consilio celebrato, & auxiliis hominum atque equorum
finitimis collectis, Galliæque omnis exulibus atque damna-
tis ad se blanda prece allectis, & spe uberi præmiorum
invadenda Labieni castra progreditur. Ille autem, ut hom
nihil ignorabat, sic nil penitus omnino metuebat, fi
munimine loci [2] visus: quærebat tamen, ardentissimo
si qua nocendi se offerret occasio. In hoc unum intent
Cingetorigem & amicos alios nuntiis sollicitat, ut ad ce
tum diem sibi quanto valeant equitatu adsint. parere pa
omnes. Interea Induciomarus nunc inexpugnabilem loci
tum intuens: nunc [3] minus & tunc tela jaciens indies, p
pinquis castris obequitat, & Labienus in castra sese co
nens, majorem quotidie metum fingit. magisque & ma
hostium crescit audacia, donec [4] intermissis clanculum e
tibus intempesta nocte, & re summo studio suppressa,
nec sciri, nec ullis indiciis posset intelligi: reversa luce
etiam Induciomarus ex more revertitur & insultat ca
intraque [5] vallem tela jaciuntur à suis, & contem
Romani milites altis vocibus ad prœlium advocantur. O
stinato illi silentio sese tenent. [6] Galli loco militum
hostium tribuentes, tandem ad vesperam ut solebant
dio fessi sparsim abeunt. quos ubi late effusos Labienus
dit, subito patefactis castrorum portis erumpere equit
jubet, præsagiensque quod accidit; *Nemo*, inquit,
*feriat, donec Induciomarus interfectus sit, ne forte alios*
*illè spatium habeat evadendi.* tamen præmia interficie
proponit ingentia. mox egressis equitibus, electorum
tum submittit auxilia, ut jussi erant faciunt [8] Inopi
perculsis ac fugientibus hostibus, ex adverso autem
intentis omnibus, in medio fluminis alveo Induciom
103 circumventus occiditur, caput truncum Labieno reporta
est. hinc in cæteros factus est impetus ac plurimis int
ctis, sero reditum in castra. re ut erat in vulgus effusa,
burones populi alii qui Induciomari hortatu coierant,
armis erant, territi dilabuntur. & ex illo aliquamdiu
cior Gallia Romanis ducibus fuit.

1. Lege, *concilio.*
2. Lege, *fisus.*
3. Lege, *minas.*
4. Lege, *intromissis.*
5. Lege, *vallum.*
6. Forte, *Galli loco militum hostibus tribuentes.*
7. Forte, *tadio.*
8. Forte, *Inopinato perculsis*

Neque his tamen fisus Cæsar & Gallorum mores animosi- ¦e experimento agnoscens majoresque undique rerum mo- s expectans detrimenta militum per eos dies 1 recepta re- ¦ere cogitabat. Itaque & dilectus novos per legatos ha- ¦it, & ope Cneji Pompeji magni proconsulis, cujus ea ¦npestate potentia Romæ ingens erat; tunc quidem generi amici sui, tanti mox futuri hostis, obtinuit ut tres sibi ¦iones ante hiemis exitum adderentur, & cohortes qui cum ¦turio perierant duplicarentur, dicens quod verissimum e- , non in præsens modo, sed in omne tempus expedire rei- ¦blicæ, persuasum 2 & Galliæ & mundo; tantas esse vi- Italiæ, ut non solum damna bellis accepta cito restau- ¦i, sed copiæ etiam duplicari possent; quod ipse tunc & ¦vitate temporis, & magnitudine copiarum liquido no- ¦n fecit. Et Induciomari quidem morte Galliarum rebellio ¦ quievit. propinqui ejus ut imperii & propositi successo- , omnes quos poterant concitantes, Ambiorigem jam ¦manis scelere suo invisum sibi sociant. Sentiens Cæsar ¦iones cum Caruntibus conjurasse, Germanos in bellum à ¦eviris excitari; multos jam populos esse in armis, & fer- ¦e cuncta tumultibus; nihil 3 deferendum existimans, an- ¦hiemis finem & ante omnium opinionem fines hostium ¦provisus aggreditur, & nullum eis deliberandi aut con- ¦iendi spatium relinquens, late omnia populatur, & præ- ¦militibus permissa; multos hostium datos in deditionem ¦epit; tum quasi nihil egisset in hiberna revertitur. Inde ¦is initio, Galliæ concilium 4 indicat. Convenerunt omnes ¦ter Treviros & Senones & Caruntes. horum ille contu- ¦iam quasi quandam belli arrham accipiens; ne hanc rem ¦ligere videretur; concilium ad Lutetiam Pariseorum rur- ¦indicit. hi Senonibus proximi sunt. Inde igitur profectus ¦enones, tam repente, ut nec fugæ illis nec defensionis ¦iam daret, resipiscentes & per legatos veniam postulan- ¦Eduorum precibus motus admisit; centum datis obsidi- , quos servandos Eduis dedit. secuti Caruntes deditionis ¦nplum, & obsides miserunt, & Rhemorum precibus ve- ¦n meruerunt. Sic in animis tunc Gallorum odium me- ¦ue certabant, ut primo pacem servare 5 incipere se, se- 104

Rrr 2 cundo

1. Lege, *accepta.*
2. Adde, *esse.*
3. Lege, *differendum.*
4. Lege, *indicit.*
5. Lege, *incipientes.*

cundo bellum gerere vetiti, perpetuis atque incertis mo-
bus [1] fluctuarunt. His incidenter exactis ad concilium Cæ-
sar redit, & fœderatis civitatibus equitatu indicto, & p-
te Galliæ pacata; toto animo conversus in Treviros p-
dumque Ambiorigem eo proficisci instituit. Et cum Se-
num equitibus Cavarinum regem gentis secum duxit, n-
eum domi relinqueret, vel ex odio populi in eum, ve-
ira ejus in populum, aliquis in urbe motus oriretur. Er-
sane Menapii confines Eburonum, Ambiorigis hospites,
mici etiam Germanorum. Cæsar Ambiorigem se p-
committere non ausurum pro comperto habens, hos a-
liares sibi præripere censebat utilius, quam ipsum illum
lo aggredi. ne sic eum in fugam atque in latebras co-
quod nolebat. duabus igitur legionibus, cum omnibus i-
pedimentis exercitus missis ad Labienum, Trevirorum
in finibus ut diximus hibernantem; ipse cum reliquis (
autem quinque expeditissimæ legiones) in Menapios p-
atque illis pugnam detrectantibus silvarum obicibus a-
dum, omnia populatus, nihil ferro flammisque liqu-
ctum. donec [2] male coacti, datis obsidibus pacem p-
impetrarent. hoc præcepto; ne vel Ambiorigem ve-
nnntios intra suos fines admitterent. alioquin pacem p-
105 ram nullam fore. Interea Treviri quietem perosi, La-
invadere decreverant magno equitum ac peditum app-
turpe sibi pudendumque censentes unicam legionem e-
tis castra suis in finibus habere. sed dum eunt, vix
duas legiones supervenisse sentientes, subsistere & ex-
Germanorum auxilia decrevere. Labienus de temerita-
stium sperans; dimisso præsidio hibernis; illis obviam
cedit & prope eos mille passuum spatio consedit; f-
erat in medio rapidum, ripis exstantibus. quod nec sibi
ire propositum, nec transitum iri ab hostibus spes erat.
scebat interim indies auxilii fama Germanici; hinc
occasionem, consilium advocat & clara voce coram
bus: *Audio*, inquit, *ingentes Germanorum copias adv-*
*non est animus; meque & exercitum in discrimen mittere.*
*prima luce movere & hinc abire disposui. estote igitur ad*
*parati.* Erant Galli in exercitu, qui quamquam sub Ro-
nis signis militarent, naturali tamen patriæ amore ten-

1 Lege, *fluctuarent*. 2. Lege, *male*.

r. neque certe aliter fieri poterat, quin ex tam multis ali-
i ſic affecti eſſent, ut magis originis quam militiæ memi-
ſent. per hos ſtatim hoſtibus innotuit. neque Labienus a-
d eventurum arbitratus fuerat ; neque alium ad effectum
rba illa [1] mihi conſilio dixerat. mox igitur clam accitis
bunis militum & primis exercitus ; ſui conſilii rationem
ndit, quod ne inefficax ſit, ſimulari pavorem & omnia
nultuoſius fieri jubet. paretur, fiunt ſingula ante tempus,
pidatione ac fremitu inſolito ; & ipſe fragor abeuntium
exploratorum dicta conveniebant, Romanos fugere, non
re. Conclamant hoſtes *lentam eſſe Germanorum expectatio-*
*t ; nec priſcæ Gallicæ virtutis, tantis hominum armatorum mi-*
*is, paucos Romanos fugientes inſequi non audere.* hoc inter,
gno impetu caſtris erumpunt, flumen tranſeunt, & ini-
copias exponunt loco. Labienus ut præviderat rem ſuc-
ere intelligens; per inceptam ſimulationem, lento tamen
cedebat greſſu, donec inſequentes quo deſtinaverat pro- 106
iſſet Tum converſus, *oblata*, inquit, *o milites facultate*
*ıæ proſperioris utimini. habetis hoſtem, & iniquitate loci, &*
*errore ſuaque de mentia circumventum ; præſtate mihi ſe-*
*, quod imperatori noſtro totiens præſtitiſtis ; Agite ut ſoletis ;*
*ıdeſſe illum credite, & videre quæ geruntur omnia ; cujus ſub*
*ıs tam multa ſæpe geſſiſtis egregie.* hæc dicens, celſiore loco
ſitis parumper impedimentis, appoſitiſque præſidiis, to-
aciem in hoſtes obvertit, & horrendo horruit clamore.
quos ut profugos ſequebantur, ad ſe tanta redire con-
tia admirantes & attoniti, vix primum tulere impetum,
ie effuſa fuga proximis occuluere ſilvis. Inſtant Romani
ter ; & victis principibus conjurationis, multis in acie,
itis in fuga cæſis, multis etiam captis ; Germanis inſu-
, qui & ſi primum negaſſent, expugnati donis ac preci-
tandem eis auxilio veniebant, ad rei famam reverſis ad
pria : civitatem omnium jam ſpe & præſidio deſtitutam
pit. & Induciomari neceſſariis fuga elapſis ; Cingetori-
qui Romanis fidus ab initio in finem fuerat, [2] libertate
riæ regnum datur. Ad hunc modum Cæſar, non per ſe
um, ſed per legatos etiam, qui ſub eo virtutem mili-
nque didicerant, & ejus exempla ſequebantur, maximas
agendo per diverſa terrarum, ſui Romanique famam no-

 minis

1. Lege, *in.*  2. Forte, *cum libertate patriæ.*

minis attolebat. Quem cum venisset in Treviros volu[…] cepit Rhenum iterum transeundi. Duplex huc animum [...] bat causa; & quod hostibus auxilia, licet sera transm[…] rant, & ne hosti alteri Ambiorigi auxiliari possent, a[…] se profugum receptare. pontem ergo pari celeritate, p[…] que militum fervore, & paulo supra eum locum ubi prim[…] fecerat refecit. & in Treviris & ad pontem firmissimo p[…] sidio dimisso reliquum traducit exercitum. Transgressum U[…] bii gens Germana per legatos adeunt, exponuntque *ex* [...] *potestate se Romanorum dederint, neque auxilia Treviris, ne[…] ullis hostibus populi Romani misisse, neque ulla in re fidem fr[…] se. Orant ne commune odium Germanorum* [1] *veritate co[…] comperit, non ab eis missa cis Rhenum, sed à Suevis auxil[…]* cusatione igitur Ubiorum admissa, in Suevos accingitur. [...] ita multo post ab eisdem Ubiis cognoscit, Suevos bellum [...] rare; & late sparsis edictis, omnes suos ad arma con[…] re. Itaque ne quod temere agat, apto & tuto loco [...] communit, frumentariæque rei curam exhibet. Ubiis [...] pecora omnia campis abducere; si forte barbaros [...] inedia (cujus impatientissimum genus est) ad iniquum [...] men posset inducere, præcipit insuper, ut summo [...] ctus & consilia hostium explorent, eumque de singulis [...] bris nuntiis [2] certius faciant: Illi obnixe jussa peragunt. [...] eosque post dies nuntiant, Suevos [3] suis omnibus, [...] rum viribus in extremo finium consedisse, ad silvam [...] mam quæ illos à Cerusis vicina gente discriminat. [4] [...] manum exercitum expectare. Id pergratum Cæsari [...] rum cupidissimo fuerat, sicut illud permolestum, quo[…] dem nuntiantibus, Suevos se in silvas intimas recepisse [...] gnovit. ut enim prœlium exoptabat, sic tædium for[…] bat & jacturam temporis, ac perplexam horrebat in[…] nem: sæpe expertus quam difficile esset hostes silvis in[…] tis venari. nec cessavit tamen. sed id frustra fuit. ac ne [...] ribus agam quam oportet: non de hoc tantum, sed de [...] mo quoque Rheni transitu, deque alia hostium in silva[…] ga, elegans ac succincta Flori brevitas huic se loco in[…] historiæ; te o lector non solum patiente sed plaudente. [...]

1. Desunt nonnulla. Cæsar autem hoc loco ait: *ne communi odio Germanorum, innocentes pro nocentibus pœnas pendant*.

2. Lege, *certiorem*.

3. Forte, *cum suis*.

4. Lege, *ibi*.

5. Apud Florum legitur: [...]

*banis* inquit *hostem quæsivit in silvis. sed in saltus ac paludes* *nus omne diffugerat; tantum pavoris incussit intra ripam subito* *omana vis. nec semel Rhenus; iterum quoque, & quidem pon-* 108
*facto penetratus est. Sed major aliquanto trepidatio. quippe* *m Rhenum* 1 *sic parte quasi jugo captum viderent, fuga rursus* *silvas & paludes. sed quod acerbissimum Cæsari fuit, non* 2 *fa-* *re quæ vincerentur.* Hæc ut legis, ad literam Flori sunt: uibus innuit primum Rheni transitum non ponte factum es- sed navibus. primo vero non hoc innuit sed affirmat. Sic im ante hæc scriptum invenies. Jam Cæsar ultro in 3 Of- llam (amnis est Trevirorum) navali ponte transgreditur, sumque Rhenum. Sed is qui præsens erat dum hæc fierent, rumque transitum stabili ponte describit, quem in hac nar- tione secutus sum. procedo autem. Videns ergo Cæsar m temporis indigam, longeque difficilem, præcipue præ umenti inopia; quod eo tempore, Germanis agriculturæ udium non erat, magna pars venatu & latrocinio uteban- r; quorum sit modo facultas, libenter nunc etiam utun- r; lacte, carne, caseo victitabant: omisso incœpto rur- s in Galliam reverti statuit: sed ut metu sui reditus bar- rorum impetum frænaret, non pontem fregit ut prius ni- ab ea parte qua Germaniam contingebat. Illa quidem par- extrema in dexteram Rheni ripam desinente, ducentorum dum spatio rescissa, turri lignea superimposita, & multi- odis circumvallata munitionibus, duodecim cohortes ad telam pontis imposuit, & Vulcatium Tullum his præpo- it & pontis & cohortium curam dedit. Ipse vero adver- s Ambiorigem proficiscens per Arduennam silvam maxi- am omnium Galliarum, quæ inter Treviros, Nerviosque Rhemos quingentis & eo amplius passuum milibus in lon- m, ita enim proditum à scriptoribus rerum, in latum ve- unius aut circiter æstivæ lucis itinere, quod ego ipse sum ensus, extenditur. Lucium 4 Basilium cum toto præire bet equitatu, & cavere ne ignes in castris fieri sinat, ne 109
od indicium sui detur adventus, neu strepitus aut tumul- s incedentium audiatur; si forte velocitate vel silentio pro- eret ad iniquissimum hominem opprimendum. quod pene

 suc-

1. Lege, *sic ponte.*
2. Lege, *fuere qui.*
3. Lege, *Mosellam.*
4. Lege, *Basilum*, & sic post *Basilus.*

succeſſit. Nam Baſilius propere ſupraque [1] longum iter : per-
gat. cumque indiciis comperiſſet, haud procul Ambiorige
inter ſilvas, comitatum pauciſſimis equitibus ſe tenere; im-
proviſus ac ſubito [3] pervenit. ita ut currus, equos & arma
ejus, & omne bellicum inſtrumentum Romani equites, an-
tequam ab eo viderentur, arriperent. De quo ipſo actum
erat, niſi [4] quidem è ſuis locis anguſtias defendiſſent, [5]
ipſe interim unius manus inermis equo impoſitus, & po-
co nemoroſæ domus emiſſus, per ſilvarum devia & calle
abditos erupiſſet. Sic utramque in partem erga unum hom-
nem una hora vim ſuam exercuit fortuna, ut incautus oppri-
meretur, oppreſſus evaderet. nec ſatis ſcio quis nocentior
unquam tam indignus evaſerit. niſi quod ſupplicii genus
vicinæ mortis metus, qui ut mihi quidem videtur ipſa pe-
eſt morte. Et quid ſcimus, an ſibi fuiſſet utilius ad ira-
cet Cæſaris poteſtatem pervenire? nam ut erat inexhau-
clementiæ, [6] confiteri crimen & oranti forſitan veniam
negaſſet. Nunc per ſilvas Transrhenanas vagus ſemper
profugus perpetuis vitam egit in latebris [7] conſcientiæ
lum, ſiqua erat, & jugi pavore plectentibus. Illud pla-
dioſum, quod de rege nefario nulla unquam aut Cæſari
populo Romano vindictæ occaſio data eſt. Et ipſe latita-
atque inviſus, & inultum ſcelus in finem fuit. Cæterum
die è manibus Romanorum vix evaſit ut diximus, vita
tenta contentus, ſpe projecta, ſuis, quos à tergo lique-
110 per nuntios fugiens mandavit, ut qua poſſet ſibi quiſque
ſuleret. Qui per diverſa effuſi multumque vexati, pars ſe
ludibus condiderunt, pars in alienas manus non ſine ſuis
ſeriis inciderunt. [8] Cathovoltus vero qui ſecum ſuper E-
rones pari regnarat imperio, ejuſdem conſilium ſecutus R-
manis ſeſe bellis immiſcuerat; quonam res veniſſet int-
gens, jam grandævus & laboris impatiens, nec fugere
lens nec pugnare auſus, ſuarum auctoris ærumnarum Am-
rigis caput multis imprecationibus execratus mortem
conſcivit. vicinæ gentes hoc eventu regum territæ, per le-
tos pacem à Cæſare petierunt, quam eis hac lege conce-

1. Videtur ex Cæſare reponendum : *ſupraque omnium opinionem.*
2. Lege, *peragit.*
3. Forte, *ſupervenit.*
4. Forte, *quidam è ſuis loci.*
5. Forte, *ut ipſe interim unius manu inermis.*
6. Lege, *confitenti.*
7. Lege, *conſcientia.*
8. Cæſari eſt *Cativulcus.*

ıt si qui Eburonum ex fuga in illorum fines devenissent, ad
e captivos adducerent; se, si hoc facerent, temperaturum
ıb offensis ait. His actis omnes copias trifariam divisit, ne-
ve eum curæ aliæ distraherent, impedimenta omnia unum
contulit in locum. Advatica opido nomen. locus ubi Titu-
ius Sabinus & Arunculejus Cotta hibernaverant, unde, ut
nemoravimus, imprudenter infeliciterque discesserant. hic
ocus eligitur, & quod aptus ad cætera, & quod munitio-
ıes anni alterius adhuc integras habebat, ut labori militum
parceretur. legionem quartam decimam præsidio dimittit,
egioni præfecit Quintum Tullium Ciceronem. tamen popu-
atum in Menapios tribus cum legionibus Labienum & Ca-
um Trebonium, totidem in Advaticos adjacentem regio-
ıem dirigit. Ipse cum totidem Arduennam & fluvium [1] Scal-
lam qui Eburonum in finibus Mosæ illabitur pergit, quod
o Ambiorigem, qui nondum Rhenum transierat, confugis-
e audiebat, & digrediens se ad diem septimum reditûrum
pondet. [2] Inde legati duo quos mittebat * ut faciant, si li-
eat monet. Ciceroni præcipit ut castrorum custodiæ inten-
us, nullum portis egredi sinat. & tunc quidem acies hostium
uæ timeri posset in circuitu nulla erat. sparsim se silvis ac III
paludibus continebant, quos persequi & latebris eruere ope-
osum erat ac difficile. Nam si simul exercitus duceretur,
oca erant legionibus ac signis impervia. sin autem spargere-
ur, erat paucis ab omni parte periculum; hostes [3] nullæ
ocis incognitis delitebant. hinc magna duci orta erat am-
biguitas, quid consilii caperet. tandem illud elegerat, ut po-
ius aliquid de justissima atque [4] exoptissima hostium ultio-
e remitteret, quam [5] de edicta per proximas civitates ut
ui lucrari cuperent convenirent. Multos vetus odium, in-
er vicinos maxime vigere solitum, neque pauciores cupidi-
as attraxit. sic utilius fieri dux prudentissimus extimabat,
t Gallorum opera Galli diriperentur, quam periculo Ro-
ıanorum: præsertim cum locorum notitiam, quæ Roma-
is deforet, Galli haberent. Simul Eburonum urbem ita me-
itam, [6] cum funditus optaret everti. his septimus aderat
editui Cæsareo præfixus, nec ipse redierat, nec legati. Ac-



1. Lege, *Scaldim.*
2. Lege, *idem.*
3. Lege, *autem.*
4. Forte, *exoptatissima.*
5. Hic aliqua desunt, quæ ex Cæsare suppleri possunt.
6. Forte, *ut.*

cidit præterea inopinus casus, quo suam fortunam [1] ponat
in bellis præcipuam demonstraret. Jam prædæ in partes
omnes acciri trans Rhenum quoque fama vulgaverat. mox
Sicambri, gens Germana prædæ avida, collectis duobus mi-
libus equitum, Rhenum navigio transeunt, [2] Eburones fines
invadunt, prædam non tantum cum impunitate, sed etiam
Romanorum cum gratia relaturi. Jam hominum pecudum-
que magnam vim collegerant. & urgente lucri dulcedine pro-
cedebant, nec eundi nec prædandi finem sibi cupiditas facie-
bat. Sic euntes captivorum unus avertit. *Et quid* inquit
*prædæ laboriosæ atque inopi tanto studio inhiatis; cum perveni-
di ad summas opes tanto facilior breviorque sit via; trium spatio*
112 *horarum Advaticam vos perducet. ibi Romanus exercitus* opes suas
*fortunasque reposuit. perexiguum præsidium loco est. Cæsar* longe
*abest. hæc dies, ni* [3] *respuistis opulentos nullo* [4] *faciet* nego-
præceps hominum genus & consilii inops, & plane pro-
sunt omnes acquiescere consiliis quæ delectant: mutato
pente proposito prædaque [5] omnium quam ceperant rete-
dita, eodem ipso consultore & duce Advaticam brevi
perveniunt. Cicero cui legionis locique custodia com-
erat, totis septem diebus Cæsarei memor imperii suos
mnes intra vallum sic tenuerat, ut nec militum nec calo-
quidem quisquam castris esset egressus. cogitans demum
que Cæsarem promisso venturum tempore, quem proc-
[6] utilius fama erat: insuper & suorum increpationibus
pulsus, qui illius obedientiam tam exactam desperation-
que obsidioni non absimilem numerabant. Non [7] abesse
nim timendi causam ullam, propinquo Cæsare, salvis le-
gionibus, integro equitatu; victisque ubique hostibus ac
sipatis & præ timore latentibus parumper & præceptum
cis inflexerat; & [8] appetui militum fræna laxaverat.
quinque cohortes in vicinas segetes frumentatum non tam
serat quam ire permiserat. secuta erat ingens vis calon-
& hujuscemodi generis hominum. & Sicambri interim (
tunc eos expectasset; sed parere superioribus tutum est:)
provisi & tecti silvis ad castra perveniunt; eaque non opp-
gnare, sed recta via eodemque quo venerant impetu intra

1. Lege, *bonam*.
2. Lege, *Eburonum*.
3. Lege, *respuitis*.
4. Addendum, *vos*.
5. Lege, *omni*.
6. Forte, *ulterius*.
7. Forte, *adesse*.
8. Forte, *appetitui*.

moliuntur. tantamque formidinem inopini hoſtis incurſus to-
tis caſtris infuderat, ut vix portæ defenderentur, & frequen-
tare illa ſoliti mercatores, qui tum forte portis exceſſerant,
ſubita re territi & oppreſſi, nec fugiendi, nec ſe intra val-
lum referendi ſpatium haberent, ſemper quidem mœſtiſſi-
mus vates timor omnia ſibi triſtia & periculoſa fingebat. Qui-
dam fuſis copiis ac deletis, & imperatore peſſumdato, ve- 113
nire barbaros ad reliquias conſumendas: nunquam aliter hoc
auſuros. Alii infauſtum Romanis legionibus locum eſſe, ubi
paulo ante legio altera legatique perierint. alii hoſtes intra
vallum eſſe & capta jam caſtra vociferari. nemo ullam ſoli-
tæ virtutis imaginem aut actu forti aut animo, aut animoſa
voce prætendere. huc illuc ſine ordine ſine ratione diſcurri-
tur. Qua trepidatione Sicambri ſui ducis dicto [1] magiſque
fidei habere cœperant, nullum intus eſſe præſidium, ſeque
mutuo incitantes, eo acrius inſultabant. actum erat, ni vir
unus, iſque æger, affuiſſet, quem ſupra nominavimus, Pu-
blius Sextius Baculus, tanta tunc preſſus ægritudine, ut jam
quinque diebus ſine cibo ageret & morbo ſimul & inedia jam
vicinus morti. ſed generoſum animum nulla res dejecit. is ut
videt deſeri tutelam caſtrorum & de fuga non de virtute co-
gitari; remque in anguſto poſitam nutare, & ſuæ & publi-
cæ metuens ſaluti, ſurgit è [2] grabaculo, ira vires dante,
& acceptis ab obvio quodam armis, gradu tremulo portam
occupat caſtrorum ſeque ſemianimem hoſtibus [3] abjicit. ſe-
quuntur centuriones viri fortes aliquot, hinc metu, hinc pu-
dore exciti. hoſque alii ſequuntur. ita ſenſim pugna reſtitui-
tur. ipſe poſt paulum [4] audiendi inceptor & dux Sextius,
morbo additis vulneribus jam fatiſcens, manibus prœlio ſub-
tractus in tabernaculo reponitur. non tamen omittitur re-
ſumpta defenſio. frumentatores interea revertuntur, re con-
ſpecta territi, & quid agant neſcii. [5] fortes adventu illorum
ſubito permoti, & legiones reduces opinati, ſubſtitere. mox
[6] re cognita paucitate, quos timuere deſpiciunt atque inva-
dunt. ibi & conſilia diverſa, & res varie geſta eſt. pars in-
columis Caji Trebonii cujuſdam alterius ducatu, ipſos per
hoſtes in caſtra penetravit: cumque his equites & calones
multi

1. Puto, *magis magiſque*.
2. Lege, *grabatulo*.
3. Lege, *objicit*.
4. Lege, *audendi*.
5. Lege, *hoſtes*.
6. Forte, *recognita*.

114 multi pari impetu [1] & tutum evasere. pars egregie pugnans periit. pars eorum qui in collem proximum confugerant [2] vita comitum virtute, per eorum vestigia in castra festinans salva pervenit. pars præventa & circumventa procubuit. Barbari desperantes castra ut crediderant capi posse, ad prædas quas in silvis occultaverant, atque inde ad patriam sunt reversi. Neque tamen hostibus digressis abiit pavor; sic affixus animus; ut nocte quæ hunc casum insecuta est, præmissus à Cæsare Cajus Volusenus, qui equitatu adveniens, & imperatorem cum exercitu adventare nuntians fidem non invenerit. Sic [3] cum omnibus persuasum erat, deleto exercitu fugisse equites, neque [4] omnino aliter castra aggredi ausuros ut dictum est. Denique boni nihil penitus cogitare audebant, in deterius inclinati animi. mirum valde, unde venit ea consternatio in tam fortes viros: nisi opinari libeat, cum humana omnia instabilia sunt, esse aliquas horas, quæ constantes quoque animos sui oblitos emolliant, ac perturbent. neque vero hic metus altissime radicatus ulla re alia extirpari quivit, quam ipsius Cæsaris cum exercitu redeuntis aspectu, in quo uno omnis securitas habitabat. Cæsar ergo rediens, & fortunæ vim casuumque varietatem [5] ab aperto sibi notissimam recognovit, in eo maxime, & quod eo præter omnem opinionem barbaros adduxisset, [6] ut inde eos pene jam voti compotes abstraxisset. hæc ut communia non admirans, unum non poterat non mirari; unde hæc barbaris consilii tanta mutatio [7] ut in gratiam Romanorum ad populandos Eburonum fines & Ambiorigem persequendum venerant, ad oppugnanda Romana [8] conversi, Ambio-
115 rigi atque [9] Eburonis gratissimam rem fecissent. De reliquo quod contra suum præceptum cohortes in prædam emisisset castra deseruissent; legati inobedientiam leviter arguit. qui & mitissimus natura; & legati hujus esset amantissimus, quod ex familiaribus ad eum factis epistolis evidenter elicitur. hæc cum suis Cæsar. at adversus hostes iratior, in omnes partes diffundit exercitum: abiguntur pecora, convectantur prædæ, consumuntur frumenta, exuruntur ædificia, omnia

1. Lege, *in*.
2. Lege, *visa*.
3. Lege, *enim*.
4. Lege, *Germanos*.
5. Forte, *olim*, aut simile quid.
6. Forte, *& inde*.
7. Forte, *ut qui in*.
8. Addendum, *castra*.
9. Lege, *Eburonibus*.

omnia denique [1] pernaſcantur. tantoque impetu hinc inde diſcurſum eſt, ut Ambiorigem à ſe viſum multi dicerent, atque ad eum comprehendendum incredibili celeritate contenderent, omni labore peti dignum extimantes, quo immenſam Cæſaris gratiam mererentur. & canis in morem leporem captantis ſæpe ab effectu ſuæ intentionis minimum abfuiſſe, tantumque non manibus illum arripuiſſe ſe [2] concederent. dum ille interim nuſquam tutus, die noctuque latebras mutaret nonniſi quatuor comitibus, cum ſalutem ſuam pluribus committere non auderet. Sic inultum ſemper Ambiorigi crimen fuit, quamvis fuga jugis & perpetuus pavor & latebræ longum ſupplicii genus eſſe potuerit. Tandem Cæſar fugitivum unum ſequi & difficile ſibi videns & [3] in gloriam, omnibus in circuitu vaſtatis, in Rhemorum fines rediit. Ibi [4] conſilium Galliæ indixit. & de conjuratione rebellium Senonum ante alios & Caruntum quæſtionem habuit. de [5] Acthone autem principe conjurationis Romano more ſupplicium exegit. cujus quidem ſibi [6] mole conſcii effugere. aqua & igni contumacibus interdictum eſt; ſic compoſitis rebus eis, decem legiones ita partitus eſt, ut duæ Trevirorum, totidem Lingonum; ſex aliæ Senonum in fi- 116
nibus hibernarent, proviſiſque neceſſariis, ad Italiam eſt profectus.

Cæſar ut ex Gallia diſceſſit, ecce novi undique motus, novæ rebelliones; ubique conventus, ubique conſilia; non in urbibus modo, ſed in ſilvis lociſque abditis. multos odium antiquum quum incitabat, multos pavor [7] novis Athonis morte concuſſerat. [8] rectiſſimum ſuum in caput illius ſupplicium cogitabat. Accedebat commiſeratio communis patriæ, & indignatio glorioſæ olim Galliæ, tunc Romano jugo ſubditæ, & Romano imperio ſervientis. Multæ cauſæ ad unum finem animos urgebant. Cæſar Ciſalpinam in Galliam cum veniſſet, mox ad eum rumor de Clodii cæde perlatus eſt hunc amicum Cæſaris Milo amicus Marci Ciceronis occiderat. De quo præclara ejus extat oratio quæ [9] Miliona dicitur. Ejus rei cauſa magni Romæ motus fuerant. nec

1. Lege, *pervaſtantur.*
2. Lege, *contenderent.*
3. Lege, *inglorium.*
4. Lege, *concilium.*
5. *Accone* eſt in Cæſare.
6. Forte, *male conſcii.*
7. Lege, *novus.*
8. Senſus poſtulat legi, *unuſquiſque enim.*
9. Lege, *Miloniana.*

nec fama finibus Italis contineri potuit, Alpesque transcen-
derat. hinc rebellantibus occasio data erat historias novas in
Cæsarem fingendi. dicebant, vulgoque percrebuerat, urba-
nis detentum simultatibus non posse deinceps in provinciam
reverti. Tanto illi acrius instare; tanto alacrius Gallia o-
mnis conspirare. nihil [1] è contingentibus omissum; preces
pollicitis cumulantur. & qui se rebellionis in [2] Romanis ac
Gallicæ libertatis auctores profiteri ausi essent; his ingentia
præmia proponuntur. Illud primum maximumque delibe-
rant; qualiter Cæsar, si [3] fors redeat, à suis legionibus se-
gregetur. illud tamen haud difficile factu esse confirmant,
quod neque absente dnce loco se movere audeant legiones,
neque ad eas dux incomitatus accedere: modo sit aliquis,
qui illius rei facultatem impediat, nec unius hominis no-
men [4] totius orbis exhorreat. Postremo quisque rem casu
117 exceperit, satius esse multo sub propriis armis mori, quam
sub externo jugo vivere, multoque tolerabilius, hanc præ-
sentem vitam brevem & caducam, quam antiquam gloriam
& [5] avidam perdere libertatem. His ac consimilibus con-
liis agitatis, [6] Caruntes sese ingenti negotio duces offerunt.
Et quum silvestribus in locis, ubi hæc fiebant, copia ob-
dum non sit, neque acciri queant, quin res in apertum ex-
eat; quam religiosissimo se vicissim sacramento obligant, ne
quis Gallus belli duces metu, aut spe, aut quacumque causa
deserat. sic firmatis rebus multis cum laudibus ingentes gra-
tiæ Caruntibus actæ sunt: atque ita demum quasi majori par-
te negotii confecta ad sua quisque digreditur. dies aderat cer-
ro præfixa facinori. Caruntes tantæ rei duces, perditissimis
sibi ducibus comparatis, Genabin opidum invadunt, cives-
que Romanos ibi negotiantes & prorsus incautos, nomina-
tim Cajum [7] Suffium illic à Cæsare rei frumentariæ præ-
fectum, honestum virum Romanumque equitem obtrun-
cant, ac bona omnia tanquam bello parta diripiunt. [8] Illi
rei fama diffunditur; ut sunt Galli rumorum ferendorum an-
te alios studiosi; ut cum lucis initio belli principium con-
veniret, ante primam noctis proximæ vigiliam rei nova

1. Forte, *nihil à cunctis gentibus.*
2. Lege, *in Romanos.*
3. Forte, *forsan.*
4. Lege, *totus.*
5. Lege, *avitam.*
6. Lege, *Carnutes*, & sic in se-
quentibus corrige.
7. Lege, *Fusium.*
8. Lege, *Illico.*

ad Alvernos per centum sexaginta milia passuum deveniret.
Ibi vero laudatores atque improbatores, ut variæ sunt ho-
minum sententiæ, res invenit. Erat tunc Alvernis *ille*, ut
Flori verbo utar, *corpore*, *armis*, *spiritusque terribilis*, *nomi-
ne etiam quasi terrore composito*, *Vercingetorix* [1] *quidem*, *poten-
tissimus ac factiosissimus adolescens*, olim filius [2] Cebali, qui
principatum omnis Galliæ cum teneret ad regnum aspirans
à populo fuerat interemptus. hic ut erat & potentiæ ingen-
tis, & ardentis ingenii, clientelis amicitiisque collectis,
quod vult facile persuadet. arma omnes capiunt atque ad 118
bella se præparant. Erat illi patruus [3] Gobocio, vir prove-
ctioris ætatis, & consilii sanioris. & sicut hunc stulti juve-
nes, sic senes illum providi sequebantur. Quibus ergo juve-
nile consilium non placebat; quique stultam & inutilem hanc
fortunæ experientiam judicabant; Vercingetorigem ab ince-
pto prohibent: reluctantem [4] Gergonia opido [5] pertur-
bant. loco ille mutato animum non mutavit: quin etiam
multo enixius urgebat incœptum. Et sicut fere accidit ut
male agentes [6] comitationes sint: inopes perditique omnes,
quorum [7] immutabilis turba est, ad hunc talem ducem con-
fluunt. Quibus fretus & injuriæ memor, Gergoniam rediit;
patruumque & reliquos à quibus pulsus erat expellit. Et cre-
scente vano favore multitudinis, quod optasse pater morte
emerat, rex dicitur. Jamque insaniæ auctoritate addita, le-
gatos per diversa transmittit, & reverentius auditur, &
promptius exauditur. tantumque brevi profecerat, ut secum
Senones, Parisii, Pictones, Cadurci, Turones, Aulerci,
[8] Lemonices, Andes, & cæteri qui ad Oceanum vergunt,
unanimiter conjurarent: neque id satis, omnium consensu
regnum ei atque imperium defertur. Sic ea tempestate Gal-
lorum animi & consilia volvebantur. Sic Romani nominis
odium alte animis insederat, ut quisquis se illis opponere
ausus esset, regno dignissimus [9] habetur. Jam non Alver-
næ rex igitur, sed Galliæ, contraque Romanos belli dux,
non [10] erat neque consulit ut solebat: sed obsides, sed ar-
ma,

1. Lege, *quidam*.
2. Lege ex Cæsare, *Celtilli*.
3. In Cæsare scribitur *Gabanilio*.
4. Lege, *Gergovia*, & sic in sequentibus scribendum.
5. Forte, *proturbant*.
6. Forte, *malis comitatiores*.
7. Puto, *innumerabilis*.
8. Lege, *Lemovices*.
9. Lege, *haberetur*.
10. Lege, *erat*.

ma, sed milites imperat & paretur; imperiumque ipsum in veritate terribile efficit. Gravioris noxæ reos flammis exu-
119rit, tormentis excruciat. leviores ausos effossis oculis aut auribus [1] refectis vitæ relinquit ad ludibrium [2] ad exemplum. jam potens atque horrendus, & natura ferox, & regio tumidus fastigio; Lutherio Cadurco audacissimo viro cum parte exercitus [3] in urbe Ruthenos misso; petit ipse Bituriges. Illi adventu subito permoti ab amicis Romanorum Æduis auxilium per legatos [4] petit. Ædui rem ad legatos Cæsaris rejiciunt, eorumque consilio equitum illis & peditum dirigunt auxilia; qui cum ad Ligerim amicorum Æduorum tunc & Biturigum imperii limitem pervenissent, aliquot [5] tibi dierum mora exacta redierunt; hanc causam reditus prætendentes, quoniam si transissent, hinc ab Alvernis, hinc a Biturigibus opprimendi essent. id enim ambabus gentibus fuisse propositum. An id sane tali metu egerit, an fraude, ne dicam hodie, sed tum quoque dubium fuit. tamen hanc Æduorum secuta defectio; hinc quod statim [6] reversus auxiliis Æduorum, se Alvernis Bituriges adjunxere, rem suspectam faciunt. Cæsar hoc audiens & urbanis motibus Pompeji Magni virtute compositis, non se tunc amplius Italiæ necessarium ratus, in Galliam redit. ingens illum exercitus cura, qualiter suis sese jungeret. Nam sive ille proficisci ad illos vellet, non sat tuto fieri posse cogitabat, ut in tanta rebellione regionum omnium, inter eos etiam qui amici credebantur, cum paucis securius incederet; tam modicum undique fidei videbat; sive ad se illos evocare mallet, timebat ne itinere in ipso superventu hostium se absente, quod nolebat, pugnare cogerentur. has inter curas Lutherius Cadurcus à Vercingethorige missus, Ruthenos Alvernis adnexerat. nec mandatum implesse contentus, alias quoque urbes acceptis obsidibus in potestatem redegerat, & rebus prosperis [7] evectus in [8] Nerbonensem provinciam properabat.
120Cæsar consilium hostis intelligens præcurrit; & præveniens metu animos confirmans, præsidia oportunis locis per extrema provinciæ hostibus objecta distribuit. & parte supplementi nuper ex Italia adducti in Æduos præmissa subsequitur

1. Lege, *refectis.*
2. Adde, *&.*
3. Forte, *in urbem Rhutenorum.*
4. Lege, *petunt.*
5. Lege, *ibi.*
6. Lege, *reversis.*
7. Lege, *erectus.*
8. Lege, *Narbonensem.*

tur; Ædui ab Alvernis Cebenna monte asperrimo ac nivo-
sissimo distinguuntur, quo se Alverni quasi muro valido cir-
cumseptos arbitrantur, ea maxima parte anni, qua non di-
cam exercitui, sed ne viatori quidem permeabilis fuisse un-
quam diceretur. Et erant ab ea parte eo tempore plane tu-
i, si cum alio res fuisset. At Cæsar ut quem nulla res mo-
ari posset aut deflectere, nive 1 multitudinis pedum sex di-
nota, & adversum per jugum itinere 2 multito labore pe-
litum expedito, Alvernos fines inexpectatus aggreditur. Ju-
at aliter hanc rem ipsam Flori verbis exponere; *Per m-
ios*, inquit, *ad id tempus montium tumulos, per intactas
ias & nives expedita manu emersus occupat Galliam* Mox
ero ut Alverniam attigit equitatu in omnes effuso, tantum
abiti terroris incusserat, ut trepidi omnes Vercingetorigem
d ferendam opem patriæ suis consiliis laboranti nuntiis ac
recibus excitarent. Quibus motus in patriam redibat. 3 Cæ-
ar interim dimissoque sine intermissione agros hostium po-
ulari. Ipse ne suspicantibus quid suis quam celerrime po-
est, Viennam proficiscitur. inde equitatu quem ille præmi-
erat accepto, per Æduos pergit in Lingones; tanta ubique
elocitate, ut non tantum hostes pavore, sed amicos stupore
erfunderet, sic inopinantibus aderat. illic duæ legiones in
ibernis erant. illis eductis octo reliquas hinc inde dispersas
vocat, priusque quam hostes quo ivisset, aut quid 4 agere
ossent, omnem exercitum congregavit: atque ut Florus i-
em ait, *ex distantibus hibernis castra contraxit & ante in media
allia fuit, quam ab ultima timeretur.* Vercingetorix audito 121
æsaris digressu, retro in Bituriges reverso, atque hinc pro-
ctus in Bojos Transalpinos, opidum illorum sub Helveticæ
ctoriæ tempus ædificatum à Cæsare, Æduisque 5 contradi-
um, oppugnare disposuit. opido nomen Gorgobia. glo-
osum sibi existimans, si Æduorum receptaculum simulque
æsareum opus everteret. Cæsaris animum hæc res valde
ollicitum habebat, ne aut neglecta amici defensio defectio-
em sociorum & contemptum sibi, aut suscepta anni tem-
ore adverso, difficultatem rei frumentariæ legionibus im-
ortaret. Satius tamen duxit pati omnia quam contemni,
: contemptu suo alienare sibi animos amicorum. Itaque

Sff dimissis

1. Forte, *in altitudinem.*
2. Lege, *multo.*
3. Nonnulla hic desunt, quæ ex Cæsare suppleri possunt.
4. Lege, *ageret.*
5. Forte, *attributum.*

dimissis impedimentis omnibus & duabus ad custodiam legionibus; & provisa cum Æduis quam potuit subventione commeatuum, in Bojos ducit. Erat viæ medio [1] Vellaunum Scenonum opidum. illud ne quid hostile post terga dimitteret, aggredi consilium fuit; opidum bidui oppugnatione tollerata, die tertio legatos ad Cæsarem de pace ac deditione transmittunt. jussi arma & jumenta & obsides dare, nihil recusarunt. ne quid autem temporis amitteret, G. Trebonio legato ad peragenda omnia dimisso, ipse iter interceptum solita celeritate prosequitur. Genabum erat opidum Carnutum, ubi Romanos negotiatores initio conjurationis occiderant. id opidum amnis præter labitur. ipsum in ripa situm ripæ alteri medio ponte conjungitur. ad loci hujus defensionem Caruntes consilia conquirebant: eo tamen lentius, quo diutius bellandum crederent [2] rem hæsuras, & simillimum viri esset morem impigerrimi ducis ignorantibus. huc ergo cum biduo pervenisset, oppugnationem quia diei illius sero erat, in diem proximum edicit. quid fieri velit milites edocet. veritusque, ne Genabenses nocte diffugerent;

122 [3] hinc rei excubitrices duas armatas legiones adhibet, intentisque animis ac auribus pernoctare jussit. atque ut præsagierat accidit. [4] oppidum intempesta nocte per pontem taciti abibant. Cæsar eorum abitu per exploratores cognito, legiones quæ paratæ erant muris admovet, & portis subito effractis, indefensum capit opidum; captum diripit, direptum incendit, præda militibus concessa; simul exitus observari omnes jubet, mittitque qui profugos [5] prænominant atque sequantur. itaque paucissimi evasere. viarum & [6] ponti angustiis capti omnes. Cæsar hinc trans Ligerim ducto exercitu in Bituriges tendit. quo cum venisset, Vercingetorix ubi id sensit, Gorgobinæ obsidione derelicta, contra eum pergit. Cæsar interea [7] Noviodinum aggressus oppugnat quem; confestim opidani per legatos orant, ne in eos præter suum morem sæviat, neve pro tam levi causa de sua celeritate [8] aliud intermittat, quæ tot illi victorias peperisset, sed eis vitæ dimissis feliciter progrediatur ad reliqua. preces videbantur. flectitur itaque; & iis arma, equos,

1. *Vellaunodunum Senonum* Cæsari.
2. Hæc sunt corrupta.
3. Lege, *huic.*
4. Forte, *oppido enim*,
5. Lege, *præveniant.*
6. Forte, *pontis.*
7. Lege, *Noviodunum*,
8. Forte, *aliquid*,

ſideſque imperat. & jam pars obſidum data erat, & centu-
:iones aliquot cùm paucis militibus opidum introgreſſi cæ-
:era conquirebant; 1 dum repente de longinquo equitatus à
Vercingetorige 2 promiſſus apparuit, opidanos ſpe tempe-
ſtivæ opis erectos deditionis cœperat pœnitere. Velut igi-
ur ex condicto clamorem tollunt, arma corripiunt, muros
candunt, portas obſtruere properant. ſed Romani illi pau-
:i qui in opido erant, animorum mutatione 3 perpenſa; ſtri-
ctis ſubito gladiis portas præoccupant & incolumem exerci-
um intromittunt. Capto ad hunc modum opido Cæſar ſta-
im equites ſuos contra equitatum hoſtium adventantem edu-
it, & illos equeſtri prœlio conſerto multa cum eorum ſtra-
e vicit, & in fugam vertit. in qua victoria (ne privemus ſ
ua laude barbariem) quadringentorum equitum Germano-
um qui ſub Cæſare militabant, atque ab ipſo principio ſe-
um erant, opera fuit egregia. ab eo enim immiſſi, laboran-
ibus aliis in tempore ſubvenerunt; fregeruntque Gallos re-
entino impetu. hoc videntes è mœnibus opidani, ſpe au-
ilii amiſſa, iram Cæſaris metuentes, eos qui tumultum ex-
itaverant vinctos ad eum deduxerunt, 4 captam deditionem
eregerunt. Ipſe autem his peractis Avaricum maximum
ptimumque opidum Biturigum, & uberrima finium in par-
: ſitum oppugnare conſtituit, quod eo capto civitatem ip-
ım captum iri non diffideret. Vercingetorix tot adverſis
ondum animo collapſus; ſuis ad conſilium vocatis in hanc
ntentiam diſſeruit. *Quotidie* inquit *experiendo & diſcendo*
*ent homines doctiores; quod cum in rebus omnibus; tum præci-*
*te in re bellica verum eſſe deprehenditur. 5 magis animis bellum*
*ave ſuſcepimus, ſed gerendi modum belli non ſat ſollerter ad-*
*rtimus; alia nobis itaque bellandi ratio ineunda eſt. non ſpon-*
*cum Romanis concurrendum: ſed omni ingenio providendum ut*
*bulo hoſtes, ut commeatibus arceantur. Id nobis haud difficile*
*deri debet, cum & equitatu præſtemus & anni parte adjuve-*
*ur. Illud quoque nobis acriter cogitandum, hoſtes nobiſcum in*
*ibus noſtris pugnant, & contra nos noſtris frugibus ſuſtentan-*
*r. ubi Romani pabulantur, vicos domoſque omnes frugeſque*
*mburi damnoſum fortaſſe videatur, utiliſſimum eſt, ne ſub no-*
*is tectis noſtri hoſtes habitent, noſtris alantur frugibus; inopiam*

Sſſ 2 *aut*

1. Lege, *cum.*
2. Lege, *pramiſſus.*
3. Lege, *perſpecta.*
4. Lege, *cæptam.*
5. Lege, *magnis.*

*aut non* [1] *fere, aut non tuto longius pabulatum ibunt. nihil ad victoriam intersit, an hostes occidamus, an bello necessariis spoliemus. gravius aliquanto videtur quod dicturus sum, sed virtuti nihil præter culpam atque infamiam grave est. Opida quoque quæ non penitus valida ac munita sunt exurenda censeo, ne aut nostris*
124 *inertiæ, aut hostibus offensæ diverticula sint. Si quis est cui hæc acria videantur, cogitet quanto acrius* [2] *liberos atque uxores in servitutem trahi cernere, exarmatum hosti jugulum præbere, & alia multa pati, quæ bellorum jure victi à victoribus patiuntur.* Persuasit his verbis, viginti & eo amplius opida una luce combusta sunt. neque solum in finibus Biturigum, sed in reliquis hac illac quocunque oculos flecteres, incendia cernebantur, non sine omnium dolore. quem ea spes lenibat, quod parta victoria cito omnes perdita restaurarent. De Avarico in consilio agitatum est, an incendi illud, an intactum linqui melius foret. Enimvero ad hoc verbum ad Vercingetorigis pedes Gallorumque omnium qui consilio intererant affusi Bituriges, obtestantur, *ne pulcherrimum Galliarum opidum* [3] *de cujus provinciæ Biturigensis ac præstantissimis immeritis deleatur. cum defendi posset locus pene inexpugnabilis natura, cui si defensio militaris accesserit, modicis posse noceri.* Movebant hæ preces animos cunctorum, unus Vercingetorix cunctis obstabat, qui & ipse tandem victus misericordia in sententiam cæterorum transiit. Sic defensoribus rebusque aliis ad custodiam oportunis eo transmissis, servatur Avaricum à Gallorum flammis, sed non ab obsidione Romanorum. in qua quidem obsidentium fortis & animi tolerantia emicuit. Cum enim hinc Vercingetorix castra propius admovisset, & ab exploratoribus per singulas horas quid in Romanis castris ageretur, edoctus, omne iter commeatus observaret; & Romanos circum omnibus exustis urgente necessitate longius pabulantes, crebris incommodis ac damnis afficeret. Illinc vero Ædui ac Boji quibus ea cura mandata erat: illi quidem quod mutato erga Romanos animo non curabant, hi quoque parum poterant, rem Romanam magne commeatibus adjuvarent: ad tantam penuriam [4] devenire, ut diebus plurimis frumento carentes tenui pecore vitam proferrent imbecillem spiritum; nunquam tamen ab oppugnatione

ga

1. Forte, *ferent*.
2. Addendum, *sit*.
3. Forte, *decus*.
4. Lege, *devenere*.

gnatione cessarent; nunquam vel irata vel mollis cujusquam ex ore vox erumperet; aut Romanæ non conveniens majestati. Imo vero cum Cæsar laborem militum miseratus inter exhortandum sæpe diceret: *si nimis aspera sunt ista progressu, nulla per me mora est, oppugnationem omittere sum paratus*; unanimiter responderent. *Non hæc quæsumus optime imperator. sic multos annos te duce militavimus, ut nullus metus, difficultas nulla nos fregerit: nullus hostium nobis hanc ignominiam* [1] *irrogant ut cœpta deseramus. ne tu ergo dux noster hanc æternam maculam nobis* [2] *immiseris; sine modo omnia pati* [3] *malimus, quam ne nostra mollitie manibus Romanorum civium apud Genabim Gallica nequitia peremptorum, Gallico sanguine satis fiat.* hæc Cæsari hæc eadem & tribunis militum & centurionibus repetebant, ut per eos imperatori familiarius diceretur. Cæsar dum hac nobili perseverantia in oppugnatione proceditur, jam turribus muro admotis discit ex captivis, Vercingetorigem castra propter defectum pabuli promovisse, & cum equitatu expeditisque peditibus insidiatum sero ad ea profectum loca, quo Romanos [4] populatores luce proxima venturos opinaretur. Quo cognito, nocte media digressus primo mane castra hostium attigit duce carentia. Illi adventu præcognito impedimenta silvis intruserant, aciem altiusculo in colle, quem difficilis palus, sed angusta cingebat, erexerant: pars præcisis pontibus, quasi clipeo quodam se palude protexerant, ubique [5] constituerant in Romanos versi. eratque res facilis, & pene æqua prospectui: sin ad experientiam veniretur, iniquissima, plena difficultatis ac pe- 126
riculi. Itaque milites rem non nisi oculorum judicio metientes nobili indignatione permoti, Cæsarem circumsistunt: *& quid hic* inquiunt *rei est? quis hic pudor? quænam hæc indignitas imperator? ergo hostes conspectum nostrum è tam proximo pati* [6] *possint? quin tu nos pugnare jube & signum prœlii propone, ut jam ex iis quibus fidunt locis hos barbaros detrahamus.* fide militum lætus fuit Cæsar. Ego inquit *sic affectos cum vos videam, ut nullum discrimen pro mea gloria recusetis, impius* [7] *sum nisi vestram vitam meæ præferam saluti. Proinde* [8] *cum tempus*

 *solita*

1. Lege, *irroget.*
2. Forte, *iusseris.*
3. Lege, *malumus.*
4. Lege, *pabulatores.*
5. Forte, *constiterant.*
6. Lege, *possunt.*
7. Lege, *sim.*
8. Forte, *cum tempus erit solita virtute dexterisque victricibus usurus sum: nunc quiescite, mihique electionem,*

*solita virtute dexterisque victricibus usuri nunc quiescente, &*
*ctionem temporis & consilii capiendi curam linquite. Nempe*
*victoria quam tam facilem judicatis, loci situ, non hostium*
*re difficilis, multorum mihi credite virorum fortium morte con-*
*ret, quod adversus penitus proposito atque animo meo est, &*
*enim vincendi avidum me nec negem nec dissimulem, nunquam*
*tamen mihi placuit multo sanguine meorum empta victoria.* Qui
verunt tanti ducis auctoritate repressi, quos ille in eo ipso
die nulla alia re gesta reduxit in castra; atque ad incœptam
oppugnationem studium omne convertit. Vercingetorix
terea irritis reversus insidiis ( 1 à tremula semper & fragili
potentia humana) cum ad suos pervenisset, accusatus ab
est, *quod sine præsidio & sine duce de industria derelictis castris*
*equitatu & omni flore militiæ abducto Romanis Galliam pro-*
*voluisset; quodque in se fuerat prodidisset. Nempe regnum*
*sensu populi collatum sibi sordere, & illud à Romano duce*
*qui sibi gloriosius extimare. proinde Galliam sui regis fraude*
*ditam, loci oportunitate, & cœlesti favore liberatam.*
*nim casu aliquo, sed certo consilio evenisse, ut & castra*
127 *cis abduceret, Romanis propius admota desereret, imo etiam*
*laret omni robore; vixque eo digresso hostes velut nuntio*
*advolassent.* Accusationis hæc summa, hic suspicionum
fuit: quibus apparebat tanti modo regis in dubio salutem
verti; nisi reus his objectis constantissime respondisset.
*quod castra moverem*, inquit, *pabuli coëgit inopia, &*
*vester. ut propius Romanis accederem, ipsius situs loci*
*per se ipsum tuti. equites abduxi, quos palustribus locis*
*sciebam, utiles autem quo pergebam. ducem certum*
*dimisi, veritus ne fortassis acquiesceret vocibus atque con-*
*sanorum, pugnam intolerantia non virtute poscentium.*
*si me absente casus attulit, fortunæ non alteri imputandum.*
*aliquo suadente contigisset, habenda illi gratia esset, à quo*
*præstitum ut eorum & paucitatem videretis, & ignaviam*
*retis, qui stulto adventu, turpe reditu, & consilii & virtutis*
*opiam detexere. à Cæsare ego non regnum per proditionem,*
*eo victoriam per virtutem spero; quæ jam proxima jam pene*
*bis in manibus est. quin hoc ipsum regnum quod consensu omnium*
*jure possideo sponte dimittere paratus sum, si forsitan vos honorem*
*mihi potius contulisse creditis quam à me beneficium accepisse.*

1. Forte, ab

*ſar Romanuſque exercitus ultima laborat inopia. jam ad pugnam atque ad opus & animi & corporeæ vires deſunt. & niſi confeſtim aliud inſperatæ felicitatis affulſerit, abitum moliuntur. horum ut à me fictum nihil ſuſpicemini, Romanos milites audite.* Erant ſervi aliqui inter pabulandum capti & in carcere torti multipliciter & afflicti, juſſique quod per eos dici vellet: & producti in medium, legionarios ſe [1] ‡ *ſtultum eſſe in bellis proſpera omnia ſperare. temperanda dulcibus amara, lætis triſtia; nunquam ſui conſilii fuiſſe ut defenderetur: feciſſe hoc Biturigum improvidam pietatem & facilem nimis indulgentiam cæterorum; permittendum fortunæ ſuo jure uti, quod illi cum u-* 128
*bique magnum tum in bello maximum atque inexſuperabile ſit. Quod ad ſe attineret ſummo ſtudio enixurum ut incommodum nunc illatum multis & magnis commodis reſarciat & compenſet. atque in primis civitates quæ à conſenſu publico diſceſſiſſent in cæterorum ſententiam traducturum, ut unum ſit omnis Galliæ conſilium, unum corpus, una mens. cui terrarum orbis impar haud dubie ſit futurus. id ſe non facturum tantummodo ſed pene jam effectum reputare. Quod neceſſitas præſens poſcat caſtra ſaluti omnium* [2] *pro futuro, labore omnium ac ſtudio munienda eſſe, quibus ſubiti hoſtium incurſus arceantur.* Grata omnibus hæc fuit oratio, quod non animo defeciſſet; ſed, ubi duces alii magnis cladibus acceptis ſeſe abdere ſoleant, vultuſque militum refugere, hic in publicum prodiit, & novum ſalutis iter oſtendit, eoque plus fidei illi erat, quo Avaricum incendendum deſerendumque conſuluerat, clarum providentiæ ejus indicium. ſic cum cæterorum minui ſoleat, adverſis creverat ducis hujus auctoritas. Neque aut in caſtris communiendis, quæ primo Romano more in Gallia communita ſunt, quicquam à militibus eſt omiſſum, quamvis impatientiſſima gens laborum ſit, aut à duce in conciliandis reliquis ut promiſerat urbibus ulla in parte ceſſatum. Cogitabat æſtuabatque animo, diebus ac noctibus laborabat, ſollicitabat univerſas, ad res novas omnem Galliam excitabat. Inque hoc opus quos mitteret viros elegerat, qui vel noti in populis acceptique, vel blanda oratione atque ingenio, vel principum fami-



1. Hic multa deſunt, ut videre licet in Cæſare. & ſequentia pertinent ad orationem, quam Vercingetorix habuit ſuis militibus poſt Avaricum captum. attamen tranſpoſita fuerunt, & ſequitur eadem narratio infra 96. ubi eſt hoc ſignum ‡.

2. Forte, *profutura*. Cæſar.

miliaritate pollentes, ac gratia idonei visi erant; eos ve- qui ad eum seminudi & inermes capto opido confugera- vestibus atque armis instruxit, inque gradum militiæ pri- num restituit. Ad hæc diversis ex urbibus sagittarios & o- mnis generis contraxit auxilia, quibus acceptum Avarici d-
129 trimentum suppleretur. Accessit 1 Oloruconis filius Theo- motus, Nichioborgum rex, cujus patrem Romanus sena- amicum appellaverat. sed ut sæpe filii derelictis parent- semitis, novas quærunt; iste contra Romanos ad Verci- torigem cum multo se contulit equitatu. Cæsar ad Ava- cum complusculos dies egit & frumenti larga ibi copia- que omnium commeatuum inventa, fessum atque esurien- exercitum recreavit. Inde quod bellis aptum tempus in- ret ad hostem ire tota mente dispositus, ut inventum, - tædio in apertum eliceret & in pugnam cogeret, vel ob- dione conficeret. Dum ad hoc iter accingitur, legatio- Æduorum exoratus ad componendas eorum lites & con- versias intestinas, quæ inter duos primores populi de sum- magistratu ortæ, totam urbem alterius suffragiis agitab- ante omnia eo proficisci statuit, non ignarus quidem qu- ta præsertim in bello jactura sit temporis, quantum in - tione periculum. sed amicam urbem destituere, populo R- mano seque indignum arbitrabatur, quam jam in armis - hanc ob causam & pene jam confligere fama erat. neque - honestum modo sed periculosum providebat eam rem n- gere; ne auxilium fortassis ab hostibus pars inferior p- laret, neque 2 vere legi amicorum ulla in parte derog- ducebat, qua ulla ratione 3 qui sibi gradum pars utra- vendicaret rebus omnibus regno parem; nisi ætate - nim animus ingratus. Quamobrem 4 ne ad se patres evo- re sustinuit; neque indignum censuit negotium, ad qu- componendum ipse proficisceretur. In Æduos igitur cu- venisset Deceriam opidum & partes & senatum omnem co- venire jussit. & præsens de jure partium cognovit, mot-
130 que omnes sua auctoritate compescuit. Cotum enim vi- nobilissimum, & totius gentis potentissimum, cum crea- contra leges certis testimoniis deprehendisset, 5 crede- Convictolitanem vero rite per sacerdotes more patrio in- tum

1. *Olloviconis filius, Theutomatus Nitiobrigum rex.* Sic Cæsar.
2. Forte, *veteri.*
3. Mendosus locus & mutilus.
4. Forte, *nec ad se patres.*
5. Lege, *cedere.*

tutum præesse 1 magistratu imperavit, obtemperatumque præcepto est, sine ullo murmure aut querela. hortatus dehinc Æduos ut civilibus discordiis abstinerent, quæ pestiferæ semper magnis urbibus ac funestæ 2 sunt; utque in præsens bellum auxilia quæ possent mitterent, devicta Gallia digna à se præmia percepturi, equitatus ab his omnes & decem milia peditum ut sibi mitterentur obtinuit. Tunc exercitum duas distribuit in partes. quatuor legiones & partem non exiguam equitatus sub Labieno in Senones atque 3 Periseos direxit. Ipse cum sex legionibus & reliquo equitatu in Alvernos rediit, perrexitque Gergoniam. Vercingetorix adventu Cæsaris præcognito, qua transeundum illi noverat omnes fluvii pontes fregit, cui 4 Laber, alicubi Claver nomen invenio. Itaque perveniens & præclusos aditus, & adversa in ripa obambulantem hostem reperit. hoc in statu premebant variæ duces curæ. Vercingetorix, ne quem Cæsar è pontibus reficeret metuebat. Cæsar vero ne fluminis alveo præpeditus, quod vadari ante autumnum non soleat, otiosam agere cogeretur æstatem. omne tamen incommodum 5 vicis ducit ingenium. siquidem præmissis è regione omnibus impedimentis & quatuor legionibus, additisque cohortibus aliquot, ut constare numerus videretur omnium legionum, & speciem præberet exercitus alibi aditum quærentis; ipse locis abditis cum duabus tantum quæ supererant legionibus se tenuit: suisque ut quam longissime procederent, atque ita à se hostem distraherent imperavit. Tunc hoste digresso & Ro- 131 mani exercitus iter observante, ut ubicunque transire volentibus obviaret; locum vacuum relictum Cæsar occupat, atque è pontibus unum, cujus pars una visa est intactior minorisque egens operæ; confestim reficit, & traductis legionibus castra communit, præmissasque legiones ad se è vestigio remitti jubet. Intelligens se delusum Vercingetorix, 6 amato obice, quo ab hoste separabatur; ne invitus ad pugnam cogi posset, ex eo ipso loco ubi erat dum reditum legionum & proprium vidit errorem, magnis 7 † cursibus 8 ‡ milites

 dixe-

1. Lege, *pro magistratu.*
2. Lege, *sint.*
3. Lege, *Parisios.*
4. *Elaver* Cæsari dicitur.
5. Lege, *vicit ducis.*
6. Lege, *amoto.*

7. † *magnis cursibus in anteriora contendit.* sequitur infra 98. lin. penultima.

8. ‡ Reponenda supra 93. lin. ultima, post *legionarios sc.*

dixerunt extrema fame victos è castris clanculum effugisse; pari omnem exercitum fame confectum esse. Cætera deinde omnia dicto regis consona persecuti sunt. tum Vercingetorix exclamavit; *Et per me* inquit, *quem proditionis accusatis, hæc vobis cuncta proveniunt, atque illud extremum, ut sine vestro periculo victus Cæsar ac fugiens, nullis agris ac urbibus recipietur, id enim inter multa meo consilio constitutum est.* His dictis [1] usi repente animi variæ gentis & credulæ, usque adeo ut læto plausu, & armorum crepitu; quod signum erat dicta concionantis astantibus placuisse, acclamarent; & una voce Vercingetorix summus ducum ac fidelissimus hominum duceretur. Cæsar Avarici cœptam obsidionem, cœptamque defensionem hostes peragunt, inque dies obnixius utrique. nam & Romani aggerem immensi operis gelu ingenti ac imbre perpetuo præpediti, virtute tamen ac perseverantia difficultates superante, viginti quinque diebus extruxerant, & muris admoverant. Et Galli decem milia ex omni Gallia delectorum hominum opido intruserant, eo consilio, ne vel solis Biturigibus salus publica crederetur, vel servati
1320 oppidi gloria solorum esset Biturigum sed Gallorum omnium; & actis sub terram cuniculis incensoque per noctem aggere; & simul factis eruptionibus Romana castra in magno discrimine posuissent; nisi summa ducis providentia esset cursum, quod duas assidue legiones excubare pro castris faciebat: harum interventum & eorum qui ejusdem jussu totis noctibus in opere vigilabant, & flammæ extinctæ, & impetus hostium sunt repulsi; & excitati omnes totis è castris ad auxilium convenerunt nec Romana virtute Gallica ideo pertinacia lentescebat. Obstinati in mortem non tantum resistebant, sed erumpere audebant, nec vel hostes invadere, vel jactare incendia desinebant; & defessis integri, & vivi mortuis succedebant; ut quæ in eo ipso temporis momento situm patriæ, statum & salutem totius Galliæ cogitarent. Qua in parte prætereundum non videtur illud memorabile quod nec scriptor à quo ante alios ista decerpimus sibi prætereundum existimavit sub oculis suis gestum. Gallus quidam ante portam opidi traditas [2] eis ab intrinsecis picis ac sevi glebas in ignem jactabat: scorpione transfixus exanimatusque procubuit. unus è proximis transgressus hunc jacentem

1. Forte, *versi*. 2. Lege, *ei*.

& periculi oblitus eodem officio fungi cœpit. illo quoque
pari ictu scorpionis occiso, mox successit tertius, & tertio
quartus. nec ante successionum talium finis fuit, quam ex-
tincto igne, depulsisque hostibus in opidum; pugnæ etiam
finis esset. Vercingetorix tandem, opidanorum animis atque
corporibus fatigatis, ut quorum conatus omnes in nihilum
recidissent, fugæ illis auctor esse cœpit; quam tutam fore
castrorum suorum vicinitas dabat spem, & insequi volenti-
bus objecta palus. ad id nocturnum tempus idoneum visum
erat; fugæ consilium casus mirabilis impedivit. Nox ade-
rat, & [1] tanti per tenebras ituros se sperabant. tum matro-
næ aliæ parvulos suos stringentes ad ubera, aliæ humi stra- 133
tæ flebiliter obsecrabant, ne se, neve communes filios ho-
stibus ad ludibrium & ad pœnam darent. se quidem ad pro-
sequendam suorum fugam sexu, ætate illos invalidos. ubi
suos nec pietate nec precibus flecti & in proposito fixos vi-
dent & pudorem & amorem superante metu, è muris [2] ex
clamore & Romanis ut poterant dare instantis fugæ sensum
inceperunt. Quo metu opidani, ne re ab hostibus intelle-
cta præclusis itineribus caperentur [3] Cæsar die proximo cum
muro oppidi turres & machinas admovisset, repente tantus
imber nimbis affluxit, ut perfacile esset alium territurus. at
ipse qui sæpe fœdis tempestatibus ad victoriarum uti soleret
occasionem; sibi illud iter ad id quod intendebat apparuisse
extimans, quod & suos ad opus solito pigriores cerneret; &
hostes ad tutelam opidi lentos & incautos ex rarioribus per
muros custodiis animadverteret: hortatus milites, ut fructum
tandem longi laboris [4] arriperent. & primis in [5] muris a-
censuris præmia consueta pollicitus, tuba prœlii signum de-
dit. Ira igitur & spe præmii stimulante, & unoquoque cer-
tatim adnitente primum gradum laudis apprehendere: Muri
undique ad [6] fastidia non tam ascenderunt quam evolave-
runt. Stupefacti cives [7] in spera hostium corona; sese lo-
cis patentioribus liberius defensuri, ne viarum premerentur
angustiis, in plateam confugerunt. postquam vero animad-
verterunt, haudquaquam Romanos in plana descendere; sed
uno alium attollente magis ac magis mœnia complere, me-
tuen-

1. Lege, *tutos.*
2. Forte, *exclamare.*
3. Supple ex Cæsare: *consilio desti-runt.*
4. Lege, *acciperent.*
5. Lege, *murum.*
6. Lege, *fastigia.*
7. Forte, *insperata.*

tuentes undique circumcludi; fugamque eripi; trepid
mis abjectis extrema opidi cursu rapido petiere. ibi pars p
tarum in exitu se coartans, pars flumen transvecta, ab eq
tibus ad hæc missis cæsi omnes. Nullum prædæ studium
134 vindictæ fuit. omnibus ante oculos mors erat mercator
Romanorum qui ad Genabum, immeriti illi quidem,
Gallorum crudelitate perierant. ejus cædis recordatio fu
Romanorum morem acerbabat animos, ut nec ætati nec
xui parceretur. Ex omnibus itaque qui in opido fuer
venti, quorum numerus ad quadraginta milia capitum asc
dit; vix octingenti qui ad primum capti opidi clamorem
se portis murisque [1] præripuerant, evasere. & Avarici q
dem longa ac difficilis obsidio hunc habuit finem. Verc
getorix vero Avaricenses reliquias nocturna fuga in sua
stra delatas clementer excepit, ac veritus ne qua ex eor
permixtione tumultuandi occasio præberetur, segregan
curavit; ut cum castra essent secundum numerum distribu
ad suos quisque duceretur. Ipse vero neque hoc fractus
dejectus eventu, ita consolatus est suos, ut diceret, *Nec*
*tute sed arte quadam muros oppugnandi, victoriam hanc Rom*
*obtigisse.* [3] in [4] anteriora contendit. quem non segnius
per vestigia Cæsar insequitur, quintoque die in Gergov
pervenit. & primo statim adventu leve prœlium eque
commissum sed nil in eo memorabile gestum est. Cæsar u
bem altissimo in monte sitam & accessu ab omni parte di
cilem speculatus, & agnoscens, non exigui temporis o
esse; oppugnationem differendam statuit, donec curas
frumentariæ & commeatibus impendisset. Ipse Vercinge
rix singulos populos in singulis collibus Gergoniæ explica
rat; circumfusis ostentatione terrifica, quæ hostes facile
lo spectaculo consternasset, nisi & Romani fuissent, & d
cem Cæsarem habuissent. Erat ex plurimis collis unus, q
si Romani occupassent, poterant hostes & aquatione & p
bulo impediri. is collis quod cæteris omnibus difficilior e
135 atque præruptior, negligentius servabatur. sed virtuti nil
quam difficile nil præruptum. loci hujus opportunitatem co
spicatus Cæsar non misit qui eum caperent: sed per se ipse
nocte intempesta profectus ex castris, ascensum vix acces
bile

1. Lege, *perripuerant.*
2. Lege, *nec.*
3. | *stultum esse*, &c. repete supra fol. 93.
4. Lege, *ulteriora*, vel *interi*

ıilem superavit & repentinus adveniens, depulso inde præ-idio hostili occupavit collem, & castra ibi minora consti-uit, quibus duas legiones assignavit. Tum duplicem fossam luodenos pedes seu altitudinis seu latitudinis habentem à mi-ıoribus castris ad majora perpetuam duxit, quo nulla vis ıostium vetare posset, quin inter se libere [1] commigrarent. ıic ad victoriam prona omnia videbantur.

Nulla est autem in terris inconcussa felicitas nescio quo n procursu rerum ad vota fluentium prosperis adversa se in-:runt. Cæsare ad Gergoniam res agente, nilque nisi de ho-:ibus [2] solito periculosa defectio, unde minime timebatur rupit. Civitas Æduorum prima amica populi Romani, & ıi ducis & senatus sæpe decretis honestata, interque omnes, ıno præ omnibus Gallicis urbibus summo semper in honore abita, de rebellione (quis hoc unquam crederet) [3] cogno-it. Initium rebellionis à Convittolitane illo, quem Cæsar nte paucos dies in civilium seditionum [4] direptione prætu-:rat. O quam facile ingratis animis magnorum licet atque :centium [5] subrepit oblivio. ille siquidem beneficio obstri-:um Cæsaris fassus, quod sibi justissima tamen favisset in ausa; omissa mentione pecuniæ, quam ut Romanis fidem angeret ab Alvernis acceperat, cum nulla sit perfidia tur-ior, quam cui avaritia causam dedit, fœdoque proposito elum [6] caræ honestioris obtendens, & plus se libertati, pa-iæque asserens debere quam Cæsari; nonnullis adolescen-bus nobilibus ac superbis facile persuasit, *ut Romanæ ami-tiæ vinculum leve discuterent; seque non solum libertati natos; d imperio meminissent. unicam esse urbem Æduorum, quæ to-* 136 *us Galliæ victoriam remoretur: ejus exemplum sequi alias. hac l commune bonum redeunte, cæteras [7] securitas. nec Romanis ıi deinceps pedem ponant in Gallia superesse. Neque vero præter naviam Æduorum quicquam causæ esse, cur Romanos magis Æ-ıi, quam Romani Æduos de suis quæstionibus adeant. Non hæc nplius toleranda esse: sed Cæsari ac Romanis ostendendum, & ıeros se, & viros, & Gallicos.* Et eorum quidem adolescen-ım princeps erat Litavictus quidam, ejusque germani. qui to omnes non consilium [8] auctorem consilii extimantes se-nioris

1. Lege, *commearent.*
2. Lege, *solicito.*
3. Lege, *cogitavit.*
4. Lege, *diremtione.*
5. Videtur deesse, *beneficiorum.*
6. Lege, *causa.*
7. Lege, *secuturas.*
8. Adde, *sed.*

nioris atque potentioris & magistratu summo præditi in sen-
tentiam transierunt. sed civitatem beneficiorum Cæsaris ob-
livisci posse [1] sperabant, nec credibile videbatur. alia ad id
via fraudulentior inventa est: stulta tamen inventio, & in-
ventoribus suis digna. ea vero fuit hujusmodi. Auxilia quæ
ab Æduis mittenda monstravimus, ut Litavicto ducenda
committerentur. id quidem nullo negotio [2] imperatum est.
is ergo præmissis ad Cæsarem fratribus, quid de reliquo fac-
acturi cum eisdem ordinat. Cum ergo Romanis castris cum
exercitu propinquaret, neque jam amplius quam triginta
milibus passuum abesset, substitit, & repente quasi tristi nun-
tio accepto versus ad suos & illacrymans: *Quo pergimus in-*
quit *& quid agimus amici; omnis nostra nobilitas, omnis noster*
*equitatus, qui cum Romanis erat,* [3] *assumptus est. Eporedorix &*
*Vindomarus* [4] *princeps gentis nostræ falso proditionis crimine cir-*
*cumventi, quod cum Alvernis clandestina colloquia habuissent,*
*prærepta facultate defensionis occisi sunt. de fratribus meis ac pro-*
*pinquis loqui lacrymis impedior, omnium similis est fortuna. si mi-*
*hi non creditis, hos audite, quos ex ea cæde non Romanorum mi-*
*sericordia, sed ipsorum fuga subtraxit*; ad faciendam verbis fi-
137 dem subornati testes prodeunt, de conficta historia nil du-
tantes. His auditis territi omnes exclamant, Litavictum o-
rant ut saluti omnium consulat. *quasi non facti*, inquit,
*consilii tempus sit. non est de rebus certissimis consultandum.*
*imus igitur in Gergoniam, & Alvernorum signis nostra signa*
*jungimus. cui enim dubium esse potest quin Romani tanto sce-*
*polluti non hunc peccandi finem facturi, sed in nostram necem*
*lico cum nos viderint ruituri sint? Mortem itaque fugiamus.*
*qua datur in præsens ulciscamur occisos.* Erant in comitatu Ro-
mani cives, magnam vim frumenti & commeatuum reliquo-
rum ad castra Cæsaris deferentes; qui ut tutius proficisce-
rentur (ô mens hominum cœca & futuri inscia) sese illi
adjunxerant. eos [5] Litavictus ostendens digito: *occidant*
inquit *hos latrones.* paretur statim impiis præceptis. vix dum
verba finierat concursuque militum crudeliter interfecti sunt
& direpta quæ ferebant omnia. neque hoc contentus flagitio
Litavictus per omnes Æduorum fines hunc rumorem spargit,
suadetque omnibus idem facere quod ipse fecit, ut scelere
in

1. Lege, *desperabant.*
2. Lege, *impetratum.*
3. Lege, *absumtus.*
4. Lege, *principes.*
5. Lege, *Litavicus,*

mplicitos, vel errore impio à Romana disjungat amicitia. Erant cum Cæsare duo Ædui adolescentes egregii quorum upra mentio est habita, Eporedorix, prosapia ortus illutri, magnæque inter suos potentiæ, & Viridomarus, par gratia atque ætate; sed genere longe impar; hunc Cæsar ibi à Divitiaco commendatum, ex imo in altum valde proexerat, ita ut cum Eporedorige ipso de prioritate contenderet; de quorum cæde Litavictus apud exercitum mentitus rat ut diximus. ad hunc Eporedorigem circa medium noctis iujuscemodi rei fama pervenerat, & quid Litavictus dixiset, quid egisset audivit, & quid animo volveret cogitavit. tatim ergo nulla mora interposita Cæsarem adit, & proditionem aperit, futurus ipse mox proditor. re ut erat exposta, ducem orat, sua sapientia temerariis & iniquis juveum consiliis ut occurrat, nec permittat sibi populoque Romano amicissimam civitatem, paucorum, immo unius ho- 138
ninis mendacio alienam fieri; prævidere enim se animo fuirum, si tot milia Æduorum civium se ad hostes ducis liet fraude contulerint, ut vix civitas rem contemnat. Abcessit hoc nuntio somnus Cæsari. cura autem gravis accest, quod Æduorum res semper ei cordi fuerat, & periculm providebat. Et quoniam celeritatem eximiam res poere visa est, statim cum toto equitatu & quatuor expeditissimis legionibus castris egreditur, quæ temporis [1] exclusis ngustiis non artaverat ut decuit, sed ingenti spatio præsiium exiguum nonnisi duarum scilicet legionum sub [2] legaos Fabio dimisit. ante omnia tamen Litavicti fratres capi fferat. Illi autem ut cum fratre convenerant, ad hostes aulo ante profugerant. Ita fraudem omni ex parte constanm Cæsar intelligens, tanto intentius [3] capto procedit itire. inque ipso castrorum exitu hortatur suos; ne nocturlabore turbentur: esse enim, ut ineptum tempus [4] adndum sit, necessarium piumque iter; & debere pietate e duritiem superare; omnibusque alacritatem multam, que eundi cupiditatem gestu ac voce [5] signantibus proficitur. Et vigintiquinque milibus passuum exactis videt adverso venientem aciem Æduorum. præmittitque illis viam equitatum, qui illos impediat ac retardet, gravi omni-

1. Lege, *exclusus*.
2. Forte, *legato C. Fabio*,
3. Lege, *capto*.
4. Forte, *ad eundum*.
5. Forte, *significantibus*.

omnibus inhibitione proposita; ne quem prorsus occiderent: non severi judicis, sed pii more patris, castigare volens, non perimere. nominatim Eporidorigem & Viridomarum ire jubet & suos alloqui, ut videant eos cæsos non esse, sicut proditor ille confinxerat. Qui ubi ad Æduos venere, amicosque & notos compellare cœperunt, (nemo autem illos è toto agmine non & noverat & amabat) percussit animos illico vera consideratio. senserunt se præcipitem in locum sui ducis fraude perductos. Projectis itaque statim armis, & protensis ad Cæsarem manibus, cœperunt alta voce erroris veniam implorare. Litavictus vero intelligens inefficax [illegible] esse commentum, dimisso exercitu amplius non suo, cum clientibus suis qui eum more Gallico in nulla deserere poterant fortuna, equo stimulis adacto clam dilabitur, petitque Gorgomam. Cæsar nuntiis 1 Æduum missis, qui proditionem Litavicti, suamque clementiam nuntiarent, servatricem suorum civium, quos occidere belli jure licuit, non amplius quam tres horas noctis ad requiem suis dedit, [illegible] tus credo, ne nimio sopore marcescerent. Inde Gorgo[illegible] 2. duo interim pericula contigerant. nam & Alverni [illegible] gresso castra ejus 3 evaserant, & castrorum latitudo & paucitas defensorum & vis hostium rem in summum discrimen adduxerat. Id se primo die passum, proximoque [illegible] atque ad id se præparare Cæsari Fabius nuntiavit, is qui [illegible] gatus ad castra remanserat. & hic 4 ille nuntius, [illegible] viæ medio, occurrit. 5 Propter gressu addito acceler[illegible] ad castra nondum orto sole pervenit. 6 Et Ædui, Lita[illegible] de suorum cæde nuntiis auditis, in furorem versi omnes [illegible] hil amplius expectantes, nilque aliud requirentes, an [illegible] esse possent quæ veri utique faciem non haberent, sed [illegible] gentis audita quælibet pro compertis accipere solitæ: Romanos cives qui apud eos ceu fidissimos amicos securi agebant aut morte aut servitute depravaverant, bona diripuerant nil impietatis omiserant. agitabant animos latenti odio [illegible] censos avaritia, ira, temeritas, familiares pestes gentis illarum, & addebat stimulos furori Convictolitanis, Cæsaris munere summus Æduorum magistratus, summus Ro[illegible] nor[illegible]

1. Sic infra 107. *Æduum versus.* ac etiam 111. *Æduum accedat.*
2. Deest, *proficiscitur.*
3. Lege, *invaserant.*
4. Lege, *illi.*
5. Forte, *propterea.*
6. Forte, *At.*

ɔrum hoſtis ac ¹ Cæſar, horum conſiliorum auctor & prin-
:ps. Is ſua ſponte concitatum populum verbis urgebat, ut
ı illos adduceret, unde reditus nullus eſſet ad ſaniora con-
ia. Itaque & tribunum militum Marcum Ariſcium & ne-
ɔtiatores Romanos fide data Cabillone opido eductos in 140
inere contra fidem aggreſſi ſpoliant, ſeque in locum emi-
:ntem defenſionis gratia receptantes, die noctuque circum-
ſunt. ac multis ultro citroque occiſis, in diem poſterum
m majorem parant. Sed hæc agentibus atque parentibus
ıntius ſupervenit, decem milia illa ſuorum in poteſtate Cæ-
ris eſſe, vix Litavictum fuga ereptum evaſiſſe. Tum ſubi-
² dejecto metu ad tribunum quem obſidebant vultibus
utatis ſed non animis feſtinant: factum temere ſine con-
ıſu popnli excuſant: de bonorum direptione judicium in-
tuunt: Litavictum fratreſque ejus exilio condemnant, bo-
publicant. Super his ad Cæſarem legatos mittunt, qui
:tum purgent, veniam petant. & hæc omnia non fide ſed
:tu agentes; ſolita interim in ſecreto belli conſilia agita-
nt, urbeſque finitimas ad arma per nuntios hortabantur.
ılle beneficiorum atque honorum memoria exciderat. ſo-
:s Cæſareæ meminerant clementiæ. quæ cum omnes ad a-
ɔrem atque obſequium excitaſſe debuerit, multos (indi-
um quidem) ad injurias excitavit. poſtremo hoc eum ad
ɔrtem uſque perduxit, de quo ſuo dicetur loco. Nunc cœ-
a proſequimur. Itaque Cæſar etſi animos Æduorum no-
:at; legatis tamen eorum ad ſe venientibus benigniſſi-
ım reſponſum dedit: propter aliquot dementium vanita-
n, non ſe minus urbem ſibi chariſſimam amare: nec ſibi
ſſe in animum venire, ut quos ipſe tantopere diligat;
nperque dilexerat, ab iis parcius diligatur. Hæc legatis.
Ad ſe autem curis cor urentibus verſus, multa circumſpi-
ns, magnos undique conſurgentes ³ montes Galliæ prævi-
ɔat. ⁴ Dum interea quædam ſibi præter ſpem proſperio-
eventus occaſio ſe oſtendit. forte enim in eum collem,
:m captum & communitum, caſtris minoribus deputa-
n, foſſaque majoribus caſtris adjunctum memoravimus,
ctandi gratia conſcendenti; collis alter ab hoſtibus poſ- 141
us, apparuit vacuus cuſtodiis, quibus confertiſſimus eſſe



. Lege, *Cæſaris.*
. Forte, *& dejecti.*
3. Forte, *motus.*
4. Forte, *Cum.*

consueverat. Tum parumper gradum fixit admirans, rei causam quæsivit ex profugis, qui in dies ad eum multi ve niebant, audit ex iis, quod ab exploratoribus suis jam pri audierat, omnes inde evocatos ad muniendos aditus loci a terius, cui maxime metuebant; quod inde planum iter e ad opidum. quem aditum si Romani caperent, qui colle alterum jam haberent; tum sibi prorsus obsessi & secl suis, & exclusi ab omni libero discursu atque à pabulo debantur. Hoc audito recens cogitatio percussit repente a mum, locum illum occupandi. Erat autem natura & ma hominum aggestis perplexum iter saxis. & super duplic difficultatem, tria ibi hostium castra munitiones insede sed difficilia cuncta perrumpere virtus amat. Ostentatis l gionibus quasi aliud esset acturus, & hac illac per tene noctis magno strepitu discurrere jussis equitibus, & imm ris turbæ mulionibus galeatis, quo major ac strepentior a tus esset, omniumque animos errore ac pavore vario, incerta expectatione suspenderet; ipse hostibus in suspi nem trepidam adductis; legatis legionum quid paret ape quantumque periculi: 1 adversus quam occasione nos 2 lio sit utendum. Ut milites ergo suos contineant mo atque imperat ne vel pugnæ vel prædæ dulcedine rapi quo non expedit. Sic suos affatus, Æduos ascensu alt portas opidi proficisci jubet. Inde suis militibus signum accepto, rapidissime, unde unus ascensus videretur, ad nitiones obvias perveniunt. quibus dicto citius transi trina hostium castra corripiunt, tanta celeritate, ut 3 Ti timarus unus è regulis Gallorum dum meridiaretur in
B42 lo deprehensus, vix manus militum semisopitus & sem dus evaserit. Cæsar ubi quod animo decreverat actum receptui cani imperat. substitit legio quæ propinqua altera vero remotior, 4 ceu signo per distantiam non zo, seu fervore Martio impellente animos; quamvis re tibus legatis quibus hoc ab imperatore mandatum erat virtuti 5 tanti propriæ, & fugæ hostium confisa, & vi riarum suarum memoria nil judicans difficile; non pri sequi destitit quam ad portas opidi perveniret. Tant undique sublatus est clamor & clamori etiam mixtus rum

1. Videtur omissum, *in iniquitate loci sit ostendit*. Vid. Cæs. VII, 47.
2. Adde, *dedit*.
3. Lege *Theutomarus* ex Cæs.
4. Forte, *seu*.
5. Lege, *tantum*.

Romanos opido potiri : ut qui altera ex 1 ipso sese opido præcipitanter eriperent ; matronæ autem flentes veniam o-rarent , 2 nec , sicut Avarici gestum erat , fœminæ etiam atque infantes occiderentur. utque id facilius impetrarent è muris vestem argentumque projicerent ; quædam quoque per murum demissæ sese traderent in fidem & brachia Romano-rum militum. Lucius Sabinus octavæ centurio legionis , multis audientibus die illo dixerat , se præmiis Avaricensi-bus , quibus Cæsar muri illius ascensorem primum donave-rat , excitatum ; non passurum ut quisquam Gorgomæ mu-rum ante se scanderet. Is cum primus ad murum venisset , trium suorum ope manipularium in illum sublevatus , atque ipse eos 3 capti opidi speciem præbuerat. Sed temeritas ut sæpe læta principia , sic mœstos habet eventus. Alverni e-nim qui adversa in parte erant , audito capti opidi rumore, glomerati advolant , eligentes credo in defensione patriæ mo-ri potius honeste , quam turpiter in exilio 4 sustinere. & præcurrente equitatu nullo ordine cætera turba consequitur , seque pro muris objicit. hinc animus crescit obsessis , ut 143 matronæ, quæ modo Romanos sicut diximus orabant, jam passis more patrio capillis & 5 prætenti pignoribus, orare suos inciperent. Instauratur pugna locis omnibus, sed iniquo partium concursu. nam ex alto dimicant Alverni , ex infe-riore loco autem Romani , & pugna præcedenti & ascensu fessi. Quod Cæsar procul aspiciens , exitumque qualis futu-rus erat intelligens, legatum Titum Sextium cum expeditis cohortibus ad radicem collis misit , ut si suos terga dare con-ngeret, hostes ab insequendo repelleret. Ipse autem quo-niam locus pugnandi justa acie non erat , rei exitum anxius spectabat. Galli quidem loco & numero , Romani sola vir-tute præstabant ; quæ tamen ad ultimum mole hostium vi-a succubuit. Itaque Lucius Sabinus è muro , in quem pri-mus ascenderat , cum comitibus interfectus abjicitur , spera-que 6 loco præmii supplicii occupavit. Memorandum præ-terea in hanc ipsam horam facinus incidit. Marcus nempe Petronius legionis ejusdem centurio , dum portas frangere nititur , multitudine hostium circumventus , & plagis mul-

 tis

1. Supple , *ex parte.*
2. Forte , *ne.*
3. *Excipiens in murum extulisset.* ex Cæsare supple,
4. Puto deesse , *vitam.*
5. Lege , *prætentis.*
6. Forte , *locum præmii supplicium.*

tis afflictus, [1] ac versus ad socios; *quando* inquit *me ...
cum servare prohibeor, vos servabo, quos mecum gloriæ stud...
discrimen traxi: ite incolumes, dum parumper hos barbaros ...
tineo.* hæc dicens quasi adhuc integer in adversos invehit...
& duobus uno cæsis impetu, reliquos à portæ custodia ...
terim avertit. dumque sui comites, qui inviti & mœsti ...
deserebant, opem sibi nunc etiam ferre niterentur, ill...
loqui poterat: *frustra* ait: *jam me enim sanguis & vita ab...
tuunt. Quin me linquite igitur, &* [2] *nos moti dum licet ...
te.* sic vociferans insultansque hostibus ruit & moriens ...
144 profuit. His ac talibus suorum casibus Romani tandem ...
gravati, cæsis quadraginta sex centurionibus ac militibus ...
ptingentis, iniquo colle rejiciuntur. Fuisset fuga longior ...
largior cædes, ni prudentissimi ducis ex sententia, Ro...
næ se cohortes Gallis insequentibus objecissent. cumque ...
plana fugiendo, insequendo, atque obstando perventum ...
set; legiones ipsæ instructa acie stabant, quibus animad...
sis Vercingetorix, antequam se æquis locis crederet, ...
castra revocavit. hæc est legio ad Gorgomam fusa, ...
meminit Tranquillus in primo inter tres belli Gallici ...
versitates Cæsareas numerata. Et diei quidem illius reliq...
sauciis curandis aut humandis mortuis & feris querim...
sunt absumptæ, ubi dies proximus illuxit convocato ad ...
cionem exercitu Cæsar ita disseruit. *Habetis temeritatis ...
lites & cupidinis vestræ fructum, animo mæstum meo, ve...
men audacia atque insolentia non indignum. qui vobis ip...
agendum linquendumve, quo eundum, unde abstinendum ...
est, totum vestri ducis officium usurpastis. Atqui ego vestræ ...
litiæ ubi possum faveo: vos mihi, quod in vobis est meum ...
rium, abrogastis; qui signum receptui à me datum, qui ...
rum, imo meos ex illorum ore utiles monitus contempsistis, ...
que urgente nescio quonam animorum impetu ivistis, unde ...
dirent omnes, neque qui redirent, aut salutem suam, aut Ro...
num decus integrum* [3] *reporarent. an ignorabatis ut magn...
exercitus à paucis, sola locorum iniquitate superati sunt? ...
alias nesciretis historias, obliti eratis, ut nudius tertius ego ...
Avaricum, dum hostes equitatu ac duce nudatos, & per se ...
faciles ante oculos haberemus, quia tamen illis loci faveba...*

1. Forte, *conversus.*
2. Forte, *vos morti,*
3. Lege, *reportarent,*

*uitas* [1] *nostram nobilem indignationem ab eorum aggressione con-nui* [1] *nunquam victoriam desperarem; sed ne secum magni ali-uud afferret incommodi. vos & veterum & recentium obliti, ostes simul & naturam vincere voluistis. metite igitur quod sevi-is.* [2] *& cui plus misereor, metet ipsa respublica, tot viris for-* 145 *bus amissis, quanti nec Gergoma nec tota erat* [3] *Alverni.* Ego *uidem fortitudinem vestram miror; qua nec arduus mons nec mu-, nec castra hostium* [4] *circuerunt. sed non minus & superbiam · contumaciam vestram damno, qui plus vobis* [5] *inventuri præ-gio tributis, quam imperatori vestro; cui non jubere sed pare-tenemini, quique frustra datur exercitui, si ad nutum quisque um ire possit in prælium ac redire. rarum donum* [6] *animi bo-m providentia est: ideo pauci sunt boni duces, cum multi sunt lites animosi. Quæ quidem virtus si omnibus data esset, quid bellis opus esset imperatore; vestra nunc in acie quisque sibi fuit perator. ego tristium spectator eventuum, & stultitiæ castigator itus fui; qui profecto semper in militibus meis & modestiam & dientiam, non minus quam fortitudinem requiro. nolim tamen : hoc errore dejici, non terrere sed arguere, & castigare pro-itum est, reparare & firmare animos. errando discitur. Eri-ad alia in posterum cautiores. Neque enim quid iniquitas loci vestra* [7] *stat audacia, virtuti hostium imputandum est. hester-n diem fortuna suo egerit arbitrio: In reliquis vestræ fortitu-i ut spero vestræque prudentiæ morem* [8] gerat. his dictis con-atus milites ac pudore & [9] in errore concussos oratione naverat. Ipse vero bellis undique orientibus, propositum :undi ex his dudum locis cœperat. sed ne [10] aditus fugam eret, instructa acie è castris in apertum exiit, ut siquid tes auderent, se paratum invenirent. Vercingetorix cui ltum animi & plus erat virium, contemplatus abeuntem; : etiam in plana descendit, concursumque est equestri tan-ı levi prœlio, quo superior Cæsar in castra se retulit. sequenti die prœlium, parque eventus. quibus & Galli-ı jactantiam sat compressam, & suorum spes erectas ra-, ne vel hostes fugæ arguerent digressos; vel sui non tam 146 duci



Forte, *vestram.*
Forte, *sed, cujus plus misereor,*
.
Lege, *Alvernia.*
Forte, *arcuerunt.*
Forte, *de futuri,* aut *inani.*

6. Videtur *donum* expungendum esse.
7. Forte, *tulerat.*
8. Lege, *geret.*
9. Forte, *mærore.*
10. Lege, *abitus.*

duci ad alia, quam subduci præsentibus periculis se cre-
rent atque abduci: castra movit, nulloque hostium insequ-
te, Æduum versus, ubi maxime metuebat, institutum
arripuit. Erant in exercitu Eporedorix & Viridomarus
dui, quorum supra mentionem fecimus. hi magnis benefi-
præventi, & præsertim secundus, in multis sæpe discord-
in hoc uno tunc [1] imperio & ingrati animo concordar-
ut dominum & benefactorem suum non solum in necessi-
desererent, sed contra eum quoque nefarie conjurarent. Te-
tio ergo profectionis die simul eum adeunt, narrant Litav-
ctum concivem suum magno cum equitatu ad alienandas
tes popularium à Romanis in patriam profectum, & nec-
sarium esse ipsos prævenire, ut consiliis atque conatibus
jus occurrerent. Non fefellit circumspectissimi ducis ac-
fucata adolescentium oratio. senserat jam pridem erga
tantes Æduorum animos, & horum juvenum levitatem
tis indiciis jam ante notaverat. neque in dubium revoc-
quin horum profectio alimenta perfidiæ esset allatura,
quæ iis præsentibus latens adhuc proditio eruptura
ne tamen & liberum commeatum liberis hominibus
gando, videretur injurius, aut invitos detinendo
crederetur, licentiam dedit abeundi. digredientes
alloquitur. *Et ite*, ait *amici*, *quando sic libet*, *memento*
*& vestris civibus memorate*, *si forsitan obliti essent*, *mea*
*& populi Romani beneficia. Ego enim* ( *non antiqua res*
*te paucos annos cum vos Ædui humiles & conclusos in*
*gris fortunisque omnibus amissis*, *per vim obsides aliis ac*
*pendentes*, *vestris finitimis ludibrium*, *accepissem*, *non*
*pendio atque obsidibus liberavi*, *sed supra omnium*
[2] *gloriosus feci. ita ut ex misera seu miserabili fortuna*,
*sos toti Galliæ reddiderim. Ite inquam*, *mei & horum*
147 *bis dico memores: humanis etiam in rebus nihil* [3] *est fide*
*penitus.* illi autem quibus esset imis præcordiis affixa [4]
dia abiere illico, & verborum & rerum omnium &
ducis immemores. Itaque statim ut Noviodunum attig-
ubi Cæsar Æduorum fidei credens obsides ex omni Gall-
frumentum & pecuniam reipublicæ, & sua & exercitus
gna ex parte impedimenta deposuerat, equorum num-

1. Forte, *impii & ingrati.*
2. Lege, *gloriosos.*

3. Forte, *esse fide nobilius* [illegible]
4. Lege, *perfidia.*

ingentem in usus belli, ex Italia atque Hispania deducto-rum: Comperto quod Litavictus ab Æduis cum honore su-sceptus esset, & magistratuum ac senatus occursu, missique de amicitia publice ad Vercingetorigem legati, & tempus sibi audendi aliquid advenisse rati; nec contenti præda nisi cruenta crudelitate resperſa esset, opidi custodibus & Ro-manis negotiatoribus ad unum cæsis, quæcunque ibi reperta sunt, tanquam bello vel hæreditate quæsita; æquis inter se portionibus diviserunt; præter obsides, quos ad magistratus ab illis libertati reddendos deduxerunt. opidum vero ipsum sat validum extimantes, ne quando Romanis utile esse pos-set, flammis immissis exusserunt; & frumenti parte [1] ma-nibus quantum paucis horis licuit (erat enim in ripa Ligeris opidum) [2] annecta; parte aut [3] flammis injecta, ne quid penitus Romanis tanto ex opido superesset. neque his conten-ti duo illi egregii Cæsaris amici, colligere omni ex parte præsidia quibus Cæsari obstarent, ripas fluminis custodire, quo [4] cum transitum prohiberent. frumentaque omnia cor-rumpere aut asportare, ut eum si non aliter, saltem fame repellerent; qua in spe valde illos Liger amnis erigebat; li-quefactis auctus nivibus, ut vadari nusquam posse credere-tur. Cæsar hæc ita fieri audiens, credo cognoscere cœpit se clementiorem esse; non quam sibi, sed quam reipublicæ expediret. nihil tamen animo dejectus, sed perfidiam in au- 148
ctores vertere [5] cogitatis, celerandum statuit; ut si fieri pos-set cum hostibus ante congrederetur, quam eorum copiæ ex omni Galliarum angulo convenirent, quæ ante retroque in-numerabiles & immensæ erant Cogitabat autem Ligerim facto raptim ponte transire. Ad quem cum die noctuque nun-quam intermissis itineribus pervenisset, melius sibi quam pu-tabat accidit. Expeditissimi quidam equitum suorum vadum in flumine reperiere, altum quidem ac difficile, sed pro quali-tate temporis oportunum. Itaque quod persæpe & fecerat & facturus erat, transversis in flumine equis majoribus qui un-darum primum impetum sustinerent, salvum quidem licet usque ad humeros madefactum traduxit exercitum. Et quum præter omnium opinionem ac spem venerat, solo hostibus stupefactis aspectu, ingentem vim frumenti ac pecoris late



1. Forte, *navibus*.
2. Lege, *avecta*.
3. Suppleo ex Cæsare: *flumine aut*.
4. Lege, *eum transitu*.
5. Forte, *cogitans*.

effusi adeptus, egentes rerum omnium legiones, dispersa in-
ter eos rerum copia recreavit. Dum hæc ab imperatore tam
celeriter quam feliciter gererentur legatus vir fortissimus La-
bienus in perplexitatibus multis erat; profectus nempe cum
quatuor legionibus Lutetiam Parisiorum quæ in insula Seq-
næ sita erat, ubi nunc est totius transalpinæ Galliæ famo-
sior civitas fundata Parisius, magna ibi [1] multitudo hostium
exceptus, & nequidquam tentato transitu repulsus erat. [il-
nocturno inde silentio digressus Melodunum venit, opidum
tunc Senonum. & navibus inventis in flumine, introgressus
ac pene vacuum nactus locum; quod pars maxima accola-
rum Lutetiam ad bellum jussa perrexerat, sine contradictio-
ne aut ulla repugnantia eum cepit. Inde super amnem re-
cto ponte, copias transfert, atque illis terrestre iter ag-
bus, ipse secundo fluminis alveo Lutetiam repetit. quo pr-
cognito hostes opidum incenderunt, pontesque opidi, q-
rum alter dexteram ripam circumflui amnis, [2] levem al-
149 attingebat resciderunt. Ibi vero non Parisiorum solæ,
finitimarum omnes gentium copiæ constiterant, præp-
omnibus [3] Camulogeno, quo de cognomine Aurelio, i-
Aurelium invenio. hic vir senio gravis, sed rei bellicæ p-
ritissimus habebatur. propter quod hunc laborem co-
omnium coactus extrema in ætate susceperat. Sic se re-
habentibus rumores varii jactabantur: Cæsarem Gerg-
digressum ac Ligeri interclusum demum frumenti inopia
tima compulsum, in provinciam Romanam cis Rhoda-
concessisse: Æduos rebellasse: Galliam omnem in mot-
se. Quibus rebus Labienus ipse permotus, non pugna-
creverat. idque unum animo volvebat, qualiter [4] Ag-
cum, id opido nomen erat, unde discusserat, atque ubi p-
sidio imposito impedimenta dimiserat, salvas reducere
giones. Interim tamen & Bellovaci inter Gallos famosi,
tibus tantis accesserant, & rebellione Æduorum exciti o-
diu celatum aperuerant; jamque aperti hostes in armis e-
itaque [5] Parisiis inde Bellovacis, & va ia belli mole p-
sus & circumventus, consilium [6] invitavit ex tempore,
tuitque fortunam prœlii tentare; nocturna tempestate

1. Lege, *multitudine.*
2. Lege, *lævam.*
3. Forte, *Camulogeno, cognomine Aulerco.* Sic Cæsar.
4. *Agendicum* Cæsari.
5. Adde, *hinc.*
5. Forte, *mutavit.*

ida adjutus, exploratoribus hostium nil tale cogitantibus nterfectis, tota nocte tumultu vario & trepidatione multi-plici fugam simulans; cum sollicitos ac suspensos hostes us-que ad lucem tenuisset, subito constitit, & instructa acie nagnifice suos hortatus est, illud inprimis obsecrans *ut & ue pristinæ atque expertæ totiens virtutis, ac Cæsaris meminis-ent, eumque sibi fingerent præsentem, quo duce tot tamque cla-as victorias habuissent. Siquidem illius auspiciis etiam nunc pu-nari, & vel solam sui memoriam, fiduciam suis, terrorem ho-tibus, allaturam.* His dictis signum pugnæ dedit; pugna-um est magnis hinc inde animis, usque adeo ut Galli primo
mpetu una suorum parte propulsa, cæteri tamen quamquam 150
nultis vulneribus afflicti neque vultus averterent, & cum se-ptima legio clam immissa à tergo illos invaderet, terga qui-lem hostium vidit, sed minime fugientium. cæsi omnes, & pse quoque Camulogenus suorum usque in finem hortator egregius, nullo boni ducis officio prætermisso. sed ita sibi tatutum erat, ut vel decrepitus in prœlio moreretur. pars iostium quæ præsidio castris relicta erat audito prœlio ac-currit. sed & hæc in Romanos incidens, victorum impetum ion tulit, eandem cum suis sortem habuit: nisi quod illi fe-e omnes in prœlio, ex his perplurimi in fuga periere. Cum iac magna victoria Labienus Agediacum redit, inde ad Cæ-arem cum incolumi profectus exercitu. nec minus ideo Gal-orum populi conjurant; Æduis (quis credat) [1] actorisati-ous legati undique destinantur. si qui autem visi erant ad consensum lenti: Novioduni inventi erant omnium fere ob-ides populorum, quos ibidem Cæsar ut diximus sub Æduo-um fide reliquerat, hique eorum in potestate erant omnes; iorum ergo suppliciis hæsitantes terrebant; & nunc precan-lo nunc minando [2] suam sententiam protrahebant. Mittunt lenique ad ipsum Vercingetorigem legatos: petunt ut Æ-luum accedat, ibique de rationibus belli consilium ineatur. Paret ille [3] aut gravatim & illorum defectione lætus & bel-i cupidus gerendi. Cumque eo perventum esset petere eos in consilio non puduit (ô præsens impudentia) ut eis adversus imicum suum Cæsarem belli administratio crederetur: quam ultro oblatam, etsi non virtute animi, ac saltem verecun-

Ttt 5 dia

1. Forte, *auctoribus*.
2. Adde, *in*.

3. Forte, *haut*.

dia siqua esset, recusare debuerunt. id enimvero cum neg-tum, resque in controversia versa esset, Bibracto amplissimo tunc Æduorum opido consilium Galliæ totius instituitur, ad quod populi omnes convenire præter [1] Romanos & Lingones Treverosque, & illos quidem duos amicitia con-
151 tinuit Romanorum, hos tertios locorum distantia, & ius labor, [2] quam patiebatur eo tempore ab incursibus Germanorum. quæ res toto illos bello medios tenuit, ut in alteram partem inclinarent. In eo sane consilio commissa quæstione suffragiis; consensu omnium populorum Vercingetorix belli dux decernitur. cujus decreti pudore simul ac mœrore consternati Ædui. & è spe improba dejecti, tum primum & cognoscere Cæsarem cœperunt & fortunam suam non tamen ab incœpto resilire ausi, hinc Cæsaris, hinc Gallorum metu: tum primum quoque tumidi adolescentes Eporedorix & Viridomarus indignantes agnoscere potuerunt, quanto esset honestius sub Cæsare tali viro, & de eis merito quam sub Vercingetorige adversus Cæsarem militare. Ipse autem pridem factus, nunc refectus, quodque est certius, [3] contentione reformatus imperator Vercingetorix suo jam certior de statu, agit jam cuncta fidentius. edicitque omnibus ut equitum certum numerum conficiant, atque temperatumque illico est. quindecim milia equitum satis convenit. peditatu sane non alio quam quem habebat opus esse professus est, qui octuaginta milium erat. neque tamen prœlii fortunam totis his copiis experturum, neque rem justæ commissurum aciei Vercingetorix ajebat: sed quum abundaret equitatu, Romanos pabulo exclusurum, atque ita viros armis invictos, inedia ac fame victurum. neque arcere hostem à frumentis tantum, sed frumenta ipsa corrumpere suis persuaserat. [4] Sic privatis temporalibus incommodis perpetuam publicam libertatem quæri dictitans. Erat tumultuarius imperator ordinariis curis intentissimus quasi legitimis bene moratæ cujuspiam reipublicæ suffragiis ad imperium [5] accidissent. Inter alia quidem Allobrigibus bellum, quod cum Romanis sentire eos opinabatur, indi-
152 vit, unaque cum bello, animos eorum secretioribus nunciis

1. Forte, *Rhemos.*
2. Lege, *quod premebantur.*
3. Forte, *consensione.*
4. Forte, *His.*
5. Lege, *accessisset.*

ic promiſſis tentat ingentibus, [1] princeps perviam, civita-
em imperio provinciæ; ut quod una non poſſit [2] alter con-
equatur viam. Hoc adverſus Allobrogas bellum Æduis
:ommittit. qui congreſſi, multis ſuorum obtruncatis, ami-
:itiam Romanam utilem fuiſſe ſenſerunt, ſub qua dudum
ıonorati quietique vixerant. Cæſar interea in Sequanos pro-
iciſcitur. cujus iter Vercingetorix fugam ratus, ad conſili-
ım ſuos vocat: Et fugere quidem hoſtes ait, ac Gallicis fi-
ıibus abire. id in præſens [3] tis eſſe, ut Galli ſua antiqua in
ibertate remaneant; in futurum minime: nam quis dubitet
najore illos [4] viſu atque impetu reverſuros; occurrendum
ırofugis igitur, ut vel fugere nequeant, vel amiſſis impedi-
nentis nudi & inglorii fugiant, exemploque alios ſimili ter-
eant ab incœpto. Conſenſum eſt magnis potius animis,
ıuam conſiliis, & religioſiſſimum jusjurandum more gentis
nterponitur: *ne cui equitum ad filios ad parentes ad conjugem*
*it reditus, qui non Romanam aciem penetraſſet.* Tres acies Gal-
orum equitum fuere: totidem his Romanas Cæſar oppo-
uit. tribuſque ſimul eſt certatum locis, quo certamine, in
ubmittendis auxiliis ubicunque ſuos urgeri ſenſerat, Roma-
ıi ducis diligentia ingens fuit. Germanorum quoque equi-
um quos è Transrhenanis urbibus Cæſar acciverat, inſignis
ıpera [5]. Fuſo equitatu raptiſque & Cæſari præſentatis ali-
ıuot nobiliſſimis Æduorum, qui hoſtium in acie contra eum
uerant. Vercingetorix qui [6] illa nube peditum ſeorſum ſta-
ıat, cum eiſdem pugnæ exitum prævidens abſceſſit: ductis
ecum quos ducere licuit, ſequi juſſis cæteris, Alexiam opi-
lum quod non longe aberat gradu feſtinante [7] ſe contulit.
Caſtra præ portis opidi metatus Cæſar impedimentis tuto
oco poſitis, abeuntem reliquo conſecutus exercitu, ulti- 153
nam ſemper aciem carpendo, ſic inter eundum [8] decem mi-
ibus hoſtium obtruncatis; Alexiam cum veniſſet ad veſpe-
am, nocte illa ſubſtitit. ubi illuxit, quamvis altiſſimo ſita
n colle, & duobus prope [9] cuncta fluminibus pene inex-
ıugnabilis appareret; ſuos tamen cunctis difficultatibus aſ-
ſue-

1. Forte, *principes pecunia*,
2. Lege, *altera conſequatur via.*
3. Lege, *ſatis.*
4. Lege, *niſu.*
5. Adde, *fuit.*
6. Adde, *cum.*
7. Forte, *ſe contulit, caſtra præ portis oppidi metatus. Cæſar.*
8. Cæſar ponit, *tribus millibus*, quod magis veriſimile videtur.
9. Lege, *cincta.*

suetos exhortatus, vallo illam atque obsidione circumda[t], cujus ambitus decem milia passuum tenebat. [1] III ac XXIII castellis in circuitu erectis, [2] præsidiaque ad unumquod[que] adhibitis, maximeque nocturnis. quibus nondum peractis & obsessis adhuc nonnihil audentibus, equestre proelium ante urbem plana in valle conseritur. ubi cum victoria Romanorum, & multa hostium cædes esset; & quidam ex hostibus intra muros refugiendo castra desererent: priusquam [fuga] omnium nudarentur, claudi portas Vercingetorix jubet. Ante quoque quam vallum & munitiones Cæsareæ complerentur, omnesque præcluderentur ad egressum viæ; quod [in] castris atque in urbe rerum omnium penuria ingens erat, [a] se equitatum omnem obsidioni gravem & inutilem abdicare disposuit. Quibus tandem silentio noctis abeuntibus, ann[ixe] atque sollicita cura imperat, *ut urbes suas adeant, & pr[o se] quisque suos hortetur, ut universos ferendis armis idoneos in bellum mittant. neu se de libertate & gloria Gallicana; de[que o]mnibus sic meritum, inter manus hostium ludibrio deserend[um pu]tent; sed obsessis opem ferre festinent. opus enim esse celer[itate:] quoniam omni parcimonia quantumlibet exacta, paulo a[mplius] quam triginta diebus tollerari posset obsidio. properent erg[o ne] segnitie impia octuaginta milia electorum hominum suorum pe[rire] atque hostibus prodita pati possint.* Sic admonitis & em[issis] equitibus, ipse cum reliquis intra urbem se recipiens: a[c pe]-
154 cus frumentumque omne ad se relatum, parce nimium [&] maligne dispertiens, veri speciem præbebat obsessi; [non] eruptione; non armis; sed expectatione ac nuntiis bella gerens, auxilia undique postulans & expectans. Cæsar [e] profugis & captivis de statu certior obsessorum, munimenta & turres ac machinas, nec non frumenti & pabuli [ube]rioris abundantiam, & quidquid in talibus humano ingenio cogitari potest, quo [4] non à parentibus tantum, sed qu[ae]cunque fingi possent, periculis obviaret: tanto studio m[oli]rabat; ut legere ea vel audire difficile sit, quæ sibi fa[cere] quoque cuncta facilia victoriæ appetitus vel gloriæ facieba[t]. At Gallorum populi, suorum reditu admoniti, [5] quem arcto ad Alexiam res essent, concilio celebrato, & audi[tis] principum sententiis, nullo pacto negligendum sibi tant[um]

Ga-

1. Puto legendum, III *ac* XX.
2. Lege, *præsidiisque.*
3. Lege, *ne.*
4. Forte, *non præsentibus.*
5. Lege, *quam.*

Galliæ periculum [1] consuerunt neque tantum quod obsessus petierat imperator, cogere in bellum omnes qui arma possent portare ne in infinitum [2] cederet. sed singulis civitatibus certum numerum decreverunt. longum est singula prosequi, & quamquam notitiæ rerum [3] aliquid fortasse, non ninus tamen interdum tædii habiturum, quadraginta vel :irciter nomina urbium sunt. bellatorumque ex his equitum octo, peditum vero ducenta quadraginta milia redacta re-)erio. Cum hac tanta multitudine recenti atque integra, de-:em Romanis jam vincendo fessis legionibus ipsis hostium n finibus decertandum erat. & hæc tanta armatorum mo-es hostium non alibi quam in campis Æduorum, [4] nunc Cæsar in Æduos tollerantia, præfectisque Æduis Eporedo-ige scilicet ac Viridomaro, addito Comio Atrebatensi; ui omnes Cæsaris familiarissimi fuerant; explicita memo-atur. Sed excusant factum. quia [5] videt tantum studium ecuperandæ bellicæ gloriæ, & avitæ libertatis incesserat; 155
t neque familiaritatis atque amicitiæ fræno, neque ullo [6] be-eficio ab aliquo perceptorum obligatione atque memoria ohiberi possent. Eratque species impietatis atque perfidiæ micum nosse, nisi quod qui amicus & patriæ suæ esset, huic bertatis & gloriæ studio tanta inerat alacritas, tanta spes, uasi jam præsentis victoriæ anticipatio animorum, ut nul-us esset opinio, Romanos tanti exercitus clamorem atque onspectum, ne dicam vim atque arma passuros. præsertim m obsessi eos rebus cognitis quotidie eruptionibus exerce-nt; Jam inclinatis & defessis tamen subito novum pondus ccederet. Denique Vercasianenus Alvernus Vercingetorigis onsobrinus, omnium dux eligitur, datis è qualibet urbe ris prudentissimis, quorum consilio regeretur. his ille con-iis, atque his armis, plenusque fiduciæ ingentis Alexiam tit. Et hi quidem festinabant, obsessi autem consultabant: que vero facile magnæ res parvo in tempore expediri pos-nt. Hæc igitur tanta de tam distantibus locis hominum coacto in tam paucis diebus fieri nequivisset, nisi incredi-lis quidem consensus omnium affuisset. neque tamen omni-s animorum stimulis festinari adeo tanta res potuit, quin dies

1. Forte, *consueruunt. neque tamen.*
2. Forte, *crescerent.*
3. Forte, *mile.*
4. Videntur delenda hæc verba, *nunc Cæsar in Æduos tollerantia,*
5. Forte, *omnes.*
6. Forte, *beneficiorum,*
7. Forte, *coactio,*

dies trigesima à Vercingetorige prædicta transisset, totque dies alii, ut res ægre amplius trahi posset. Tum vero, qui miserorum mos communis, ad consilia concurritur. dicuntur [1] finem pro animorum varietate dissimiles. his deditio. his placet eruptio. his vita pacifica. his honesta mors. Erat inter consiliarios vir unus, magnæ inter suos opinionis. origo illi Alverna, clarum genus, durus animus, inflexibile propositum, nomen viro Tritognatus. propter quæ non ab re fortasse fuerit, auditis aliorum sententiis, quid iste suaserat audire. quamvis autem oratio ejus longiuscula, [2] in hac
156 omnium summa fuit. dixit, *eos qui deditionem suaderent* [3] *ut audiendi quidem, quoniam nomine deditionis fœdam & miseram suadeant servitutem. eos vero qui eruptionem, viriliter quidem hi qui, quod bene mori viris fortibus exoptandum sit: non tamen utiliter nec consulte satis quod eorum mors, non ipsos modo, sed illos quoque qui* [4] *eos auxilia veniant dejectura sit, inter funera tot cadavera non æquis animis pugnaturos. qui si neque ipsi ad diem venire, neque eorum nuntii per circumfusas hostium custodias pervenire poterant, nequaquam tamen de illorum fide dubitandum. appropinquare enim illos haud dubie: idque si aliunde non posset intelligi, ex ipsa Romanorum trepidatione castrorum posse perpendi, qui non tam anxie die noctuque operibus incumberent, nisi vim hostium adesse sentirent. harum* [5] *erga sententiarum una reprehensa, altera laudata quidem in parte, sed rejecta: suam sententiam suam dixit ut corporibus eorum qui inutiles bello essent viri fortes vitam sustentarent, donec preventi auxilio juvarentur. idque & factum docuit bello altero longe impari, quo Cimbri licet Gallias ante vexaverant. & nunc eo promptius* [6] *fiendum esse, quo Cimbri transeuntes, prædam non aliud quærebant: Romani autem* [7] *confidentes imperium quærunt. idque ex finitimis posse cognosci, qui victi ab eis, amissis* [8] *legionibus patriis, & perdita libertate, gravi jugo pressi sub immortali servitio ævum agunt. & si factum non fuisset, esset tamen faciendum; quoniam exempla virtutis ut à majoribus accipienda,* [9] *fit posteris fore tradenda, & fortitudinis opera viris fortibus inchoanda; multo magis igitur imitanda.* Hæc sententia Tritognati fuit, ferox quidem

1. Forte, *sententiæ.*
2. Forte, *tamen hac omnium.*
3. Lege, *ne audiendos.*
4. Lege, *eis auxilio.*
5. Lege, *ergo.*
6. Lege, *faciendum.*
7. Lege, *confidentes.*
8. Forte, *legibus.*
9. Forte, *accepta, sic*

dem, & ferocis [1] judex animi, atque ideo ne recepta quidem, sed dilata in tempus ultimæ necessitatis. adhuc enim in utrumque esuriendo licet & parcendo aliquot diebus [2] vinci poterat. deliberatum tamen in præsens, [3] & inepti ad 157
bellum vel sexu vel valitudine vel ætate pellantur; pulsi inprimis Mandubii, quorum erat opidum, quique eos amice suis muris exceperant: documentum evidens, ne quis armatos [4] losspites intra suum limen sponte recipiat, [5] cedant enim jura armis. hi vero cum conjugibus ac natis & annosis parentibus per suos pulsi patria, dum ad Romanas custodias venissent, gemitu atque obsecrationibus instant in servitutem ecipi, cibo refici. negat Cæsar, eosque unde venerant mox everti jubet. Dum talia obsessi agunt expectata aderant auxilia, quæ castris juxta Romana castra dispositis, die proximo omnem quæ ante Alexiam erat [6] complere planitiem. horrendum hostibus spectaculum, ni Romani; obsessis vero lætissimum. itaque conspectu ipso gaudium & gratulatio ingens fieri, quo assumpta fiducia portis egressi eruptioni ac prœlio præparantur. Cæsar ad omnia præsentissimo animo suas copias partitus, hos unis, hos aliis objicit. duobus manis prœliis ea in valle certatum est, tertio etiam ancipiti: eratque eo hostium incursus ardentior, quo suorum sub oculis pugnabatur, nec latere cujusquam virtus nec ignavia poterat. & pugnantes gestu & clamoribus ac Gallico juvabatur ululatu, tertio vero quo pugnatum diximus congressu, deo in extremo Romana res stetit, quod nisi Cæsar Labienum cum cohortibus, & inde [7] aliosque in tempore submisisset, & ipse demum mediam sese in aciem terrifico impetu onjecisset, labentemque rem firmasset, atque ita permiscuisset, ut nullus missilibus locus esset, sed gladiis omnia gererentur: denique sub quocunque duce alio [8] alibi & ruere omnia potuissent. magna est unius virtus hominis, magna fortuna. omnibus tandem prœliis victor Cæsar signis mul- 158
s militaribus ad se relatis, ingenti strage hominum facta ducibus multis cæsis, Vercasmellannum Alvernum auxiorum ducem omnium vivum cepit. plurimi interfecti. pau- fuga elapsi. Et nisi milites Romani tanto & tam vario labore

1. Lege, *index.*
2. Forte, *duci.*
3. Forte, *ut.*
4. Lege, *hospites.*
5. Lege, *cedunt.*
6. Lege, *complevere.*
7. Lege, *alios quoque.*
8. Lege, *labi.*

bore haud immerito fatigati insequi nequivissent; vix aliquis evasisset. missus tamen equitatus à Cæsare nocte media ad insequendum profugos, tum ultimos attigisset, multos capit, multos interficit. cæteri hac illac incertis fugæ vestigiis in patriam quisque suam abeunt, nuntiantque quæ viderant. At obsessi omni spe consumpta, & quid agant quid consilii capiant ignari, tali tandem Vercingetorigis oratione firmantur. *Ego* inquit *Deos omnes testor, bellum hoc non meæ, sed publicæ utilitatis consideratione suscepi, egique faciendum potui. fatis adversantibus rem* [1] *egressus expertusque omnia, ad ultimum victus sum. neque in me quidquam amplius; neque in alio quod videam spei est. cedendum jam fortunæ censeo. cui libentius fateor non cederem. sed ineluctabilis & invicta est. Unum cogitandum restat Romanis victoribus qualiter satis fiat. Itaque ego non aliter quam mei ipsius captivitate seu morte fieri sentio. Ad utrumque ego etiam æquo animo paratus sum, seu vivus seu occisus in manus hostium venire. Placemus Cæsarem, quem superare non possumus, ad quem de hac re legatos* [2] *mittendo censeo.* facile approbat unusquisque quod sine periculo suo est. Ita publico de consilio cum hac optione mittuntur ad Cæsarem legati. Ille [3] unum Vercingetorigem quam mortuum prælegit. Ipsum ergo qui tot motus exciverat, & reliquos principes hostium, solio ante castra residens suscepit. Illud in rege memorabile, quod cum ad Cæsarem pervenisset, projectis insignibus [4] regibus armisque & phaleris ante genua victoris, notissimam illam vocem edidit: [5] *Et habe* in-
159 quit, *fortem virum vir fortissime vicisti!* & hoc quidem dictum hancque deditionem Florus brevis & comptus historicus ad Gergomam factam dicit: ubi nil prosperum fuit. his credendum qui rebus interfuere. Arma præterea & captivos simul Cæsar accepit, quos omnes per exercitum, singula capita singulis divisit in prædam, præter Æduos atque Alvernos. hos [6] si retinuit, si fortassis eorum pretio recuperare populos illos posset, successitque quod intenderat. Nam profectus in Æduos urbem sine prœlio recepit. eo quoque ab Alvernis placata legatio sub idem tempus venit, fore in illius potestate futuros dicens. ipse magno numero obsidum

1. Lege, *aggressus.*
2. Lege, *mittendos.*
3. Forte, *vivum.*
4. Lege, *regiis.*
5. Lege, *En habe.*
6. Lege, *enim.*

dum [1] impetrato; quo eos fræno in fide atque obedientia contineret, utrique genti captivos suos ultro restituit. [2] multa erant circiter viginti. His gestis, exercitum ne uni provinciæ gravis esset, utque omnibus [3] sequi emergerent casibus promptius, & proximo subveniret, per idonea loca dispersit duas scilicet legiones in Sequanos, his præfecit Labienum, cui Marcum Sempronium Rutilium dat collegam. totidem legiones in Rhemos ne à Bellovacis [4] molestantur. his * Gajum Fabium & Minutium Basilium legatos præfecit. unam legionem in [5] Ambibaricos sub [6] Gajo Antistio. unam in Bituriges sub Tito Sextio. unam in Ruthenos sub [6] Gajo Caninio Rebibo. reliquas Cabillone ac [7] Matistone sub Quinto Tullio Cicerone magni Ciceronis fratre, Publioque Sulpicio secus [8] Ararum aprenem ad rei scilicet frumentariæ curam. [9] Ipsi autem Bibracte de quo diximus [10] Hybernorum opido hibernavit. hisque per litteras senatui nunciatis dierum viginti supplicatio Romæ fuit.

*Hic incipit octavus Commentariorum liber quem fecit Julius* 166
*Celsus. septem autem primos & usque ad hunc passum fecit ipse Cæsar, quamvis hic auctor aliquot in locis contradicit & male Cicerone teste & ipso Celso in prologo suo. &c.*

VIctor Cæsar non tam ipse per hiemem quiescebat, quam honesto labore fessus militibus quietem dabat; nunquam animo otiosus; semper in futurum providéns, & ventura præteritis conferens, adversusque omnia quæ casu aliquo evenire possent, quasi præsentia consilio jam intuitus, ut vix unquam sibi impedimentum [11] aliud accideret. quod etiam in morte ejus quidam opinati sunt, de quo suo dicemus loco. Et hæc quidem ipse victor. victi autem Galli nec quiescere poterant, & impositum jugum neque sustinere volebant, neque excutere valebant, indomitorum tamen ac fragilium more boum excutere nitebantur. hinc per urbes ac populos [12] tractatus varii & conjurationes, novarumque rerum stu-

Vvv

1. Lege, *imperato.*
2. Forte, *milia.*
3. Lege, *qui.*
4. Lege, *molestarentur.*
5. Apud Cæs. legitur *Ambivare-*
6. *Cajum*, & statim; *Cajo Antistio*, & post *Cajo Caninio Rebilo.*
7. Lege, *Matiscone.*
8. Forte, *Ararim amnem.*
9. Lege, *Ipse.*
10. Forte, *Rhemorum.*
11. Forte, *aliquod.*
12. Lege, *tractus varies.*

studia undique resurgebant; ac velut incipientium tempesta-tum murmura longinquis è littoribus resonabant. horum cau-sa [1] mortuum erat, quod Galli potentiam solam, quæ & ip-que magna erat, non virtutem aut fortunam suam metien-tes, dicebant, proque comperto habebant; vel si suas co-pias effudissent, non posse Romanos tot locis occurrere; vel si eas in unum contraxissent, tantum simul coactam sarcinam tollerare. Quod ultimum præcipue quam prudenter opina-rentur, prœlia ista novissima docuisse debuerant. Sed sunt multi qui nihil eventurum cogitare didicerint, nisi quod cu-piunt evenire. sic indomitum fortunæ caput suo substernunt desiderio, sæpissimeque falluntur. ex eodem fonte sunt, ut sua inter multos agitata consilia nunquam in hostium no-
361 titiam ventura; & quod ea vulgari nolunt, nec vulgari ea-dem posse confidunt. hæc in præsens Bituriges passi sunt. Si quidem Cæsar rebus apud Æduos rite compositis, pridie Ka-lendas Januarii, tempore [2] aut sane exercitum ad iter oppor-tuno, Bibracte digreditur. edicitque militibus, ut villarum incendiis abstineant, ne [3] ut exercitum pabulum deficiat, aut hostes territi spectaculo sese [4] intutum eripiant. Ita ingressi in Biturigum fines, unde hostilia nuntiantur, erumpit. præmissi equites prius in agris otiosos securosque rusticos deprehenderunt, quam aut fugere aut à quibus caperentur advertere potuissent. Sic multis hominum milibus captis, reliqui Bituriges per vicinas urbes salutem sibi, hospitii in-dulgentia, & privata fide, aut publica consiliorum partici-patione, quærebant. sed nequidquam: celeritate enim sua ubique Cæsar erat, quæ & amicos servabat, & dubios in fide firmabat, & hostes terrebat atque turbabat, neque ulli populo vacuum sinebat de aliena prius, quam de sua sa-lute curam gerere. Exclusi undique Bituriges [5] at semper promptam ac patentem omnibus misericordiam Cæsaris confu-diere; datisque obsidibus sunt recepti, non ad impunitatem modo, sed ad gratiam, ita ut cum jam digressus legatos eo-rum recepisset, opem poscentes adversus Caruntes, qui se prœliis lacessisse dicebant, non tantum miserit auxilium, sed tulerit, eoque cum copiarum parte perrexerit. quæ ditatis prædis ingentibus, cum Caruntes difficultatum ad extre-

1. Lege, *motuum.*
2. Forte, *haud sane exercitui.*
3. Forte, *aut exercitui.*
4. Lege, *in tutum.*
5. Lege, *ad.*

redegisset, pro parte [1] animi adversa satis actum ratus, ho-
stium distraxisse contentus, ne quid ex hiberni consilii semi-
nibus bellum gravius vere nasceretur, abscessit. Dum ecce
Rhemorum legatio querentium, Bellovacos inter omnes Gal-
los bello claros, exercitum comparare ut Suessionem suam
urbem invaderent. duces esse Comium Atrebatem amicum 162
quondam Cæsaris, Corbeumque [2] Bellovacum, cui maxi-
me ab omnibus pareatur, quod ei ante omnes Romanum
nomen odio esset ingenti. Non censuit Cæsar expediens ne-
que honestum socios bene meritos in tanta necessitate dese-
rere. itaque hyeme media, nec sibi parcens nec militibus,
cum quatuor legionibus eo profectus, positis castris, cogni-
tisque hostium consiliis, comperit nullum fere præter rusti-
cos in ædificiis inveniri. demigrasse omnes Bellovacos armis
idoneos, & cum eis aliarum quinque populos civitatum.
Ito uno omnes in loco & paludibus [3] cepto castrum meta-
tos consedisse, Cæsaris expectantes adventum; ut si cum
tribus, ut fama erat, legionibus veniret, prœlio decerne-
rent; si cum multis, loci se difficultate defenderent, & in-
opia pabuli ac frumenti, & asperrima parte anni, quæ pro
is omnia contra Cæsarem militarent. Quæ ille audiens, sat
matura & minime barbarica consilia judicavit: in id ma-
xime intentus, ut manus hostes, spreta suorum paucitate,
consererent; fidens secum paucos quidem numero, sed ex-
pertos bellis spectatæque virtutis viros esse, quos nulla mul-
titudo hostium, nulla vis frangeret. Itaque convocatis mi-
litibus, & patefacto hostium consilio, hortatur suos, ut &
more solito fortiter se habeant, & globatim prodeant, quo
paucitatis opinio hostibus augeatur. Ipse tres in fronte le-
giones quanto quivit arctius, impedimenta in medio, legio-
nem unam in fine constituit. neque tamen hoc commento
hostes elicuit. Etsi enim illos ad prœlium paucitas hortare-
tur; subitus tamen dehortabatur adventus, qui (ut erat)
ingentis plenus fiduciæ videbatur; loco sese altiore continue-
rint. Cæsar castra hostibus [4] potuit viciniora committunt.
illo supra communem modum ac turribus crebris & vali-
is. id duplici fiebat ex causa ut & hostibus fiducia, opi-
nioque Romanorum metus accresceret: & cum legiones pa- 163

Vvv 2 bula-

1. Forte, *anni.*
2. *Correumque.* sic Cæsar.
3. Forte, *septo castra.*
4. Forte, *posuit viciniora: communit vallo.*

bulatum longius proficiscerentur, pauci possent de se forti
claustra defendere. in medio [1] utrumque castrorum his at-
que illis urgentibus sæpe levibus prœliis certabatur. & sæ-
pe Romani pabulatores locis longe lateque distantibus, quo
eos sua quemque necessitas urgebat, unus alterque deprehen-
debantur. quod etsi nonnullius damni esset, æquo tamen id
animo ferebat Cæsar, Barbarorum spes [2] manes parvisque
successibus [3] inestandas sperans. Accedebat auxilium Ger-
manorum equitum per eos dies à Comio Atrebate deducto-
rum, qui etsi pauci essent, nempe non plures quingentis,
auxerant tamen spes Gallorum. his etiam illud addunt:
Nam Rhemorum equites, dum avidius hostibus [4] sufulta
in insidias lapsi, præfectum equitatus & principem civitatis
amiserant, Vertiscum nomine, virum grandævum, sed pe-
ritum belli; qui Gallorum more, laborioso [5] delectus offi-
cio ne uti quidem justa ætatis excusatione [6] consensit.
Creverant hostibus animi hoc eventu. sed quæ facile crescunt
cito occidunt. Paulo post Germanorum, qui sub Cæsare e-
rant, aliquot equitum incursu primum quidem loco moti,
mox in fugam versi, [7] resistendo constantiam amisere, n
deinceps ausi nisi per insidias. hisque ipsis infeliciter usi,
eorum fraude Romana virtute superata, equitum peditum-
que multis milibus amissis, ipso cum duce, implacabili
Romanorum hoste Corbeo, qui nullo periculo moveri c
vit ut fugeret; [8] nullus victorum hortatibus, nulla spe ve-
niæ oblata flecti quivit, ut se dederet, pugnans mori maluit.
fracti ac dejecti animis cum adesse Cæsarem audirent; cla-
gore tubarum velut ad consilium congregati, unanimi cla-
864 more diffiniunt mittendos ad eum obsides ac legatos,
tamque ad misericordiam convolandum. Nullus ab hoc co-
silio dissensit præter unum Comium, qui metu digni sup-
cii fuga deditionem declinavit, atque ad Germanos se co-
tulit unde [9] equitum nuper adduxerat. Legati cum ad Cæ-
sarem venissent ad genua provoluti verba in hanc [10] fiere
sententiam. *Parce Cæsar parce, non propter degeneres a-
stros tuam nobilissimam corrumpe naturam. nisi peccarent*

1. Lege, *utrorumque.*
2. Forte, *magn...*
3. Lege, *inestandas.*
4. Lege, *subsultant*, vel *insultant.*
5. Lege, *delectus.*
6. Forte, *poterat.*
7. Lege, *resistendi.*
8. Lege, *nullis.*
9. Forte, *equitatum.*
10. Lege, *fecere.*

*nes, segnis esset & otiosa clementia, quæ non minus tuum nomen quam omnes bellicæ laudes omnesque victoriæ clarum fecit. Da veniam erroribus nostris, eoque supplicio contentus esto, quod ipsi nobis intulimus, quod tu nunquam, si bene te novimus, intulisses. peccavimus, non negamus: sed peccati nostri gravissimas pœnas damus. amisimus opes nostras & vetustam gloriam, & mares & viros amisimus. nihil nobis est reliqui præter tuam misericordiam. de illo solo speramus quem offendimus. hoc tantis in malis boni est, quod simul & Corbeus omnis mali auctor occubuit, quo sospite* [1] *unquam nobis resipiscere licuisset. ille plebem miseram quocumque libuerat concitabat. Plus ille unus quam senatus noster, quam* [2] *princeps, postremo quam tota civitas poterat. gaudemus periisse dum ille perierit.* Et Cæsar ad hæc: *& anno altero primi furentium, ultimi resipiscentium fuistis, & nunc nulla nostra culpa bellum nobis intulistis. sed enim fecit hæc Corbeus solus; nullum in aliis crimen est; libet id quidem opinari: scio tamen quam accusare mortuos nec responsuros leve est. Sed nunquam tantum unus in populo potest, quin plus possit universa nobilitas, si ad salutem publicam bona fide concordet. Ego autem non omittam morem meum in vobis; parcam vel indignis; non quid vos deceat aspiciens, sed quid me. vos peccastis, & vos vobis pœnam irrogastis qua contentus aliam non imponam.* Datis obsidibus pax convenit, secutæ exemplum urbes reliquæ quæ cum illis conjuraverant, & petentes similem clementiam invenerunt. Jam quod ad publicos attinebat motus compressa & 165
pacata omnia videbantur præter Treveros, nunquam nisi per vim imperata facturos, eo Labienum cum duabus legionibus dirigendum statuit. [3] Superant tamen, ut ex magnis ægritudinibus solent dolores aliqui membrorum, sic ex gravibus bellis privatorum hominum singulares motus ex hac aut illa parte migrantium sedesque mutantium, nullam aliam ob causam, quam ut Romanum imperium detrectarent, cui nec obstare poterant, nec subjici [4] dignantur. Fugæ remedium per difficultates elegerant. Hos motus neque comprimi magno opus apparatu, neque omnino negligi consilium erat, quamobrem dividere legiones sub legatis per extrema Galliam statuit, quibus & fugam rebellium, & injurias fidelium liberet. Quo facto ipse quidem ad vastandos sui antiqui

 ho-

1. Lege, *nunquam*.
2. Lege, *principes*.
3. Lege, *Supererant*.
4. Forte, *dignabantur*.

hostis Ambiorigis Eburonum regis fines proficiscitur. qu neque armis vincere semper prœlio abstinentem, neque c su assequi sæpe fuga præcipiti sibi elapsum sperans, ex bat vastitate finium ac [1] damnum sic invisum patriæ su cere, ut consensu civium belli auctor perpetuo plecte exilio, & ipse interim vel amicis opem, vel hostibus pe aliquam importaret. copiis [2] usquam diffusis, utrumque tive accidit. nam & fines Ambiorigis multis captis cæ mortalibus ferro atque igne vastavit, & per legatos in amicis subvenit egentibus, nominatim Pictonum in fin [3] Andio Duracio populi Romani amico stabili semp fido, qui tunc temporis ad Limonem obsidebatur ab [4] dimaco: qui ad famam adventantis auxilii Romani in f versus atque inter fugiendum prœlio victus, ac sarcin mnibus spoliatus vix evasit. Duracius obsidione liber multæ per id tempus urbes in potestatem populi R

166 redactæ & in fidem receptæ sunt. in quibus fuere Ca qui fere semper eatenus obstinati in rebellione perman quorum exemplo motæ urbes aliæ Galliarum Ocean colentes, quæ dicebantur Armoricæ, sponte Roman colla subjiciunt; quæ omnia per Gajum Fabium gest At Gajus Caninus Drappentem [5] Senonem & Luct Cadurcum audacissimos nocentissimosque homines; qu nata servorum [6] exiliumque ac latronum manu, & R nos commeatus turbare, & late latrocinari soliti era in finibus Cadurcorum obsedit primum, dehinc autem [7] sselledunum [8] id opido, obsidebantur, erat nomen, co tandis intentos aggressus, Lucterium seorsum ita aci dit, ut vix eo cum paucissimis fugiente, sui ad unum cæderentur. neque enim quemquam scelestorum furum mani milites vivum capere dignarentur. tanta denique ges fuit ut ne unus quidem superesset, qui rei nunti Drapentem iret, qui ut puto rerum nescius in castris & fortasse socium expectans, subito hostium incursu strage deletus est. hoc interfuit, quod alter suis perem

1. Lege, *damno enim.*
2. Forte, *itaque.*
3. Dele, *ab.*
4. Lege, *a Dumnaco.* Sic apud Cæsarem legitur.
5. *Drapetem & Lucterium* est in Cæsaris libris.
6. Lege, *exulumque.*
7. Lege, *Uxellodunum.*
8. Lege, (*id oppido, quo ... tur, erat nomen*) *comportandis ... tis intentos.*

ıbierat, hic in manus hostium vivus venit. paucisque post
liebus seu dolore captivitatis & fortunæ seu [1] odio, seu me-
u supplicii gravioris, spontanea cibi inedia vitam finivit.
His feliciter fortiterque per legatos gestis, Cæsar relicto in
3ellovacis Marco Antonio cum præsidio, ne quid novi tu-
nultus oriretur, per se ipsum urbes alias invisit. evocatis-
que ad concionem populis, oratione miti ac magnifica, qua
n re principes omnium seculorum vicit, & præstantissimos
oratores æquavit; multa undique perturbata composuit.
ıam & amicos [2] illa ravit, & hostes placavit, & dubios
irmavit, dejectos [3] eripit, & mœstos ac pavidos consola-
us est. Inter cæteros populos cum Caruntes adiisset, unde 167
ıt diximus multa rebellio orta erat, cogitans eos plus cæte-
is omnibus propter offensæ conscientiam formidare, mox
ıt urbem attigit, conjurationis auctorem [4] Gutturarium de-
oposcit. is vulgato more hominum, qui libenter commune
omnium periculum unius in caput vertunt, quæsitus à popu-
o diligenter & inventus cum ad eum adductus esset, vim
ıaturæ suæ Cæsar attulit; utque unius supplicio metu omnes
ıbsolveret, illum à quo damna & mala omnia exercitui il-
ata omnium una voce constabat, militum odio permisit,
& securi percuti passus est. Cæsari apud Caruntes agenti lit-
eræ redduntur à Cannio legato, de strage hostium, Lucte-
iique fuga & captivitate Drappetis, insuper & de opidano-
·um immutabili proposito, qui nec ducum eventu, nec ex-
ercitus flecterentur. quæ res, etsi admodum parva, animum
lucis movit; ne scilicet unum opidum multis urbibus argu-
nentum esset, non sibi superioribus bellis ad defensionem li-
bertatis, tam potentiam quam constantiam defuisse: & po-
uisse urbes teneri, cùm opida tenerentur. hanc opinionem
extirpandam, ne qua forte novandarum rerum esse posset oc-
asio; & obsessorum pertinaciam penitus confringendam cen-
uit. [5] ** Itaque cum sic opidum ab omni parte circumda-
um esset, ut nil operibus addi posset, & obsessis rerum co-
piam omnium esse sentiret, aquam eis auferre tentavit, &
lumen quod præterfluit ad radicem montis avertere. cum-
que id natura rerum obstante nequivisset, at hostes usu sal-

 tem

1. Lege, *tædio*.
2. Lege, *hilaravit*.
3. Forte, *erexit*.
4. *Gutturavum* est in Cæsare.

5. Nonnulla hic deesse suspicor, cum de adventu Cæsaris Uxellodunum nihil dicat.

tem fluminis prohibere nisus erat. positisque ad unam ripa sagittariis, alterius aditum præcluserat. Erat autem fons vivus & abundans haud procul à muris opidi, is auferri nullo modo posse videbatur, quum præter loci iniquitatem periculosa esset pugna Romanis. labore tamen ingenti & indesinenti certamine effecit, ut ad fontem telis venientibus
168 periculosa hostibus & difficilis esset aquatio: unde non tantum pecora sed homines plurimos sitis extinxerat. neque tamen vel minimum proposito movebantur. sed ut periculum periculo pulsaretur, sevo & pice ardentibus & apte injectis, ignem in opera Romana jactabant. atque ita multi exustis sitim suam alieno incendio vindicabant. Ibi vero contra flammas & contra tela & contra ipsam loci difficultatem à Romanis acerrime decertatum est, eoque ardentius quo altiore in loco dimicabatur, ut cujusque virtus & ignavia ab imperatore totoque conspiceretur exercitu. quia tamen difficilima res erat, & multi ex Romanis assidue vulnerabantur; excogitavit aliam viam Cæsar, & omisso certamine impari ac damnoso, cuniculis sub terram actis, ut ipsius jam fontis venas penetrando [1] perveniat. quibus præcisis atque aliorsum derivatis, subito fons siccatus est. quæ res intrinsecis tantum doloris attulit ac stuporis, ut non humanum opus crederetur, sed divinum, & quasi Romani bello diis auxiliaribus uterentur, territi desisterent ab incœpto, atque ultima vi cogente, se traderent ad omne victoris arbitrium. Senserat pridem Cæsar, ad res gerendas suam sibi obstare clementiam, quo animo nullum finem rerum fore si omnibus æque pius omnes ad rebellandum spe misericordiæ incitaret. sed invitus contra suam [2] contraque suum morem quidquam durius cogitabat. ex diverso autem suam mansuetudinem sic notam omnibus confidebat, ut minime vereretur si quid asperius [3] ne quid severitate actum non potius necessitate [4] judicaret. hac fiducia & ex causa inductus, in omnes qui illo in opido contra eum arma gestaverant insuetum sibi supplicii genus exercuit, quibus in terrorem cæterorum præcisis manibus vitam dedit. Per hos ipsos dies Labienus equestri prœlio Treveros vicit, multis-
169 que eorum ac Germanorum qui eis tulerant tulissentque auxilium

1. Lege, perveniret.
2. Adde, naturam.
3. Adde, fecisset, scil.
4. Forte, judicaretur.

nnibus contra Romanos auxilium, interfecit. multos ex principibus vivos cepit; & Lucterius Cadurcus quem victum Canuio profugisse memoravi, cum creberrime mutaret hospitia, ut qui sibi male conscius nusquam tutum se putaret: & sic vagus forte in manus venisset Erpasnacti Alverni, qui inter tot patriæ suæ motus semper amicitiam populi Romani uno fidei tenore servaverat, per eum vinctus ad Cæsarem est perductus. Rebus itaque ad votum fluentibus, Cæsar omni Gallia perdomita suum credidit, Aquitaniam licet per legatos victam per se adire, ibidemque agere quid superesset æstatis. Eo igitur profectus, omnes illas terras, incertum, utrum majori felicitate an celeritate composuit: cum certatim omnes primo ejus adventu & obsides ad eum mitterent, & legatos, eligentes benivolentiam tanti viri potius quam potentiam experiri. Inde Narbonam adiit, divisisque legionibus per hyberna, sic ut nulla pars Galliæ præsidiis vacua esset, ipse cognitis inter eundum causis populorum, ad quod nemo aptior, nemo fuit facilior, cognitis & meritis singulorum, & pro varietate meritorum pœnis aut præmiis assignatis; iter flexit in Belgas. ibi proximam hyemem egit. corpore forsan otiosior, quam ætate, sed non animo. & quamquam præteritas per hyemes ad sequentium semper æstatum bella sollicitus fuisset, nunc una illi cura erat omne belli semen extinguere, nihil armis, sed omnia mitibus actis, dulcibus verbis agere, amicos veteres servare, novos quærere, nulli malum facere, bona omnibus, nil novi ¹ operis imponere multis ² veteris vel minuere vel auferre. denique modis omnibus curare, ut discedens pacatam relinqueret regionem; & cessante bello ad triumphum rediens, victorem exercitum reduceret, quod sibi contingere bello durante non poterat. effecitque sperato quoque facilius quod optabat. nam & ipse ad talia semper omnium efficacissimus: nec bello quam affabilitate; nec metu quam con- 170
ciliatu hominum major. & fessa bellis Gallia appetentissima pacis erat. eo quoque magis, quo & dux semper natura mitis, nunc mitissimus: & parendi melioribus conditio semper tolerabilis, nunc optabilis ac libertate ³ anxia videbatur. Ipse quidem hybernis exactis apud Belgas, jam præsagiens



1. Lege, *oneris*
2. Lege, *vetera*.
3. Forte, *potior*.

giens civile bellum, in Italiam venit, ut omnes urbes & fa-
mosa opida cisalpinæ Galliæ circumeundo, populorum gra-
tiam sibi conciliaret. à quibus omnibus plus quam huma-
cultu ac veneratione susceptus, rursus transalpinam in Gal-
liam remeavit ad exercitum, suspensus animo atque exp-
ectans quid de se Senatus & respublica decrevisset. Hi su-
quidem multorum annorum Cæsaris labores in Galliis, h-
difficultates, hæc pericula; uni magno imperio nedum u-
viro multa satis & gravia. quorum summam complexus e-
Suetonius Tranquillus his verbis, quæ inserere juvat prop-
eximiam brevitatem. Gessit, [1] inquam, novem annis, q-
bus in imperio fuit, hæc fere. omnem Galliam quæ à sa-
Pireno Alpibusque & monte Gebenna, fluminibus Rheno
Rodano continetur, patetque circuitu ad bis & trecies ce-
tum milia passuum, præter socias ac benemeritas civitat-
in provinciæ formam redegit, eique in singulos annos [2] st-
pendii nomen imposuit. Germanos qui trans Rhenum inc-
lunt primus [3] Romano ponte fabricato aggressus, maxim-
affecit cladibus. Aggressus & Brittannos ignotos antea, s-
peratisque pecunias & obsides imperavit. Et hæc ille, q-
nos latius in historiæ formam nostro more digessimus.

Et arma quidem Julii Cæsaris clara hactenus, glorio-
magnifica. etsi enim in nonnullis actibus modus fortasse d-
171 cederetur, quem in multitudine actuum, præcipue bello-
rum, ad unguem servare difficile: Etsi Suetonii, quem p-
ximo nominavi, de ipso loquentis plane ista sententia:
*Siquidem nec [4] dictum, ait, belli ulla [5] actione injusti ac pe-
culosi abstinuit, tam fœderatis quam infestis ac feris gentibus u-
tro lacessitis*. Ac constat utique gloriosum nihil esse quod [6] inj-
tum sit Quamvis hæc inquam ita sint, & possit forsan u-
alterque actus argui: summa tamen irreprehensibilis vi-
potest. * Pugnare, propriam & suum & imperii sui nom-
crebris ac maximis ornare victoriis, & Romana virtute f-
rorem compescuisse barbaricum. itaque generosis conatib-
affuit fortuna, & rebus supra spem supraque fidem prosp-
succedentibus, idem ille senatus qui legatos ad exploran-
statum Galliarum mittendos aliquando decreverat, & i-
ipi

1. Lege, *inquit*.
2. Lege, *stipendii nomine quadringenties*.
3. Forte, *Romanorum*.
4. Forte, *deinde*.
5. Lege, *occasione*, *ne injusti* ... *dem*.
6. Forte, *injustum*.

ipsi qui dedendum hostibus censuerant (gravi prorsus & o-
diosa sententia) admiratione rerum, gloriæ tandem suæ fa-
verunt, eique plures & plurium dierum supplicationes, quam
ulli unquam decrevere, ut & historicus idem ait, & ex præ-
missis [1] aperuit. Deinceps eadem arma impia & injusta &
in viscera patriæ miserabili alternatione conversa: Quamvis
enim & his magna non desit excusatio, vere tamen nulla suf-
ficiens causa est contra patriam arma moventibus. de [2] qui-
busdam jam hinc agere aggrediar. Dictum est multis in locis
& dicendum pluribus: *Nulla unquam magna gloria sine magna
fuit invidia.* ut memorabile sit quod fertur Socratis consi-
lium, qui quærenti Alcibiadi qualiter invidiam vitaret: *vi-
ve* inquit *ut Tersites.* sic est hercle. Si vixisset domi Cæsar o-
tiosus, voluptati & somno incubuisset, haud dubie hostibus
& invidia caruisset. sed cum Galliam domuisset, Roma-
numque illam jugum ferre coëgisset, vectigalia populi Ro-
mani immensum auxisset, Germanos ut est dictum cladibus
affecisset maximis, quos tamen vincendo ac vastando, ita 172
sibi virtutis admiratione devinxerit, ut usque in præsentem
diem gubernatores imperii (quod ad eos ideo vereor descen-
dit, ut rueret) non alio quam Cæsaris nomine vocitent vul-
gari in sermone: cum & Brittannos similiter subjugasset Rhe-
numque, ne amplius limes esset, atque ipsum etiam [3] do-
cuisset Oceanum; multa & magna agendo atque audendo,
multorum & magnorum in invidiam incidit. O mortalium
semper laboriosa conditio, semper disposita vel contemptui,
vel invidiæ subjacere. Erant Romæ multi viri ingentes, quo-
rum quisque sibi primum locum gloriæ vindicaret. Inter i-
no ante alios magnus nomine, re autem maximus Pompe-
us. cui Cæsar ut amicum illum sibi faceret, filiam Juliam
optimam & viri amantissimam collocavit. sed ad odium
pronas mentes ad amicitiam detorquere difficile. valere ta-
men poterat ad publicam pacem, si aut ipsa vixisset, aut
onceptum subita consternatione non effudisset abortum.
unxit & alio nexu sibi Pompejum Cæsar, priusquam iret
n Gallias. & ut glutino stabiliore consisterent, Marcum
Crassum ipsi Pompejo à quo veteri odio diffidebat, recon-
iliavit. ut tribus potentissimis, nullo contrario auso Ro-
mana

1. Lege, *apparuit.*
2. Forte, *quibus,*
3. Lege, *domuisset.*

mana Respublica, & per consequens totus orbis obseque-
tur. 1 aut sane commentum rude vel 2 insulsissimum: f
fortuna more suo rotans res humanas, omnia ad unum d
volvebat. & Pompeji quidem auxilio primum Galliam a
que Illiricum provinciam adeptus, mox cum L. Domiti
consularis candidatus minaretur, si ad consulatum perve
ret, & inquisiturum contra eum, & sibi exercitus adempt
rum: ipsius quoque Pompeji, simul & Marci Crassi ope
& adversarium a consulatu repulit, & obtinuit sibi imp
rium in quinquennium prorogari. quibus obtentis eo fastu
est evectus, ut jam nihil sibi credens impossibile & legion
273 novas auctoritate sua scriberet, & nihil quod ei in anim
venisset, aggredi vereretur. Quibus rebus ego culpa Cæ
rem non absolvo, fecit quidem, non inficior, quibus i
ram immo dominam gentium civitatem in stuporem p
post in iram verteret. forum 3 per maxime impensæ ca
extruere è manubiis, quæ non 4 sui erant sed populi Ro
ni. disciplinam militarem, publice solitam doceri, ad se
duxit, ut privatim suo doceretur arbitrio: quod & for
sibi suo jure licuerit, ut qui partem in ejus rei peritia
haberet, fuit tamen contra mores atque instituta majo
quorum semper observantissimi fuerant Romani. legion
in omne tempus stipendium duplicavit. quod quidem
exercitui gratissimum fuerit, eumque militibus charis
fecerit, sic ut charior nemo unquam alius; sumptuosis
tamen reipublicæ fuisse non ambigitur. & hæc quidem in
suos. Apud exteros vero reges gentesque præter licen
Senatus ac populi miras exercuit libertates, non ut dux
puli Romani, sed ut dominus aut rex. neque solum in I
lia, Galliisque & Hispanis, sed in Asia etiam & Græc
& dona 5 indigentia & auxilia eis misit, & eorum urb
præclaris operibus adornavit. 6 quem omnia etsi contra co
suetudinem Romanorum ducum, aliterque ac mos patri
exigebat, facta non negaverim, posset tamen excusatio
veniri.. solent enim qui majora aliis agunt, & majora p
sumere, &, quo melius sibi sunt conscii, plus audere. E
fortasse qui dicat, tolerabile in Cæsare, quod in alio q
libet non fuisset. erit ex diverso qui hoc favorabiliter po
qua

1. Lege, *haud.*
2. Forte, *insulsum fuit.*
3. Lege, *per maxima impensa.*
4. Lege, *sua.*
5. Lege, *ingentia.*
6. Lege, *quæ.*

quam civiliter dictum dicat. excellentia enim [1] cujus & viri boni non licentiam debet augere, sed modestiam. His tandem horumque similibus ex causis [2] tandem latens erupit invidia. & primo quidem tentatum ab æmulis Labienum le- 174
gimus, cujus crebra mentio in superioribus est habita, quem tunc Cæsar cisalpinæ Galliæ præfecerat. quod eo spectabat, ut eo alienato, Cæsar parte exercitus privaretur. de quo Cæsar ipse multa audiens nil credebat, constantiam alienam sua metiens constantia. cujus factum pro varietate [3] sententiam & excusare licet & reprehendere. Nam si Cæsar injuste contra patriam arma vertebat, juste deseri potuit, & reipublicæ charitas privatis affectibus anteponi. Alioquin ingrati infamia non carebit, qui tam caro duci alium prætulerit, eique sine causa acerrimus hostis evaserit. Et profecto si ingratitudo fuit, sat digno supplicio punita fuit, ut qui sub Cæsare victoriosissimus vir fuisset, sub Pompejo fugacissimus factus sit, mutata cum duce, non fortuna tantum hominis, sed virtute. quod in eum aliquando Cæsar mordaciter exprobrando dixisse traditur. Sane qualiter aut quando discesserit [4] seque vocantium hortatibus acquierit, non invenio; nisi quod libro VII Epistolarum Ciceronis ad Atticum; eo tempore, quo hæc in republica fiebant, ita scriptum est: *Labienus discessit à Cæsare.* & in alia statim Epistola: *Labienum ab eo discessisse propemodum constat.* Et post pauca de eodem simulque de Cæsare loquens: *facinus*, inquit, *quo jam diu nullum civile præclarius: qui ut aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem: sed etiam ad summam profectum aliquid puto.* nec longe post: *Labienus* inquit, *vir mea sententia magnus Theanum venit: ibi Pompejum consulesque convenit. qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te cum certum sciam.* Et rursum: *Aliquantum nobis animi videtur attulisse Labienus.* Denique de Pompejo agens: *Labienum*, inquit, *secum habet, non dubitantem de imbecillitate Cæsaris copiarum.* *in quo quidem tam de indubitato judicio longe (ut res docuit) fallebatur.* Quamvis vero modus transeundi non penitus [5] motus sit, illud plane compertum est, durum per hoc 175
amico hostem Cæsari quæsitum, sed innoxium: sibi autem communem fere omnibus transfugis contemptum. siqui-

1. Forte, *civis*.
2. Delendum *tandem*.
3. Lege, *sententiarum*.
4. Lege, *atque*.
5. Lege, *notus*.

quidem Cicero ipse qui eum sua sententia magnum [1] ... dixerat, confestim libro proximo: *In Labieno*, inquit, *pa-rum est dignitatis.* unde à principio arbitrari se ait, illum jam tunc sui transfugii pœnitere; quod Pompejum scilicet & consules viresque omnes reipublicæ, urbe deserta, sparsas per Italiam, longeque alium rerum statum quam speraverat invenisset. Commune malum instabilium, ac vagarum men-tium. Sciunt homines, quæ relinquunt qualia sint. at quæ petunt nesciunt. unde fit, ut sæpe se inveniant minores, & relicta suspirent, & inventa fastidiant. hæc tam multa de Labieno, quia res apud historicos videtur occultior, & cu-riositas legentium nihil etiam minimum respuit, quod cogni-tu sit dignum. Et hæc clam per nuntios, illa palam in se-natu dicta contra Cæsarem ac decreta. novæ etiam viæ ex-cogitatæ, quibus ejus potestas, quæ multis formidabilis es-se cœperat, tolleretur aut certe minueretur. Siquidem cun-ctis jam magnificentia, & liberalitate Cæsarea stupefactis & quid his rebus tantis, & tam late effusis sibi vellet secum tacitis meditantibus, nec loqui aliquid [2] audientibus. Mar-cus Claudius Marcellus consul, cui an amore publico, an privato odio dignitas Cæsaris ac potestas invisa erat; fre-quenti senatu testatus de salute reipublicæ se acturum, de-nivit, ut cum bellum in Gallia finitum esset, dimitteretur victor exercitus. & quamquam ante tempus, successor Cæ-sari mitteretur, qui in pace provinciam gubernaret, ... vero sine imperio rediret. addidit ne absentis ratio com...

176 consularibus haberetur, quod licet communi lege de om-bus [3] tantum esset, legi tamen Cæsar exceptus erat. ita er-go sublata erat exceptio. & non contentus consul in... Cæsaris in personam illata. his quoque [4] Cæsar civitatem do-naverat, adimendam judicavit, ambitiosam concessionem & immodicam asseverans. His turbatus Cæsar, nec immerito cogitansque quod sæpe [5] debere solitus fuit, operosius ... toque difficilius principem virum à summo dignitatis gradu ad media dejici, quam à mediis ad extrema: non ceden-dum, ut Africanus major fecerat, sed obstare statuit inju-diæ, & turbare prius omnia, quam exemplo illius, quam-vis laudatissimo, invictus ab hostibus vinci à civibus, & ...

1. Forte, *virum*.
2. Lege, *audentibus*.
3. Forte, *cantum*.
4. Adde, *quos*.
5. Lege, *videre*.

:xilio mori 1 vellet. Nondum tamen ad arma prorupit. sed lonec jure agendi spes semper fuit, quiescendum statuens, patienter quidem, dicam melius, dissimulanter cuncta sustinuit, & quum nonnisi verbis offenderetur; adhuc verborum quoque defensionem parans; & consulem alterum & animosissimum atque eloquentissimum è collegio tribunorum Cajum Ciceronem, multa sibi ac profusa largitione quæsiit. ne quando vel in senatu, vel ad populum deessent suæ causæ defensores. Cum vero jam multi Cæsaris 2 nec alii Pompeji formidarent potentiam, sæpe Curio ipse Senatui btulerat, ut uterque simul ab armis abscederet, atque ad quam civilitatem pariter remearent. ita demum securam beramque rempublicam fore; idque non solum pollicitus d contentiose visus est efficere, certus de Cæsaris voluntate, qui id ipsum à Senatu litteris petiit, ut scilicet aut sibi populi Romani beneficium integrum servaretur, hoc est imperium cum legionibus; aut cæteri saltem duces in 3 ea conditione essent, exercitusque dimitterent. quod eo fidentius postulabat, ut quidam opinabantur: quia se, cum vel-177 , aliquanto facilius veteranorum, quam Pompejum tyrannum, exercitum ad obsequia reducturum non ambigeret, tantam cum veteranis amicitiam Cæsar longo usu, tantamque familiaritatem contraxisse videbatur, utque erat affabilis & animorum rapax, sine ulla dubitatione contraxerat. neque per se neque per tribunos quod petebat obtinuit, stantibus fautoribus partis adversæ, qui nullum Pompejo rem pati poterant. 4 Indicit in hoc tempus senatusconsultum, prima æquum fronte, vere autem iniquum, ut duæ idem, una scilicet ex Pompeji, altera ex Cæsaris legionibus ad bellum Parthicum mitterentur. en in verbis æquitas. ecce autem in rebus iniquitas. siquidem cum Pompejus unam è suis quibus ipse præerat, amicitiæ jure 5 Cæsari concessisset, illam bello Parthico destinavit verbo non suo, eamque repetiit. eam Cæsar remisit, & è suis misit alteram. ita Pompejum nulla, Cæsarem vero duabus legionibus minutum, nemo fuit qui non intelligeret; tulit tamen, etiam cum adversariis pacisci voluit, ut transalpina Gallia & Illiricum cum duabus tantum legionibus, & nomen im-

1. Lege, *velle*.
2. Forte, *nec non*.
3. Forte, *eadem*.
4. Lege, *Indicitur*.
5. Lege, *Cæsari*.

imperii [1] remaneret. Denique eousque submisit excelsum a-
nimum , ut qui Cæsarem non nosset , suspicari eum pos-
belli metu ad ista descendere. quo nihil erat ab illius a-
moribus ac mente remotius. sed tantum illi studium
vel exercendæ vel simulandæ modestiæ ; ut [2] quid jus vi-
potius eligeret , quam publicæ tranquillitatis eversor.
cum obstinatos ad negandum [3] cernere , senatum sibi adv-
sum , & è suis inimicis designatos jam consules audiret ; tri-
bunos qui sibi aderant nihil posse , imo quidem propter
178 periculo atque odio expositos : non amplius differendum ra-
tus , ne aut sui periclitarentur , aut ipse cunctatione vide-
ret ; dispositis more solito per hiberna legionibus , ul-
transitu ex Galliis in Italiam rediit. quo cum venisset
nit duas illas legiones sub obtentu belli Parthici sibi erept-
neque ad bellum profectas , in Italia detentas ; quin & Pom-
pejo assignatas. quod ad evidentem Cæsaris injuriam per-
nere non solum ipse vir talis , sed quicumque de populo
pendebat. adhuc tamen tacitus processit. Conventibus
peractis ut solebat , Ravennam venit urbem suæ provin-
ab ea parte novissimam : ut nec terminos suos excederet
proximus esset adversariis , ac [4] peractis ulcisci , si quid
te sui odio in tribunos inimicius decrevissent. Et hoc
dem belli civilis initium , hæ fuerunt causæ , aliquam &
tasse non parvam justitiæ faciem habentes , si qua
esse potest justa causa patriam oppugnandi , quamvis
liis minus justæ quidem afferantur : sed odium manif-
testimonii fidem levat. Cnæus Pompejus gener atque
Cæsaris , ajebat , eum ideo quod non posset opera inc-
perficere , neque de se populi expectationem adimplere ,
bare omnia voluisse , ne in turbando veritas appareret.
re qui timuisse illum dicerent , ne eorum , [5] qui primo con-
sulatu contra leges gesserat , rationem reddere gravi sui pe-
riculo cogeretur : cum Marcus Cato , iste ultimus , cujus
tus ac gravitas comminationem ejus non minus terrib-
quam cujuscunque consulis faciebat , palam diceret ac ju-
ret , se Cæsaris nomen , mox , ut privatus esse inciperet , in-
ter reos delaturum. publicæ ille justitiæ studiosus , seu pro-
priæ memor injuriæ. unde jam in vulgus effusum erat , id

Cæ

1. Adde , *sibi*.
2. Lege , *quidvis videri*,
3. Lege , *cerneret*,
4. Forte , *paratus*,
5. Lege , *quæ*.

ſari eventurum quod Miloni, ut circumſeptus armatis
d judices ſeu ex vinculis cauſam dicat. Et hanc veriſi-
em belli cauſam videri poſſe, una vox ejus facit, de qua
loco dicam. aliis viſum eſt, eum ſpatio plurimorum an- 179
um imperio aſſuefactum, [1] didiciſſe privatum modum;
ola [2] cupidinandi dominandi in bella civilia conſenſiſſe.
videtur fuiſſe Ciceronis opinio, ſibi interdum amiciſſi-
ſed in fine hoſtis. qui in libris Officiorum ſemper Cæ-
m in ore habuiſſe ait verſus illos Euripidis, quos ipſe ſic
.atinum vertit; *nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratia
indum eſt; alus rebus pietatem colas.* Poſui ecce opiniones
inum varias una eademque de re, & hominum idem
ntium Cæſarem ſcilicet infamare. mihi autem ſat ne di-
valde rerum talium [3] curioſe venere ad manus aliquot
aris ipſius epiſtolæ. Nota ſunt etiam ejus dicta ac re-
ſa quam plurima, in quibus omnibus avidum ſe pacis
idit, quibuſque fortaſſe non minus fidei ſit habendum
n ſuſpicionibus æmulorum. illi enim oderant & verita-
ignorabant & mentiri poterant, Cæſar autem etſi men-
poſſet, veritatem ignorare non poterat. legi & ſuorum
itum epiſtolas, idem pacis ſtudium expreſſius continen-
Quid refert igitur quid de illo ſentiat Pompejus & Ci-
, cum perraro quiſquam de hoſte bene ſentiat. illud po-
pertinet ad rem audire, qualia de Pompejo ſuo ſcribat
ero, quem tantum dilexit in finem; ut vir, ſicut de eo
tum eſt, nihil minus quam ad bellum natus, & jam
r, illum in civilia, ſuo totiens damnata judicio, & in-
ia bella ſequeretur, magis eligeret ſecum ruere, quam
illo conſiſtere: quorum partem, quod non omnibus no-
erant, & notitiæ ſtudio & novitate rerum delectandi
a, huic parti hiſtoriæ inſerendam cenſui. Is ergo epi-
rum ad Atticum libro octavo. *Ut enim*, inquit, *guber-
i curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria: ſic huic
ratori reipublicæ beata civium vita propoſita eſt, ut opibus* 180
*is locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. hujus enim o-
maximi inter homines atque optimi illum eſſe [6] perfectorem
hoc [7] C. N. noſter, cum antea nunquam, tamen in hac*

X x x *cauſa*

[1] .ege, *dedidiciſſe.*
[2] Lege, *cupidine.*
[3] .ege, *curioſe.*
[4] .ege, *erunt.*

5. Adde, *firma.*
6. Lege, *effectorem.*
7. Id eſt, *Cneus.*

*causa minime cogitavit. dominatio quæsita ab utroque est. il-*
*lud actum, beata & honesta civitas ut esset. nec vero ille ur-*
*reliquit, quod eam tueri non posset, nec Italiam quod ea p*
*tur, sed hoc à primo cogitavit, omnes terras, omnia mari*
*vere; reges barbaros incitare, gentes* 1 *in Italiam armatas*
*cere, exercitus conficere maximos. Genus illud Sullani regni*
*pridem* 2 *appetit, multis qui una sunt cupientibus. An censes*
*hil inter eos convenire? nullam pactionem fieri potuisse? nec*
*potest, sed neutri* 3 *σκοπὸς est ille, ut nos beati simus,*
*regnare vult. hæc à te invitatus breviter exposui. volui*
4 *quid de his malis sentirem ostendere.* Quid tu lector ex his
bis judicas? quantoque justiorem Pompeji causam
esse quam Cæsaris? Item in ejusdem libri fine: *Quo*
*ficiscor*, inquit, *video, conjungoque me cum homine*
*vastandam Italiam, quam ad vincendum parato.* & sentit
posse reprehendi, quod talem sequi vellet; ut ostenderet
se hominis virtute, sed erga se merito 6 & metu
ne ingratus scilicet diceretur. Audi quid eadem dicit
la: *Non me igitur is ducit, sed sermo hominum.* Et
ix cum dixisset: *Mirandum in modum Cneus noster Sul-*
*gni similitudinem concupivit.* addidit: *Cum hoc ne*
*vis?* & respondens: *Beneficium*, inquit, *sequor*,
*non causam.* Et alibi de eodem: *Si vincit*, inquit,
*re exemploque* 7 *vincit.* & statim: *Mea autem causa*
181 *qui beneficio* 8 *victus ingratus esse non possum.* Multa
genus in illius epistolis ab homine non solum docti
amicissimo, in Pompejum dicta, ut scilicet undique
constet. Sed ego hæc pauca & ad rem de qua agitur
tia & è locis secretioribus 10 erupta libenter apposui
triusque partis merita non usque adeo ut putantur
& utrumque sicut dictum est, regnare voluisse magno
de digno teste constaret. Ad historiæ seriem revertor.
Ravennæ ergo substitisset Cæsar, ne provinciæ suæ
nos transgrediendo aperte agere contra Rempublicam
retur, audiens tribunos, qui pro eo erant, contempt

1. Adde, *feras.*
2. Forte, *appetitur.*
3. Σκοπὸς: id est, *intentio.*
4. Adde, *me.*
5. Lege, *reris.*
6. Videtur deesse *moveri*, vel *du-ci*, nisi pendeat ex verbo
7. Lege, *vincet.*
8. Lege, *victus.*
9. Forte, *sunt.*
10. Lege, *erma*

ios, & vel vi urbe depulsos, vel sua sponte digressos; Ro-
e omnes unanimiter contra se sentire, omnia sui odio di-
ia atque humana misceri ac perverti; se quoque per pa-
ntiam contemptum iri cogitans; neque jam amplius fe-
ndum, dissimulandumque aliquid existimans: evocatis le-
onibus ubicumque 1 esset, præmissisque clam, quæ tunc
erant, cohortibus; ne quam novi motus opinionem tur-
io habitu præberet, die illa & convivio & spectaculis
itiosis interfuit. sero autem clandestino egressu secretum
paucis comitatus arripuit. in quo cum tota nocte deer-
set vix ad auroram viæ ducem casus obtulit. quo prævio,
rectum iter perplexo ac difficili calle reversus, inventis-
cohortibus, quas præmiserat, ad Rubiconem venit,
nem exiguum, sed magnarum tunc limitem regionum,
parumper cogitabundus substitit, secum tacitus exami-
s quantum opus aggrederetur. tandem versus ad comites:
huc inquit *cæptis absistere, ac reverti licet. at si rivum hunc*
*nsgredimur, ferro gerenda nobis erunt omnia.* Ibi hærens du-
sque animi; hujuscemodi visione firmatus est: Quidam si-
& statura & specie corporis supra humanum modum su- 182
visus est, qui amnis ad ripam sedens, pastoria modula-
ur arundine ad quem ut animal non visum cum & pa-
es locorum & quidam quoque militum concurrissent, il-
ubito unius è manu tubicinum arrepta tuba, vehementi
u increpuit, 3 gurgentemque pertransiit. motus Cæsar
ctaculo: 4 *Eat ergo* ait, *quo deorum prodigia atque hostium*
*it iniquitas, ut cæpta res est.* Hæc dicens transiit ac tra-
it exercitum, Ariminumque urbem proximam 5 longe
e tranquillam attigit. & patentibus portis introgressus:
unis plebis, qui propter ejus odium pulsi sibi obviam ve-
ant, astantibus, concionem habuit ad exercitum. lapis
puero ostentabatur, fori medio, ubi Cæsar concionatus
batur. fuit autem concio efficacissima. scissa ferunt ve-
verisque seu 6 victis cum lachrymis. ad suam dignita-
contra invidiam hostium conservandam fidem militum
lorantis, & ingentia promittentis. Cæsarem Arimini a-
em, Lucius Cæsar adolescens adiit, qui patrem habe-
Cæsaris legatum. is explicitis pro quibus advenisset,

Xxx 2 com-

1. Lege, *essent.*
2. Lege, *otiosus.*
3. Lege, *gurgitemque.*
4. Lege, *Eatur ergo.*
5. Lege, *longa.*
6. Lege, *fidis.*

commissa sibi à Pompejo quædam ait ad Cæsarem, jure lius quæ inter eos esset amicitiæ. Ea vero hujuscemodi re: *Excusare se Pompejum Cæsari, & poscere ne ea quæ pro publicæ studio atque amore gesserit, ad injuriam suam trahat. rum enim esse sibi Cæsarem, sed rempublicam rebus omnibus riorem & esse & semper fuisse, similiter & Cæsari carum bere ut privatas suas inimicitias reipublicæ remittat. neque graviter irascatur, ut dum hostibus vult nocere* [1] *patri noceat meritæ. idque ita facere ad suum decus eximium pertinere.* ea Cæsaris responsio paulo longior fuit. *Commemoratis rias pro multis in rempublicam meritis sibi illatas, paratum*
183 *tamen omnia reipublicæ condonare. ita tamen ut discedant ab armis, & ad civilitatem solitam revertantur. dilectus per Italiam ferventes & retentas sub prætextu belli Parth giones, & civitatem esse armatam, quid nisi ad suam perni spectare? Proficiscatur ergo Pompejus in provinciam suam, mittitur exercitus, omnes per Italiam arma deponant, ces tus & metus publici, sit togata civitas non armata: se æquissimo animo quieturum, injuriasque omnes & contum liturum. Ad hæc tamen sancienda & jurejurando confirma petiit ut Pompejus propius accederet vel se accedere pati sperare enim se colloquio & conspectu mutuo omnes contro finiendas.* Ad hæc responsio in scriptis [3] redita *ut Cæsar primum in Galliam revertatur, exercitumque dimittat. qui iturum in Hispaniam Pompejum. alioquin nihil de dilectu suros consules Pompejumque.* Iniqua responsio visa est Cæ quod se facere juberet; cum ipse nihil nisi promittere cturum vellet, nec diem promissis apponeret, neque quio tempus daret, nec promitteret accessum, nec pe teret. hinc [4] paucis desperatio & belli præludium. M tonius cum quinque cohortibus Auximium præmissus. Auximii [5] civitas ad custodiam [6] Actius Varus, quem curiones Auximiani summo adeunt consensu. dicunt *sibi Cæsaris adventum. neque vero propositi sui esse suorumque vium, neque Romanum* [7] *consonum videri, imperatorem Romani, talem virum sic de imperio meritum, tot victor gnem, mœnibus urbis amicæ arceri; orant ut* [8] *fame, ut*

rai

1. Forte, *patriæ*.
2. Lege, *dimittantur*.
3. Lege, *reddita*.
4. Lege, *pacis*.
5. Lege, *civitatis*.
6. Cæsari, *Attius*.
7. *Consonum* videtur delendum.
8. Lege, *fama*.

*nque discrimini dum tempus est consulat.* his permotus Varus perniciem timens, fugam arripit; & insequentibus Cæ- )s militibus prœlio decernere coactus ac desertus à suis, us abit, [1] quibusque eorum domum, aliis ad Cæsarem 184
conferentibus. quos ipse collaudatos benigne suscepit, & Puppium centurionem partis adversæ ad se adductum il- ) relaxari ac dimitti jubet. Auximium ingressus civibus tias agit, atque illorum erga eum charitatis haud immerem se futurum spondet. Quibus Romæ cognitis, [2] tan- ı pavor omnium mentes invasit, ut urbe fere omnes ex- erent; ipsique consules, atque ipse Pompejus; actum suis ebus opinantes, & ex unius opidi eventu omnia metien- ; mirum valde, unde in tam parvis animis tam magna erbia, ut ejus viri meritos honores ac gloriam tam per- iciter detractarent, cujus nec conspectum certe ne [3] vi- am pati possent, & patriam, & talem patriam, solum illius nomen universali animorum consternatione desere- :. sed urgebat hinc invidia; inde autem terrebat fama vi- quæ eousque creverat, ut clementissimus omnium, præ nibus atque ab omnibus timeretur. His ad Auxinum ge- : Picenum omne, cujus olim Esculum, hodie Ancon est ut, nullo usquam contradicente pervagatur. Sed cunctis urbibus atque opidis obviam mittentibus; Cingulo quo- , quod opidum suo sumptu Labienus extruxerat, lega- auctoris immemores, Cæsarem adeuntes, se imperata fa- os obtulerunt, atque imperanti milites alacriter parue- :. diffuso metu simul & fama virtutis, & vulgato horum juibus diximus exitu; cæteræ omnes sequebantur undique itiones. & si quis præfectorum contradiceret capiebatur pellebatur. Ita pulsus ex Etruria Libo, Thermus ex Um- , Estulo Lentulus, captus Cneus Magius [4] præfecti am- & cum Magius ad Cæsarem ductus esset, ac fortasse ›licium formidaret, Cæsar eum placido animo dimisit. *vade*, inquit, *ad Pompejum, eique meis verbis nuntia: quo- ı ad hunc diem non fuerit nobis oportunitas colloquendi, at- ego Brundusium, quo ivisse illum audio, profecturus sum;* 185
*o, ut colloquamur expediens publicæ saluti, cujus curam ge- maxime nostrum est. Non est autem par effectus per nuntios*

 *de*

Forte, *aliquibusque.*
Lege, *tantus.*
3. Forte, *nec viciniam.*
4. Forte, *præfectus fabrum.*

*de longinquo, atque inter præsentes ista tractari, quod cum*
*vultus & vivæ voces ad movendos animos multum possint.* Oc
pato sine ictu gladii Piceno, Corfinium progreditur opi
Pelignorum. XII 1 passuum distans à Sulmone. quod i
co dixerim, quod vulgares quidam opidum putant esse: T
storum. ibi contentionis plusculum fuit. pendente tamen
sidione, Lentulus Spinter muris egressus, & finem me
ad Cæsarem venit, sibi atque intrinsecis veniam petens,
quem Cæsaris responsio fuit: *Non se ut cuiquam male*
*venisse, sed ut se ab inimicorum malis atque injuriis tueret,*
*tribunos plebis sui odio in exilium actos, in suam reponeret*
*tatem. denique ut seipsum ac populum Romanum servitio*
*eorum tyrannide conculcatum, antiquæ redderet libertati.*
tunc præerat L. Domitius vir magni animi, sed exigu
tunæ, & bello promptus, sed infaustus. is defensione
rans, sed ab opidanis ad deditionem coactus, cum mori
let, à suo medico venenum poposcit, quod ille nec dar
lens nec negare ausus, ut qui domini mores nosset, po
somniferum pro veneno obtulit. quo ille hausto, gr
pore resolutus conquievit. experrectus postmodum &
sum intelligens se, vixque à suo 3 manus abstinens,
multis nobilibus qui secum sentiebant, vinctus ad Cæ
est perductus, mori appetens, & perosus vitam. quo
sar illico solvi jussit; neve quis eorum à militibus re
bis offenderetur inhibuit. questus perbreviter quod
ingentibus & in illos & in rempublicam 4 referre
sibi debitam gratiam neglexissent, & injurias & co
186 lias indebitas retulissent: cunctos dimisit incolumes,
& pecuniæ pondus ingens Domitii depositum, & ab
nis sibi oblatum; quamvis & pecunia publica esset,
stipendium numerata, Domitio restituit, ne sanguinis,
pecuniæ abstinentior videretur. nihil postremo ex ea vi
vel prædæ cujuspiam vel ultionis accepit, nisi quod D
tii milites sacramento adegit, non invitos ut arbitror,
eo libentius jurantes, quo felicius est sub sequaci, quam
fugaci duce 5 militari, vulgatis sane quæ ad Corfinium
erant, multum metus omnibus demptum, multum
additum, cognoscentibus Cæsarem nihil bello nisi vict

1. Adde, *millia.*
2. Lege, *Tuscorum.*
3. Credo deesse, *medico.*
4. Lege, *meritis referre.*
5. Lege, *militare.*

setere. unde ut diximus & [1] Tustorum populi & omnis Umbria, pulsis inde præsidiis ad Cæsarem transiere. atque ta rebus suo more velociter gestis ac prospere, cum jam se- :um Gallia omnis cisalpina sentiret, magnas partes Italiæ rimo occupavit adventu. Sed cum spes cæteris omnibus, oli Pompejo atque Senatui additus timor, qui in Domitio nultum momenti reposuerant, & sæpe eum per literas evo- atum expectabant: Itaque confestim Pompejus Luceria di- ressus, ubi belli sedem statuisse videbatur, Brundusium pe- it, ut Italiæ litore in extremo promptior esset ad transi- um. ita enim animo decreverat, relicta Italia, transmari- a tentare: sive id metu solo pellente, sive intentione illa, uam paulo ante ex epistola Ciceronis elicui atque exposui. æsar autem semper propinquus atque contiguus hostibus se festinans, non nisi septem dierum mora Corfinium exa- a, eo ipso duce quo Domitium [2] captivos dimiserat, mo- s castris in Apuliam perrexit. Operæ pretium nisi fallor erit, quid de his [3] quomodo memoravimus, & ipse Cæ- r & alii senserint. cum enim clementiæ ejus, quam Do- itio acerrimo hosti, & qui tumultu in illo reipublicæ suc- ssor sibi destinatus, & ad consulatum aspirans sicut dixi- 187
us sibi minabatur, exhibuerat, fama ut ad hostes, sic ad nicos etiam pervenisset; duoque sibi familiarissimi, Cor- lius Balbus atque Oppius, factum ejus per literas vehemen- laudassent, responsionis Cæsareæ extat epistola, quæ mi- nunc, & propter scribentis auctoritatem, & propter i- us epistolæ gravitatem ac brevitatem, digna his inseri vi- est, ea vero est hujus modi: *Cæsar Oppio Cornelioque salu- :. Gaudeo mehercle vos significare literis quam valde probetis juæ apud Corfinium sunt gesta. consilio vestro utar libenter. & libentius quod mea sponte facere constitueram, ut quam lenis- im me præberem, & Pompejum darem operam ut reconcilia- . tentemus hoc modo, si possumus, omnium voluntates recu- ire, & diuturna victoria uti. quum reliqui crudelitate odium gere non poterunt, neque victoriam diutius tenere, præter u- L. Sillam, quem imitaturus non sum. hæc nova [4] ratio vin- i, ut misericordia & liberalitate nos muniamus. id quemad- um fieri posset, nonnulla mihi in mentem veniunt, & multa*

 *repe-*

Lege, *Tuscorum.*
Videtur legendum, *captivosque*

3. Lege, *qua modo.*
4. Adde, *sit.*

*reperiri possint. de his rebus rogo vos ut cogitationem suscipiat.* 1 *N. magni Pompeji præfectum deprehendi, scilicet meo instituto usus sum, & eum statim missum feci. jam duo præfecti* 2 *fabrorum Pompeji in meam potestatem pervenerunt, & à me missi sunt.* 3 *sed volent grati esse debebunt Pompejum hortari, ut malit mihi esse amicus, quam iis, qui illi & mihi semper fuerunt inimicissimi, quorum artificiis effectum est, ut respublica in hunc statum perveniret.* Eidem cum de hoc scripsisset factumque laudasset Cicero, qui se 4 ad medium, 5 inter magna licet animum fluctuatione, & multa consiliorum varietate, tenerat, rescripsit his verbis: *Cæsar imperator Ciceroni imperatori salutem dicit. Recte auguraris de me, bene enim tibi cognitum est*

188 *nihil à me abesse longius crudelitate. atque ego cum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho & gaudeo. neque illud me movet, quod hi qui à me dimissi* 6 *discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent. nihil enim malo, quam & me mei similem esse & illos sui.* Quo dicto aliquid umquam dici gloriosius ac magnificentius audivi. hæc quidem extra, sed non ut arbitror contra seriem historiæ, pro delectatione lectoris interposui. Ad rem. Cum Cæsar Apuliam attigisset; mox Brundusium Pompejumque jam prægressum valida obsidione circumdedit, de quo iisdem quibus supra scribit, nam & hæc animi index epistola videtur. *Cæsar Oppio Cornelioque salutem. Ad Idus Martias Brundusium veni. ad murum castra posui. Pompejus est Brundusii. misit ad me* 7 *N. Magium de pace. quæ visa sunt respondi. hæc vos statim scire volui. cum in spem venero de compositione aliquid me conficere, statim vos certiores faciam.* quoniam propter navium penuriam mari eum obsidere non poterat; timens id quod omnes cupiunt hostes, fugam, famosissimum maximumque illum portum saxorum molibus jectis obstruere nisus est. opus non tantum homini sed naturæ improbum atque inextricabile, quod ipse cognoscens uni ex amicis Q. Pedio scribit his verbis: *Pompejus se oppido tenet. nos ad portus castra habemus. conamur opus magnum & multorum dierum propter altitudinem maris. sed tamen nihil est quod potius faciamus. ab utroque portus cornu moles jacimus*

1. Lege, *Cn. Magium.*
2. Adde, *fabrum,*
3. Forte, *si.*
4. Forte, *adhuc,*
5. Lege, *in magna.*
6. Adde, *sunt;*
7. Lege, *Cn.*

*aut illum quamprimum trajicere quod habet Brundusii copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus.* Cum vero exitu prohibere, imo natura ipsum [1] prohibente non posset, catenis eos portus præclusit. sed neque sic detinere valuit Pompejum quin mari Adriatico Durachium navigaret. Cæsar hoste digresso, cum sequi illum non posset, Brundusium ingressus concionem habuit, qua justitiam [2] carne suæ, injuriasque hostium o- 189
mnibus aperiret. quo facto cum sua illis in locis inutilis mora esset, ne quid sibi otiosum tempus [3] affluerent, urbem Romam versus iter arripuit, toto belli Gallici decennio non visam. cujus adventus fama cognita quantus Romæ terror fuerit haud facile dictum est, multo quidem major quam necesse esset. Iratus quidem multis erat, & fortasse non immerito, sed iracundiorem extimabant. non enim naturaliter, neque nisi magnis ex causis ad iracundiam pronus fuit. Venit ergo Romam, senatumque habuit ex iis principibus qui domi substiterant. ibi perpetuam dictaturam ipse sibi sua auhoritate arripuit: unde Cæsaris dictatoris nomen. multa quoque constituit, in quibus pro lege voluntas fuit. Illud inter cuncta memorabile. nam ærarium populi Romani quod tot victoriæ, tot secula compleverant, uno die exhausit. interque alia, ut scriptum, protulit [4] ex eo latorum aureliorum XXVI. non thesaurizandi cupiditate sed largiendi. nam ut alter ait, nemo liberalius victoria usus est. nihil sibi retinuit præter dispensandi potestatem. Compositis rebus urbanis ut visum est animum ad externa convertit, atque inprimis Ciciliam ac Sardiniam duo illa horrea populi Romani per legatos administrare disposuit, de Gallia nihil sollicitus, quam in summa pace reliquerat. solam respexit Hispaniam cogitansque cumprimum classis opportunitas affluisset, vestigiis Pompejum assequi: ne quid à tergo formidabile linqueret, decrevit ad Occidentem proficisci, ubi Pompeji copiæ ingentes erant, quarum præsidio ille terrarum tractus tenebatur, sub legatis tribus, M. Petrejo. L. Afranio. & M. Varrone. de quibus tam contemptim sentiebat ut, moturus inter suos diceret; *Vado ad exercitum sine duce, mox revertar ad ducem sine exercitu.* eo vero pergenti 190
Massilia fœderata civitas, & ab ipso principio Romanis a-

 mi-

1. Lege, *prohibere.*
2. Forte, *causa.*
3. Lege, *effluerent.*
4. Lege, *laterum aureorum nimirum* XXVI *millia.* vid. Plin. XXXIII, 3.

micissima; non sui odio, sed ingenti studio R. P. portas clausit. quam ille cum obsidione cinxisset, Decimo Bruto cum parte copiarum oppugnandam linquit. ipse cœptum iter peragens, ad Hispanias venit. ibi à Petrejo & Afranio qui primi occurrerant, bellum incipiens: cum nullo temporum discrimine æque die ac nocte hostes aggrederetur, consilium ducum fuit, ne nocturnis horis aliquando pugnarent, quod tunc pavor ad ignaviam impellat; nec sit, qui submotis testibus concitatos revocet atque contineat; luce pudorem obstare, & ducum imperio, & potentia tribunorum atque centurionum frænari, & ad virtutem & ad fidem retrahi, ut contra metum mortemque consisterent. Cæterum fato res bellicas volvente, ad Ilerdam compulsi hostes. Cæsar vero maximis imbribus, & diluvio aquarum, ingenti quidem rei frumentariæ inopia circumventus; perseveravit tamen in incœpto, & omnes difficultates sola & solita virtute superavit, donec tandem abeuntes [1] sceleri atque arido in monte deprehensos obsedit, atque ita circumdedit, ut nullus ad fugam exitus pateret; qua desperatione pulsi, cum fame & siti ultima premerentur, sæpe erumpere & mori voluerunt. Quibus Cæsar contra suum morem pugnæ copiam non fecit, sed intra munitiones seque suosque continuit. cujus facti certa erat ratio. sperabat enim eos ad extrema perductos sine prœlio vinci posse. cur igitur aut suos optime de se meritos sibi charissimos periculis atque vulneribus exponeret, in quibus, ut secunda sint prœlia, victoria vix contigit, & fortunæ committeret, quod expectatione quamquam serius, tutius tamen posset, cum sit ducis officium non minus consilio quam ferro ad victoriam aspirare. ex diverso autem cur
191 non eos vincere mallet quam occidere, qui licet essent adversarii, cives erant. hoc ducis optimi consilium assueti cædibus milites non laudabant, sed invicem murmurabant, quod dux cum posset vincere recusaret, se quoque ducis imperio in prœlium non ituros. Ille autem quem non facile res moverent, verbis immotus, in sententia persistebat, victoriam incruentam sperans. nec fefellit opinio. unum hoc [2] inter mores accidit memoratu dignum & [3] exiguum Cæsareæ [4] levitatis indicium. dum enim inter partes deditio tra-

1. Lege, *Ilerda*, *atque arduo*.
2. Lege, *inter moras*.
3. Lege, *eximium*.
4. Lege, *lenitatis*.

tractaretur, atque hac fiducia milites hinc illinc [1] atque colloquerentur, & paulatim è castris [2] in castris discurrerent, positoque ad tempus civili odio sine suspicione atque ullo metu simul ut in pace agerent; Afranius atque Petrejus repentina ac pessima mutatione propositi, omnes Cæsaris milites intra vallum suum deprehensos inermes scilicet & incautos occiderunt. Quo audito Cæsar, sævitiam noluit imitari, sed illorum milites suis in castris inventos, ut ducum perfidiæ inscios & [3] expertos dimisit incolumes. Tandem vero duces impii rerum inopes omnium, & inprimis viris atque equis IV jam dierum jejunio affectis, colloquium petiere. hoc addito, *ut si Cæsari placeret, secum submotis militibus loquerentur.* negavit hoc Cæsar, & si loqui vellent cunctis audientibus loqui jussit. dato obside filio Afranii in locum à Cæsare assignatum veniunt, & coram duobus exercitibus verba fecit Afranius humilia admodum ac demissa. *Si* inquit *ab alio victus essem, non mihi ad arcessendam mortem, aut manus aut animus defuisset. sed cogitans te dignum cui [4] vigilatam debeam, ad clementiæ tuæ potius quam mortis auxilium confugio. nec nobis Cæsar nec militibus his irasci debeas, quod* 192 *erga imperatorem nostrum Pompejum quoad licuit obsequiosi fuimus & constantes. neque enim tui odio, sed servandæ fidei studio id egimus. sed jam fidei satis ac supplicii est. & fides & patientia victa est. multa gravia & animis & corporibus passi sumus, & pati amplius non valentes victique & supplices oramus ne ad ultima progrediare supplicia.* Quæ cum ille dixisset, Cæsar semper pronus ad veniam: *Nulli* inquit *ex omnibus quos bellum armavit, minorem quam vos habent aut commiserationis materiam aut querelæ. cæteri enim omnes ad hunc diem cum pugnare meliori conditione licuisset, sese prœlio congressuque volentes [5] abstinere, ne fuso sanguine civium iter pacis obstrueretur. soli vos ultro mihi armati occurristis, meas, si contra sors esset, victorias moraturi. sed evenit vobis quod quibusdam pertinacibus ac superbis, ut ad illud quod insolenter recusaverint, mox humiliter revertantur. vobis ergo libenter [6] venientes veniam dedissem: renuistis veniam & parastis bellum. sed & nunc petentibus veniam do. supplicium remitto. ite igitur in pace. sed exercitus dimittite: non ut mei sint, sed ne contrà me.* Nihil lætius milites audire potuis-

1. Videtur delendum, *atque.*
2. Lege, *in castra.*
3. Lege, *expertes.*
4. Forte, *vitam.*
5. Lege, *abstinuere.*
6. Forte, *veniens.*

tuissent, quod voce gestuque indicabant, nempe qui pœnam timuerant, gratissimam atque optatissimam missionem sibi obtigisse lætabantur. Cum igitur de tempore ac de loco [1] jussionis agi cœptum esset, milites Pompejani omnes manibus ac clamoribus obtestari cœperunt, ut ibidem statimque dimitterentur. nempe si dilata res esset, promissionibus nihil actum iri. jure [2] periculum & infaustum bellum oderant. omne in eo mali genus experti pacem optabant & quietem, quæ tunc plane cognoscitur dum perditur. finis fuit ut qui in Hispania possessiones aut domicilium haberent, statim; reliqui omnes ad Varum amnem Italiæ in ingressu di-
193 mitterentur. Cæsar ex liberalitate insita ex illo [3] usque ad Varum frumentum eis pollicetur. addit insuper, ut quisquis eo [4] bellum aliquid amisisset, quod penes milites suos esset, ei restitueretur; militibus extimatione facta pretium rerum ipsarum de sua pecunia restituit. his victis & in deditionem acceptis, sic citeriore Hispania in potestatem redacta; ulterior nullo negotio consecuta est, quæ sub Marco Varrone tenebatur. ille comitum secutus exemplum, cessit ultro; nec distulit commissa [5] si provincia Gades, & usque Oceanum fortunam Cæsaris sequi, & submissa cervice jugum pati. Sic compositis rebus cum [6] victoria & mansuetudinis insigni laude, ex Hispania discessum, reditumque Romam est. Massilia interim è legato Cæsaris, æquoreo victa certamine, & ut quidam asserunt eversa, sive ut alii, idque est verius, capta per deditionem ac direpta, nullis suarum rerum civibus relicta, præter inopem, sed chariorem cunctis opibus libertatem. & [7] seditionem militum terribili, quæ ut quidam volunt Placentiæ [8] certæ itinere medio exarserat, mira & vix credibili tunc inermis ducis virtute compressa. Dum sic Cæsari obsequitur fortuna, & ut sic dixerim adulatur, quasi eum timeat & negare potenti nihil audeat: aliquid tamen adversus abeuntem ut Flori verbo utar ausa est; *forte ut immixtis adversitatibus, prosperitates ejus efficeret cariores.* Siquidem præmissi Antonius, & P. Dolabella ad mare Adriaticum occupandum, ab Octavio Libone legato Pompeji [9] in præpollentis pelago circumventus

1. Forte, *missionis.*
2. Lege, *periculosum.*
3. Adde, *die.*
4. Lege, *bello.*
5. Forte, *sibi.*
6. Lege, *victoriæ.*
7. Lege, *seditio militum terribili.*
8. Lege, *Placentiæ, certe.*
9. Aliquid deest.

tus Antonius, ad deditionem fame compulsus est. ubi illud
memorandum facinus evenit: quod cum ad ejus auxilium a-
liquot naves missæ ab Asilo altero legato Cæsaris venissent, 194
& arte [1] Celitum qui Pompejana classe navigabant, funi-
bus illaqueatæ essent, reliquis adjuvante æstu maris evaden-
tibus, una sola, Opiturgnis nautis acta, exitum non inve-
nit, sed circumfusi totius hostium exercitus usque ad vespe-
ram impetum, atque omne missilium genus invicta virtute
pertulit. Cumque nec fuga pateret, nec ullus se superior rei
finis ostenderet, suadente per noctem tribuno militum Vul-
teio, ne in potestatem hostium venirent; mane proximo vi-
ctoribus ipsis spectaculo attonitis, sese omnes vulneribus mu-
tuis peremerunt. Et Dolobella in eodem æquore classem per-
didit, & Curio [2] R. pleb. audacissimus vir, cum missus à
Cæsare in Africam venisset, primoque adventu Varum, qui
pro Pompejo illi [3] erat provinciæ, victum prœlio effugas-
set, adolescentia atque animi magnitudine insita, nunc vero
victoria ac fiducia elatus & incautus, à Juba rege oppressus
exercitum amisit. cumque fugere posset, mori maluit sponte
[4] sua quos ad mortem secutus.

Hactenus quasi quibusdam præludiis gerebatur bellum:
crebræ hinc victoriæ, illinc fugæ atque deditiones, prœlia
autem rara. sed jam tandem tantorum [5] collisionum mo-
tuum differre amplius fortuna non poterat. Jam Pompejus
Epirum occupaverat, idoneam bello sedem ratus, eo Cæ-
sar insequendum hostem statuit. & quamvis adhuc inops na-
vium, quamvis adversa hyeme, tantus erat ardor animi,
tanta [6] cupidinis bellandi, per medias pelagi procellas [7] bel-
li tumultuaria classe transfretavit, neque vero prosperis ne-
que adversis sic vel inflari potuit vel irasci, ut à proposito
pacis animum diverteret; quin bellando pacem cogitaret,
eamque omni quo posset studio procuraret. quod curiosius
propter illos dico, qui ignari rerum opinione quadam, ne- 195
scio, ne ipsi quidem sciunt unde orta, Cæsarem belli, Pom-
pejum pacis amicum sibi pertinaciter fixerunt. Erat inter
præfectos Pompeji [8] L. Bibulus Rufus bis dimissus, semel
ad Corfinium inter illos nobiles de quibus diximus, & rur-
sus

1. Lege, *Cilicum, qui in.*
2. Forte, *tribunus plebis.*
3. Forte, *præerat.*
4. Forte, *suos usque.*
5. Lege, *collisionem.*
6. Lege, *cupido.*
7. Forte, *ad bellum.*
8. Lege, *L. Vibullius.*

ſus in Hiſpania. hunc quod & ſibi beneficio obſtrictus &
Pompejo carus eſſet, pacis idoneum ſequeſtrum ratus, cum
his mandatis ad Pompejum miſit: *Satis jam malorum rei-pu-*
*blicæ* 1 *bellum invectum. indeque ſufficere poſſe ad providentiam*
*futuri, ne plura nunc etiam invehantur. decere utrumque perti-*
*nacia omiſſa ab armis abſcedere, neque fortunam ſæpius experi-*
*ri, ſi rempublicam, ſi ſeipſos ament. unum illud tractatibus pa-*
*cis idoneum tempus arripiant, dum ſcilicet partium ſtatus ancipiti*
*æquis prope lancibus* 2 *pandet. ubi præponderare cœpit pars alte-*
*ra, eum qui ſuperior evaſerit, æquis conditionibus non ſtaturum.*
*nam quis in proſperitate uti ſoleat æquitate? & quum de condi-*
*tionibus pacis ambigeretur, eas à ſenatu & populo* Romano pe-
*oportere.* 3 *Si enim ex ipſis civilem animum & reipublicæ ma-*
*ſtatem priſtinam reſtitutam eſſe, viſum iri. Interim principium pa-*
*cis eſſe, ſi uterque confeſtim in concione juraverit, ſe eodem tri-*
*triduo exercitum dimiſſurum. & hæc ut bona fide agi Pompe-*
*noverit, ſe priorem omnes copias dimittere paratum. quod cum*
*fecerit uterque, neceſſario ſenatus ac populi judicio ſtandum fore.*
Hæc cum Vibulo ad 4 Corciicam, ubi eum forte compe-
rat, cum egiſſet, & Vibulus ad Pompejum ivit. & Cæ-
tractatore pacis præmiſſo, paratus ad bellum è veſtigio in-
ſecutus poſitis ad Oricum caſtris contra hoſtem conſti-
magnus in exercitu Pompeji inopino Cæſaris adventu tumul-
tus exarſerat, quo compreſſo, ubi primum animi conqui-
vere, Vibulus adhibitis aliquot ex iis, quos Pompejo ca-
196 fidoſque cognoverat, de mandatis Cæſaris loqui cœpit. ve-
que dum incipientem Pompejus interrupit exclamans.
*quid* inquit *mihi vel vita vel civitas profutura eſt, quam be-*
*ficio Cæſaris aſſecutus videar? cujus contrarium videri* 5 *ne-*
*niſi bello peracto in Italiam, unde diſceſſerim, ſim reverſus.* Re-
ſponſum hoc Cæſari, per eos ipſos qui audierant illud, re-
tum fuit. potuiſſet mediocris etiam vir fortiſſime ſubira-
indignari, omnem pacis omittere mentionem. Ipſe vero no-
deſtitit, ſed aliud iter pacis ingreſſus retentare voluit,
quod ſecreto non potuerat palam poſſet. Erat inter caſtra
ducum amnis unus exiguus 6 Tapſus nomine; ibi milites
7 ereptis inter ſe quotidiana colloquia ſerere ſoliti erant;

1. Lege, *bello.*
2. Lege, *pendet.*
3. Forte, *Sic enim ipſis civilem.*
4. Forte, *Corciram; ubi forte eum repererat.*
5. Forte, *nequeat.*
6. Lege, *Apſus.*
7. Forte, *crebro.*

ne ullo telorum periculo: [1] quum inter partes convenisset colloquendi credo desiderio tantisper iras cohibente. illic Cæsar P. Vatinium ex legatis suis ire jubet, & quæcumque magis extimaret ad pacem motura animos, cum civibus eisdemque hostibus agere, & sæpe alta voce quærere, liceretne civibus, quod fugitivis interdum ac prædonibus licuisset, legatos de pace mittere, ne cives inter se funesto Marte concurrerent, & suorum manibus Romanum everterent imperium. multa quoque humilia verba, & quæ, ut dixi, timentis videri possent nisi à Cæsare dicerentur. Paret ille & ad ripam amnis profectus mandata sui ducis exequitur, & ab utraque partium ingenti silentio auditus est. responsumque ab adverso, quod Aulus Varro die proxima ad colloquium veniret. legati autem tuto & venire possent & quæ vellent loqui. Vatinio quoque dies eadem ad reditum præfixa. qui cum venisset, & ille ad eundem [2] rediisset, turba ingens utrinque convenerat, intentis ut videbatur ad pacem animis dum res ad bonum exitum prona esset. Labienus prodiit, & cum Vatinio colloqui cœpit atque contendere, ut qui ingenti odio Cæsarem odisset. tela utrimque missa ser- 197
monem dirimere. Vatinium armis milites protexerunt, multi autem vulnerati, nominatim Cornelius Balbus & centuriones militesque alii. hunc effectum inter Pompejanos habuit per Cæsarem tam humiliter pax delata. Labienus vero quasi facinoris compos egregii: *Disinite*, inquit, *jam de pace agere. pax enim nisi trunco & oblato nobis capite Cæsaris nunquam erit.* dictum pessimum & nescio iniqui magis hominis, an amentis. Venerat in Epirum Cæsar, rebus in Italia pro tempore dispositis, propter festinationem quidem fine non expectato, sed relicto ad Brundusium Antonio cum parte exercitus, quam trajecisse nequiverat: ut conquisitis scilicet ac refectis navibus, ille eam arrepta oportunitate trajiceret, quod cum cupienti non satis expediretur, tanta erat impatientia expectandi: ad evocandos viva voce, quos sæpe nequidquam literis evocasset, tumidum ventis mare ingredi piscatoria cimba solus intempesta nocte non timuit. sed rejectus ad terram fluctu valido, iter temerarium, non metu, sed necessitate destituit. nota est vox ejus ad exterritum nocturno æquore [3] eoque periculo gubernatorem: *Quid tu me-*

1. Forte, *quasi inter partes*.
2. Adde, *locum*.
3. Forte, *atque*.

*metuis, Cæsarem vehis.* consecuto cum omnibus copiis paucis diebus Antonio, & admotis ad hostem castris, indies magis ac magis instabat, nunc aciem explicando, nunc hostes ad prœlium irritando, nunc Durachium oppugnando. & perosus moras, & celeritatis avidissimus; cupiensque vehementer, ut quicunque futurus esset belli exitus, statim esset. omnia frustra. nam & Durachium inexpugnabile, & Pompejus immutabilis, ut qui contrario consilio niteretur [1] superans dilatione victoriam, per inopiam rei frumentariæ, quæ valde Cæsareum premebat exercitum, neque diutius tolerari posse videbatur. insuper & quod simillimum veri erat, ut virtus animosissimi ducis, tædio atque expectatione

198 senesceret, impetusque lentesceret. hac spe pugnam recusabat, neque * Romanis partes credere volebat. sic cum illi cunctatio, huic celeritas grata erat, quæ quum sibi pertinaciter negabatur, statuit quos non poterat prœlio vincere, obsidione cingere; mirum dictu. [2] XVI passuum fossam circumduxit ac vallum, impositisque castellis ac turribus cum paucioribus obsedit plures, si obsideri rite possint dici, quibus maria patent, [3] casses patent, rerumque omnium copia suppetit, quibusve intra ipsum obsidionis ambitum & mutare castra licitum & vagari. Ibi vero crebræ obsessorum eruptiones, & sæpe erumpentibus funestæ. ut cum Cæsar profecturus, P. Sillam castris præfecisset, & ille audisset cohortem unam ab hostibus urgeri, duarum legionum auxilium tulit laborantibus. quarum accursu in fugam Pompejani [4] & si insequi profugos victoribus licuisset, creditum fuit [5] de illo confici bellum potuisse. Sic nescio an vecordia, an fortuna, penitus inclinata res erat, sed [6] illa suorum impetum continuit cecinitque receptui. cujus consilium à scriptoribus excusatum lego. Aliud est enim legati aliud imperatoris officium. [7] Imperatori rei totius exitum spectat & consilio metitur: at legatus solum imperatoris sui jussa aspicit & mandati finibus se continet. Sillæ castrorum custodia commissa erat à Cæsare. custodisse contentus, & suos periculo liberasse, ulterius progredi noluit; in quo ut vincendi spes, sic perpendi periculum inerat; ne omisso suo, om-

1. Lege, *sperans.*
2. XV *millia.* sic Cæsar.
3. Lege, *classes.*
4. Videtur deesse, *versi sunt.*
5. Forte, *die.*
6. Lege, *ille.*
7. Lege, *Imperator enim,*

officium sibi ducis arrogaret. Multæ præterea eruptiones a-
lix , & ad Durachium & ad castra usque adeo ut uno die
sex in locis pugnaretur, quibus in prœliis de Cæsarianis vi-
ginti duntaxat, Pompejanorum vero duo milia periere, inter
quos multi centuriones & insignes viri. iis congressibus in-
signis virtus apparuit Volcatii 1 Tulii , qui cum tribus co- 199
hortibus Pompejanam legionem pertulit repulitque: nec non
& quorundam Germanorum , qui munitionibus erumpentes
multis hostium cæsis sospites rediere. in castello autem quo-
dam quod Pompejus invaserat , tantus fuit imber sagitta-
rum , ut sine vulnere defensorum nullus evaderet , quin &
centuriones quatuor oculis capti essent, & tamen sero diur-
ni laboris ac periculi summam 2 imperationis non tam au-
ribus quam oculis subjicere ac repræsentare decrevissent, tri-
ginta sagittarum milia numeraverunt. Inter cuncta 3 Cesii
scevæ centurionis admirabilis virtus fuit , cujus scutum re-
atum Cæsari perfossum 4 centum viginti foraminibus est in-
ventum. de quo quidem varia est fama. Quidam tradunt Cæ-
sarem viri & de se & de republica ut ajunt ita meriti eximia
virtute permotum , qua castellum prope sola servatum esset
pecuniariis cum donis ingentibus & magnis honoribus cu-
mulasse, & inter cætera ab 5 occanis ordinibus ad primipi-
um provexisse : cohortem vero totam duplici stipendio &
donis militaribus prosecutum. Apud alios Scæva idem, du-
ce absente, cedentibusque comitibus, contra omnem Pom-
peji exercitum solus stetit , & clypeo cxx telorum ictibus
transfixo mirisque & incredibilibus rebus gestis occubuit;
jacens quoque victoribus terribilis ac stupendus , qui tot e-
ximias pugnas in Gallia Britanniaque fecerat , contra omnes
hostes semper invictus , à civibus suis tandem interfectus
est. Felix à scriptoribus 6 dictis si pro libertate omnium
fecisset , quod pro domino suo fecit. Sic se rebus habenti-
bus, Cæsar nec prosperitate tumidior, nec adversitate con-
tractior , quotidie in aciem 7 reducebat, & pugnæ copiam
faciebat. sæpe etiam legiones prope castra hostium subibant, 200
ita ut è vallo telis etiam peti possent. Pompejus contra ne
obsessus omnino videretur , famæ potius studio quam belli

Yyy pro

1. Lege , *Tulli.*
2. Lege , *imperatori.*
3. Lege , *Cassii Scævæ.*
4. Apud Cæsarem, *ducentis triginta.*
5. *Octavis.* sic Cæsar.
6. Lege , *dictus.*
7. Ex Cæsar. appone , *exercitum*, & lege : *educebat*.

pro castris [1] explicabat: sed ita ut castra novissimi tangerent: utque omnes intra telorum è vallo venientium jactum fu- rent. Nihilominus Cæsar interea quamvis bello intentus; ta- men propositi sui memor de pace cogitabat, & totiens fru- stra tentatam aliis atque aliis viis retentabat. non pro Cæsa- re cui nil debeo, sed pro veritate loquor: nusquam legi [2] ho- mines, cui cum tam prospere bella succederent, tantum stu- dium [3] tamquam continuum pacis esset. Itaque cum audis- set Metellum Scipionem Pompeji socerum in Macedoniam Epiro proximam venisse, Clodium quendam è suis ad illum misit. hic perfamiliaris Scipioni fuerat, & ab illo commen- datus Cæsaris in familiaritatem [4] pervenisset. hunc igitur utrique carum cum litteris ac mandatis eo dirigit. summa omnium hæc [5] erant: *se de pace omnia probasse, nilque ad- dem profecisse. credere autem se, non Pompeji vitio sed ali- rum accidisse, quod vel nescierint vel timuerint commissa pro- re, atque ad tantam rem idoneum tempus eligere. illum vero, auctoritate apud generum, & potentia tanta esse in republica, propter hoc exercitui non* [6] *legati sed imperator præsidens, fretus, & quid velit alloqui Pompejum possit, & errantem modo reprehendere sed quodammodo etiam cogere illum posse,* [7] *æque paci animum adhibeat. id si fecerit rebus eum fessis, majus in malum pronis quietem, & imperio & Italiæ pacem, provinciis allaturum, omnesque illam* [8] *eum acceptam habere.*

201 Cum his Clodius mandatis ad Scipionem proficiscitur. mum quidem [9] lætus visus auditusque, postmodum à collo- quio seclusus, Favonio quodam mali consilii fautore à pa- cificis Scipionem & mundo utilibus tractatibus revocante; sic infecto negotio Clodius ad Cæsarem est reversus. Quoti- die interim congressus & prœlia, & utrimque cædes ac insignium virorum casus mirabiles, pacisque consiliis [10] ma- le repudiatus locus iræ atque odio datus erat. Fuit unus dies Cæsari nimis adversus, quo eruptio violentissima ab hosti- bus facta est, fuitque illo die inter alia aquiliferi illius in signis [11] virtutis ac spectata [12] dies. qui cum lethali vul-

1. Adde, *exercitum* vel *suos*.
2. Lege, *homini*.
3. Lege, *tamque continuum pacis esse*.
4. Forte, *pervenerat*.
5. Lege, *erat*.
6. Lege, *legatus*.
7. Lege, *æqua*.
8. Forte, *ei uni*.
9. *Læte* vel *libenter*. ut ait Cæsar.
10. Forte, *male repudiatis* ...
11. Lege, *virtus*.
12. Forte, *fides*.

re transfixus morti proximum se sentiret, versus ad comites, porrigensque aquilam quam jam ægre sustentabat: *Hanc* ait, *ô commilitones mei vivens multis annis & multa cura servavi, & nunc moriens eandem Cæsari pari fide restituo. vos autem per communis imperatoris amorem oro atque obtestor, cavete dedecus Cæsareis castris insolitum, ne forte hostium in manus veniat tanti ducis signum; sed mihi à Cæsare olim commissa aquila nunc per manus vestras salva ad Cæsarem revertatur.* hæc dicens corruit, [1] centumque alii primæ cohortis suæ cum principe ceciderunt, multaque diversis cæde in locis edita Pompejani erumpunt. vicitque Pompejus illa acie, & Imperator appellatus est. Cumque cedentes non sequeretur, negavit eum Cæsar aut vincere, aut victoria uti scire. Labienus vero in suum olim ducem inexpiabili odio accensus, à Pompejo captivos sibi dono dari petiit, quod cum impetrasset, productos omnes in medium & contumeliosissimis verbis increpitos, seu [2] incrudelitate insitæ deserviens, seu scelere immani fidem transfugio suo quærens, in conspectu omnium interfecit. hoc eventu tantum spei Pompejanis accreverat, ut non 202 de bello amplius sed de victoria cogitarent, & multa varia decreverant, & quasi nil jam incidere posset adversi, famam victoriæ per terrarum orbem nuntiis ac litteris divulgarent.

Cæsar concione advocata milites consolatus est. hortatus *ne deficerent animis. debere eos unum, & idipsum non nimis grave prælium infaustum multis felicibus compensare, & fortunæ gratiam habere, quod Romam, quod Italiam, quod Hispaniam utramque sine sanguine quasi divinitus recepissent. non posse præsertim in bello prospera omnia provenire. verum tristia lætis temperanda, adversamque fortunam virtutis ope leniendam.* Et hæc quidem ad exercitum. Quosdam vero signiferos quorum culpa clades accepta erat notatos infamia è gradu militiæ sua movit. Exercitum reliquum tantus pudor & tantus dolor invaserat, tantumque desiderium ignominiæ abolendæ, ut non expectato [3] superiori imperio ultro quisque pro supplicio gravissimos sibi labores assumeret, omniumque animi ardebant incredibili quadam cupiditate pugnandi, viam illam expurgandæ infamiæ unicam extimantes: Quin & legati & qui



1. *Centurionesque alii primæ cohortis* [..]*ter principem*, sic Cæsar.

2. Forte, *crudelitati*.

3. Lego, *superioris*.

qui ad consilium vocabantur, oratione imperatoris & pudore tacti, persistendum pugnandumque censerent, & acceptam prœlio cladem prœlio hostibus refundendum. Solus Cæsar contraria erat in sententia. nam neque [1] victis tam cito in aciem [2] reversuros sat fidebat; & reparandis animis spatio opus esse. neque præterea tam hostem quam frumenti inopiam metuendam eo loci manentibus judicabat. Illico ergo sociorum atque ægrotantium cura congrua suscepta, noctuque impedimentis omnibus præmissis, Appol-
203 loniam profectus est, quadrimestri obsidione derelicta. Hinc in Thessaliam fatis impellentibus commigravit bellum. eo Cæsarem prægressum paucis post diebus Pompejus assequitur. statimque in [3] concionem suis pro re bene gesta gratias agit. eos qui cum Scipione venerant, non tam ad bellum quam ad belli præmia hortatur. ipsi autem socero & classicum & prætorium attribuit, [4] omnesque ut eum & honoris & imperii participem facit; duobus tamen exercitibus conjunctis, nemo erat qui de victoria dubitaret. usque adeo, ut jam omnes de præmiis deque honoribus: denique quod stultitiam omnem supergreditur, de ipsius Cæsaris sacerdotio inter se non sine contumelia patricii litigarent. sed aliud illi, Cæsarque cogitabat, atque aliud fortuna præparabat. Et Pompejus quidem solitis artibus bellum trahere, cunctando victurus, cœperat consilium utile; sed suorum impetu discussum & inefficax. milites ad labores nati, otium ferre non poterant: socii patriæ desiderio impatientes erant moræ: principes [5] duas ambitionem in prorogando imperio arguebant. Tot vocibus consiliisque superatus, unus omnibus cessit invitus, & raptanti omnia fortunæ mœstus frena laxavit, decrevitque pugnare. [6] Ad hæc tamen rem trahebat, nam quod quisque [7] volens facit quoad potest differt. Cæsar dilationem oderat, nec [8] superabat tamen posse Pompejum ullo ingenio ad pugnandum induci. hac difficultate perplexus utilissimum belli genus elegit, ut motis castris in perpetuo motu esset, neque unquam amplius quam unum diem uno agerent in loco. hoc sibi consilium non una ratio [9] surgebat. noverat exercitum suum fortem duratumque labori-

1. Lege, *victos.*
2. Lege, *reversuris.*
3. Lege, *concione.*
4. Forte, *omnisque eum.*
5. Forte, *duces.*
6. Forte, *Adhuc.*
7. Forte, *nolens.*
8. Forte, *sperabat.*
9. Fege, *suggerebat.*

boribus, Pompejanum [1] verbo molliorem versatum in [2] verbibus, & discursibus insuetum: itaque circumducendo illum 204
posse fatigari. se præterea mutatione locorum quod frumenta jam in agris essent, victurum [3] urbibus exercitum confidebat. illa autem spe potissimum movebatur, si forsitan se vagante hostis etiam moveretur & sic inter eundum casus aliquis atque occursus exoptatæ pugnæ tribueret facultatem. Et his omnibus hoc ultimum evenit, ut sine ampliori discursu pugnæ daretur occasio. Dum enim castra moturus ut decreverat, signum dedisset itineris, & jam tentoria vellerentur: ecce jam mota Pompeji castra conspiciunt, qui ut diximus victus omnium vocibus suo [4] obico aliena consilia sequebatur, & assumpta ut fit multorum hortatibus fiducia, paulo ante eum diem in consilio dixerat eventurum, ut ante congressum exercitus Cæsaris vinceretur. quibusdamque mirantibus, [5] abdiderat non se vestium increbulem prima facie rem videri. Dehinc latius ingressus, exposuit, cum equitatu abundarent, circumveniri omnes Cæsaris copias esse perfacile; idque sibi maturo consilio jam provisum. quæ cum pluribus verbis explicuisset: Labienus incepit, & Pompeji sententiam atque potentiam laudibus ad cœlum ferens, & Cæsaris imbecillitatem oratione deprimens insolenti: *Noli* inquit *ô Pompei, noli inquam opinari hunc exercitum illum esse qui Galliam Germaniamque perdomuit. omnibus interfui, & quid loquar scio. non est ille mihi crede. major pars bello periit diuturno. moriuntur in prælus, non nascuntur homines. multi domum rediere, multi in Italia sunt relicti, multi proxima autumnali pestilentia, reliquæ his ad Durachium prælus sunt consumptæ. Denique ille veteranus exercitus mille modis evanuit. nomen durat, milites non supersunt. hic autem quem videtis, ex* [6] *dilecto novo cisalpinæ Galliæ, & pars major ex Transpadanis con-* 205
*stat.* his dictis ne quid deesset insaniæ juravit se nisi victorem nunquam è prœlio reversurum. cæterosque ad idem jusjurandum verbis incitavit. nec minus exemplo Pompejus, dictum laudans, juransque similiter. sic omnes igitur juraverunt, ut necesse [7] fuit multos esse perjuros. ingenti gaudio tanquam

 feli-

1. Forte, *vero.*
2. Forte, *urbibus.*
3. Videtur reponendum *commodius.*
4. Forte, *rejecto*, aut *repudiato*, aut simile quid.
5. Lege, *addiderat, non se nescium, incredibilem.*
6. Lege, *dilectu.*
7. Forte, *fuerit.*

feliciter rebus gestis nec minori spe, è consilio discesserunt,
juramentum tanti ducis de tam magna re [1] velud aram vi-
ctoriæ tenentes. digressi autem è consilio, non ita multo post
ut diximus in aciem sunt progressi. quos ubi Cæsar tum ipse
etiam castra movens advertit in eum locum descendisse, ubi
æquo Marte certari posset, substitit. & conversus ad suos:
*Non est* inquit *modo amplius de itinere sed de prœlio laborandum.*
*adest ecce nobis occasio quam semper optavimus pugnandi, & fi-*
*nem laboribus imponendi.* hæc dicens instruere acies cœpit,
omni cujus erat [2] potissimus militari arte. suosque interim
[3] admovere, ne se à multitudine hostium circumveniri sine-
rent. sive id quod Pompejus in consilio dixerat erupisset, si-
ve id futurum animo, [4] præsagio concepisset. omnibus ju-
bens ne injussu ejus inciperent: se in tempore quid agendum
esset signo indicaturum. circumire inde acies, & animos ver-
bis accendere, virtutemque insitam excitare commemoratio-
ne erga illos semper optimæ ac beneficæ [5] voluntates in-
alia non omisit, se omnibus modis pacem quæsivisse; & hu-
milius forte etiam quam deceret. nominavit, per quos &
pace Pompejum aut Scipionem interpellasset, ut publice e-
tiam * Tampsi amnis ad ripam [6] de eodem nutenque ultro
citroque legatis agere voluisset. atque hæc omnia non metu
206 aliquo, sed pietate; ut civili [7] sanguinum parceretur, ex
adverso autem quam superbe, quamque impie vel neglectæ
petitiones suæ, vel telorum etiam immissione repulsæ, ma-
gnam nobilibus animis indignandi materiam præbuissent his
explicitis, obsecrantibusque militibus, pugnæ signum dedit.
Erat forte in exercitu Crastinus, qui priori tempore hone-
sto gradu sub Cæsare militasset, tunc vero non militiæ sa-
cramento, quo solutus erat, sed jure quodam amicitiæ evo-
catus aderat, vir bellica virtute memorabilis. hic Cæsaris
concione intellecta, & signo prœlii audito; alacri vultu &
voce: *Sequimini me* inquit *manipulares olim mei, & imperato-*
*ri vestro quam debetis operam exhibete. ultimum hoc prælium est,*
*quo peracto ille suam dignitatem, nos nostram recuperabimus li-*
*bertatem.* Dehinc versus in Cæsarem: *Faciam* inquit *impera-*
*tor*

1. Lege, *velut arrham.*
2. Lege, *peritissimus.*
3. Lege, *admonere.*
4. Forte, *præsago*, aut *animi præ-sagio.*
5. Lege & distingue: *voluntatis.* *Inter alia.*
6. Forte, *de mittendis.*
7. Forte, *sanguini.*

*tor hodie ; unde vel vivo mihi vel mortuo gratias agas.* hæc dicens primum in hostes impetum fecit. eumque dilecti milites circiter centum viginti voluntarie prosecuti sunt. Fuerat ut aliqui tradidere (nec dissimile veri est) [1] quidam utriusque in ipso pugnæ principio pius torpor, qui strictos jam gladios contineret. nempe cum germani suos fratres ab adversa acie, parentes filios, & parentes filii viderent: donec Crastinus hic præcipitanti rabie vocem tolleret pilumque torqueret. ita prœlium cœptum est. Quod nisi unius furor homines [2] micuisset, poterat fortasse ducibus ipsis patientibus, citra Romani imperii humanique generis excidium, mutua pietate componi. sed proh [3] dulor, inventus est, qui Cæsare ipso differente, properaret, neque ipse tamen tanti mali auctor abiit immunis. infixo in os gladio inter cadavera mox inventus atque recognitus. notatumque, oris vulnere oris impetum punitum ultione justissima. Concursum 207
est in campis Thessaliæ, quos [4] Philippos vocant. illum sibi locum, Romæ invidens fortuna delegerat, ubi ab hostibus invictas Romanas opes manibus Romanis everteret, imperiumque supremum irreparabili clade protereret. De numero copiarum longe aliter narrant auctores. in magnitudine periculi omnes consonant. plena omnia sunt lamentis. & qui minorem numerum dicunt, addunt tamen * nostri immensum quidam lector possit mente concipere. Annei quidem Flori, qui hanc rem elegantissima brevitate perstrinxit, verba sunt hæc: *Nullo umquam loco tantum virium populi Romani [5] fortuna vidit* I I I C *& amplius milia bellatorum hic illic, præter auxilia* [6] *regium & senatus.* Idem: *Si belli* inquit *duces inspicias, totus senatus in partibus: si exercitus, hinc undecim legiones, inde decem & octo, flos omnis & robur Italici sanguinis: si auxilia sociorum, hinc Gallici Germanique dilectus, inde Dejotarus, Ariobarzanes, Tharcondimotus,* [7] *Corintus,* [8] *omni Draciæ, Capadociæ,* [9] *Ciciliæ, Macedoniæ, Græciæ, Æholiæ totiusque robur Orientis.* Acies magno utrinque ordine steterant. duces nescio an [10] omni supremi qui umquam arma tractaverint, nec excipio Africanum atque Hannibalem.

 nam

1. Forte, *partis*.
2. Lege, *miscuisset*.
3. Lege, *dolor*.
4. Lege, *Philippicos*, aut *Philippeos*.
5. Florus addit, *tantum dignitatis*.
6. *Regum & senatus.* sic Florus.
7. *Cothus* est in Floro.
8. Lege, *omnis Thraciæ*.
9. Lege, *Ciliciæ*.
10. Forte, *omnium*.

nam quis horum utriusque seu victorias ne dicam bella di-
numeret, seu rerum [1] magnitudine metiatur? mirum tamen
dictu, quoniam Pompeji ardor atque impetus, vel ætate vel
præsagio quodam ac fortunæ varietate [2] lucesceret: ut qui
eum cerneret [3] quid jus potius quam Pompejum crederet.
quo mirabilior mihi est ille totiens petitæ pacis contemptus
atque illa spes victoriæ. sed & ipse tamen suos, partim ma-
208 gnifica, partim [4] miserabilia ore cohortatus est; descendit-
que in prœlium, mundi partem maximam secum trahens.
Fuit autem inopinus ac mirabilis pugnæ finis. nam cum ali-
quamdiu æquis viribus hinc inde dimicaretur, Pompejus
[5] multitudine fisus, ut dictum est, ad circumveniendum Cæ-
sarem equitatum effunderet: ab utroque cornu Cæsar suis e-
quitibus quos intentos in hanc rem fecerat, subito signum
dedit, qui dicto citius in effusos facto impetu vere illos ef-
fuderunt, & vertere terga coëgerunt. Secuta est equitatum
vis ardentissima legionum, adeo conglobata ut quasi una ma-
nus omnium videretur. sic omnes simul & [6] ferine cernere
& urgere, ut sustineri virtus tam unita non posset. accessit
& levis fragor ac strepitus armaturæ, magni denique inde
exercitus. Cæsar ipse ubique presens utrumque simul exhi-
bens, & fortissimi militis, & summi ducis officium, &
feriens & exhortans. duæ ex omnibus illius per omnia discur-
rentis, atque omnibus occurrentis, voces adnotatæ, memo-
riæque mandatæ sunt: ferox altera, sed ad vincendum utilis: *Miles faciem feri.* altera autem pia, licet ad jactationem
compositam [7] Florens dicat: *Miles parce jam civibus.* illa e-
nim vincere satagentis, hæc vincentis seu jam victoris &
miserantis vox fuit. illa in medio [8] prœlio ardore; hac jam
victis & in fugam versis hostibus usus est. illæ etiam piæ vo-
ci consentaneus actus fuit, quod cuilibet suorum uni hostium
quam optasset vitam dare permisit. nec minus ille, quod in
tanto conflictu nullus inventus est nisi armatus in acie cec-
disse. Pompejus turbatus ac territus suorum ordinibus, tan-
tæ ruinæ molem nec sufferre valens nec attollere; abjecto
pondus imperii, seque fugæ tradidit, non tam vivere cu-
piens,

1. Lege, *magnitudinem.*
2. Forte, *senescerct*, vel *languesceret.*
3. Forte, *quidvis.*
4. Forte, *miserabili oratione.*
5. Lege, *multitudini.*
6. Forte, *ferire cernerets.*
7. Lege, *Florus.*
8. Lege, *prælio.*

piens, quam metuens mori, ne secum totus exercitus more- 209
retur. quo submoto, [1] ne amplius in acie stetit. documen-
tum ingens, non semper prœlium esse victoriam: cum ut
apud scriptores constat, nil [2] Pompeji magni quam suorum
nocuerit multitudo. non minus tamen arbitror nocuit indi-
gesta varietas, quæ per unum frænari & regi nulla potuit ra-
tione. hæc Thessalianicæ pugnæ finis fuit, ut etiam & Pom-
peji, ne in suum dedecus paucos vitæ dies [3] egerat, lon-
gamque gloriam brevi spatio dehonestaret atque pollueret.
sed sic [4] essent res humanæ. nil tam altum quod non [5] pos-
set deprimi. nil tam clarum quod non valeat obscurari. Ita-
que tempestiva morte nihil melius. sed de hac postea. Nunc
revertor ad Cæsarem. parta ut dictum est victoria, cum &
Cæsar castra hostium cepisset & Pompejani aliqui in mon-
tem castris proximum effugissent, studiose egit cum militi-
bus, ne in prædam intenti tempus labi finerent, quo ma-
ior negligeretur occasio, quod cum [6] obtinuissent, montem
circumvallare disposuit. hostes monti, quod inaquosus erat,
diffidentes, [7] abire. quod Cæsar intelligens trifariam parti-
tus est copias, ut pars in suis, pars in Pompeji castris ad
custodiam resideret, pars expeditior secum iret ad hostes pro-
sequendos. quos cum non longo [8] discursu spatio prope es-
set ut attingeret, illi in montem alium conscenderunt, cu-
jus ad radicem fluvius labebatur. Cæsar illic eos obsedit, ac
militibus, quamvis diurno labore fatigatis, & lassitudo re-
quiem, & nox proxima suaderet; persuasit tamen ut quie-
tis immemores novum susciperent laborem, & munitionibus
interjectis flumen à monte secernerent, quo nocturna clau-
sis praeriperetur aquatio. quod cum factum esset, territi de-
ditionem per nuntios petiere, [9] aliquid senatorii ordinis [10]
fugam per noctem clam delapsis. Diluculo igitur Cæsar ho- 210
stes è monte descendere, atque ad terram omnes arma pro-
jicere cum jussisset, cupide obtemperatum est; tensisque ad
eum palmis affusi & gementes veniam petiere. jussos assur-
gere nihilque metuere, [11] jussit incolumes, ut non modo in



1. Lege, *nemo*.
2. Lege, *Pompejo magno*.
3. Forte, *ageret*.
4. Forte, *transeunt*.
5. Lege, *possit*.
6. Lege, *obtinuisset*.
7. Lege, *abiere*.
8. Lege, *discursus*.
9. Forte, *aliquibus*.
10. Lege, *fuga*.
11. Forte, *dimisit*.

corpore sed neque ulla in re detrimenti aliquid paterentur: veteris militibus aut quemquam lædere aut illorum quidquam omnino concupiscere. profecto aliquid inter hunc, transfugamque ejus Labienum, interfuisse, [1] facile ac propterea discretio est. Cæsar lassitudini militum compassus, suæ vero negligens quietis, legiones quæ secum fuerant, ad castra quæ [2] vim passuum à tergo aberant, redire præcipit, ut quiescant: [3] eos non quæ in castris remanserant ad se venire imperat, ut laborent. cum quibus eodem ipso die Larissam pervenit, qua jam Pompejus fugiendo transierat. ubi reditum est in castra, facta cæsorum ratione deprehensum est de legionibus atque equitatu Pompeji xv milia cecidisse. nam externarum gentium & auxiliorum, quæ de toto Oriente convenerant, innumerabilis strages fuit, qui vagi & inermes [4] fuit nullo ordine, ad [5] societatem cædentium sunt oppressi. quo die prospiciens Cæsar adversarios cæsos atque contritos campis hoc adverbium traditur dixisse: *Hæc voluerunt. tantis rebus gestis Gajus Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.* Eorum vero qui deditione in potestatem [6] Cæsar venerunt, numero xxiiii M. & eo amplius fuisse compertum est. capta quoque signa militaria CLXXX. & [7] LVIII. aquilæ. inter cæsos fuit Crastinus, ut dictum est, ardentissime dimicans, quem Cæsar eo prœlio mira virtu-
211 rem gessisse, & de se optime meritum prædicavit. Atque ita ut prædixerat vel mortuo gratias egit. Periit & Domitius is, qui ad [8] Confinum captus fuerat ac dimissus. A parte Cæsaris nonnisi ducenti milites sunt amissi. centuriones triginta viri excellentes. mirum dictu Romanis ab utraque parte pugnantibus eam fuisse cædis imparitatem. sed Pompejum sua illa jam vetus fortuna reliquerat. Hoc loco non videtur prætereunda silentio laudatissima illa Cæsaris virtus, modestia, cujus & Plinius Secundus, & Seneca, multique alii meminere. nempe cum inter alia in Pompeji castris scrinia invenisset epistolarum ad Pompejum à principibus directarum, ex quibus elici posset, quid contra se quilibet sensisset, quod ad rationem nondum finiti belli prode-

1. Credo alludere ad captivos à Labieno necatos. sed videntur corrupta. forte, *facilis propterea.*
2. Lege, VI *milia.*
3. Lege, *eos vero*, *qua.*
4. Forte, *fugerunt.*
5. Lege, *satietatem.*
6. Forte, *Cæsaris.*
7. Lege, VIII.
8. Lege, *Corfinium.*

ſe potuiſſe non eſt dubium, nec epiſtolas legi, nec aperiri ſcrinia paſſus, bona fide ſicut erant obſignata & intacta combuſſit & raro licet ac modice ſolitus ſubiraſci, ſatius duxit iræ, ne ad ſe accedere poſſet, occurrere, & opponere illi ignorantiam offenſarum, quam præſentem rationem moderari. mirum genus clementiæ, & omnibus [1] victoribus recto ſub judice præferendum. penituſque ab Alexandri Macedonis conſilio diverſum, qui non ſolum ultro oblatas hoſtium epiſtolas non combuſſit, ſed quod certiſſimi ſunt auctores, ſuorum litteras callide perquiſivit, cognito eorum de ſe judicio ſupplicium meditatus. quamquam quid Alexandrum nomino, omnium fere hominum conſilia hac de re paria & Alexandrea potius quam Cæſarea eſſe quis dubitet? Profecto ut in multis in hoc quoque unicus Cæſar eſt. ſed Pompeji fugam proſequor.

Pulſus ergo Pompejus, per Theſſalicas ſylvas uno equo, per Ægeum pelagus una navi fugiebat. Romani imperii pudor ingens, quod ille nutu rexerat. ſed ſic eſt, res hominum non ſtant. & quo [2] minor eſt altitudo; eo gravior ruina. ſic 212
Lesbon inſulam adiit, ubi ſua amantiſſima conjux erat. receptoque cariſſimo pignore illic depoſito, à tergo ſibi metuens mox diſceſſit. donec quibuſdam ſuorum [3] aſſecutus, in infami ſeu inſula Cilicum, ſeu ſcopulo deliberabundus ſubſtitit, an in Africam, an in Ægyptum, an in Parthiam navigaret. Et cum pronus eſſet in Parthias, rurſus conſiliis ſuorum victus in Ægyptum flexit. quodque in conſiliis crebrum eſt, illa ſententia ſuperavit, qua deterior nulla erat. nempe cum ab eo rege [4] qui tutor à ſenatu datus regnum ſumma fide ſervaverat, & paterna pietate reſtituerat, & paterni jure hoſpitii & ſui in illum meriti, auxilium petiturus infauſtam puppim ad littus [5] Ægyptum appuliſſet: cognito tanti viri ſolitario adventu rex impubes Ptolomæus, ex illius habitu fortunam conjectans, & ſubita re turbatus; dum tumultuario conſilio quid agendum eſſet quæreret, conſultore, ſiquis fuit honeſtior, ſpadonum viliſſimorum hominum ſententia, ſuperato; ſeu metu Romanorum ut ſe excuſantes poſt dicebant, ſeu ſola perfidia ac contemptu ejus, fidem ſpernere & captare gratiam victoris, ac fortunæ obſequi defini-

1. Lege, *victoriis.*
2. Lege, *major.*
3. Lege, *aſſecutis.*
4. Forte, *cui.*
5. Lege, *Ægyptium.*

finitum est. missique carnifices, qui è navi in 1 staphan su prætextu procellosi littoris cum paucis exceptum, ut ad re gem duceretur, interficerent O fortuna hominum, & re rum exitus prosperarum. sub filii atque uxoris & amicorum oculis crudeliter interfectus est gladio Achillæ sævissimi hominis atque Septimii viri immanissimi, olim sui, tunc regi militis, sui autem desertoris. pudor inexpugnabilis: Romanum civem, ad Romanum principem trucidandum, sic Ægyptii & obscœni regis imperio paruisse. O quanto erat honestior casus! nisi Romana manus intervenisset. sed hanc malorum seriem fortuna texuerat, necubi civilis deesset infa
213 si ad Indos pergeret Romano reor gladio pereundum er corpus ejus in undas abjectum caput reservatum pio victor munus impium, donum donatario indignum sed donante dignissimum. navis in qua uxor erat & filius fuga evasit, quot aliæ captæ, crudeliterque habitæ. captus & Lentulus ac perductus ad regem; & in custodia enecatus. his Pompeji quidem sed non belli civili exitus fuit.

2. Cæsar vero post victoriam Pompeji vestigiis insistens, quod paucitas fugam clandestinam faciebat, incertis indi in Asia perrexit: ut illud nullo modo siluerim, quod cu præmissis legionibus ipse per Hellespontum victor nullum jam metuens, unico parvoque navigio trajiceret, & L. Cassium partis adversæ ducem cum decem magnis na bus obvium habuisset. ubi nemo alius non timuisset, ipse tro accessit, hortatusque ad deditionem, atque obedie & ad se suppliciter venientem cum tota classe suscepit. Tantum Cæsaris nomen erat, ut ubique potens, ubique comitatus & magnis circumvallatus 2 exercitus crederetur. Simplice ergo suscepto, suum iter egit, atque Ilion suæ 3 urbis originem invisit, ut quidam prodidere. ibi audiens apud Cyprum insulam visum esse Pompejum, cogitansque id quod erat, in Ægyptum ire, quod & familiaritas regis & regni oportunitas suggerebat: cum paucis & 4 Hodiis navibus pauloque amplius 5 quod inde peditum, & nonnisi pc equitibus insecutus, eo quod cæteri fere omnes, & vulneribus & morbis & lassitudine tenerentur, Alexandriam venit. fixus, & gestarum rerum & nominis sui famam magn

1. Lege, *scapham*.
2. Lege, *exercitibus*.
3. Lege, *urbem originis*.
4. Lege, *Rhodiis*.
5. Lege, *quam* III *mil.*

instar exercitus sibi fore, ut ubique cum paucis etiam tutus
esset. quæ pene eum spes fefellit. [1] Pridem quidem adven-
tu de Pompeji morte certior factus, aliquantisper hæsit in 214
littore. [2] dum interea missum sibi à rege per Theodotum
præceptorem suum qui cum Photino ejus cædis hortator fue-
rat, Pompeji caput atque annulus offertur, ingemuit Cæsar
& lacrymas fudit, tanti viri & tanta sibi olim familiarita-
te conjuncti [3] casus miseratus. simul illud intelligens cæde
illa non sibi regem gratificari voluisse, sed fortunæ, in se
dem si sors tulisset ausurum. Dehinc in terram egressus, &
ingressus Alexandriam, exceptus est tumultu & clamore mi-
litum gravi, quos illi urbi rex præsidii gratia dimiserat, que-
rentium [4] primi Romanis [5] fastibus regiam majestatem. quo
compresso, quotidie motus alii atque alii oriebantur, [6] quo
ex ordine prosequi, otiosi sit. quibus Cæsar in sua opinione
firmatus, non sibi Pompejum periisse, sed regi; ad se sta-
tim legiones quas ex Pompejanis militibus conscripserat evo-
cavit. mille interea tumultus & insultus, vixque aliud tem-
pus periculosius egit Cæsar. nusquam magis illi necessaria
virtus fuit, [7] sine qua eum & gestarum rerum memoriam
non juvisset. Achillas regius præfectus hausto Pompeji san-
guine [8] eburus, jam Cæsaris sanguinem sitiebat. & collecto
exercitu xx armatorum [9] victori quoque moliebatur insidias.
quo jussus exercitum dimittere, non modo non paruit, sed
palam rebellis aciem pugnaturus instruxit. in quo quidem
prœlio, cum classis regia, quæ tunc casu in terram subdu-
cta [10] exureretur, flamma proximis tectis illapsa, illam Phi-
ladelphi bibliothecam famosissimam [11] assumpserit: in qua
erant librorum milia, alibi quadraginta, alibi quadringen-
ta reperio, & est plane similis syllabarum sonus numerus
longe dissimilis. Ita ignis adhuc ambiguo bellorum exitu de 215
bris immeritis triumphavit, non [12] modice studiosæ poste-
ritatis incommodum, tot nobilium ingeniorum monumenta
uno incendio conflagrasse. Multa ibi præterea nunc terre-
stria nunc navalia fuere certamina, & civile bellum [13] Æ-
gyptum

1. Forte, *Primo.*
2. Lege, *cum.*
3. Lege, *casum.*
4. Lege, *premi.*
5. Lege, *fascibus.*
6. Forte, *quos.*
7. Forte, *sine qua eum gestarum rerum memoria non juvisset.*
8. Lege, *ebrius.*
9. Adde, *milium.*
10. Adde, *erat.*
11. Forte, *consumsit.*
12. Lege, *modicum.*
13. Lege, *Ægyptus.*

gyptum sibi absente altera parte, suscepit: cujus ducem ipsi peremerat. horum certaminum in uno cum angusti essent 1 additus unius classis ad alteram aliquamdiu dilata res est, unaquaque partium alterius transitum expectante. quod scilicet ejus quæ primum transiret deterior conditio, quod explicari ex incommodo inter angustias non 2 posse, omnino expeditior pars altera videretur. Erat classis Rhodiæ præfectus 3 Heu fravor, & disciplina rei bellicæ & virtute animi Romano similior quam Græco, hic dilationem videns, & causam dilationis intelligens, sic Cæsarem alloquitur. *Sentire mihi videor consilium tuum Cæsar. dubitasne si hæc nos primi ingredimur ante cogamur in prælium, quam reliqui ire possint, atque ita iniquo Marte pugnemus. sed mihi curam Cæ linque. non te fallam, ego hostium impetum sustinebo dum cæ consequantur, hos Ægyptios contra nos ex æquo stare, & ne gloriari posse, doleo graviter & indignor.* Delectatus Cæsar viri animo, laudavit hortatusque est. Cum vero rumores necdum Romanis noti in exercitu hostium crebrescerent, è Syria atque Cilicia adventare Cæsaris legiones: sollicitior solito Ægyptii instructa classe commeatibus insidiabantur quod audiens Cæsar, eo classem dirigit. in qua Rhodius Euphranor ut promiserat primus pugnam iniit, semper vincere solitus. sed fortuna eum quod de multis facit in fine reliquerat, quamvis & tunc etiam vicit, nam & obviam 4 navium fregit & demersit. Et dum animosius aliam perurget nullo opem ferente, seu quod virtuti ejus adeo 5 viderent
216 ut crederent auxilio non egere, seu quod potius reor, metu illos detinente, vincendo atque insequendo deperiit 6 omnius, & bene gestæ rei laudem adeptus est mortem. Erat apud Cæsarem Ptolomæus, quod 7 pleris natura evenit, ætate puer, calliditate senex ac nequitia, erat autem forte sperans gratiam Cæsaris Pompeji morte promeruisse. hic bellum eo tempore cum Cleopatra sorore erat & conjuge quam quidam in carcere tunc fuisse confirmant. sed ubicumque esset, constat eam ad Cæsarem penetrasse, seque ad ipsius genua projecisse, orantem ut ei partem regni restituere juberet, ut communis testamento patris cautum appareret,

1. Lege, *aditus.*
2. Lege, *posset.*
3. Lege, *Euphranor,*
4. Lege, *navim,*
5. Lege, *fiderent.*
6 Lege, *unus.*
7. Forte, *plerisque,*

tet, & petitio justa erat, & insignis forma [1]. Audito ejus imperio & Cleopatram simul timentes & Cæsarem, nec jam moræ locum esse extimantes, ad apertam [2] viri conversi, nocte proxima illum intra regiam obsederunt. Fuit tunc maxime virtute opus eximia, quæ tot hostium tota nocte cum paucis impetum tolleraret, incendioque propelleret vicinarum ædium. fama est timuisse hostes, ne una cum Cæsare inter tenebras opprimerent suum regem, quem salvum cupiebant, ut [3] qua potestate pueri ad scelus abutebantur, sicut nonnulli nostra faciunt ætate; eamque salutis causam extitisse. ipse autem se in urbe parum tutum sentiens, improvisus Pharon pene insulam occupavit, ut loco saltem tutior aliquantulum quiesceret, quodque, otii ubi aliud adesset, inter bella cupidissime [4] facturabat lectioni ac scripturæ operam daret. neque tamen diuturna respirandi contigit facultas. Inimici enim potentiam Cæsaris quasi fulmen horrebant. & quod multis accidit, periculum metuentes, periculum maturabant. semper ergo consilia, semper arma, semper insidias agitabant. Interim vero, credo [5] ego hostium suggestu legati Alexandrini ad Cæsarem venerunt regem suum reposcentes. quibus ille facilem [6] præbuit Cum vero dimittere eum vellet, ille versutissimus ac fallacissimus puer, & suorum similis, fictis cum lacrymis Cæsarem precabatur ne id faceret: neque enim regnum sibi esse Cæsareo carius aspectu. Quod Cæsar audiens, inhibitis lacrymis solatus est puerum. *Et si hunc* inquit, *quem prætendis, animum habes, cito ad me reverti & mecum esse poteris. nunc vade & tuorum desiderio satis fac. teque hortor & admoneo ut amicitiam Romanam plus quam arma experiri velis.* sic [7] ad munitum dimisit. Ille velut ferox belua vinculis emissa, totis mox regni viribus contra Cæsarem conspiravit: ut satis ostenderet, se nimum præ gaudio lacrymatum. pene læti hoc eventu erant Cæsaris amici, tantam sibi facilitatem ac clementiam esse damnosam, quod tam cito regem, quem in potestate haberet, petentibus remisisset, ut [8] superbia bonitas probati du- puerili versutia [9] placeretur. quasi vero hoc Cæsaris bonita-

1. Aliquid deest.
2. Forte, *vim.*
3. Lege, *qui.*
4. Forte, *factitabat.*
5. Puto, *Ptolemæi.*
6. Adde, *se.*
7. Lege, *admonitum.*
8. Adde, *nimia.*
9. Forte, *eluderetur.*

nitate sola, non [1] alitiore consilio gestum esset, ut & rex præsens inciperet suis esse contemptui: multa enim desiderantur absentia & præsentia contemnuntur: & Alexandrini cognito nihil eis sui [2] regni adventu accrevisse, nihilque digressu ejus decrevisse Romanis, jure consternarentur. nil enim magis animos populorum dejicit quam subjecta oculis sui superioris inertia. Cæterum contra hunc motum Cæsar solius virtute consurgens, cum eruptione hostium repentina, ad classem suam transiturus in naviculam conscendisset; utque in tali periculo fieri solet multorum aggestu aut impulsu,
218 aut alveo obruta demersus in pelagus, per ducentos passus enavit ad propinquam navim. Sunt qui paludamento in fluctibus dimisso, enatasse illum dicant: idque seu fortuito seu consulto, ut hostes in illud sagittis ac lapidibus intentos faceret. Sunt qui paludamentum mordicus tenens, ne hanc quidem gloriandi materiam hostibus reliquisse [3] confirmassent. hæc vulgatior & certioribus testibus suffulta sententia est. nam de eo nulla dubietas, illum sinistra manu [4] enatasse, ne libellos, quos ea gestabat, maris aqua perfunderet. Mox exceptus à suis nil moratus, sed [5] familiaribus illa se celeritate ac felicitate versus in hostes, incredibile, quæ subito classem regiam oppressit [6] accepit. Periit hoc congressu Theodotus totius mali artifex commenti, omnesque simul Pompeji interfectores interfecti. Photinus & Ganimedes evasisse videbantur, sed in fuga ipsi etiam misera morte deleti sunt. nec minus [7] intra bellum erat. Alexandrinorum castra celso loco posita expugnari sine magno militum periculo non poterant. Sollicitus hac de re Cæsar, advertit summum castrorum locum vacuum derelictum, eo quod suapte natura tutus videretur, omnesque vel pugnæ vel spectaculi voluptate ad infima descendisse. ire illo aliquot cohortes jubet & occulto ambitu pervenire, præfecto his Carfuleno forti viro & bellandi gnaro. quod cum factum esset locus pene [8] nullus defensoribus, [9] ex his ipsis territis, repente corripitur; & clamore sublato, & qui infra erant solito acrius pugnantibus, totis castris sine [10] deletu exitus fugam

1. Lege, *altiore.*
2. Lege, *regis.*
3. Lege, *confirment.*
4. Deest, *elata.*
5. Forte, *familiari,*
6. Lege, *ac cepit.*
7. Lege, *in terra.*
8. Forte, *nudus.*
9. Lege, *& his ipsis.*
10. Forte, *delectu.*

& hinc quoque aliis ſuper alios ruentibus, ſtrages ingens XX M. hoſtium hoc prœlio cæſa ſunt. XII M. dedita, cum LXX longis navibus. V ex victoribus periere. Rex ipſe castris effugiens in ſcapham conjectus, & urgentibus qui evadere ſimul feſtinabant in mare dejectus; non ad ſuos ut Cæſar, ſed ad piſces & ad fundum abiit. atque impulſum fluctibus cadaver inventum in ripa, & loricæ aureæ indicio cognitum. ſic puerilis fraus in ipſo flore nequitiæ extincta. Sic & aliud agens Cæſar, generi ultor effectus, & illius magni viri manibus nocentiſſimorum hominum ſanguine parentatum eſt. 209

Poſthæc Alexandriam victor Cæſar ingreditur, tanta omnium civium reverentia, tanto honore, quaſi non ad domandos ſed ad liberandos adveniſſet. ſic [1] ab initis armis, & id genus veſtis induti, qua placare iratos dominos, precarique veniam ſolebant; & ferentes ſacra, quaſi Deo cuipiam obviam egreſſi, ſeque & ſua urbemque ipſam ei ſupplices dedidere. tanto inſuper [2] gaudio, ducem ſuum è tot inſidiis tantiſque periculis cum ſalute & gloria evaſiſſe cernitium, ut undique cumulatum dies ille præſtantiſſimo imperatori fructum virtutis attuliſſe videretur. tum de regno diſpoſuit. verituſque illud in provinciæ formam [3] redigiſſe, ne quando forte propter opulentiam regionis præſes animoſior eo miſſus novandarum rerum materiam inveniret, Cleopatræ, cujus blanda conſuetudine tenebatur, & cui jure etiam debebatur, [4] necdum & minori ejus fratri ſceptrum dedit, quum major male monitus ejus audierat. minorem etiam Arſinoën regno eduxit, ne forte rebus adhuc teneris, prætextu illius puellæ, quod aliquamdiu fecerat Ganimides, novi motus per alium orirentur. aliquot ibi [5] præterea liquit, idque alto conſilio, ut quod ſtatuerat firmum eſſet, quod nec antiquitas [6] puris, nec civium amor Cæſarem amantibus præſtare poterat. & glorioſum eſſet nomini Romanorum, reges ab eis [7] fit eorumque præ teneri, ſi in fide manſiſſent; alioquin poſſe ſi rebellaſſent eiſdem ipſis quæ 210 eorum cuſtodiam data erant auxiliis contineri. Et geſtorum per Cæſarem in Ægypto hæc ni fallor ſumma eſt.

 Ex

1. Forte, *abjectis.*
2. Adde, *ſuorum.*
3. Lege, *redigere.*
4. Forte, *nec non,*
5. Deeſt, *legiones.*
6. Lege, *pueris.*
7. Forte, *conſtitui, eorumque præſidiis teneri.*

Ex Ægypto Cæsar in Syriam venit ad laborem natus
1 Cæsare sciens nec quiescere. euntem nuntii ex Italia
quuntur, litteræque Roma redditæ. omnium sententia
erat, multa & in urbe & in 2 Italiam perperam agi;
pene 3 necessarie absentibus consulibus ac senatu; 4 mul
populo per tribunos militum contentiose, multa in exer
tu ambitiose atque ignave per tribunos militum nonnullos
præfectos legionum, contraque disciplinam militiæ à ma
ribus institutam: ex quibus unum omnes concludebant,
cessarium ejus reditum, necessariamque præsentiam.
rebus etsi merito moneretur, primum tamen arbitrabatur
eas terras, ubi tunc erat, ordinare, ut tranquillas & imp
rio obsequentes dimitteret, ne diversos actus inculcans
neutrum consummaret. Id vero 5 ne in Syria Ciliciaque
Asia minore celerrime peracturum confidebat, quod
ibi belli materia appareret. in Bithinia autem & Ponto
sculum negotii superesse, Pharnace rege adhuc regione
las obtinente. Jussis ergo urbanis atque Italis rebus
ipsius adventum conquiescere: ipse cœpto festinus
Pharnacem petit. appropinquanti Dejotarus 6 Galach
trarcha, licet tunc de illa litigans; rex autem minoris
meniæ à senatu constitutus; deposito omni ornatu re
non solum privati, sed rei supplicisque habitu obviam
& cum audientiam meruisset: *Ego*, inquit, *ô Cæsar*
*cior me Pompeio favisse. si erravi, teque offendi; veniam*
*eram Cæsar & fui semper atque ero fidelis populo Romano*
211 *in his terris, quæ nullis tuis præsidiis tenebantur, neque*
*manis dissensionibus cognoscere meum erat. quid agerem,*
*à juventute didiceram, obedire 8 parentibus.* Ad hæc Cæ
*Multa in te & magna beneficia mea, quibus olim consul*
*tuum regnum honestavi, 10 quidem minime tibi excidisse*
*rant. excusatio autem erroris penitus nulla est tam pruden*
*que industrio viro. nosse enim poteras & debebas 11 qui*
*Romam atque Italiam teneret. ubi ille esset, ibi senatum*
*lumque Romanum, ibi demum esse rempublicam. contra*

1. Forte, *cedere.*
2. Lege, *Italia.*
3. Lege, *necessarium erat.*
4. Lege, *multa a populo.*
5. Videtur delendum, *ne.*
6. Lege, *Galatia.*
7. Lege, *eram.*
8. Forte, *imperantibus.*
9. Lege, *te tuumque.*
10. Adde, *quæ.*
11. Lege, *quis.*

*quis Lentulum & Marcellum consules haberet, quidve inter tam dissimilia interesset ignorare non poteras. Ego tamen hanc culpam prioribus beneficiis atque obsequiis tuis, & hospitio quod tibi est mecum, & amicitiæ antiquæ, & dignitati tuæ atque ætati volens dono. insuper & multorum precibus hospitum amicorumque tuorum, qui pro te sæpius me rogarunt. de litigio autem tetrarchiæ in tempore, quod justum videbitur, diffiniam: te interea confidenter mecum agere, & regio habitu uti volo.* His dictis legionem unam regis è subditis suis Romano more instructam, & quotcunque haberet equites secum ad bellum Ponticum mitti imperat. Cumque Dejotharus in omnibus paruisset, & ad ejus regiam Cæsar more hospitii divertisset, [1] culterque summa diligentia fuisset, inventus est, qui Dejotharum coram Cæsare accusaret, insidias illum sibi nocturnas tetendisse. extat elegantissima Ciceronis regem defendentis oratio. Cæsari Ponticos fines ingresso legatio Pharnacis regis obviam venit. *orat ut pacatus ejus adventus sit, regem enim prompto animo suis imperiis pariturum. neque indignum ejus gratia, qui nunquam Pompejo Cæsarisque hostibus favisset, quam fautor hostium Dejotharus invenisset.* Posthæc illi coronam auream à suo rege transmissam obtulere. Erat Cæsari natura, tum rerum tum verborum [2] tonutas multa atque mansuetudo, & legatos ad se missos mitissime alloqui; & si uspiam errassent leniter admonere, mos illi perpetuus. Itaque legatis auditis: *Ego* inquit *Pharnaci non infensus, sed propitius advenio, modo quod verbis pollicetur rebus impleat.* atque his dictis læta fronte duo verba superaddidit, quæ mihi ex ipso magnanimitatis gremio deprompta videantur. *Videte autem*, inquit, *ne aut mihi Dejotharum ut indignum venia quod contra me steterit, aut regem vestrum adversus me non stetisse*, [3] *seu magnum aliquod beneficium opponatis. nam neque Dejotharus tantam injuriam, neque rex vester tantum beneficium mihi intulit, quantum vos putatis. ille quidem præstitit*, [4] *& offensas meas ut* [5] *agnoscere possem supplicanti, quo mihi nihil est gratius, nihil quod cupidius faciam: & publicas libere ulcisci valeam, quod fortasse sic non possem, si in me fuisset obsequiosus, privata gratia publicis commodis ut solita est obstante. hic autem vester non tam mihi consuluit, cui cœlitus de omnibus decreta victoria erat, quam sibi, ne*

Zzz 2 *cum*

1. Lege, *cultusque*,
2. Lege, *comitas*.
3. Forte, *ceu*.
4. Lege, *ut*, & dele sequens *ut*.
5. Lege, *ignoscere*.

*cum aliis vinceretur. Quisquis enim contra me venit, haud dubie victus abiit. hinc ei igitur quas remittam privatas offensiones nullas habeo, qui, ut dicitis, nil egit adversus me, publicas remitto. illas tamen, quæ irreparabiles sunt, ut cædes ac vulnera & ludibria civium Romanorum: 1 prædes & ablata restituat quæ potest Romanis pariter sociisque: publicanorum familias, quas per vim tenet, emittere ad libertatem: super omnia Ponto excedere statim jubeo. si paruerit, tum demum munera ab eo mihi transmissa recipiam: alioquin spes concordiæ nulla est.* Hoc responsum cum legati retulissent, Pharnaces nihil verbo quidem, animo autem omnia recusavit. sperans Cæsaris discessum non posse differri, 2 qui jam publice notum esset m...
213 & magnis ex causis redire in Italiam oportere. itaque tergiversari, 3 simulari impedimenta, 4 occupantes fingere, moras nectere, dilationes & nova pacta aucupari. Cæsar tandem, nec difficile erat, intelligens; naturaliter insitæ celeritati, qua sæpe parvo temporis in spatio multa & magna confecerat, 5 consilii calcar adjecit; & properans quæ in Ponto agenda essent expedire, quo maturius ad Italiam navigaret. Venit igitur improvisus atque inexpectatus 6 Zelam Ponti opidum. venit autem quasi fulmen veniens ... que simul atque abiens; sic ut unum ab alio internosci nequeat. Rex subita re perculsus, cum in aciem venisset, magno prœlio victus est. Tum compositis Ponti rebus, ... ge ad ea quæ se facturum sponte promiserat vi coacto, Ponto totaque Asia discessit. Et hæc omnia raptim adeo gesta sunt, ut de hoc bello Cæsar ipse diceret tria hæc verba duntaxat: *Veni, vidi, vici.* quasi victoriam indicans ... laborem. Alii dicunt dixisse eum: *Veni & antequam viderem vici.* Et hæc quidem duo bella, Ægyptium & Ponticum, quanquam non cum civibus gesta, civilibus tamen bellis inserta sunt. Nunc ad vere, atque undique civile bellum redeat stylus.

Digressus Cæsar ex Asia, ardentissimi spiritus imperator, hyeme media & adversis tempestatibus absque ulla intermissione navigans, ad XIIII Kalendas Januarii 7 Lilibæum attigit. & quamvis ut dixi Romam evocatus, & Romæ ... cu-

1. Lege, *prædas.*
2. Lege, *quem jam.*
3. Lege, *simulare.*
4. Lege, *occupationes.*
5. Lege, *consilio.*
6. Lege, *Zelam.*
7. Forte, *Lilibæum.*

cessarius, omnia tamen posthabenda imminenti bello cen-
suit. quoniam fama erat Pompejanas partes in Africa ma-
ximis incrementis assurgere. unius ducis in locum duo suc-
cesserant, Cato & Scipio, & civili potentiæ in Africa co-
actæ, externæ quoque vires Jubæ regis [1] successerant, & in-
gentem undique, quasi de industria, rerum molem fortuna 214
collegerat, quo victoriam Cæsaris efficeret clariorem, &
reges cum civibus miscerentur. Eo ergo cum venisset, ten-
toria fixit in littore, ita ut pene undis abluerentur, ne quis
dubitaret, eum nihil aliud quam trânsitum cogitare, essent-
que sui omnes horis omnibus parati. & quamvis adversanti-
bus undis ac fluctibus, remiges tamen in puppibus detine-
bat, ne more suo per licentiam vagarentur, sed dicto obau-
dientes, nec quærendi usquam essent. Crescebat ergo indies
fama hostilium copiarum equitatus infinitus esse dicebatur,
& regionis quatuor, Scipionis autem, illi enim Cato ces-
serat, x legiones, adhæc levis armaturæ vis immensa. clas-
sis non una, sed plurimæ ac diversæ. quibus nuntiis nihil
Cæsar movebatur, sed ad occurrendum hostibus ingenti fi-
ducia aspirabat. quod cum paucis tantum advenerat, non
sine animi labore augmentum sui exercitus expectabat. qui
diffusis hac illac edictis cottidie augebatur. neque illud in-
ter prætereunda posuerim: Fama quidem & opinio vetus in-
valuerat, non illa quidem casu fortuito, sed magnis ex cau-
sis originem habens; [3] infictum in Africa Scipionum no-
men, quod eo spectabat, ut vulgari errore victoriam Sci-
pionis futuram vaticinarentur. id ubi Cæsar sensit: *Et mihi
iter* inquit *erit Scipio:* protinus unum de gente Cornelia [4] ab-
amiciffimum hominem, qui propter morum contemptum
vulgo Salvition dicebatur, habere in castris secum procu-
rat, habuitque. postquam vero sex integras legiones, [5] non-
que equitum advenisse cognovit, sufficere ratus has copias
navibus imposuit. Et iis præmissis, ipse quoque quanquam
sacris adversa [6] protenderentur, & litanti hostia diffugisset,
quod diri ominis apud illos erat, contempsit alto animo,
vel ob hoc ipsum victoria dignus, licet suis hæc irreligiosa 215
fiducia videretur. solvitque à littore Siculo, digrediensque
prætori, qui tunc Siciliam obtinebat, quid fieri velit im-

Zzz 3 perat,

1. Lege, *accesserant.*
2. Forte, *regiæ.*
3. Lege, *invictum.*
4. Lege, *abjectissimum.*
5. Forte, *ac* II *milia.*
6. Lege, *portenderentur.*

perat, atque ita classem sequitur VI Kalendas Januarii. ut appareat, nonnisi pauculum tempus, idque hybernum, totamque dilationem nonnisi dierum octo fuisse, quæ sibi anno longior non dubitem visa erat. Postquam in Africam ventum est, ut superstitionum opinionumque vulgarium, sic & 1 contemptator inanium apparuit. siquidem in descensu navis accidit, ut casu quodam ad terram 2 liberetur, & reliquis omnibus territis, ipse adversus auguria 3 tantummodo, sed adversus omne periculum imperterritus & invictus, omen vertit ad melius, renovans illud antiquum Scipionis Africani; & terram protentis ulnis amplexus; *Teneo te* inquit *Africa.* 4 Sane Adrumentum pervenisset, atque ibi castra haberet; etsi animi omnium solito etiam ardentiores essent; indignantes quod post Pompejum & belli duces superessent: 5 Plautus tamen Cæsaris legatus, qui sui ducis infatigabilem mansuetudinem cognoscebat; seu pacis amore, seu belli odio inductus, Cæsarem adit, *Et vellesne* inquit *imperator, ut cum Considio qui nunc opidum hoc custodit* 6 *olim amicus mihi Romæ fuit, aliquid de pace agerem, si quis apud eum antequam cladium plus accidat, sanioribus consiliis locus esset.* non negante Cæsare captivum quendam cum litteris in opidum mittit; qui cum Considium convenisset, litterasque porrigeret: Considius literis 7 non acceptis interrogavit: *Unde*, ait, *has mihi tu litteras.* Respondit nuntius; & fraudis nescius, *à Cæsare* inquit. hic Considius exclamavit, atque
216 *nus est* inquit *hoc tempore imperator Populi Romani Scipio. quid mihi cum Cæsare?* & hæc dicens captivum sub oculis jugulari imperat, litterasque ipsas signo integro intactas ad Scipionem mittit. Responso diem noctemque ne quicquam expectato, Cæsar quod & opidum natura atque arte præmunitum, & sibi eo loci non sat copiarum esset, castra movere jam cœperat: dum ecce & ex opido repentina eruptio facta est, & forte ita accidit ut eodem ipso temporis momento 8 equitus à rege Juba missus interveniret. itaque confisi tis auxiliis, & relicta castra occupant, & abeuntium novissimos invadunt. sistit aciem Cæsar, & pauci contra mu[...]

1. Lege, *contemptor inanium*.
2. Lege, *laberetur*.
3. Forte, *non modo*.
4. Lege, *Sane Adrumetum cum pervenisset*.
5. Lege, *Plancus*.
6. Adde, *&*.
7. Forte, *cum*.
9. Lege, *equitatus*.

egregie prœliantur. quo congressu aliquot Gallorum equitum qui Cæsarem sequebantur, insignis & creditu difficilis virtus fuit. siquidem xxx vel eo minus duo milia Maurorum equitum campo pepulerunt, & in opidum compulerunt. Quid hic aliud dicam nisi quod si sic omnes in patria sua pugnassent, Romanum jugum non tam facile subiissent. sed & hoc quibusdam insitum, ut quo longius à patria discedunt, eo propius ad virtutem bellicam accedere videantur. Quanquam vero eventu mirabili [1] hic vicissent, erat tamen in exercitu pavor ingens ac tristitia, quod nec copiæ Cæsaris secum essent, & se paucos & plerosque tirones [2] de versutissimæ gentis insidias & multitudinem hostium infinitam quasi consulto ad necem duci arbitrabantur. omnis tamen & pavoris & mœroris consolatio, nonnisi in ipsius vultu ac sermone erat imperatoris. cui tantus vigor, tanta inerat alacritas, tanta [3] excelsa signa animi & invicti, ut ejus ductu atque consilio cuncta eis facilia viderentur. Procedenti nunciatur [4] simulque conspicitur. Dum pars utraque substitisset, subito hostium multitudine circumfusa, ab omni parte pugnatum est. 217
Interea Labienus implacabili animo, nec factis hostilibus contentus, nisi odiosa insuper verba jactaret, equo insidens adaperto capite ut à Cæsare etiam posset agnosci, inter hortandum suos, milites ipsos Cæsaris compellabat, unum inter alios: *Quid tu*, ajebat, *ò miles* [5] *tam feroculum te ostentas? an & hic sermonibus vos etiam* [6] *festinavit? vestræ misereor stultitiæ*, [7] *qui verbis illaqueatos & credulos sic in mortem trahit.* Contra hæc miles: *Non sum Labiene* inquit *tiro, qui facile verbis circumveniar, sed de legione decima veteranus.* Ad hæc Labienus, [8] *decem* ait *annorum signa non video.* Ad hæc [9] milites: *Expecta, confestim me nisi fallor agnosces*, & casside capiti dempta, piloque in Labienum magna vi contorto; *Labiene* inquit, *an* [10] *decimus miles sum?* cumque his verbis equum pectore medio transfixit. mallem herbe equitem transfixisset. Hoc prœlio omnes & præsertim tirones pavidi, & si sub alio duce militarent ad fugam potius



1. Lege, *hi*.
2. Forte, *contra*.
3. Lege, *excelsi*.
4. Videtur deesse, *insequi hostem*.
5. Adde, *tiro*.
6. *Fascinavit*, licet Hirtius de bello Africano dicat, *infatuavit*.
7. Lege, *quos*.
8. Lege, *decumanorum*, *ait*.
9. Lege, *miles*.
10. Forte, *decumanus*.

tius quam ad pugnam proni, solum Cæsarem spectabant: in illo spes omnis ac fiducia, diu nil aliud agentes quam te- la impetumque hostium sustinere, nec Cæsar ipse sine sol- citudine erat. Recollecto tandem animo, qui sibi inter dif- ficultates & in adversitate crescebat; tota corporis atque 1 vi conversus in aciem hostium infertur. fecit quod sole- erat: vicit, adversamque aciem vertit in fugam. Ex iis qui hoc prœlio capti erant transfugisque quamplurimis intel- xit Cæsar, hostes tantum multitudini suæ fidere, eamque tamquam 2 improba esse jactantia. tam præterea contem- ptim de ipso sentire, ut nihil nisi de circumveniendo & ca-
218 piendo Cæsare cogitarent. hoc quidem 3 regem Jubam concione dixisse, *tantum se bellatorum multitudinem adver- sus 4 abjecturum, ut 5 se, si nulla offensione uterentur Cæ- sariani occidendo eos fatigandi essent atque vincendi.* novum ge- nus victoriæ, & stulta 6 regis cogitatio. *Habere tamen le- tes & sibi fidas & bellis exercitatas. habere auxilia German- & Gallorum. habere elephantes* CXX. *equitatum innumera- peditum & levis armaturæ vim immensam, sagittarios, fun- res, & quæ sunt id genus. Cæsarem vero pene incomitatum giones veteranorum, quas de Italia expectaret, discordare tu- turas esse.* sic ex omni parte victoriam promptam fin- & multa de hac re vana jactare, & 7 qui stulti homines fingere consuevere. Post nonnullos etiam dies affuit ap- riendi facultas & his omnibus copiis apertissimos in cam- 8 explicitos dimicatum est, ab hora diei quinta usque occasum solis vicitque ille incomitatus Cæsar ut sol- & illæ diversis ex gentibus confertissimæ acies effugere. idem tempus seu tempestatibus adversis, seu metu cla- hostilium, cum è Sicilia commeatus ac Sardinia tard- tanta in castris Cæsaris fuit inopia, ut equites, qui e- gendo omnia & patiendo extremis necessitatibus extrem- media adhibere didicissent, algas littoreas dulcibus ac 9 ablutis jumentis apponerent, eoque cibo deficientia sustentarent. Erat & vulgaris opinio non Cæsarem in Afri- venisse, sed unum aliquem ex legatis suis cnm parte co-

1. *Animi* videtur addendum.
2. Forte, *tamen*.
3. *Labienum*. sic Hirtius, & verum. nam rex Juba nondum aderat.
4. Lege, *objecturum*.
5. Dele *se*.
6. Forte, *Labieni*.
7. Lege, *quæ*.
8. Lege, *expansis*.
9. Lege, *ablutas*.

rum transmisisse. ad quam tollendam litteras nuntiosque per omnes provinciæ civitates misit, adventumque suum omnibus notum fecit. Quo audito statim multi viri nobiles suis ex urbibus profugi in castra Cæsaris venere, sibique de hostium sævitia atque intoleranda superbia questi sunt. quorum 219
querimoniis ac fletibus motus Cæsar, quod facere per seipsum in animo habebat, magis ac magis accelerare disposuit. litterasque confestim in Siciliam misit ad Allienum cæterosque qui ibi pro partibus suis erant, ut excusatione qualibet rejecta ad se omnes copias trajicerent. Africam enim, si auxilium differatur, irreparabiliter vastari, ut nullus postea remedio locus esset. Ipse autem in hanc unam rem pronus adeo totus erat atque intentus, ut pene transformatus in virum alterum, dies noctesque maria prospectaret, quin & die proximo ex quo litteras miserat, morari classem atque exercitum quereretur. Sic ejus animum pungebant populorum ac nobilium injuriæ & homicidia, & opidorum eversiones, & villarum incendia & rapinæ, quæ per totam provinciam suorum hostium avaritia & crudelitate fervebant. quorum malis profundissime tangebatur, & miseris opem ferre, atque illis indemnitatem non minus quam suam victoriam exoptabat. Ipse se interim castris validissimis continebat: non quod de victoriâ dubitaret, sed post res gestas & totiens fusos hostes, de reliquiis belli cruentam victoriam adipisci dedecorum sibi, seque prorsus indignum judicabat, neque interim ullum diem intermittebat, quo non vel per alios absens, vel sub oculis suis exercitum, & præcipue tirones militaribus [1] institutiones imburet. in qua arte nulli hominum secundus fuit. fingebat sese pavidum; præterea & [2] pavore sapientiam amplecti, quasi suis viribus diffidentem. & hostes de hac diffidentia exultantes æquo animo tolerabat, donec mutandi consilium tempus esset, usque adeo ut Scipio, qui aliquamdiu paratus ad prœlium steterat, Cæsarem spernens, exercitum in castra reduceret, & pro concione diffidentiam ac desperationem Cæsaris prædicaret, victoriamque certissimam quasi illam in manibus haberet proximamque polliceretur. Getuli interim Scipionis 220
stipendia deserentes, alii in regnum suum, alii in Cæsaris



1. Lege, *institutionibus imbueret.*

2. Forte, *pavorem sapienti*, vel *sapienter.*

castra perveniunt, eo maxime prætextu, quod & ipsi parentes eorum [1] Sex. Marii beneficiis obstricti essent, c jus affinem Cæsarem opinarentur. id, quamvis sub eo a quoties militasset, tam procul vero tamen aberat, ut cu Cæsar nobilissimus Romanorum esset, Marius rusticanæ ne Romanæ quidem fuisset originis. ipse tamen ex his elect viros in Getuliam mittit, ut [2] totiens gentis animos [3] consiliaret. Interim quoque & Crispus Sallustius præ convehendis commeatibus cum classe directus à Cæsare, i gentem frumenti vinique copiam transmisit. & Allienus p consul, ut diximus, evocatus à Cæsare, duabus legionib & DCCC equitibus Gallis & levis armaturæ [4] X in naves i positis, classem solvit à Lilibæo. cumque his copiis & al ro commeatu navigatione usus prospera quarto die in p tum ad Ruspinam, ubi Cæsar expectans castra habebat, a plicuit. legionum simul & commeatuum gemina cura libe tus Cæsar, ac gemino gaudio perfusus, jubet eos quiete a terna maritimum expugnare fastidium, seque gerendis re [5] corporalibus atque animis præparare. Creverat autem dies Scipionis ac suorum admiratio super dilatione Cæsar quod ita lacessere solitus lentesceret, ut lacesseretur ex ctans. jamque superior ille contemptus in [6] solitudin & in metum verterat. itaque Getulos duos ex iis qui fece rant, quosque fidissimos extimabat, multis promissis co tos in castra Cæsaris ire & explorare quid illic geratur

22 perat. hi comprehensi & ad Cæsarem perducti, petie ut de se loqui sine discrimine sinerentur. permissa lice hæc locuti sunt. *Sæpe quidem imperator Getuli, non nos sed alii plures qui adversis in castris militamus, clientes Sex. rii, fere omnes cives Romani, ad te transire decrevimus, sed stodiis præpediti nequivimus. nunc ad tua castra explorandi tia venire jussi paruimus, non libenter modo, sed ardente enim mittebamur quo jam dudum ire cupiebamus.* Cæsar & l de illos & stipendio prosecutus est. eorum verbis [7] exit nem fecit. die insequenti multi ejusdem gentis à Scipione Cæsarem transfugerunt. Incidit in hos dies evidentissim militaris erga Cæsarem fidei argumentum, quod ne silen

1. *C. Marii.* tamen etiam paulo infra dicit, *Sex. Marii.*
2. Lege, *totius.*
3. Forte, *conciliaret.*
4. Lege, *mille.*
5. Lege, *corporibus.*
6. Lege, *solicitudinem.*
7. Forte, *exitus fidem.*

obruatur, [1] impetrat. è classe scilicet Allieni, de qua su-
pra diximus, dum è Sicilia in Africam trajiceret, navis u-
na, cum à reliquarum tramite deerrasset, ad Ægimurum in-
sulam delata, in manus hostium venit: in qua & veterani
& tirones & [2] turio unus erat, qui sub fida custodia, sed
sine injuria ad Scipionem cum perducti essent, ille eos ver-
bis sic aggreditur: *Scio ego vos non vestra voluntate seu consilio,
sed illius vestri nequissimi ducis imperio atque instinctu contra rem-
publicam conjurasse: nunc quoniam vos casus optabilis nostri fecit
arbitrii; si quod ultro facere deberetis, orati facitis, ut dimissis
sceleratis atque rebellibus, cives bonos & rempublicam defendatis,
& salva vobis vita erit & parata pecunia. Dicite ergo quid vo-
bis est animi.* & hæc dicens minime dubitabat, illos sibi pro
tanta oblatione gratias esse acturos. At centurio ille, vir
immobilis fidei, dignusque qui pro Deo faceret, quod pro
homine faciebat: *Ego*, inquit, *ô Scipio, neque enim te impe-
ratorem voco, cum unus mihi sit imperator Cæsar*: ego, inquit,
*pro tanto beneficio tibi gratias ago, qui mihi & pecuniam offeras,
quam dare nullo jure tenearis, & vitam quam belli jure possis e-
ripere. & fortassis hoc beneficio tuo* [3] *utere in flagitium illi in-* 222
*gens & munere ipso majus esset admixtum. quomodo enim ego con-
tra imperatorem meum Cæsarem à quo bellicis honoribus honesta-
tus sum; contraque illum exercitum, pro cujus victoria & gloria
XXXVI annos & eo amplius decertavi, arma portarem? istud ego
nunquam faciam, neque tu si me velles audire istud faceres, &
valde te hortor ut desinas* [4] *& incæpto inutili pedem retrahas.
Nam si nescis contra quem ducem, contra quem exercitum pugnes,
experiri jam nunc potes. sume de tuis omnibus cohortem unam
quamcunque judicas firmiorem. ego de commilitonibus meis nunc
captivis tuis X solos eligam: jube nos confligere, tuque imparis
prælii spectator ex eventu judica, quid tibi de copiis tuis omni-
bus, deque belli exitu sit* [5] *superandum.* Hæc cum centurio,
aliter ac sperabat [6] constanti vultu atque animo clara voce
dixisset: iratus & contristatus Scipio, suis centurionibus si-
gnum dedit ut in illum irruerent. quo occiso, reliquos vete-
ranos à tironibus segregatos, & suppliciis multis affectos
jussit interfici, infando scelere maculatos, & sanguine ci-
vium

1. Lege, *imperat.*
2. Lege, *centurio.*
3. Forte, *uterer, ni.*
4. Lege, *ab incæpto.*
5. Lege, *sperandum.*
6. Adde, *Scipio.*

vium [1] inpignatos vocans. tironibus velut innocentibus vitam linquit eosque suis legionibus jussit ascribi. Turbatus hac de re Cæsar, cum in præsens aliud non posset, in eos qui cum navibus longis ad maris custodiam deputati erant, iram effudit. eosque gravi notatos infamia exautoravit, quod eorum segnitie navis illa cum militibus suis in potestatem hostium venisse videbatur. His diebus portentum admirabile in castris Cæsaris accidit. Nocturno tempore nimbus lapideo imbre diffusus est, simulque legionis unius telorum summitates à nemine immissus ignis concremavit. Juba rex qui dudum optaverat in partem belli venire, & copias suas
22 cum Scipione conjungere, sed bellis propriis regnique laboribus revocatus cœptis abstiterat: venit tandem cum ingenti hominum multitudine. verum non in numero sed in virtute militum victoria & belli gloria sita est. diu expectatur igitur [2] cum fuit adventus, magna cum spe atque opinione Romanorum: mox ut venit, cum stupori fuerat, cœpit esse contemptui. fecitque [3] potentia quod solita est, auctoritatem & famam regis imminuit. Cæsar vero, ubi, coactis unum in locum omnibus hostium [4] intellexit nullam belli amplius moram fore, omnium ope se ad bellum parat. contigitque ut Cæsare cum legionibus progresso, Juba & Scipio simul & Labienus summa vi equitatum ejus invaderent. quod ille sentiens ex itinere versis retro copiis, jam terga vertentibus opem tulit. qua firmati restiterunt, & Numidas insequentes [5] militato statu prœlio fuderunt, multisque eorum cæsis in castra confugere coëgerunt. Et nisi nox superveniens pulvisque vento valido impulsus pugnantibus obstitisset, parum abfuit quin Juba cum Labieno, oppresso omni [6] eorum equitatu, & consumpta tota levi armatura, in Cæsaris manus [7] inciderunt. Multi tamen indies de exercitu hostium ad Cæsaris castra transibant. Sicut autem hac via ejus exercitus augebatur, sic altera minuebatur: quamvis multos à nominatos seu seditiosos, seu rapaces, seu invidos, seu aliter inutiles bello viros, notatos infamia à se suoque exercitu abdicavit; atque abire confestim jussit ex Africa, centurionibus tradita, qui eos nonnisi cum singulis servis separatim

1. Lege, *impinguatos.*
2. Forte, *ejus.*
3. Lege, *præsentia.*
4. Adde, *copiis.*
5. Lege, *mutato statu prœlii.*
6. Forte, *eorum.*
7. Lege, *inciderent.*

tim in navibus asportandos imponerent. Dum hæc in Romanorum exercitibus fierent, Getuli in suam patriam missi fama Cæsaris cuncta compleverant, suisque persuaserant rebellare, usque adeo ut armis arreptis, contra regem absentem agere præsumerent. quod ille audiens necesse habuit par- 224
tem suorum auxiliorum, quam in Cæsarem comparaverat, pro regni defensione remittere.

Obsidebat Cæsar interea [1] Ut zittam Affrico urbem, quæ regio Getulico præsidio tenebatur. & quantum intelligi datur, Scipionis ac regiis castris juncta erat; eamque & aggeribus & machinis & balistis astrinxerat. in ea obsidione cœperant intrinseci ut fit cum extrinsecis colloqui, idque Cæsari non molestum erat, cogitanti quid boni ei colloquio inesse posset. nempe regii equitatus nobiliores filii eorum, qui veteribus Marii beneficiis obstricti fuerant, eoque & nomen & memoriam viri illius amantes, noctu prima face, mille, vel circiter cum equis & servis in Cæsaris castra mœnibus vicina transfugere. quo tam insigni transitu nec immerito perturbatus Scipio & qui secum erant, cœperant observare ne id fieret: [2] Dum interea M. Aquinium cum C. Saserna colloquentem adverterunt. misitque ad eum Scipio, non expedire eo tempore cum hostibus colloqui. ille nuntium parvi pendens, contumaciter respondit: *Et stabo*, inquit, *adhuc donec expleam quod incepi.* Tum rex motus, viatorem suum misit, qui audiente collocutore ei diceret: *Rex colloquium istud damnat ac prohibet.* hoc audito paruit atque abscessit. Miratur hujus scriptor historiæ, unde hæc civi Romano; ei præsertim qui honores à populo percepisset adhuc stante republica, Jubæ regi barbaro potius quam imperatori Romani exercitus paruisse. mirum non inficior. Sed haud dubie valde indies, quantum mihi apparet, Scipio etiam inter suos vilescebat, quod ita esse, sequens quoque actus indicio est. Nempe Juba non in Aquinium modo exiguum senatorem justum imperium confidenter exercuit, sed injustum atque arrogans in ipsum etiam Scipionem, non dicam imperatorem eo tempore, sed præter imperium, honoribus gestis & vetustissimæ familiæ splen- 225
dore venerabilem. qui cum ante regis adventum veste purpurea uteretur, dixit ei Juba, vel dici fecit, non decere illum

1. Lege, *Uzitam Africæ.* 2. Lege, *Cum.*

lum eadem secum vesti uti. & paruit ignavissimo homini, licet regi miser ille, & majoribus suis dissimilimus. qui si ibi essent, Jubam, vere hoc mihi videor dicturus, haud quaquam pari amicitia dignarentur. Stulta res prorsus & inepta cum Cæsare illum velle contendere, qui pareret Jubæ. Jam fortuna reliquias Pompejanarum partium campis explicuerat, ut eas ultima falce demeteret. Hoc tempore multi fuere insultus Labieni & Afranii non sine periculo. multa Cæsaris vigilantia, jugisque sollicitudo in docendo [1] minutissima quoque militiæ, & milites etiam veteranos, & rebus maximis comprobatos, non quasi imperator, sed quasi magister ludi armorum, quorum magister vere omnium summus fuit. Sollicitabat enim ejus animum suorum atque hostium conditio. timebant enim equites pugnam [2] prope equorum jacturam, quos hostes sagittis occidebant. & pedites more Romano armati, & armorum mole prægravati, levis armaturæ hostium velocitate fatigabantur. timebantur etiam elephantes tam à peditibus, ne proculcarentur, quam ab equitibus, quod eorum stridorem atque odorem insolitum equi horrebant. sed huic parti remedium adhibuerat adducendo elephantes in castra, & * aliquos in Italiam mittendo ad eruditionem novorum exercituum, ut & pedites discerent ubinam armati etiam vulnerari possent, & equi [3] honorificæ beluæ assuescerent, & horrere desinerent. atque ita effectum est, ut formidabile animal manibus pertractatum interque equos versatum, prospecta sua tarditate vilesceret. Illud quoque providentissimi ducis augebat curam, quod in-
226 sidiosissimo cum rege rem gerebat, assuetus dimicare cum Gallis, apertis hominibus, & insidiarum nesciis, non fraudibus sed virtute bellantibus. timebat ne militum suorum, quorum virtuti satis fidebat, circumspectio contra insolitum genus hostis non sufficeret. ideoque cottidie [4] per experientiam circumducebat, ut discerent hostium mores nosse, quam diversi essent ab antiquis hostibus: discerent semper intentis animis esse, omnia circumspicere & cavere. Has inter ducis curas atque exercitia jam supremæ pugnæ tempus appropinquabat. & primo quidem Cæsar exercitum diligenter instructum secus hostium castra deduxit, & ...

1. Forte, *minutissima quæque militiæ.*
2. Lege, *propter,*
3. Lege, *horrificæ.*
4. Adde, *eos,*

quo in loco ordinatis aciebus, illos ad prœlium invitabat, [1] expectabat ad eos usque ad vesperam. ubi illos videt pertinaciter recusare, sub noctem in castra revertitur. Discedens autem, insectante [2] cum Labieno, fugato tamen, nec insequi desistente, improbo quidem transfuga & malo: hostes jam inde digressos, & fatis prementibus ad Tapson castra habentes invenit ad pugnam dispositos, & aciem instruentes. instruit & ipse suam aciem confestim, omni arte qua per summum ducem instrui acies ulla potest. quin etiam ex equo descendens, inter ipsos pedites pedibus ambulabat atque omnes & singulos verbis pro tempore brevibus sed efficacissimis hortabatur. *Oro vos* ajebat *veteranorum virtutem æmulamini, & eorum famam tot partam victoriis possidere* [3] *utimini. hæc victoria gloriosos vos faciet ac famosos.* Hæc & similia loquens exercitum ambiendo, & semper oculos habens ad castra hostium, advertit illos trepidare, & more paventium nunc egredi [4] utrumque sine ordine. hoc ipse primus, post alii atque alii perpenderunt. Itaque legati evocatique, qui in castris erant, Cæsarem adeunt: Et *da*, inquiunt, 227
*imperator pugnæ signum, ne dubita, vincimus haud dubie si pugnamus.* Resistente Cæsare inflammatis desideriis militum, atque aciem sustentante, ac fremente, & subinde exclamante non sibi placere eruptione pugnari factus enim erat jam ad bella cunctacior, & aliquid de illa sua naturali celeritate remiserat: non quod providentiæ plus haberet: veritus credo, ne quando illum sua illa fortuna tot & tantis victoriis fatigata desereret. Dum sic ergo impetum frænat ac comprimit, repente, quod nullo unquam prœlio auditum erat, cornu ab altero imperatoris injussu classicum insonuit. quo universus exercitus arrectus, signa in adversos ferre cœperat, centurionibus lingua & manu nequidquam renitentibus. sensit Cæsar pugnæ horam advenisse, & accensos in pugnam verbis coercere frustra esse: & ipse igitur fræna laxavit. datoque signo felicitatis, equoque calcaribus adacto, primus in hostium [5] princeps invehitur. Impetus à dextro cornu in elephantes à sagittariis & funditoribus factus, beluas inexpertas, & tantum à silva venientes, avertit retro in suos. secuta est fuga equitum Maurorum. eodemque

1. Lege, *expectabatque eos.*
2. Forte, *eum.*
3. Lege, *nitimini.*
4. Supple ex Hirtio: *nunc se recipere.*
5. Lege, *principes.*

que impetu occupatum vallum Scipionis per Cæsareanos, custodibus interfectis aut fugatis. & jam copiis ejus per campos effusis ac dejectis fugamque petentibus, Cæsareæ legiones insecutæ nihil laxamenti, nullumque respirandi spatium [1]. Illi alia castra petentes, ut ibi se reparatis animis tuerentur, [2] nisi nullum illic vel ducem vel præsidium viderunt. Jam defensionis spe amissa, arma magna ex parte projiciunt, ut expeditiores ad castra regis evaderent. quo cum venissent, ea quoque, fugato rege, à Cæsarianis capta conspiciunt. tum deposita spe salutis, quendam in locum editum se recipiunt, atque inde salutationem militarem [3] armorum superant motu, faciunt, quod petendæ misericordiæ signum erat. sed nihil eis profuit, militibus veteranis ira & dolore inflammatis, & in cædem obstinatis ac rabidis, non modo persuaderi ut hostibus parcerent non potuit, sed aliquot etiam illustres viros de numero suorum; quod pro [4] miseriis intercedere ausi fuerant, frænantes impetum, & in cives minime [5] admonentes, quam virtutem duci suo non esse gratissimam, inflictis vulneribus occiderunt. in quibus fuit Rufus Quæstorius, qui à milite jaculo trajectus interiit, nec non & Pompejus Rufus brachium gladio percussus occidebatur, nisi ad Cæsarem confugisset. tantus tamque indomitus militum ardor erat, tanta ex memoria gestarum rerum confidentia ac peccandi licentia, tanta ex odio resistentium cruoris sitis, ut multi exemplo territi, senatores & Romani equites campis excederent, ne in simile [6] discrimine inciderent. Quin & ipse Cæsar pro miseris intercedens, agensque non pro imperio sed amicis precibus ne perimerent, nihil obtinuit. ad unum inexpiabili odio cæsi omnes. hic bellorum civilium fructus erat: hinc crudelitas, illic mors. Non est visa scriptoribus antiquis, nec mihi etiam videtur silentio prætereunda inter hos motus veterani virtus militis quintæ legionis. nam dum pugnaretur & lævo in cornu elephas vulneratus, & dolore vulneris irritatus, forte inermem in lixam irruisset; & substratum pedibus ac mole corporis oppressum & magnis stridoribus territum conficeret: horrendo spectaculo ad misericordiam motus, stricto gladio occurrit

228 (margin, beside "piunt")

1. Adde, *illis dederunt.*
2. Videtur delendum *nisi.*
3. Lege, *armorum, quæ supererant, motu.*
4. Lege, *miseris.*
5. Aliquid deest, forte, *sæviendum.*
6. Lege, *discrimen.*

rit laturus opem, seram licet; jam enim ille miser [1] expri-maverat. Cum vero elephas sese ferro peti vidit, omisso ca- 229
davere versus in militem, proboscide circumventum in altum extulit. sensit miles ubi esset, & sibi aut viriliter agendum aut viriliter moriendum esse cognovit, gladio ergo quem in manibus habebat proboscidem belluæ vinculumque suum crebris repetitis ictibus perforat. quo victus elephas cruciatu, spuit ad terram militem incolumem, & solito cum stridore ad compares beluas cursu rapido se convertit. Tantum valet in periculo præsente interritum animum habere. Cæsar trina castra hostium adeptus, Scipionis, Jubæ & Labieni, cæsis x [2] hostium, fusis aliis ac fugatis. L suis antum deperditis, aliquot autem vulneratis, in castra regreitur. LIV elephantibus captis, armatis more solito, & turibus instructis: quos eodem quo capti erant ornatu ante oidum Tapson abduci jussit. hæc videns si forte Vergilius oci custos, & qui secum erant, exemplo suorum moti, inta obstinatione desistere & ad se transire vellent. cum nihil ac ostentatione proficeret, Vergilium nominatim evocari ecit, eumque blando sermone & suæ commemoratione cleientiæ ad transitum cohortatus est. cum ille silentio se teeret, quod prævalidus locus erat, paulisper ab opido sessit. postero autem die sacrificio Deis facto, dignus vir ii uni & vero Deo sacrificium faceret, & pro eo pugnaret, onvocato exercitu, spectantibus opidanis, milites pro conone collaudat, & viros egregios pro qualitate meritorum nis ornat ingentibus. confestimque discedens, Rebliumoconsulem cum aliquot cohortibus ad Tapsum, ubi ut dimus Vergilius præerat: Gn. [3] Dommicum cum aliquot iis ad Tisdram, ubi Considius erat, obsidendam linquit. . Messallam cum equitatu Uticam præmittit. ipse cum excitu [4] primum subsequitur. Milites interea Scipionis, qui- 230
gna evaserant, fugientes Uticam versus, cum Pardam rvenissent, quo prius Cæsareæ victoriæ fama pervenerat; nque [5] urbis incolis exclusi mœnibus opidi, illud viribus pugnassent, nondum propter adversitatem ferocitatis ob-i, ingenti lignorum strue foro medio erecta, aggestisque

Aaaa rebus

. Forte, *expiraverat.*
. Adde, *milibus.*
. Lege, *Domitium.*
. Forte, *quamprimum,* licet sensus requireret, ut legeretur, *eodem* ut apud Hirtium.
5. Forte, *ab urbis incolis.*

rebus omnibus incolarum, quæ asportari non possent, [1] su-
perimpositis, una cum hominibus opidi, nullo discrimi-
ætatis aut sexus, omnes atque omnia crudeli incendio com-
busserunt, & quasi insigni facinore perpetrato Uticam pro-
ficiscuntur. illam urbem M Cato tunc regebat, qui propri-
viribus diffisus, inermem plebem muris expulerat, & extra
portam vallo fossaque & custodibus adhibitis circumclus-
rat. senatum vero urbis in custodia inclusum [2] detine. equi-
tes Scipionis supervenientes à Catone exclusi, Uticenses in-
vasere, quod eos pro Cæsare [3] censisse cognoverant. quorum
[4] exercitio non præda, sed sola ultio quærebatur. illi qui-
bus audita victoria Cæsaris animos fecerat, se saxis ac fusti-
bus egregie [5] defenderent. Inde ergo repulsi equites, Uti-
cam sunt ingressi, multosque Uticensium occiderunt; expu-
gnatis atque direptis occisorum domibus abire decreverant
quibus Cato multis verbis persuadere nitebatur, ut rapi-
ac cædibus finem facientes secum remanerent, opidum-
defenderent. neque hoc persuadere ullo valens ingenio,
intentionem eorum intelligens, quæ erat prædæ inten-
non virtuti: mira, præsertim in hominibus victis, inter-
ut eorum [6] oportunam avaritiam aliqua ex parte compe-
ret, centena [7] sexterna dispersit in singulos. Idem de
231 pecunia fecit & Faustus Silla. & quoniam sic retineri [8] po-
terant, hic cum eis Jubæ in regnum iter arripuit ven-
post hos alii atque alii in prœlio fugientes, quos omnes
tutelam urbis hortatus, cum paucis consilium placere,
majorem partem fugæ studio deditam videret [9] sed na-
eis ad fugiendum quocumque libuisset præbuit. Tandem
vero rebus omnibus quanto quivit accuratius dispositis, L
berisque [10] qui tunc ei quæstor erat per fidem amicitiæ com-
mendatis, nulla cuiquam ne levi quidem horrendi propo-
suspicione data, vultu & sermone solito & tranquillo cub-
tum ivit, secumque in cubiculum & Platonis librum imm-
talitatem animæ continentem simul & gladium clam in-
xit: alterum quo mori vellet; alterum quo posset. lecto i-

1. Adde, *ac.*
2. Lege, *detinebat.*
3. Lege, *sensisse.*
4. Forte, *exitio*, vel *excidio*.
5. Lege, *defenderunt.*
6. Lege, *importunam.*
7. Lege, *sestertia.* Fuerunt ce-
tum sestertii, non sestertia.
8. Adde, *non.*
9. Deest, *amplius hortari desin*,
aut quid simile.
10. Adde, *suis L. Cæsari*,

tur ad lucernam libro quoad sibi lectione firmitatem animi
assumpsisse visus est, paululum subticuit, [1] cum gladio,
quem ad illum diem ut ajunt incorruptum ab omni cæde ser-
vaverat, in seipsum stricto, pectus illud, quod constantiæ
templum aliquod habebatur, gemino vulnere confixit. ali-
quo forsan indicio experrecti medici atque amici ad thala-
mum introgressi, remedia adhibere vulneribus nisi [2] quod
lle æquo tulit animo, ut se ab illorum vexatione liberaret.
His digressis, & ferro, ut auguror, ablato, surrexit ille ite-
um, & revelatis resciſſisque vulneribus, ingenti copia san-
guinis insecuta generosum spiritum manu extrusit. quam mor-
em Seneca miris modis laudat, in eandem ipse quoque sen-
entiam pronus. Cicero autem excusat. Augustinus rectius
& vituperat & accusat. & mihi prorsus sic [3] videtur. Ca-
o magni semper & constantis, sed [4] in finem, si de tanto 232
iro loqui ausim, incónsulti præcipitisque, & ut vere dicam
ani animi fuisse. nam ut ait quidam scriptor egregius, Ca-
o videtur causam quæsivisse moriendi, non tam ut Cæsa-
em fugeret, quam ut Stoicorum decretis obtemperaret,
quos sectabatur, suumque nomen grandi aliquo facinore cla-
ificaret. An quid mali [5] potuerit accidere si viveret non
ivenio. Gajus enim Cæsar ut erat clemens, nihil aliud ef-
cere volebat, etiam [6] & ipsi belli civilis ardore, quam ut
ene mereri de republica videretur, duobus optimis civibus
Cicerone & Catone servatis. hæc ille. Et certe horum alte-
i clementissimus Cæsar fuit, alteri clemens esse non potuit,
uia eum non invenit. Constat autem quod audito hoc casu:
*ato*, inquit, *invidit gloriæ meæ. & Ego*, inquit, *suæ invi-
eo.* Uticenses autem, etsi eum studio partium odissent,
ropter integritatem tamen & dissimilitudinem cæterorum
ucum, & quod urbem eorum operibus publicis adornave-
it, miserati exitum viri sepulchrum [7] illum statuerunt.
Catone rebus humanis exempto L. Cæsar ex hoc malo bo-
um aliud decerpere cogitans, populum ad concionem vo-
at. hortatur ut contentione deposita portæ Romano pan-
antur imperatori: se de illius clementia plurimum confide-



1. Lege, *tum.*
2. Adde, *sunt.*
3. *Sic* delendum, & distinctio. legendum: *Mihi prorsus videtur Cato,* &c.
4. Lege, *in fine.*
5. Adde, *illi.*
6. Forte, *in ipso.*
7. Forte, *illi.*

re ac sperare. Non fuit [1] longus opus tractatu: ad idipsum
proni erant animi. portis apertis Cæsari obviam [2] perg
Interim Messalla, cui hoc injunctum fuisse prædiximus, U
ticam venit & pacifice susceptus, omnes portas custodib
occupat. Interea Cæsar Tapso digressus Uticam petebat
[3] que medio urbes itinere obvias sine prœlio occupat [4] U
zutam Hadromentum, magnamque in eis vim frumenti a
que armorum. Uticæ propinquanti L. Cæsar occurrit, n
233 primque ad genua provolutus, nil aliud petiit quam vita
hanc sibi Cæsar & Catonis filiis qui secum erant aliis
comitibus clementissime concessit. & jam luce ambigua U
ticam venit, atque extra opidum noctem egit. mane por
ingressus, convocatis civibus de præterito gratias egit a
perseverantiam [5] coartatus. Erant Uticæ ccc viri diti
mi, magna pars Romani negotiatores, qui pecuniis suis
nixe admodum bellum juverant, & faverant Scipioni. h
Cæsar oderat vehementer nec immerito, animose enim
adversus eum gesserant. sed ejus odium semper citra fr
tiam sistebat. hos extrema igitur supplicia metuentes c
ad se adducti essent, acerrimis verbis increpuit, deque
rum flagitiis longum texuit sermonem. cumque ab omni
[6] superaretur ut orationem tam infestam mortis se
sequeretur, & ipsi metu vicinæ mortis attoniti post v
borum tonitrua, jam pro meritis fulmen ultimum exp
rent: conclusit longe ab opinione cunctorum: *Et ite,*
*de vita securi. hanc solam vobis dono. bona vestra quæ Uticæ*
*betis, vendi jubeo. vobis ipsis tamen primum redimendi*
*tribuo, ut pro pretio quod rebus constitutum fuerit, empt*
*omnes alii vobis cedant.* insperato gaudio concussi, & vi
compotes: *Imo vero*, inquiunt, *non est hæc sufficiens*
*nostræ pœna: aliquid amplius multæ nomine simul nobis*
*impone.* Miratus est Cæsar. *Et impono*, inquit, *vobis* [7]
*sextertiorum sex solutionibus intra triennium persolvenda.*
inquiunt, *nos* [8] *damnatos intelligimus ut simul omnia pe*
*mus; proque tam miti castigatione, concessaque præter spem*

1. Lege, *longo.*
2. Lege, *pergitur.*
3. Lege, *atque medio itinere.*
4. Lege, *Uzitam, Adrumetum.*
5. Lege, *cohortatus.*
6. Lege, *expectaretur,* aut *speraretur.*

7. *Bis millies sestertium* est in Hi
8. In Hirtio recte legitur
*natos.* quod cum non intellexer
scriptor, aut in vitiosos cod
ineptam hanc inde confect
tiam, ut in aliis quoque locis

*ta, tibi imperator invictissime gratias agimus.* Dum hæc ad Uticam Cæsar agit, Juba rex, modo tam superbus, diurnis 234
latebris nocturna fuga deviis sylvosisque tramitibus, suum olim ad regnum, regnique caput Zamam opidum pervenerat, ubi larem præcipuum, uxoresque & filios & thesaurum habebat, palatiumque ibi sumptuosissimum erexerat. ibi vero homo vanissimus, qui magna principia præcipitanter amplexaretur, neque exitus metiretur, in ipso belli principio adversus Cæsarem temerarie suscepti, ingentem lignorum pyram media urbe congesserat, ut si bello succubuisset, omnes illic cives ferro cæsos imponeret, atque ita submissis ignibus & accensa pyra, se & filios, omnemque thesaurum superjaceret, ut sic omnia cremarentur, neque de fortunis suis ad Cæsarem [1] aliud perveniret. id sibi consilium fortasse magnificum videbatur. At Zamensibus, & præsertim Cæsarem amantibus, merito non placebat, eaque res civibus illum suis odiosissimum effecerat. neque enim unius hominis desperatio, uni magno populo excidium publicum afferre debuerat: nec illa quidem sola iniqui consilii causa erat, sed invidia: qua impulsus rex immanis, non victores modo consuetis belli præmiis; sed suos vita spoliare decreverat, quasi eos post se vivere judicaret indignos. quod non dicam de subditis liberis, [2] tamen hominibus; sed de servis etiam inhumanum prorsus judicium ac superbum esset. Hac ergo de causa jure optimo suis omnibus invisus erat. & fortuna sibi in omnibus adversante, odio quoque contemptus accesserat. his duobus pessimis comitibus cum ad opidum pervenisset, ut admitteretur ad suos penates & suos liberos, minaciter, post flebiliter atque suppliciter petens; cum neutrum valuisset, orare institit ut uxores sibi saltem suas ac liberos aliquo terrarum abducendos redderent. Cumque ne id quidem sibi permitteretur, [3] ne ad aliud responderetur, desperatione ultima digressus surdis à mœnibus, cum Petreio qui olim in Hispania contra Cæsarem steterat, equitibusque perpaucis ad villam suam urbi proximam est profectus. Zamenses nondum ejus metu liberati, per legatos orant Cæsarem, ut priusquam rex reparatis viribus eos invaderet, opem illis aut ferret aut mitteret: se usque ad mor- 235

 tem

1. Forte, *aliquid.*
2. Lege, *sed de servis etiam, tamen hominibus.*
3. Lege, *neque aliud.*

tem fidem illi servaturos, Zamam quoque sibi servare. Cæsar legatos, & à quibus missi sunt laudat. jubet illico reverti, & adventum suum Zamensibus nuntiare, progressusque legatos ipse subsequitur. Vulgata autem adventus Cæsarei [1] multi ex regiis Cæsari obviam pergunt, veniam orant impetrantque: cumque ingenti [2] supplicium comitatum Zamam pervenit. Cognita autem clementia ejus, quæ tam multis exhibita latere non poterat, equites regni omnibus ex angulis Zamam conveniunt, petentes veniam, nulli omnium negata est. servati omnes, metuque & periculo liberati, nullus re aut verbo violatus. Dum hæc Cæsar Zamam gerit Considius ille, cujus supra mentio est habita, qui nuntium ferentem litteras pacis occiderat; fortunam cadens suarum partium, sibique permetuens, Thisdra quam nunc præerat deserta, cum ingenti pecunia Getulis comitantibus in regnum ibat, Jubæ se conjuncturus. sed cum esset in via, à Getulis, quorum se custodiæ fideique crediderat, cupiditate pecuniæ interfectus, argumentum dedit quanto securior sit pauperis vita quam divitis, quantum solitarius viator quam comitatus sæpe securior. C. autem Vergilius, cujus superius mentionem fecimus, ubi Scipionem acie victum, Catonem manu propria peremptum, ubique fusos; Cæsarem Uticam, Zamamque, urbes alias, omnibusque victori faventibus, possidere; Jubam regno pulsum desertumque, aliosque duces partium; nec quam aliud esse præsidii, nihil spei; sibi liberisque suis consulens, cum Canino proconsule à quo obsidebatur vitam
256 pigit. atque ita qui Cæsari suaviter se vocanti ne responsum quidem dare dignatus fuerat, sic res hominum volvuntur, seipsum filiosque & sua omnia, ipsumque Tapson cui præerat, legato Cæsaris [5] consensit. Dum paulatim reliquiæ partium dilabuntur, Juba Rex & regno & spe qualibet privatus, cunctis exclusus urbibus, ab omnibus derelictus quærebat si qua esset via, ut qui male vixerat, bene moriturus videretur, sicubi cum hoste congressurus, ubi posset interfici. hoc maxime [6] exoptant quod omnes maxime metuunt [7] fugiunt. sed ubi hoc inveniretur? nusquam bellum

1. Videtur deesse, *fama.*
2. Lege, *supplicum comitatu.*
3. Lege, *tunc.*
4. Adde, *reliquos.*
5. Lege, *concessit.*
6. Lege, *exoptans.*
7. Lege, *fugiuntque.*

nusquam prœlia. pax & Cæsar omnia possidebant. & vitæ
igitur & mortis honestioris spe amissa, ad illud ultimum re-
medium, [1] quod tunc multi utebantur, se convertit, egit-
que cum Petrejo extremarum comite fortunarum, ut invi-
cem ferro decertarent, alterque alterum occideret. consen-
:it ille non difficulter, ut qui vivere amplius gravaretur.
Concurrunt ergo ex condicto, & Petrejo obtruncato, rex
uperstes quid [2] ageret in se manum vertit. sed cum pectus
erro transverberare non posset, seu metu impediente, seu
orica: servum suum ut se occideret exoravit, & obediens
ervus fuit. secundum alios, Petrejus & orantem regem, &
:x ordine semetipsum eodem mucrone perfodit. quodcunque
ıorum verius: id quidem constat, aperto in convivio, &
ıt dicam quod sentio, ab ebriis factum est. mensæque da-
›es & pocula hinc Romano sanguine, hinc regio [3] mandue-
unt. Hic est igitur Petreji, hic est Jubæ regis exitus. nec
elicior Saburra præfectus regius, nisi quod illi pugnando
nori contigit, quod dominus suus frustra optavit: congres-
us nempe cum P. Sitio Cæsaris legato, prœlio victus, &
uso exercitu interfectus est. Cumque Sitius idem victis ho-
tibus ipse cum paucis per Mauritaniam iret ad Cæsarem: 237
auftus forte & Afranius cum mille viris ad Hispanias i-
ıant. cumque invicem conflixissent, vicit Sitius, & reliquis
nterfectis, ac in fidem acceptis; Faustum ipsum cepit, &
Afranium cum uxoribus filiisque ad Cæsarem perducturus.
ıec multo post dissensione exorta inter milites, Faustus &
Afranius occiduntur. conjugibus natisque Cæsar & salutem
édit, & bona restituit. Dum sic duces Pompejanarum par-
ium undique, quasi frondes per autumnum ruerent, fortu-
ıæque turbinibus agerentur: solus quasi jam dux ducum Sci-
ıo restabat. navibus quidem longis aliquot cum comitibus
pse quoque ad Hispaniam ibat. Credo quod ibi per filios
nagni Pompeji [4] revoveri civile & recalescere ferebatur.
Cum diu multumque pelago jactatus, cursum applicare ne-
uivisset; ad [5] Hysponem regium, ventus eum & sua sors
ppulit, ubi tunc ipsius P. Sitii classis erat. Ursi pauciores
pluribus invaduntur, [6] opinunturque velociter. ubi se Sci-

 pio

1. Lege, *quo.*
2. Aut deest aliquid, aut legen-
ım cum interrogationis nota *age-
et?*
3. Lege, *maduerunt.*
4. Lege, *refoveri civile bellum, &c.*
5. Lege, *Hipponem regium.*
6. Lege, *opprimunturque.*

pio circumventum vidit, puduit vivere, atque antequam
caperetur, ferrum mersit in viscera. irrumpentibusque mi-
litibus, & quærentibus ubinam esset imperator, respon-
illam vocem famosissimam & magnis laudatam viris, qu-
suorum majorum gloriam in Africa æquasse illum dicunt
& ego crederem si vellem, & potest qui vult credere: *Im-
perator bene se habet* inquit, atque ita [1] incognitis expira-
vit. Comites ejus, Torquatus, Damasippus & [2] Pe-
ctorius interfecti sunt. atque hujus belli civilis in Africa
nis fuit.

Cæsar bello Africæ finito, in Italiam reversurus, & c-
sequiorum memor, & quamvis scriptum de illo sit, qu-
nihil soleret præter injurias oblivisci; non tamen pro-
215 immemor offensarum, & præmio & pœnæ animum ap-
cuit: pœnæ inquam pecuniariæ, nam pœnam sanguinis n-
turaliter abhorrebat. Zamensibus quod regem excluserant
beralis fuit. tributa & vectigalia moderatus est, regno
formam provinciæ redacto. Salustium proconsulem cum
ercitu præfecit. Idem fecit Uticensibus. [3] utrique bo-
eorum civium Romanorum qui contra se arma [4] fecis-
vendi fecit. Tapsitanis, Leptitanis, Thisdritanis pec-
frumenti atque olei multam annuam imposuit. bona om-
atque ipsas civitates ab omni direptione & injuria salvas
liberas esse jussit. eundem morem Caralis tenuit, [5] qu-
Utica digressus tridui navigatione pervenerat. inde qu-
discedens ante III Kalendas Julii, atque adversis tempe-
tibus impeditus VII & XX diebus in itinere consumptis, Ro-
mam attigit.

Jam diuturnitas belli pacem, labor requiem, triumph-
victoriæ flagitabant: non civiles quidem istæ, sed hosti-
illæ, de quibus antea dixeramus. quomodo autem triump-
ret, aut qua ratione quiesceret? de quo scriptum sit: ni-
ctum credens cum quid superesset agendum. Cum adhuc b-
lorum & laborum materia superesset, Pompeji magni fi-
Hispaniam occuparent; sequebatur autem illos non quide-
patris virtus, sed hominum favor ingens, & paternum n-
men. Gneus ac Sextus, sic pro uno duos substituerat for-
na [6] Pompejus. egeratque Gneus major natu, cui plus in-

1. Lege, *incognitus*.
2. Forte, *Platorius*.
3. Lege, *ubique*, vel *utrinque*.
4. Forte, *tulissent*.
5. Forte, *quo ex*.
6. Lege, *Pompejos*.

ſtriæ inerat atque conſilii, confugiendo in fidem ac clientelam omnium Hiſpaniæ civitatum, precandoque & fortunam ſuam miſerando, patriſque memoriam renovando; ut jam ſibi licentiæ multum partum eſſet. nec precibus tantum, ſed vi etiam congregato exercitu, inciperet provinciam vaſtare, ita ut pedetentim, qui favorabiles ab initio fuerant, eſſe inciperent odioſi. 1 hunc ſibi noviſſimum 2 belli ac tum 239
minime negligendum ratus Cæſar; eo raptim proficiſcitur. duo in hoc iter vix auditu credibilia inciderunt. nam & ab urbe Roma in Hiſpaniam ulteriorem immenſum terræ ſpatium emenſus, IIII & XX die pervenit: viatori, ne dicam exercitui, celeritas optanda. magnum hoc: quod ſequitur majus. horum ſiquidem tam paucorum ſpatio dierum, tam multas inter curas poëma ſcripſit, quod inſcripſit: *Iter*. quod illud ſcilicet in itinere edidiſſet. ſic Pierides armis inſerere, & nunquam otioſus eſſe didicerat. Primo Cæſaris in Hiſpaniam adventu, civitatum motus ingens fuit. undique legati ad eum, undique transfugæ. Jam enim 3 ad Pompejani juvenes, ſive in odium ſive in tædium vertere cœperant, & ut nulla eſſet in eis culpa, mos eſt tamen antiquus populorum, ſemper novos dominos, novas res optare. & fama Cæſaris haud immerito ſuper omnes excreverat, ut univerſi homines ejus ſplendore caperentur, cuperentque 4 ceram cernere, quem uſque adeo mirabilem audiebant. In hoc principio, ipſo maris in oſtio, ubi Oceanus terris illabitur, & mediterraneum hoc pelagus noſtrum parit; inter legatos invicem partium, hinc Didium, illinc Varum, & ambobus cum ipſa tempeſtate certatum eſt. nec minus à ventis & fluctibus quam ab hoſtibus periculi atque horroris, dum & hinc hoſtes ſævirent, & illinc ſævitiam rabiemque hominum maria coërcerent utraque claſſe bello ſimul & naufragio laborante, duæ partes, duo maria, duplex furor, duo elementorum atque hominum procellæ. Per hos dies à Cæſarianis duo pedites capti ſunt qui ſe ſervos dicerent. non licuit in his Cæſari ſuam conſuetudinem ſervare. antequam ad eum ducerentur, quod à Cæſariano exercitu transfugiſſent, recogniti, & à militibus interfecti ſunt: & tabelliones capti 240
qui ad Pompejum Corduba mittebantur, & præciſis illico



1. Forte, *hoc*.
2. Lege, *bellum*.
3. Videtur delendum *ad*.
4. Lege, *coram*.

manibus sunt remissi. similiter [1] simulato Pompejanus atque occisus est. Credo ego milites iratos bello, & [2] imperatoris sui morum conscios atque clementiæ, hoc remedii genus excogitasse, ne quis faciem ejus videret, ut sic nullus evaderet. Cordubam Pompeji tenebant: Cæsar obsidebat, illis tamen absentibus. multisque ibi & magnis insultibus decertatum est. Cumque die quodam ferro & flammis solito [3] etiam pugnaretur: opidani ira in furorem versa, hospites qui securi secum jure veteris hospiti morabantur, inspectante Cæsaris exercitu jugulatos è muris præcipitare, quasi crudelitate non virtute victoria quæreretur, inceperant. spectaculum miserum atque horridum. Qua re ex gemitu morientium audita, [4] unius qui ad tutelam muri in terra sub cuniculo erat exclamavit: *Tetrum scelus & immane flagitium, nulaque non barbarie detestandum commisistis absque ulla causa: nihil enim mali merebantur, qui nihil mali fecerant, qui ad vestrasque se aras & [5] foros infausta fiducia contulissent. jus hospitu sanctum gentibus soli vos sprevistis, atque [6] uticam spes se sufficeret; inhumano illud scelere violastis.* Multa quoque in hanc sententiam dixit, quorum verecundia repressi cives, a hospitum cædibus se continuerunt. sic interdum unius boni viri multos inter malos valuit oratio: & inter hostes etiam suum honorem virtus invenit: ea res relatu transfugæ ex exercitu primum Cæsaris innotuit. die proximo Tullius [7] quidem cum Catone quodam Lusitano legatus ex opido ad Cæsarem venit. hujus prima pars orationis fuit, *Optare, se potius fuisset quam Pompeji miles, suamque constantiam in hoc potius felicitate quam in illius miseriam præstitisset.* finis autem

241 fuit, *se à Pompejo desertos, victos à Cæsare, seque & opidum dedere atque orare ut clementiam quam victis gentibus præbuit, suis civibus non negaret.* Multa præter hæc locutus est, quæ scriptorum vitio confusa vix intelligi possint. unum illud intelligitur, quod multis ultro citroque dictis, tunc deditio non [8] præcessit. Crescebat indies obsidio, nec Pompejus [9] expectantem opem aut ferebat aut mittebat obsessis. quæ etiam

1. Forte, *speculator Pompejanus captus atque.*
2. Lege, *imperatoris.*
3. Adde, *more.*
4. *Unus*, vel *Junius.* ut Hirtius habet.
5. Lege, *focos.*
6. Lege, *utinam.*
7. Lege, *quidam.*
8. Lege, *processit.*
9. Forte, *expectatam.*

etiam pro concione dixisse ferebatur, *ut quoniam eis auxilio adesse non* [1] *potest, ipsi noctu & beneficio tenebrarum è conspectu hostium evaderent*, quod cum dixisset, unum ex astantibus respondisse, *ut pugnæ potius quam fugæ signum daret*; eumque qui id dixisset, quasi duci ignaviam exprobrasset, neci datum. Hæc quoque res ex profugis agnita. intus quoque in opido angustiæ (ita necesse est) crescebant. matrona è muro desiliens dixit, se cum ancilla sua statuisse transfugere. [2] ullam forte cognito proposito jugulatam, se fuga præcipiti evasisse. Tabellæ quoque è muris projectæ sunt inventæ, in quibus sic ad litteram scriptum erat: *L. Mutius Cæsari. Si mihi vitam tribuis, quoniam à Gneo Pompejo sum desertus, qualem me illi præstiti; talem virtute ac constantia* [3] *facturum me in te præstabo.* Simul & legati qui prius venerant ad Cæsarem redierunt; eorum oratio simplex fuit & apta & brevis. *Si eis vitam largiretur, se die proximo opidum dedituros.* quibus Cæsar hoc unum respondit. *Cæsar sum, fidem præstabo.* sic effectum ut ante diem XI Kal. Martii opido potiretur. Id cum Pompejo notum esset, deposita spe curaque Cordubæ defendendæ, castrisque motis abscessit, atque [4] ubicunque opidum petiit, ibique convocatis quos sibi fidos arbitrabatur imperavit ut summo studio perquirerent, qui ad eum, quive ad Cæsarem proni essent. quod cum ad se relatum es- 242
set. LXXIIII ex iis qui [5] Cæsarem faventes victoriæ dicebantur, quod Cæsarem amare crimen ingens esset, securi ictos occidit, reliquos intra opidum inclusit: è quibus CXX [6] clusis custodiis ad Cæsarem transfugerunt. Multa præterea ab ipsis Pompejanis per eosdem dies crudeliter gesta sunt, ceu præsagientibus fati diem sibi instare: & qui mos ferus est quorundam, inferias sibi præmittere [7] aliena [8] sibi quærentibus. Pompejus hoc tempore magnanimitatem suam & metum Cæsaris cum amicis simulabat. inventæ sunt litteræ ejus continentes, Cæsarem non [9] audire in campum copias educere, suis tyronibus diffidentem: qui si pugnæ copiam æquis in locis aliquando faceret, se rem omnium opinione celerius confecturum, idque expectare ac sperare. Ibat interea

1. Forte, *posset*.
2. Lege, *illam*.
3. Forte, *futurum*.
4. Lege, *Ucubim*.
5. Lege, *Cæsaris*, vel *Cæsareæ*.
6. Lege, *elusis*.
7. Lege, *alienas*.
8. Videtur delendum illud *sibi*.
9. Lege, *audere*.

terea Hispanias ambiendo, & 1 ipse dicebat, civitates suarum partium conservando. itaque in Hispalim venit, contraque urbem in oliveto castra posuit. inde alias atque alias adiit. ad extremum 2 Mundi substitit; supremis cladibus 3 aliam fortunam delegerat. Eo & Cæsar venit, contraque Pompejum castra metatus est. Pompejus Fausto scripserat, quod 4 quantum intelligi datur, intra opidum erat, Cæsarem mediam in vallem nolle descendere, quod exercitus sui magna pars tyronum esset. quæ litteræ miris modis opidanorum animos attollebant. Cupide enim spes arripiunt omnes mortales, & ea sibi fingunt animis, quæ nec esse nec fieri posse cognoscunt: tam dulce est non dicam sperare, sed cogitare quæ delectant, quomodo enim impossibilia sperentur non intelligo, cogitari autem possunt omnia.

243 Dum se sic Pompejus sic alios solaretur, & ingenti quantum arbitror sollicitudine agitatus magna parte noctis instructis staret aciebus: Cæsar nescio quonam iter acturus castris egrediebatur. cui cum status hostium nuntiatus esset, constitit constituitque aciem. Concursum est hinc inde clamoribus, sed majoribus animis, ineffabilibus odiis atque immensis. pugnatumque acriter & pertinaciter. & quod pene pudendum dixeris humanæ fragilitatis indicium: nusquam Cæsari neque cum hostibus, neque cum civibus aut tam ancipitis eventus, aut propius extremo periculo res fuit; *usque adeo*, sicut elegantissime ait Florus, 5 *plane videretur, nescio quid deliberare fortuna.* Et quid aliud reor, nisi an amicum suum usque in finem rara & sibi prorsus insolita fide comitaretur, an eum extremo jam calle desereret ad alium transitura. Tantaque hæc fortunæ deliberatio, tam diuturna 6 ut inter moras prœlii neutra in parte inclinante victoria; cum jam veterana illa militum manus tot probata victoriis, Cæsaris oculis insolitum dedecus, 7 sensum retrocederet; nec quominus palam fugeret, tam virtute, quam pudore teneretur, quod nunquam ante illum diem fecerat: dubitare Cæsar cœpit ac diffidere, & solito mœstior ante aciem stare. ita tamen ut nihil idem de solita imperatoria virtute remitteret, 8 uno equo desiliens & furenti simillimus primam peditum

1. Adde, *ut.*
2. Lege, *Munda.*
3. Forte, *illam,*
4. Lege, *qui,*
5. Adde, *ut.*
6. Videtur deesse, *fuit.*
7. Lege, *sensim.*
8. Forte, *imo,*

in aciem evolaret: clamans, increpans, obsecrans atque exhortans, nec tantum voce vel oculis, sed manu & pectore fugam sistens, & fugere incipientes in prœlium vi retorquens, [1] tanquam denique trepidatio lucis illius fuit, tamque diu ambiguus pugnæ finis, ut cogitasse Cæsarem de extremis scriptorum plurimorum [2] tradiderunt; & eo vultu fuisse, quod jam mortem sibi [3] consistere cogitaret, quam- 244
quam apud eos qui prœlio interfuerunt nulla penitus rei hujus est mentio. & est sane difficile, non tantum absentibus, sed præsentibus diffinire quid secum quisque cogitet. Ego autem haud difficile ad credendum ducar, quod si de victoria Cæsar timuit, simul & de morte cogitavit. quomodo enim quove animo uni adolescenti terga vertisset is, qui parentem ejus talem virum, qui tot reges, qui tot duces, qui populos non urbium modo sed regnorum totiens terga sibi vertere coëgisset? utique igitur si vinci timuit, mori optavit vincere solitus, non vinci: sed an vinci timuerit quis novit? Dicunt tamen, & [4] quidem etiam pro comperto asserunt, tamdiu hæc rerum ambiguitas duravit, donec quinque cohortes hostium à Labieno castris laborantibus [5] auxiliorum directæ, mediamque in aciem properantes, fugæ speciem [6] prætenderunt. O fortuna ut creditur in omni re potens, sed in bello potentissima. Siquidem Cæsar, sive illas vere fugere arbitratus, sive [7] crudelitatem similans, ducum sagacissimus, velut in profugas impetum facit, animosque & suis addidit ut fugere hostes rati sequerentur, & [8] hostibus depressit, ut dum fugere suos suspicantur fugerent. Itaque Labienus [9] Cæsar desertor ac transfuga, suique pristini ducis hostis inexorabilis, cui parare perniciem quærebat, victoriam insperatam, [10] si vero mortem peperit. Eo enim prœlio & ipse concidit, unaque secum Actius Varus, & cum eis triginta milia hominum cecidere. cecidissent plures nisi tam proximum urbis profugium fuisset. de victoribus ad III cæsi, plures saucii equitum ac peditum. Itaque cum Cæsar muris obsidionem admovisset, agger flebilis & horrendus è cadaveribus factus est, per quem ad oppugna- 245
tionem

1. Forte, *tanta.*
2. Forte addendum, *monumenta.*
3. Lege, *consciscere.*
4. Lege, *quidam.*
5. Forte, *auxilio.*
6. Forte, *præ se tulerunt.*
7. Lege, *credulitatem.*
8. Lege, *hostium.*
9. Lege, *Cæsaris.*
10. Forte, *sibi.*

tionem urbis ascenderetur. quæ telis ac mucronibus, velut calce compacta, invicem cohærebant, murique cujuspiam officium ministrabant. Ite nunc miseri & civilibus bellis incumbite: dumque aliis invidetis vosipsos opprimite. Ecce de vestris cadaveribus superstites [1] oppugnantibus. an aliud petis an quidquid furoribus nunc etiam vestris deest? An vult aliud Labienus tam fervidus insultator? & alii cecidere tuis instigatibus Labiene. & tu miser cum aliis cadaver unicum jaces: quamvis & tibi & Varo sepulchra facta reperiam. & quoniam tuis in eo statu vacasse non arbitror, extimo illa Cæsareæ, tibi quidem prorsus indebitæ, fuisse clementiæ. satisque auguror si sic est te, ut obstinato eras animo, inhumatum abjici maluisse. Gneus quidem Pompejus, & humero & lævo crure [2] sanco, inter medias cædes prœlio pulsus excessit. hunc in lectica, quod nec equo nec vehiculo uti posset, nemorosa avia penetrantem, fuga humili & occulta atque in speluncis latitantem, Cesonius Cæsaris legatus resistentem adhuc & miseræ spei reliquias refoventem assecutus, ad Lauronem, id est loco nomen, obtruncat: caput ad Cæsarem refertur, talibus assuetum muneribus non gaudentem. Hujus germanum Sextum Pompejum in Celtiberia abscondisse fortunam tradunt, [3] nequoniam scilicet deessent bellis civilibus alimenta. Munda post prœlium expugnata quidem à Cæsare, sed ingenti prius sanguinis profusa [4] delivio. Per eos dies oppugnata rursus [5] Vero duba, quæ qualiter defecisset non invenio. magni ibi motus, ingens in civitate dissensio, parte una ad Cæsarem, altera in contrarium inclinante. Cumque esset ad arma dis-
246 scursum vicit pars quæ Cæsarem colebat, sibique oppidum cessit. de parte adversa [6] ei & viginti milia cecidere, quamvis magnæ urbi cuilibet insignis strages. Cæsar Hispali egressus Idibus Aprilis Gades petiit. inde rursum Hispalim rediit, ut Hispanas res velut ultima voluntate disponeret, quo [7] reversus amplius non erat. ibi vero concione advocata, beneficia sua in eam urbem commemoravit & antiqua & nova. [8] in finem eos arguit tanquam mala pro bonis omni-tem-

1. Forte, *oppugnantur. an aliud petitis? an quicquam.*
2. Lege, *saucio.*
3. Forte, *nequando*, vel *ne qua.*
4. Lege, *diluvio.*
5. Forte, *Corduba.*
6. Forte, *duo.*
7. Lege, *reversurus.*
8. Lege, *in fine.*

tempore reddidissent: in pace seditiosi, in bello autem ignavi. quod Gneus Pompejus adolescens eorum fotus auxilio, [1] cæsis civibus agros & [2] vicinia vastasset, & cæsis civibus illic contra se fasces & imperium suscepisset, immo vero contra populum Romanum, cujus ipse regnum teneret. Quid enim crederent, ne forsitan Hispalenses [3] Romano vincere, quod eorum provinciam populati essent; an extincto Cæsare, qui mortalis esset, non sentirent Romanum populum immortalem? & in præsens x habere legiones quæ non tantum Hispalensibus resistere, sed cœlum ipsum diruere sint potentes. quo in verbo non solum illa inest altitudo, quæ omnibus patet, sed illa etiam occultior, quæ in recensendis viribus Romanis, non omnes, sed suas tantum dinumerat legiones, quasi reliquas nullius pretii, & ne memoria quidem dignas censeat. Multa hujus historiæ in loco scriptorum vitio confusa prætereo ad finem properans. hic ergo bellorum civilium in Hispania finis esto.

His tot bellis exactis, tot laboribus exantlatis, quos [4] modum pati; sed scribere; sed legere; sed audire difficile est, victor Cæsar Romam rediit. Felix meo judicio quidem vir felicitate bellica, secundum stylum loquor, si patriæ hostes tantum, non & patriam vicisset. ea certe fuit verecundia, eaque Romani moris observantia, ut tantum de hostibus 247
triumpharet, & interfectorum se duce tantum hostium numerum scribi memoriæque mandari pateretur. Numerum vero civium occisorum scribi vetuit, ne domesticas clades atque miserias patriæ exprobraret: quamvis & in numero cæsorum hostium etsi non Romanis, at Romano generi exprobratio ingens fieret. Siquidem ejus ductu, ut ab illustribus traditum est auctoribus, undecies centena & nonaginta duo milia hostium cæsa sunt. & sequitur quantum bellis civilibus [5] viderit noluit annotari. triumphavit quater, ut fere omnes sunt auctores, & [6] centuriones tradunt quinquies. Primus triumphus fuit de Gallia atque Britannia, isque omnium clarissimus. secundus de Ægypto. tertius de Pharnace & Ponto. quartus de Juba & Africa. quintus de Hispania. Ego vero adderem his sextum de Massilia, nisi quod for-

1. Videtur delendum aut hic, aut paulo post.
2. Forte, *vicina.*
3. Forte, *Romanos vincerent.*
4. Forte, *non modo.*
5. Forte, *cæsi fuerint noluerit.*
6. Forte, *certiores.*

orsitan [1] his triumphus sub Gallico continetur. nam de Massilia illum triumphasse non est dubium cuiquam, qui acerrimam illam Ciceronis de Cæsare loquentis querimoniam in libris Officiorum legerit. *Vexatis*, inquit *ac perditis nationibus externis, ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus, & ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex transalpinis bellis triumpharunt.* de Thessalia & Tapso & Munda victoriæ ingentes, sed triumphus nullus. veteri enim more Romano nunquam triumphus civili sanguine quærebatur. Hic igitur triumphorum & bellorum & fundendi sanguinis finis fuit. Ita tandem longis bellis pax alta successerat.

Ea quidem magnitudo rerum & claritas victori gloriam, [2] ex terris gentibus stuporem, suis civibus livorem odiumque pepererat. Neminem certe clementius, neminem liberalius victoria usum constat, idque [3] maximi sunt aucto-
248 res. Invidebant tamen, & quod miraberis, invidentes certabant eum honoribus ornare. positæ in templis imagines, [4] suggestri in curia, fastigium in domo, mensis in cœlo ipse pater patriæ perpetuusque dictator. ita enim hæc omnia scripta sunt. Ipse suam omnem clementiam [5] potentiam in cives effundere. nihil de tanto imperio suum erat præter gloriam & imperii nudum nomen. pecunias omnem animum contempserat. voluptates ut sperneret jam sibi ætas deinde præstabat. Negare non possum, quin in republica juvenis paulo impetuosior, & principatus semper appetentior [6] fuerit quam sat est, ne si hoc negem, ipse meis scriptis [7] arguar, & his auctoribus [8] nuda illa decerpserim. Sed quis virtutes alias viri hujus enumeret, quis illam unicam abunde laudaverit, qua omnes vicit principes, clementiam! Sed quid agant, quove se vertant homines, ubique periculum, nil tutum. verissimum illud Liricum: *Quid quisque vitet, nunquam homini satis cautum est in horas.* exilio cesserat Africanus invidiæ. Cæsar beneficiis obstiterat. tutius illud apparuit. rem verissimam sed mirabilem & indignam dicam delicatis animis: ipsa beneficentia gravis erat, & unum omnia posse multis utile, sed molestum omnibus. hinc invidiæ ac-
cre-

1. Lege, *hic*, vel *is*.
2. Lege, *exteris*.
3. Forte, *maximi tradant*,
4. Lege, *suggestus*,
5. Adde, *ac*.
6. Lege, *fuerit*.
7. Lege, *arguar*.
8. Lege, *unde illa*.

crementa ; quid facerent raptori impio, qui pati clemen-
em principem & munificum nequiverunt ? Unde hercle a-
norem omnium merebatur, inde omnium ferme odia, &
paucorum insidias, & ad ultimum causam mortis invenit.
e qua in extremo dicam, eo quod extremus humanorum a-
ctuum sit mori. ante tamen de quibusdam quæ ad corpo-
is habitum formamque & ingenium & eloquentiam & mo-
es, domesticam viri vitam attinent, attingendum puto,
ecundum quod à præclaris auctoribus sparsim tradita eli-
ere, & in unum studio colligere dabitur : non quidem o- 249
nnia, nec oportet, sed quæ vel utilia cognitu vel delectabi-
a videbuntur. Corpore quidem altus fuit, candidus, teres,
naximarum virium; peritia rei militaris eximia, incredibi-
patientia laboris, vultu modice, [1] sed non pleno, ocu-
s nigris atque vivacibus, valetudine usque sub extremum
rospera, tunc tamen & animo nonnunquam linqui solitus,
per quietem [2] vis concuti. In corporis cultu curiosior
arumper quam requirere videretur tanti animi magnitudo.
alvitium ægre tulit, revocare capillum à vertice in fron-
em consuetus, & è cunctis honoribus à Senatu & populo
bi oblatis nullum recepit avidius quam [3] proeminis usu
ureæ [4] contra calvitium tegeretur. reliquo etiam cultu
orporis insignem extitisse & in pace constat & in bello,
nundum præterea delicatum nitidumque ultra quam satis
Tet viro forti. & rerum talium studiosum fuisse, nota res
t, usque adeo ut [5] nullam à fundamentis sumptuosissime
xtructam, quod non plene oculis responderet, funditus e-
erteret, idque tunc etiam inopem fecisse, atque ære pres-
im alieno. margaritarum & gemmarum & [6] tore juva-
im & signorum & pictarum tabularum avidissimus : disci-
linæ vero domesticæ tenax valde, non magnis in rebus
nodo, sed in minimis. ita ut pistorem quod [7] comminus
on eundem quem sibi panem ministraret, vinculis innecte-
et : & libertum sibi acceptissimum, quod Romani equi-
s uxorem violasset, nullo licet accusante, morte multa-
t. non tamen pudicitiam, quam in alio exigebat, in se



1. Forte, *si non pleno.* Suetonio
*ello pleniore.*
2. Forte, *etiam.*
3. Lege, *quam assiduum usum lau-*
*e, qua contra.*
4. Adde, *qua.*
5. Forte, *villam.*
6. Lege, *toreumatum.*
7. Forte, *convivis.*

præstitit; infamatus & Romæ illustrium adulteriis fem-narum, in quibus collegarum ejus Crassi & Pompeji con-
250 jugum, ante scilicet quam hic ejus gener esset: insuper & provincialium matronarum, & præsertim in Galliis, quo-que altius, reginarum; in quibus nomen habet [1] Eun[oe] Mauritanis, & ante omnes Ægypti regina Cleopatra, c[u]-jus supra mentionem fecimus: cum qua non contentus [in] medio belli civilis ardore voluptati multum temporis [im]-pendisse, post belli finem in urbem Romam evocatam, [ne]-nisi multis honoribus & donis ornatam redire tribuit in Æ-gyptum, filiumque ex ea susceptum agnovit, suumque nomen imponi non erubuit, quem quidem Cæsari & as-ctu & incessu persimilem prodidere. Inter hæc tamen cibi prorsus indifferentis, & parcissimus vini fuit; ut mi-rari posses quid sibi sine Baccho & cibis levioribus ve[llet] Venus. Neque vero feminarum quam divitiarum appeti-tior fuit: non ut eas reconderet, quod fere omnes faci[unt] qui divitias quærunt, sed ut largiretur liberaliterque di[vi]-deret. ita duorum avaritiæ malorum alterum nesciebat, [al]-tero laborabat. unde & in Hispania, in Gallia, & in Æ-gypto multa quidem; [2] ratione autem effracto Romæ, [u]-niversa diripuit. Sed non ut abstinentiæ sic eloquentiæ [in]-ops fuit, qua & omnium seculorum duces haud dubie [an]-tecessit, & summos æquavit oratores. quod ita esse, [ora]-torum princeps & Cæsaris hostis Cicero confirmat, & [ne] mireris, ad Brutum scribens: neque tantum militari, [&] oratoria eloquentia, quam habet ad præsentes, enit[uit]; sed & libros scripsit rerum [3] ante alios suarum, qui ab Iiis, qui rebus ipsis interfuerant, digesti sunt, & in lucem editi, unde horum, quæ de rebus Cæsaris scripsimus, [ma]-xima pars decerpta est. Scripsit & alios plures, qui [si]-bi propter ingenii velocitatem adeo [4] aut modicum tem-ris occupabant obstabantque negotiis, ut quosdam ex [i]-
251 in alpium transitu belli Gallici temporibus, quosdam [in] medio periculosissimorum ardore bellorum, unum cujus [su]-pra meminimus dum ab urbe Roma IIII & XX di[e] ulteriorem in Hispaniam pervenisset [5]. Scripsit & epi[s]-

1. Lege, *Eunoe Mauritania.*
2. Forte, *ærario.*
3. Forte, *annales.*
4. *Aut* videtur delendum, vel scribendum, *adeo nullum*, *aut mi-cum.*
5. Deest, *fecerit*, aut *compo[su]it*

las ad senatum, ad amicos, inter alios [1] Ciceronem. qui, pace dixerim tanti viri, sæpe & multum in amicitia variavit. scripsit adolescentulus multa, quæ prosequi longum est. Talis ille in rebus ingenii: nam in rebus bellicis nulli hominum secundus fuisse non ambigitur. ita nempe de llo scriptum est: Vir quo nemo unquam bellis magis eniuit. [2] in quibusdam nunquam ipse sibi pepercit, indulsitque [3] aliud: primus in agmine, eques interdum, pedes sæpius cernebatur. nec gelu nec sole nec pluvia caput operiens: [4] exhortatus docensque assidue quid agendum quid avendum: & præsertim exemplo milites ad laborem erigens atque confirmans. nullus enim locus erat ignaviæ, ui suum imperatorem præeuntem videbant, jubentemque non ire sed venire, & se sequi ad pericula. nemo unquam promptior, nemo in periculis cautior: & cum cautus ad omnia, tum ductandis exercitibus cautissimus & insidiaum providentissimus semper fuit. ita ut nunquam duceret, isi itineribus exploratis, aut per alios, ut per seipsum: onnunquam inter [5] hostes illorum habitu transgressus inognitus, ut ad summam libratis omnibus dubitari posset, n animosior esset, an circumspectior, cautiorque. celeriatis non tantum miræ sed incredibilis fuit, quam & ingeio & corpore præstitit, ita, ut & si quid ingenio agenum esset, ante perficeret quam cœpisse crederetur; & corore itidem non ire, sed volare visus, centena milia pasuum in singulos dies exigeret, & [6] abicons amnes aut [7] ardo, aut inflatis utribus pedibus [8] arremigando trajice- 252
et. ita ut, dictu mirum, sæpe nuntii ad ejus adventum uribus nuntiandum præmissi, cum eo cursim pervenissent, um jam prævenisse attoniti reperirent. & huic celeritati aimositas quidem inerat atque audacia. ita ut sæpe turbuntissimis [9] prantibus tempestatibus, quando nemo etiam rivatus iter ingredi auderet, ipse cum toto properaret excitu. & cum pervenisset è vestigio stupentes hostes aggreiretur, nullumque respiramentum illis, aut resumendi aimos daret spatium. Quotiens periculum anceps esset, e-



1. Lege, *ad Ciceronem.*
2. Lege, *in quibus.*
3. Lege, *aliquid.*
4. Lege, *exhortans.*
5. Forte, *per hostes.*
6. Forte, *rapidos.*
7. Forte, *nando.*
8. Lege, *remigando.*
9. Forte, *existentibus.*

quos [1] abjicere solitus & præsertim suum, ut [2] æquatio cum peditibus discrimen, & seposita fugæ spe, quasi virum u num totum firmaret exercitum. Præter autem artes imperatorias, militis officia tam valenter exercuit; ut sicut nemo illi par imperator, sic nemo illo miles melior foret. Itaque inclinatam aciem sæpe solus erexit, ut præsertim Mundensi die factum [3] est narravimus, cohibens fugam & paventes arreptis faucibus in adversos manu ac voce torquens, tanto impetu, ut [4] aquilifer cunctantem intentata cuspide tremefecerit; aliumque terruerit, usque adeo ut in manu ejus signum relinqueret abiretque, & ipse imperatore vexillifer remaneret. De hac bellica virtute felicitate, præcipuaque felicitate, etsi abunde sit dictum neque aliud hoc tota hæc dicat historia: non est tamen mittendum Ciceronis testimonium; quum licet vulgatissimum omnibusque notissimum, est tamen clarissimum atque verissimum. *Soleo sæpe*, inquit, *ante oculos ponere, atque libenter crebris usurpare sermonibus; omnes nostrorum imperatorum, omnes exterarum gentium, potentissimorumque populorum, omnes regum clarissimorum res gestas, cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse conferri. nec vero disjunctissimas terras citius* [5] *passibus cujusquam potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus, sed victoriis illustratæ sunt. Quæ quidem ego, nisi ita esse magna fatear, ut ea vix cujusquam mens aut cogitatio capere* [6] *possit, amens* [7]. Milites non urbanitate nec fama nec fortuna eadem, sed viribus corporis atque animi extimabat, & severus in eos pariter & indulgens: nam & propinquo hoste omnibus horis, non [8] magnis diurnis quam nocturnis paratos eos ad iter [9] ad pugnam exigebat: & [10] bene nunquam pugnæ tempus denuntiabat aut itineris, ut omne tempus sibi denuntiatum crederent; & semper parati quotiens profectionis aut pugnæ signum sonuisset invenirentur. Et se...

25

1. Forte, *abigere.*

2. Lege, *æquato cum peditibus discrimine.*

3. Lege, *esse.*

4. Non intellexit verba Suetonii, ex quo hæc hausit, apud quem est, *ut aquilifer moranti cuspide sit minatus. Moranti* est retinenti Cæsari aquiliferum, ne fugeret, non cunctantem.

5. Forte, *cujusquam passibus.*

6. Lege, *possit.*

7. Adde, *sim.*

8. Lege, *magis.*

9. Adde, *&.*

10. Forte, *pæne.*

nulla causa rei cujuspiam signum dabat, ut condiscerent labo-
rare, & repentinis imperiis præsto esse. Peccata militum
non omnia castigabat & multa dissimulabat, sciens genus
hominum ad peccandum pronum, nec facile naturam &
consuetudinem verbis extirpari. seditiosos ac desertores se-
verissime puniebat. quod hæc vitia non ad 1 singulos 2 mo-
res, sed ad 3 summum rerum pertinent. ut 4 vere intentos
ad prœlia requirebat, 5 si post victorias interdum lasciviæ
militari ac lætitiæ fræna laxabat, ut à diurno labore re-
crearentur corpora militum atque animi. Et si in hoc ar-
gueretur, respondebat: *Milites mei & unguentati bene possunt*
*& pugnare & vincere.* illudque eis permittebat, ut auro &
argento ornarentur; quo & 6 à spiritu pulchrior esset exer- 254
citus, & virtuti insitæ damni metus accederet, & esset
quisque ad pugnandum acrior, dum & vinci timerent &
spoliari. Neque eos alloquens *milites* nuncupabat, sed *com-*
*militones* suos; neque eos ut milites, sed ut amicos charissi-
mos diligebat: in tantum ut cognita cæde Titurii & Arun-
culeji, de quibus supra diximus, barba & capillo intonsus
atque incultus tam diu fuerit donec 7 in hostes ulcisceretur.
uibus artibus & fortissimos milites & sibi fidissimos fecit,
que adeo ut in ipso principio civilis belli, cum à patria
ipendia negarentur, neque ad tantam rem unus ipse suffi-
eret, centuriones legionum singulos equites sibi offerrent
a impensa, & omnes pedites communicatis omnibus, &
tioribus quibusque ultro inopum curam in se transferenti-
is, gratuitum illi sine stipendio ac frumento polliceren-
r obsequium. neque in tam longo belli spatio quisquam
re transfugit; & capti aliqui suorum oblatam sibi vitam
contra Cæsarem militarent constantissime respuerunt. Dif-
cultates rerum omnium & extrema famem, vel dum ob-
lerentur ab hostibus, vel dum ipsi illos obsiderent, tanta
rtulere constantia, ut ad Durachium pane ex herbis facto
tam sustentarent. quo conspecto Pompejus *rem sibi non*
*m hominibus, sed cum feris animantibus esse*, ait; abji-
que eum jussit, ne visus animos suorum debilitaret, ob-
natione hostium intellecta. Fortitudo quoque non infe-

 rior

1. Forte, *singulorum*.
2. In Suetonio est *moribus*, h. e. am & mores, boni an mali essent.
3. Lege, *summam*.
4. Forte, *ut vere*.
5. Lege, *sic*.
6. Forte, *aspectu*.
7. Dele, *in*.

rior quam patientia illis erat, victi semel illis in locis ta moesti fuerunt, ut à semetipsis supplicium exigentes, con solari eos dux habuerat non punire. Aliis omnibus in prœ liis, ingentes hostium exercitus semper longe numero pau ciores [1] vicerint atque deleverint. & ibidem una cohors Cæ saris quatuor Pompejanas legiones aliquot horarum spati sic pertulit, ut pene omnes confixi atque obruti sagittis e sent, quarum CXXX [2] intra vallum reperta atque ad Cæ sarem sunt relata. Et hi omnes, aut multi quidem. Qu de singulis loquar? nota est Scevæ centurionis, & in Bri tannia & ad Durachium virtus, de qua diximus suo lo & quod dicendi locus defuit, [3] Actili militis ad Massilia qui cum prœlio navali hostilem in puppim dexteram in cisset, illa amputata, nixus altera, navimque conscend scuto in adversos impetum fecit. æquavit [4] Cymgeri fa ctum, quod loquacissimæ [5] gratiæ laudibus in cœlum que sublatum est, cum par virtus Romani militis pene damnata silentio. Sic verborum illi, isti autem rerum st dio dediti erant. seditionem militarem Gallicis omnibus que Germanicis atque Britannicis bellis nullam perm existimo quod justa bella milites agere sibi viderentur, hil aliud quam pugnam & obedientiam cogitarent. at bel lis civilibus aliquot; sed quas cito non facilitate sed se ritate & auctoritate [6] compescerat; qualis fuit illa [7] Placentiam, dum [8] prior bello ex Hispania remearet; qua dictum est: & altera Romæ, decimanis missionem præmia tumultuosissima conspiratione poscentibus. quos niam tum maxime [9] belli in Africa repullularet, am dehortantibus, neque dimittendi tempus esse [10] firman bus, dimittere voluit, & quantum in se esset dimisit. quos imperator dimittebat, imperatoris vox una detin [11] ut; cum enim eos alloqui incipiens, non commilit ut solebat, sed *Quirites* appellasset, una statim voce sponderent, se vero milites suos esse, nec amplius lo passi, recusantem licet, in Africam sequerentur; cu

1. Lege, *vicerunt atque deleverunt.*
2. Adde, *millia.*
3. Lege, *Acili.*
4. Lege, *Cynegiri.*
5. Forte, *Græcæ.*
6. Lege, *compescebat.*
7. Lege, *at.*
8. Lege, *priori bello confecto.*
9. Lege, *bellum.*
10. Forte, *affirmantibus.*
11. Videtur delendum *enim.*

[1] cum impunes, ſed pro cujuſque culpa & increpiti & mul-
tati. Et hæc quidem cum [2] milibus.

Familiaritates, amicitias, clientelas ſumma fide coluit
ac pietate. dum ſilveſtre iter ageret, Gajumque Oppium
qui ſibi amiciſſimus & illo in itinere comes erat unicus,
ægritudo repentina corripuiſſet; & forte ibi tuguriolum
nonniſi unius capax eſſet inventum, ibi amicum agreſti in
lectulo collocavit, ipſe ſub dio nuda jacuit in humo. &
hæc quidem dum fortuna adhuc eſſet humiliore. at cum ad
imperium aſcendiſſet, nonnullos obſcuriſſime natos ad ho-
nores & magnifica promovit officia. cumque de hoc repre-
henderetur: *ſi graſſatorum*, inquit, *atque ſicariorum in
defendenda dignitate mea uſus eſſem, æque illis eſſem gra-
tus: non enim quis, ſed quid quiſque pro me geſſerit* [3] *ex ani-
mo.* Maſintham [4] Granoſum adoleſcentem ſuam in cli-
entelam ab ineunte ætate ſuſceperat: contra illum [5] adi-
vit ut Hyempſal rex litigium habebat; in quo [6] cum Cæ-
ſar tanta ope & ſic ardenter [7] adivit, ut filio Jubæ regis,
qui regis alterius cauſam fovebat, ortis ut fit [8] inconten-
tioſe verbis acrioribus, barbam manu violenter arriperet,
eundemque Maſintham in cuſtodiam ducentibus eriperet,
eumque quærentibus occultaret: denique prætor primum
in Hiſpaniam proficiſcens, ſua abditum lectica nulli co-
gnitum aſportaret. At non ut amicitiarum, ſic & ſimulta-
tum tenax, à nullo unquam tam offenſus, quin facile &
obliviſceretur & parceret. Itaque & orationes & verſuum
morſus famoſorum, quin & librorum adverſus ſe ab invi-
dis editorum lacerationes patientiſſimo ac civili tulit ani- 257
mo, neque graviores injurias, ſibi non verbis ſed rebus i-
pſis illatas, cum poſſet ulciſci, [9] noluit. & ſi omnino [10]
jusjurandi vinculo [11] cogetur quanto quivit humanus ultus
eſt. Conjurationes contra ſe deprehenſas non prævenit, ſed
ſibi notas eſſe admonuit. male de ſe loquentibus edixit ut
deſinerent. ſtatuas Sullæ atque Pompeji à Romana plebe de-
poſitas reſtituit; nec paſſus eſt extinctis hoſtibus nocere fa-
vorem



1. Forte, *tamen.*
2. Lege, *militibus.*
3. Lege, *examino.*
4. Lege, *generoſum.* Suet. *nobilem.*
5. Lege, *audivit.*
6. Lege, *eum.*
7. Lege, *adjuvit.*
8. Lege, *in contentione.*
9. Lege, *voluit.*
10. Lege, *jurisjurandi.*
11. Lege, *cogeretur.*

vorem suum, qui viventibus non noceret. Denique omnes injurias omnibus remisit. neque alibi quam in prœlio periisse aliquos suorum hostium notum est, nisi Afranium & perhibent, & Faustum Sullam, ac L. Cæsarem juvenem: quanquam & duo primi accepta semel venia postmodum rebellassent, & de eorum morte [1] alteri scripserint qui rebus interfuerunt: & tertius servos Cæsaris ac libertos ferro & igni crudeliter enecasset; sed ne hos quidem suo jussu, [2] sed consensu interfectos dicant, qui asserunt post victoriam interfectos. Cum vero petentibus sigillatim ignovisset, novissime universis etiam non petentibus veniam dedit, ac licentiam in Italiam redeundi, atque ad honores & imperia bello præclusum aditum aperuit, ostendens verbis, &, quæ mentiri nesciunt, rebus, nullum se hostem post bellorum exitum habere. de quo Cicero, etsi post ejus interitum obloquatur, quod invitus lego. tamen ante sic dixerat: *Videmus tuam [3] gloriam prœliorum exitu terminatam. gladium vagina vacuum in Urbe non vidimus. quos amisimus cives, eos Martis vis pertulit, non ira victoriæ: Ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conservat quos potest.* hæc [4] le-

258 vitas & hi mores Cæsaris qui illum totius humani generis amore dignissimum facere debuissent; sibi, quod suspicari quidem licet, perniciem attulerunt. visus est enim tuto lædi posse, qui omnia omnibus indulgere, nihil ulcisci solere, prætentæ tamen aliæ causæ sunt. & facile est causas vel invenire vel fingere. Objiciunt illi insolentiam, cui certe adjuncta solet [5] crudelitas, quæ, ut [6] linquit, ab illo longe afuit. ut sit autem mitis insolentia, quod vix esse posset, [7] præfecto tanta post victorias desierat esse [8] mirabilis, & gestarum rerum conscientia levabatur. Dicunt eum ingratus * non sibi tantum, sed aliis, præter patrii moris observantiam impertitum. nimios sibi honores decrevisse, continuum consulatum, perpetuam dictaturam, censuram, cognomen imperatoris ac patris patriæ, quæ post eum multis longe imparibus contigerunt; statuam in

1. Lege, *aliter*.
2. Lege, *sive*.
3. Forte, *victoriam*. sic Cicero pro M. Marcel.
4. Lege, *lenitas*.
5. Videtur addendum, *esse*.
6. Lege, *liquet*.
7. Lege, *profecto tanta*.
8. Lege, *esse*. *Mirabilis gestarum rerum conscientia*.

ter reges, in orchestra [1], [2] qui certe non petenti, immo & recusanti merito [3] debebatur, nec humanos tantum, sed divinos [4]: sedem auream [5] in curia tensam pro tribunali, templa etiam & aras, in quo modum fateor supergressus est. at quod sequitur, quale est simulachrum juxta Deos: & quos Deos quæso? Jovem forsitan aut Neptunum, qui certe pedem Cæsaris non valebant, homines vitiosi: aut ut scriptum est, *Omnes Dii gentium dæmonia.* Despexisse etiam fertur [6] auruspicia. & quid oro dignum infamia, ne dum morte, & non potius multa laude [7] dignissima? sed expediamus illam inexpiabilem ut dicunt invidiæ causam: [8] se adeunti, & honorificentissimis decretis 259
honestanti, non [9] assurrexerit, sive prohibitus, ut ajunt, à Cornelio Balbo, [10] & cum vellet assurgere, [11] sine sponte sua, neque de assurgendo cogitans. en grave crimen: cum nostra ætate filii rusticorum regibus atque principibus non assurgant. sed enim id maxime indignationem senatus auxit, quod ipse Cæsar sibi triumphanti non assurrexisse Pontium Aquilam ægre tulerat. En causa, en paritas rerum. rogo autem quid habet Pontius Aquila tribunus plebis commune cum Cæsare triumphante? nisi forte eadem in patria natum esse pares facit. Sed nunquam odio causa defuit. Addunt suspicionem affectati regni ab illo, qui utique regibus omnibus major erat, & major esse noverat. Hæ sunt fere causæ, hæc sunt crimina, quæ Cæsarem morte dignum effecerunt, & eorum utor verbo, ut jure cæsus existimetur. Conjuratum est in eum à LX senatoribus, Gajo Cassio, ac Marco, ac Decimo Brutis tantæ cædis ducibus. quorum primus atque ultimus è suorum numero erant, medius semper adversæ partis extiterat; sed venia donatus ac provincia auctus, aut oblata respuere, aut profecto ipse quoque suus esse debuerat. sed uno modo sui omnes fuerunt peremptores. Et multa quidem conjuratis fuere consilia qualiter atque ubi eum perderent: tandem [12] senatu.



1. Adde, *suggestum.*
2. Lege, *qua.*
3. Lege, *dabantur*, aut *decernebantur.*
4. Adde, *recepit.*
5. Lege, *in curia & pro tribunali, thensam in pompa Circensi.* Sic sane Suet.
6. Lege, *auspicia*, aut *haruspicia.*
7. Lege, *dignissimum.*
8. Adde, *Senatui.*
9. Lege, *assurrexit.*
10. Videtur delendum, *&.*
11. Lege, *sive.*
12. Adde, *in.*

natu. Nec ipsi quidem Cæsari mors ignota esse debuerat, nisi quod perituris [1] oculis obstruit fortuna. omitto tabulam æneam forte [2] Capis regis è sepulchro erutam, in qua Græce scripta erat hæc sententia: *Quandocumque ossa Capis detecta essent, fore ut Julo prognatus manu su-
260 *rum necaretur, magnisque mox Italiæ cladibus vindicaretur.* Potest enim esse res fabulosa, quamvis eam Suetonius Tranquillus affirmet; & Cornelium Balbum Cæsaris familiarissimum producat auctorem. Omitto greges equorum in trajiciendo Rubicone consecratos, & vagari sine custode permissos circa diem cædis, & pabulo abstinentes, & lacrymis manantes uberibus. Omitto plurimis hostiis non litatum, & Spurinæ aruspicis monitus periculi imminentis, & regaliolum avem in Pompejana curia à diversis [3] vulneribus decerptam. Omitto suum & uxoris suæ somnum, & quæ sunt id genus omnia, quæ à viro tam docto, tam magnanimo jure optimo, nisi fallor, sperni poterant. sed tunc vulgo observari talia, immo & præcaveri [4] mox erat. Illud certe sapientissimo duci oculos aperuisse debuerat, quod & fama [5] cæde in vulgus effusa erat, ut quod multi noverant, ille unus, cujus res agebatur, ignorare potuerit. & ad locum suæ mortis eunti [6] quidam obvius sed ignotus scripturam obtulit, qua monebatur ne ad mortem iret. accepitque illam nec perlegit, sed scripturis aliis quas sinistra manu gestabat, quasi statim postea lecturus immiscuit, quæ postea cum aliis est inventa. Et hinc ortus dicitur mos ille præcipue principum, ut omnem scripturam sibi oblatam confestim legant. Cæterum his atque aliis moti quidam opinantur, Cæsarem & mortem suam [7] præstitisse & sic mori voluisse. nam & apud Xenophontem cum Cyri regis mortem & ordinationem ultimam aliquando legeret, contempsit lentum ac languidum mortis genus. & pridie quam moreretur orta inter cœnam mentione de optimo genere moriendi, ipse mortem subitam inexpectatamque prætulerat. & in quotidiano sermone sæpe
261 dicere solitus ferebatur: *Satis diu se vel naturæ vixisse vel gloriæ*: cujus, in Oratione pro M. Marcello, Cicero meminit.

1. Forte, *oculos.*
2. Lege, *Capyis.* & sic paullo post.
3. Forte, *avibus.*
4. Lege, *mos.*
5. Lege, *cædis.*
6. Lege, *quidam.*
7. Lege, *præscivisse.*

minit. [1] utrumque ea res credita. Cæsar Idibus Martiis
turbatæ valetudinis causa aliquamdiu domi detentus, tan-
dem D. Bruto hortante ne expectantem senatum frustrare-
tur, ad multum diei [2] spatii, hora scilicet quinta, venit
in curiam Pompejanam, quæ est [3] Trapei rupis in late-
re, expeditionem Particam animo cogitans. ibi dum asse-
disset, conjurati eum sub prætextu obsequii circumsistunt;
cum Cimber Tullius qui [4] primus sibi tanti facinoris par-
tes assumpserat, accedens nescio quid poposcit. Neganti
in præsens inque aliud tempus rem trahenti, ab utroque hu-
mero togam manibus arripuit, exclamantem, *Ista qui-
dem vis est*, Cassius infra jugulum vulnerat. Cæsar Cassii
pugione erepto, brachioque ejus trajecto, dum assurgeret
alio vulnere remoratus est, quod unum ex omnibus leta-
le medici dixere. sed ad unam vitam finiendam tale vul-
nus unum satis est. Tum se undique ab omnibus stricto
ferro peti videns, neque soli inter tantos & inermi quid-
quam auxilii esse intelligens, spiritum recollegit, ne quid
indecorum moriens diceret aut faceret, neque omnino a-
liquid dixit: nisi quod ad primum vulnus parumper [5] in-
fremuit, nulla voce tamen emissa. & M. Bruto in se ir-
ruenti, Græcum fertur nescio quod breve dixisse, de quo
Cæsarem ipsum dicere solitum refert Cicero Epistolarum
ad Atticum libro [6] XXXIX. Magni refert quid hic velit,
sed quicquid volet valde volet. & ipse quidem in extre-
mo toga caput obnubit, lævaque sinum vestimenti ad infe-
riores partes corporis extendit, quo casus esset honestior.
Ita ille qui tot terras primum, post in urbe Roma terra- 262
rum orbem mira felicitate subegerat, una hora III ac XX
vulneribus ad terram datus occubuit. inque omnem ter-
ram auditus est ruinæ fragor ingentis. Quam indigne au-
tem sit occisus, vel hinc patet, quod plures ex his qui
eum occiderunt, in testamento ejus filii, si quis forte na-
sceretur, tutores erant nominati, quidam quoque in secun-
dis hæredibus scripti erant: ut D. Brutus, qui maxime
in cæde ac præcipue videtur ipsius fuisse. quod quidem te-
stamentum paucis ante mortem mensibus fecerat. Nam in
al-

1. Forte, *utcunque*.
2. Lege, *spatium*.
3. Forte, *Tarpeja*.
4. Lege, *primas*.
5. Lege, *ingemuit*.
6. Forte, XIIII.

altero ante belli civilis initium, ut quidam tradunt, Cn. Pompejum generum suum unicum scripserat hæredem, sed bello exorto mutandi testamenti justissima causa fuit: Nemo enim hostem sibi vult hæredem legatum. Populo Romano publice reliquit hortos quos circa Tiberim habebat, privatæ autem ac viritim trecentos sextertios. quod legatum ingens fuisse, quisquis populi numerositatem attendit, intelliget. Decreverant occisores corpus in Tiberim jactare, bona publicare, acta revocare: sed magnitudine perpetrati facinoris attoniti, & metu M. Antonii qui tunc consul, & Lepidi, qui magister equitum dictatori erat, absterriti destiterunt. fuitque illis unica fugæ cura. & nisi eam [1] ludibrium extincto præparatum mirificos in homines versum [2] est. Rogus ei accensus in campo Martio secus tumulum Juliæ, nescio quidem an filiæ an sororis, utrique enim nomen fuerat. ædes aurea templi in formam memoriæ ejus extructa; lectus eburneus auro stratus ac purpura ad caput ejus: trophæum ad gloriam, & vestis in qua erat occisus ad commiserationem spectantium excitandam. simulque inter ludos funereos ad misericordiam occi-
263 si, & invidiam occisorum [3] pecuniarum illud inter alia decantatum: *Me, servasse, ut essent qui me perderent!* laudationes in funere virorum illustrium fieri solitæ, propter prolixitatem & pompam funeris, cui [4] dives non sufficiens ra videbatur, prætermissæ sunt: earumque in locum senatus consultum breve per præconem jussu Consulis recitatum est, quo Cæsari omnes honores divinos humanosque decreverat: & præterea jusjurandum, quo se omnes pro salute ejus obligaverant, ut evidentius non modo cædis sed perjurii scelus esset. pari compendio permissum est, munera ad funus ex more ferentibus, ut sine ordine quo quisque vellet, in itinere suum munus in campum ipsum Martium deferret, inde in forum à magistratibus delatus est. Dumque ubinam cremandus esset in quæstionem venisset, aliique in curia, in qua occisus erat, alii in cella Jovis dicerent: subito duo viri ignoti succincti gladiis, & jacula bina gestantes, ardentibus [5] cereris igne accenso diremerunt

1. Aliquid deest, ut *arripuissent*. aut simile.

2. Lege, *essit*.

3. Forte, *Pacuvianum*.

4. Forte, *dies*.

5. Lege, *cereis*.

runt litem, ſecutique omnes quaſi divinitus præmonſtratam viam, multi veſtes, multi arma quibus ornati advenerant, flammis injecere: præcipue veterani, qui ſub illo victorioſiſſime militarant, quaſi jam armis vale dicerent, illo extincto, qui ſummum fuerat decus armorum. Matronæ etiam ſua in ignem & filiorum ornamenta jactabant. luctus ingens fuit non Romanorum modo ſed exterarum gentium quoque, maxime Judæorum, qui ſepulchrum ejus aliquot continuis noctibus pro officio frequentarunt. Peracto funere plebs Romana ad domum Bruti & Caſſii facibus armata contendit, vixque inde repulſa [1] Erulum Cinnam infelicem quendam hominem caſu obvium errore nominis deluſa diſcerpſit, credens alium eſſe, quem mordaciter per eos dies contra Cæſarem locutum eſſe con-
ſtabat, affixitque haſtæ caput velut taliter ſuum ducem ul- 264
ta geſtavit. Sic alienæ culpæ ille innocens pœnas dedit. Poſt hæc Numidici lapidis columnam in eodem loco poſuit viginti pedum altitudinis, [2] in ſcipcione addita, *Parenti patriæ.* ad quam & ſacrificare & vovere & jurare per Cæſarem diutius obſervatum eſt. Periit anno ætatis VI & L relatus eſt in numero Deorum, non modo principum auctoritate, ſed opinione etiam populari. nam ludis quos ibi Auguſtus Cæſar hæres ejus inſtituit, crinita quædam ſtella VII continuis diebus circa XI horam lucis apparuit. perſuaſumque eſt [3] crudele plebi, Cæſaris eſſe animam in cœlum admiſſi. quo profecto aliis viis, quam armis, & bellis, aliiſque quam de armato hoſte victoriis atque triumphis aſcenditur. Hujus ſtellæ & Virgilius poëta meminit in Bucolico carmine, & ſimulachrum ipſum Cæſaris [4] judicio, cujus in vertice ſtella eſt. Denique opprobrium illud, quod conjurati in extinctum meditati erant, primo quidem in tempus ac locum cædis verſum eſt. nam & curiam ipſam ceu infauſtum locum claudi juſſum eſt. hodieque præcluſa vixque acceſſibilis eſt. [5] Diis Martias parricidium nominari [6], hoc adjecto, ne unquam die illo ſenatus haberetur. [7] Dictum etiam in ipſos [8] ſedis auctores.

1. Forte, *Helvium.* ſic Suet.
2. Lege, *inſcriptione.*
3. Lege, *credula.*
4. Forte, *indicat.*
5. Forte, *Idus.*
6. Forte addendum, *placuit.*
7. Forte, *Verſum.*
8. Lege, *cadit.*

ctores. quorum nullus triennio amplius supervixit, nullus morte obiit naturali. damnati omnes diversis eventibus periere, alii naufragio, bello alii, 1 quidem seipso gladio, quo Cæsarem vulneraverant, occiderunt, ut evidenter ostenderetur, cædem illam nec Deo nec hominibus placuisse.

Explicit Liber. Deo gratias.

1. Lege, *quidam seipsos.*

Tefe

# *Testimonia clarorum virorum de* JULIO CELSO, *ejusque Commentariis.*

SPeculum Historiale *Vincentii Bellovacensis* seu *Beluacensis* Episcopi (qui floruit circa Annum 1240) *impress. Venetiis* 1494. *Fol.* Antiqua Dicta Moralia *Julii Celsi* continet. lib. VI. cap. V. *Alia multa de Bello Cæsaris narravit Orosius & Julius Celsus, ex quibus multa sequuntur excerpta;* quæ consulat Lector.

Fragmenta illa *Julii Celsi* à *Vincentio* memorata, si in nostro Autore reperiantur; *Gravii* conjecturæ minus faverent de tempore Scriptoris horum commentariorum, qui sæculum minus barbarum, stylumque haud cucullatum sapiunt, licet verisimile sit *Celsum* nostrum aliquibus in locis corruptum aut interpolatum fuisse. Sicut ipsum *Cæsarem*, veteres fere universos, (Poetas vero omnium minime) Lectorum, & Scribarum more. Sæculo forte quinto vel sexto floruit *Celsus* noster, nam in *Codicibus* antiquissimis *Julius Celsus Constantinus & Constantinopolitanus* scribitur, & in omnibus fere *MSS. C. C. Cæsaris Commentar.* extat nomen ejus; invaluit enim consuetudo clarissimorum virorum lectionis testimonium libris adscribere, ut fides emptoribus & lectoribus fieret, non mendosum esse codicem qui à tanto viro fuisset perlectus, recensitus, vel emendatus; quod postea Typographorum nomina supplere solebant.

*Gualterus Burleus Anglus* (qui floruit circa Annum 1230) de vitis Philosophorum. *Quarto Impress. Lovanii* 1474. *à Johan. de Westfalia. & à Joan. Horne ter Ann.* 1472.
De *Julio* Historiographo, cap. 104.

*Julius Celsus.* Historiographus scripsit diligenter de Bello *Cæsaris* Librum, quem in V. Libros distinxit. in quibus multa doctrinalia mirabilia continentur, ex quibus pauca hic posita sunt. *Naturale est omnes homines studio libertatis incitari, & conditiones servitutis odisse. Rerum ominum Magister est usus. Quod volumus libenter cernimus & credimus. Terror hominibus consilium mentemque eripit, & membra debilitat. Fortuna eos plerumque quos plurimis beneficiis ornavit, ad duriorem casum reservat. Quæ sentimus ipsi reliquos sentire speramus. Inter duos bellantes hoc unum tempus bellandi de pace est, dum sibi uterque confidit, & ambo pares videntur, quod si alteri paululum fortuna tribuerit, vix utetur conditionibus pacis qui superior videtur, nec æqua parte contentus erit, qui se omnia habiturum sperat.*

*Joannes Magnus* (qui floruit circa Annum 1420) in *Sopholog.* impress. *Parisiis* 1475. *Fol.* edit à *Roderico Episcopo Zamorensi*, Hispano & *Paulo Secundo* in Script. *lib.* 5. *cap.* 13. *lib.* 3. *cap.* 7. aliisque locis, Sententias *Julio Celso* tribuit quæ in Cæsaris Commentariis reperiuntur; quod non mediocriter confirmare videtur opinionem *Floridi Sabini* (*lib.* 2. *subsec. Lect. cap.* 2.) Qui tres de Bello civili Libros, *Cæsaris* esse negat; tum *Ludovici Carrionis* (*Lipsii Epistol. lib.* 2. *Epistolicar. Quæst.*) qui & Belli Gallici commentarios *Julio Celso* adscribendos putat.

*Albert*

*Albert Eyb* Secretarius Papæ *Pio Secundo* (qui obiit 1454.) in *Margarita sua Poetica Impress. Romæ* 1475. Fol. pag. 184. *Z. Julii Celsi de gestis Cæsaris Autoritates incipiunt*, duasque paginas implent, quas curiosus Lector adeat, & cum Textu *Graviano* conferat.

*Gerard. Joh. Vossius Institut. Orator. lib. 5. cap.* 10.

— Verum *Celsi* Commentarii de Rebus à *Cæsare* gestis [illegible] differunt à *Cæsaris* Commentariis, ut sciunt, siqui cum *Cæsare* contulerunt editionem *Celsi Ann.* 1473. cujus nullam à *Gesnero* aut *Simlero* mentionem factam miror, ut qui haud aliud dicunt, quam, istorum fieri commentariorum mentionem in *Margarita Poetica Alberti Eibu* paulo juniores *Jacobo magno Toletano*. Interim fatemur *Celsum* non tantum *Cæsaris* gesta conscripsisse, sed & *Cæsaris* commentarios, sive recensuisse, sive corrupisse. certe in *MSS. meo Cæsare Hirtioque* ter locis distinctis adscriptum *Julius Celsus Constantinus V. C. legit.*

*Gerard. Joh. Vossius de Histor. Lat. lib.* 1. *cap.* 13.

Est Fragmentum illud (*à Casaubono notatum notis in Tranquilli*, *lib.* 1. *cap.* 56.) desumptum ex *Julii Celsi Commentariis de vita Julii Cæsaris edit. Ann.* 1473. Est vero hic *Celsus* idem, qui *Cæsarem* recensuit: unde multis *Cæsaris Cod. MSS.* subjunctum legitur, *Julius Celsus vir clarissimus & comes recensui.* vel hoc pacto: *Julius Celsus Constantinus V. C. legi.* Inter historicos refertur, & diligenter de *Julii Cæsaris* gestis scripsisse dictus à *Gualtero Burleo Anglo*, *Petrarchæ* æquali; & omnino valde errant, qui fragmentum ante memoratum ipsius *Petrarchæ* esse volunt. Sane ex his *Celsi* Libris, quorum à nemine ante nos mentionem factam meminimus, multa in *Cæsare* feliciter possunt restitui, quod aliquando, [illegible] ostendemus. ceterum *Oxoniæ* in *Collegio Corporis Christi* habes *MS.* cum hac Epigraphe: *C. Julii Cæsaris, per Julium Celsum Commentarii*: utrum *Cæsaris*, an *Celsi* sint, melius dixerint qui videre.

*Salmasii Prolegomen. in Solinum.*

Sic Subscriptiones illæ plerisque libris adponi solitæ quæ testantur recognitionem alicujus Emendatoris, in omnibus pariter conspiciuntur etsi non eandem ætatem præferentibus; ut illa quam nuper legebam in scripto Codice *Cæsaris commentariorum de Bello Gallico*, in hunc modum concipitur, *Julius Celsus Constantinus V. C. legi.* In aliis *Julius Celsus* quasi Auctor eorum commentariorum subscribitur, magno errore: qui tamen impulit doctissimum suæ ætatis Criticum (*Lipsium*) ut dubitaret an *Julii Cæsaris* essent illi commentarii, & non potius *Celsi*.

*F I N I S.*